SACRAE BIBLIAE TOMVS PRIMVS IN QVO CONTINENTVR,

Quinque libri Moysi, Libri Iosue, et Iudicum, Liber Psalmorum, Prouerbia Salomonis, Liber Sapientie, Et Nouum Testamentum IESV CHRISTI.




MVSEVM
BRITAN
NICVM

PIO LECTORI.



EXPECTARE te velle non abs re putamus erudite lector prelogam hic aliquã diuinarum literarũ seu Biblie in qua tradũtur, laudẽ: quemadmodũ ante fecit qui tot verbis atq exemplis Scripturarum ostendit ibi solum veras diuitias inueniri posse, nec alias quaslibet eo nomine dignas, si cum hiis contuleris: qui vere diuites (inquiens) fieri volunt, veras hasce diuitias ament, que nec corrumpi neq auferri aut exhauriri poterunt. Quas quotquot inuenire cupiunt, Christum monitorem audiant ac sequãtur, dum serio cõmonifacit et hortatur, Scrutamini Scripturas, in quibus vitam habebitis eternam, cum qua que preterea diuitie conferende, quis thesaurus equiperandus?

Ioan.5.

Uerum non opis id nostre sed nec voti est, qui ad id modo conamur, vt pusilliores animos, quos quicq̃ leuiculum, saltem innouatum faciliter offenderit, ab omni nodo paucis explicemus. Paucis inquam, ne dum per totum opus certe breuitati studemus, eandem hic re multo minus apposita violemus. Subueremur autem vt ordinis librorũ isthec immutatio pie lector tibi minus arrideat, cui fortasse religio est, vt in literis, saltem sacris aut earundem etiam ordine vel tantillum ab antiqua facie seu vsitata forma recedat. Qui si mentem in hac re nostram et causam immutationis huius introspexeris, non dubium quin probabilem et iure factam esse censueris.

Probe nosti quemadmodum dominus deus noster, de cuius verbis seu scripturis agitur, imperauerit, vt rex postq̃ in regni sui solio sederit, legem dei sibi describeret, et habẽs secum, legeret omnibus diebus vite sue: quo disceret timere dominum deum suum, et verba eius custodire. Nos itaq consyderantes id erga deum officii nostri, quo suscepisse cognoscimur vt in regno simus sicut Anima in corpore et Sol in mundo, vtq loco dei iudicium exerceamus in regno nostro, et omnia in potestate habentes quoad iurisdictionem, ipsam etiam Ecclesiam vice dei sedulo regamus ac tueamur: et disciplina eius siue augeatur aut soluatur, nos ei rationem reddituri simus, qui nobis eam credidit, in eo dei vicem agentes, dei q habẽtes imaginẽ: qd aliud vel cogitare vel in animũ tã inducere potuimus, q̃ vt eodem confugeremus, vbi certo discẽdum esset, ne quid aliud vel ipsi faceremus vel faciendum aliis prescriberemus, q̃ quod ab hac ipsa dei lege ne vel transuersum quidem digitum aberrare cõuinci queat? Et licet sacerdotes bene multos habeamus, profecto (sit deo gratia) nihil inidoneos ad id prestandum ac rite complendũ, quod populi nostri necessitas in spirituale sui regimen expetierit: nostra tamen nihilominus interesse iudicauimus, vt ipsam dei legem ipsi tanq̃ in sinu gestemus, qua continue peruisuri simus vti tam plebs ipsa q̃ spirituales patres eius vtriq quod debeant fideliter ac vigilanter adimpleat. Unde quãq̃ complura iamiam contexta sunt, e quibus ea lex haberi docerique possit, nostrum tamen hoc adii=

Deut.17

Thom.

Quadru. ecclesi.

Ambrosi sup. xiii. ad Rom.

adiicere voluimus, vt tam necessitati q̄ instructe volūtati tanto facilius inseruiret. Necesse erat vt etati qua virtus sensuum inclinat, prospiceremus, atq; opus eiusmodi quereremus, quod et gestando commodius esset. Oculi quāq̄ dei dono satis adhuc acuti, quia tamen a solito (quod per etatem assolet) acumine nutare poterunt, literā adaptauimus nostro iudicio magis oportunam atq; ocellis peruiam: licet elegantiores ac plausibiliores alie fortasse iudicabūtur, quibus hec vt in vnā aut altera recedat, at in ceteris multo magis applaudit. Voluntas enim erat eas veteris instrumenti scripturas cum Euangelicis compingendi, in quibus hystoria humane vite, cum preceptis, moralibus doctrinis, debitis q; viuendi formulis magis exprimitur. Qualia Penthateucum, psalterium et prouerbia cum ceteris ibi cōnexis arbitrati sumus. Cuiusmodi nunc opusculum in hunc ordinem redactum his bene perpensis haud vlli displiciturum existimamus. Si cui gratum ac conducibile visum fuerit, huic exoptamus ne frustretur opinio. Neq; enim alias partes ita seposuimus, vt neglexisse vel minoris fecisse quis recte debeat estimare, sed & ipsas in aliud iustum volumen compegimus: vt vbi locus id postularit, quod querendum sit illic inquiramus. Hic vero libellus quem tātopere in deliciis habere constituimus, nobiscum omnino vel hospitari vel cohabitare debet, [illegible] et comes erit indiuiduus, cum sit eius, cuius et nos genus sum⁹, in quo viuim⁹, mouemur, ac sum⁹, ipsi honor et gloria.



DE INCIPIEN-
tibus a litera A.

TABVLA ALPHABETICA

DE INCIPIENTIbus a littera B.

DE INCIPIENTIbus a litera C.

Constru

Conſtruũtur putei. gene. 26. c
Cõſeruus tuꝰ ſum et fratrũ tuoꝝ. apocalipſis. 19. b.
Crede in ieſũ et saluꝰ eris. act. 16. f
Creſcite in gracia domini noſtri et ſaluatoꝛis Jeſu. 2. petri. 3. d
Chriſpꝰ archiſynago. credi. act. 8. f
Cultrũ ſtatue ĩ gut. tuo. puer. 23. a
Cultri lapidei pꝛo circũciſi. ioſ. 5. a
Currus inimicoꝛũ dauid ſubuer. 2. regum. 8. a

DE INCIPIENTIbus a littera D.

DA mihi poꝛcionẽ ſubſtãtie. luce. 15. c
Dãnũ negligit ami. ꝓ. 12. d
Dathã et abiron abſoꝛ. nu. 26. c
Datus eſt mihi ſtimulꝰ carnis mee qui me collaphi. 2. coꝛinth. 12. c
Decalogi repetitio. deutero. 5. a
Decem pꝛecepta dantur. exo. 20. a
Decem leproſi mũdati. luce. 17. d
Decime et ꝑmitie dari de. deu. 26. c
Decollat᷑ iohẽs baptiſta. mat. 14. a
Decoꝛticauit virgas iacob. ge. 30. f
Dedit ipſũ ca. ſup oẽm ecc. eph. 1. d
Dedit deꝰ tp̃s penitentie. apo. 2. f
Defertur filius vnicꝰ matris vidue. luce. 7. b
Delibatio fit ſctã et maſſa. ro. 11. b
Demoniacꝰ mutus liberat᷑. lu. 11. b
Denariꝰ diurnꝰ dat᷑ labo. ma. 20. a
Deponẽtes mẽdatium. ephe. 4. e
Deſcribitur gens eſau. gene. 36. a
Deſignauit xp̃s. 72. diſ. luce. 10. a
Deſiderat pau. diſſol. ⁊ eſſe cũ. xp̃o philip. 1. d
Deuoꝛat locuſta ſegetes. exo. 10. d
Deus verax. roma. 3. a
Deus opatur velle ⁊ ꝑfice. phi. 2. d
Deo patri gloꝛia. philip. 4. d
Deꝰ pacis det vobis pacẽ. 2. teſ. 3 d
Deus dirigat coꝛda vr̃a. 2. teſſ. 4. a
Deꝰ nõ ẽ exceptoꝛ ꝑſonaꝝ. act. 10. e
Deꝰ dat ſapiẽtiam abũdant᷑. ia. 1. c
Deum timete. 1. Petri 2. a.
Deus autem omnis gratie vocauit nos. 1. Petri. 5. e.
Deus angelis nõ pepcit. 2. pe. 2. a
Deum nemo vidit vnq̃. 1. ioan. 4. c
Deus charitas eſt. 1. ioan. 4. c
Deus non videt qui malefacit. 3. ioannis. 1. d.
Dies feſtus azymoꝛum. Luce. 2. a.
Dies dñi ſicut fur veniet. 1. teſ. 5. a
Digito eiecit dñs demoĩa. luc. 11. c
Digne ambuletis ĩ voca. ephe. 4. a
Dignus eſt deus accipere gloꝛiam. apocalypſis. 4. d.
Dignꝰ eſt agnꝰ qui occiſus. apo. 5. e
Dii fiũt a populo Jſrael. exo. 32. a
Diligite inimicos veſtros. luc. 6. d.
Dilige dñm deum tuum. luce. 10. e.
Diligẽtibꝰ deũ oĩa co. in bo. ro. 8. c
Dilectio plenitudo legis. rom. 13. c.
Diligite viri vxoꝛes ve. Ephe. 5. e.
Diligens fra. in luce ma. 1. ioã. 2 b
Diligamus inuicẽ. 1. Joannis. 4. c
Dimidium bonoꝝ do pauperibus. luce. 19. b.
Dina coꝛrũpitur a Sichẽ. ge. 34. a
Dionyſius Ariopagita. Act. 17. g.
Diſpas ſerpens in ſolitu. deu. 8. c
Diſputat Paulus. act. 14. g.
Diſſenſio Phariſeoꝛum ⁊ Sadduceoꝛum. Act. 23. b.
Diuiſiones gratiarum. 1. coꝛ. 12. a.
Diuites incidũt in tem. 1. ti. 6. b
Docet ieſꝰ diſci. in mõte. mat. 5. a
Doctrina mea non eſt mea. io. 7. d
Doceri mulieri nõ ꝑmit. 1. tim. 2. d
Dñs dirigit coꝛda vr̃a. 2. theſſ. 3. a
Domꝰ mea domꝰ oꝛonis. luc. 19. g
Donauit ĩ ꝑſona xp̃i pau. 2. co. 2. c
Donauit illi no. qđ eſt ſup. phi. 2. b
Doꝛmit noe denudatꝰ irri. geñ. 9. c
Draco rufꝰ hñs ca ſeptẽ. apo. 12. a
Ducitur in vxoꝛẽ rebecca. ge. 24. g
Duoꝛũ hominũ teſtimoniũ. io. 8. c
Duodecim filioꝝ iſrahel. ge. 49. a
Duodecim exploꝛatoꝛes. num. 13. b
Duodecim ap̃los xp̃i vo. mar. 3. b
Duodecim poꝛte ciuitatis. ap. 21. d
Dum tempus habemꝰ operemur bonum. gala. 6. c
Durũ eſt cõtra ſtimulũ cal. act. 9. a

DE INCIPIENTIbus a littera E.

DE INCIPIENTIbus a litera F.

Fons

DE INCIPIENTIbus a littera G.

DE INCIPIENTIbus a littera H.

DE INCIPIENTI bus a litera.M.

Multa

DE INCIPIENTIbus a litera N.

DE INCIPIENTIbus a littera O.

Offe-

DE INCIPIENTIbus a littera P.

DE INCIPIENTIbus a littera Q.

Qua-

DE INCIPIENTIbus a littera R.

DE INCIPIENTI bus a litera.S.

DE INCIPIENTI-
bus a litera T.

Te-

De incipiẽtibus a littera V.

DE INCIPIENTIbus a littera Z.

FINIS TABVLAE.

¶ LIBER GENE-
SIS, HEBRAI-
CE BERE-
SITH.
CAPVT. I.

A 
N principio cre
auit deus cœlū
et terram. Ter-
ra autē erat ina
nis et vacua, et
tenebre erāt su-
per faciē abyssi,
et spiritus dn̄i ferebatur super
aquas. Dixitqꝫ deus: Fiat lux.
Heb.11.a Et facta est lux. Et vidit deus
lucem quod esset bona, et diuisit
lucem a tenebris, appellauitqꝫ
lucem diem, et tenebras noctem.
ps.135.a Factumqꝫ est vespere et mane
Hie.10.b dies vnus. Dixit quoqꝫ deꝰ: Fiat
firmamentum in medio aquarū,
et diuidat aquas ab aquis. Et fe
cit deus firmamentum, diuisitqꝫ
aquas quę erant sub firmamen-
to, ab his quę erant super firma
mentum. Et factum est ita. Vo-
cauitqꝫ deus firmamentum, cœ-
lum. Et factum est vespere et ma
Psa.135. ne dies secūdus. Dixit vero deꝰ:
&.88.b Cōgregentur aquæ quæ sub cœ-
lo sunt in locum vnum, et appa-
reat arida. Et factum est ita. Et
vocauit deus aridam, terram:
congregationesqꝫ aquarum ap-
pellauit maria. Et vidit deus ꝙ
esset bonum, et ait: Germinet
terra herbam virentem et facien
tem semen, et lignum pomiferū
faciens fructum iuxta genus suū
cuius semen in semetipso sit su-
per terram. Et factum est ita. Et
protulit terra herbā virentē ⁊ fa
B cientem semē iuxta genus suū,
lignumqꝫ faciens fructum, et ha
bens vnumquodqꝫ sementem se
cundum speciem suam. Et vidit
deus ꝙ esset bonum: Et factum
est vespere et mane dies tertius.
Ps.135.b Dixit autem deus: Fiant lumi-
naria in firmamento cœli, ⁊ diui
dant diem ac noctem, et sint in
signa et tempora, et dies et an-
nos, vt luceant in firmamento
cœli, et illuminent terram. Et fa
ctum est ita. Fecitqꝫ deus duo lu-
minaria magna, luminare ma-
ius vt preesset diei, et luminare
minus vt preesset nocti, ⁊ stellas,
et posuit eas deus in firmamēto
cœli, vt lucerent super terram, ⁊
preessent diei ac nocti, et diuide-
rent lucem ac tenebras. Et vidit
deus ꝙ esset bonum: Et factum
est vespere et mane dies quartꝰ.
Dixit etiam deus: Producant
aquę reptile animæ viuentis,
et volatile super terram, sub fir
mamento cœli. Creauitqꝫ deus
cete grandia, et omnem animam C
viuentem atqꝫ motabilem, quā
produxerant aquę in species su-
as, et omne volatile secundum
genus suum. Et vidit deus ꝙ
esset bonum, benedixitqꝫ eis, di-
cens: Crescite et multiplicamini
et replete aquas maris, auesqꝫ Infra d.
multiplicentur super terram. Et &.8.c.&
factum est vespere et mane dies 9.a.
quintus. Dixit quoqꝫ deus: Pro
ducat terra animam viuentē in
genere suo, iumenta et reptilia
⁊ bestias terrę secundum species
suas. Factumqꝫ est ita. Et fecit
deus bestias terrę iuxta species
suas, et iumenta et omne reptile
terrę in genere suo. Et vidit deꝰ
ꝙ esset bonum, et ait: Faciamus
hominem ad imaginem et simi-
litudinem nostram, et presit pis-
cibus maris, ⁊ volatilibus cœli,
⁊ bestiis vniuersęqꝫ terrę, omni-
qꝫ reptili quod mouetur in terra.
Et creauit deus hominem ad i- D
maginem suam. Ad imaginem Ma.19.a
dei creauit illum, masculum et mar.10.a
feminā creauit eos. Benedixitqꝫ Sapi.2.d
illis deus et ait: Crescite et mul- et.10.a
mini et replete terram, ⁊ subiici- Ecc.17.a

Iob.8.b. te eam, et dominamini piscibus
maris et volatilibus celi, et vni-
uersis animantibus que mouen-
ter super terram. Dixitqꝫ deus:
Ecce dedi vobis omnem herbā
afferentem semen super terram,
et vniuersa ligna que habent in
semetipsis sementem generis sui,
vt sint vobis in escā, et cunctis a
nimantibus terre, omniqꝫ volu-
cri celi, et vniuersis que mouen-
tur in terra, et in quibus est ani-
ma viuens, vt habeant ad ves-
Ecc.39.c cendum. Et factum est ita. Vidit
Mar.7.c qꝫ deus cuncta que fecerat, et e-
rant valde bona. Et factum est
vespere et mane dies sextus.

CAPVT. II.

A IGitur perfecti sunt celi ⁊ ter-
ra, et omnis ornatus eorum.
Ex.20.b Compleuitqꝫ deus die sep-
timo opus suum quod fece-
Heb.4.b rat, et requieuit die septimo ab
vniuerso opere quod patrarat.
Et benedixit diei septimo, et
sanctificauit illum, quia in ipso
cessauerat ab omni opere suo,
quod creauit deus vt faceret.
Iste sunt generationes celi et
terre, quando create sunt in die
quo fecit dominus deus celum
et terram, et omne virgultum
agri antequā oriretur in terra, o-
mnemqꝫ herbā regionis, priusquā
germinaret. Non enim pluerat
dominus deus super terram, et
homo non erat qui operaretur
terram, sed fons ascendebat e
B terra, irrigans vniuersam su-
Sap.2.d perficiem terre. Formauit i-
&.10.a gitur dominus deus hominem
Ec.17.a de limo terre/ et inspirauit in fa
Tob.8.b ciem eius spiraculum vite, et
1.Corin. factus est homo in animam viuē
15.f. tem. Plantauerat autem domi-
nus deus paradisum voluptatis
a principio, in quo posuit homi-
nem quem formauerat. Produ-
xitqꝫ dominꝰ deus de humo omne
lignum pulchrum visu, et ad ves-
cendum suaue, lignum etiam vi-
te in medio paradisi, lignumqꝫ
scientie boni et mali. Et fluuius
egrediebatur de loco voluptatis
ad irrigandum paradisum: qui
inde diuiditur in quatuor capi- C
ta. Nomen vni Phison. Ipse est Ec.24.c
qui circumit omnē terram E-
uilath, vbi nascitur aurum: ⁊ au
rum terre illius optimum est: i-
biqꝫ inuenitur Bdellium ⁊ lapis
Onychinus. Et nomē fluuii se-
cundi Geon. Ipse est qui cir-
cumit omnē terram Aethiopie.
Nomen vero fluminis tertii Ti
gris. Ipse vadit contra Assirios.
Fluuius autem quartus ipse est
Euphrates. Tulit ergo dominꝰ
deus hominem, et posuit eum in
paradisum voluptatis: vt ope-
raretur et custodiret illum. Pre-
cepitqꝫ ei, dicens: Ex omni ligno
paradisi comede, de ligno autem
scientie boni ⁊ mali ne comedas.
In quocunqꝫ enim die comede-
ris ex eo, morte morieris. Dixit
quoqꝫ dominus deus: Non est Ec.17.a
bonum hominem esse solum, fa-
ciamus ei adiutoriū simile sui.
Formatis igitur dn̄s deus de hu
mo cunctis animantibus terre,
et vniuersis volatilibus celi, ad-
duxit ea ad Adā vt videret quid
vocaret ea. Omne enim quod
vocauit Adam anime viuentis, D
ipsum est nomen eius. Appella-
uitqꝫ Adam nominibus suis cun
cta animantia et vniuersa vola-
tilia celi, et omnes bestias terre,
Ade vero non inueniebatur ad-
iutor similis eius. Immisit ergo
dominꝰ deus soporem in Adam.
Cumqꝫ obdormisset, tulit vnam
de costis eius et repleuit carnem
pro ea. Et edificauit dominus
deus costam, quā tulerat de A-
dam, in mulierem, et adduxit eā
ad Adam. Dixitqꝫ Adam: Hoc

1.co.11 b nunc os ex ossibus meis, et caro
Ma.19. a de carne mea. Hec vocabitur vi=
Mar 10 a rago/ quoniam de viro sumpta
ephe.5.g est. Quamobrē relinquet homo
1.co.6. d patrem suum et matrē, & adhere
bit vxori sue: et erūt duo in carne
vna. Erat autem vterqꝫ nudus,
Adam scilicet et vxor eius, et nō
erubescebant.

CAPVT. III.

A SEd et serpens erat callidior
cunctis animantibus terre,
que fecerat dominus deus.
Qui dixit ad mulierem: Cur pre
cepit vobis deus, vt non come=
deretis ex omni ligno paradisi?
Cui respondit mulier: De fructu
lignorum que sunt in paradiso,
vescimur: de fructu vero ligni,
quod est in medio paradisi, pre=
cepit nobis deus ne comedere=
mus, et ne tangeremus illud,
ne forte moriamur. Dixit autem
2.co.11.a serpens ad mulierem. Nequaꝗ̄
morte moriemini, Scit enim deꝰ
ꝙ in quocunqꝫ die comederitis ex
eo, aperientur oculi vestri, et
eritis sicut dii, scientes bonum
et malum. Uidit igitur mulier, ꝙ
B bonum esset lignum ad vescendū
Ec.25.d et pulchrum oculis, aspectuqꝫ de=
lectabile: et tulit de fructu illius
et comedit, deditqꝫ viro suo. Qui
comedit. Et aperti sunt oculi am
borum. Cumqꝫ cognouissent se
esse nudos, consuerunt folia fi=
cus, et fecerunt sibi perizomata.
Et cum audissent vocem domini
dei deambulantis in paradiso ad
auram post meridiem, abscondit
se Adam et vxor eius a facie do=
mini dei in medio ligni paradisi.
Uocauitqꝫ dominꝰ deus Adam,
et dixit ei: Ubi es? Qui ait: Uo
cem tuam audiui in paradiso, et
timui, eo quod nudus essem, et
abscondi me. Cui dixit dominꝰ:
Quis enim indicauit tibi ꝙ nu=
dus esses, nisi quod ex ligno, de
quo preceperam tibi ne comede=
res comedisti? Dixitqꝫ Adam: C
Mulier quam dedisti mihi sociā,
dedit mihi de ligno, et comedi.
Et dixit dominus deus ad muli=
erem: Quare hoc fecisti? Que
respondit: Serpens decepit me/
et comedi. Et ait dominus deus
ad serpentem: Quia fecisti hoc,
maledictus es inter omnia ani=
mantia et bestias terre. Super
pectus tuum gradieris, et terrā
comedes cunctis diebus vite tue.
Inimicitias ponam inter te et
mulierem, et semen tuum et se=
men illius: ipsum conteret ca=
put tuum, et tu insidiaberis cal=
caneo eius. Mulieri quoqꝫ dixit:
Multiplicabo erumnas tuas et
cōceptus tuos. In dolore paries
filios, et sub viri potestate eris,
et ipse dominabitur tui. Ade ve=
ro dixit: Quia audisti vocem 1.Corin.
vxoris tue, et comedisti de lig= 14.f
no, ex quo preceperam tibi, ne
comederes: maledicta terra in o=
pere tuo. In laboribus comedes
ex ea, cunctis diebus vite tue.
Spinas et tribulos germinabit
tibi, et comedes herbas terre. In D
sudore vultus tui vesceris pa=
ne, donec reuertaris in terram,
de qua sumptus es: quia puluis
es, et in puluerem reuerteris. Et
vocauit Adam nomē vxoris sue
Eua, eo quod mater esset cun=
ctorum viuentium. Fecit quoqꝫ
dominus deus Ade et vxori e=
ius tunicas pelliceas, et induit
eos. Et ait: Ecce Adam quasi
vnus ex nobis factus est, sciens
bonum et malum. Nunc ergo ne
forte mittat manum suam, et su=
mat etiam de ligno vite, et come=
dat, et viuat in eternū. Et emisit
eum dominus deus de paradiso
voluptatis, vt operaretur terrā,
de qua sumptus est. Eiecitqꝫ A=
dam: et collocauit ante paradi=

sum voluptatis Cherubim, et
flammeum gladium atq; versa-
tilem, ad custodiendam viam li-
gni vitæ.

CAP. IIII.

A ADam vero cognouit vxo
rem suam Euam, quæ
concepit & peperit Cain,
dicẽs: Possedi hoiem p dominũ.
Rursumq; peperit fratrem eius
Abel. Fuit autem Abel pastor o-
uium, et Cain agricola. Factum
est autem post multos dies, vt
offerret Cain de fructibus terræ
munera domino. Abel quoq; ob-
Heb.11.a tulit de primogenitis gregis sui,
et de adipibus eorum. Et respe-
xit dominus ad Abel et ad mu-
nera eius: ad Cain autem, et ad
munera illius non respexit. Ira-
tusq; est Cain vehementer et cõ-
cidit vultus eius. Dixitq; domi-
nus ad eum: Quare iratus es,
et cur concidit facies tua? Non-
ne si bene egeris, recipies? Sin
autem male, statim in foribus
peccatum aderit? Sed sub te
erit appetitus eius, et tu domi-
B naberis illius. Dixitq; Cain ad
Abel fratrem suum: Egredia-
Sap.10.a mur foras. Cumq; essent in agro,
Ma.23.d cõsurrexit Cain aduersus fratrẽ
1.Io.3.b suum Abel, et interfecit eum. Et
Iudę.1.d ait dominus ad Cain: Vbi est
Abel frater tuus? Qui respon-
dit: Nescio. Nunquid custos
fratris mei sum ego? Dixitq; ad
eum: Quid fecisti? Vox sangui-
nis fratris tui clamat ad me de
terra. Nunc igitur maledictus e-
ris super terram que aperuit os
suũ, et suscepit sanguinẽ fratris
tui de manu tua. Cum opera-
tus fueris eam, non dabit ti-
bi fructus suos. Vagus et pro-
fugus eris super terram. Dixitq;
Cain ad dominum: Maior est
iniquitas mea, ꝙ vt veniam me-
rear. Ecce eiicis me hodie a facie
terrę, et a facie tua abscondar:
et ero vagus et profugus in ter-
ra. Omnis igitur qui inuenerit
me, occidet me. Dixitq; ei domi-
nus: Nequaꝗ ita fiet, sed omnis
qui occiderit Cain, septuplũ pu C
nietur. Posuitq; dominus in
Cain signum vt non interficeret
eum omnis qui inuenisset eum.
Egressusq; Cain a facie domini,
habitauit profugus in terra ad
orientalem plagam Eden. Co-
gnouit autem Cain vxorem suã:
que concepit et peperit Enoch.
Et edificauit ciuitatẽ, vocauitq;
nomen eius ex nomine filii sui,
Enoch. Porro Enoch genuit
Irad, & Irad genuit Mauiael,
et Mauiael genuit Mathusael,
et Mathusael genuit Lamech,
qui accepit duas vxores, nomen
vni Ada, et nomen alteri Sella.
Genuitq; Ada Iabel, qui fuit
pater habitantium in tentoriis
atq; pastorum, et nomen fratris
eius Iubal, ipse fuit pater canẽ-
tium cithara et organo. Sella D
quoq; genuit Tubalcain, qui
fuit malleator et faber in cuncta
opera æris et ferri. Soror vero
Tubalcain, Noema. Dixitq;
Lamech vxoribus suis Adæ et
Sellæ: Audite vocem meã vxo-
res Lamech, auscultate sermo-
nem meum, quoniam occidi vi-
rum in vulnus meum, et adole-
scentulum in liuore meo. Sep-
tuplum vltio dabitur de Cain,
de Lamech vero septuagies sep-
ties. Cognouit quoq; ad huc A-
dam vxorem suam, et peperit fi-
liũ, vocauitq; nomẽ eius Seth,
dicens: Posuit mihi deus semen
aliud pro Abel, quẽ occidit Cain.
Sed et Seth natus est filius,
quem vocauit Enos. Iste cœpit
inuocare nomen domini.

CAP.

CAPVT. V.

A Sapi. 2. Eccl.1.d Sup.1.d.
HIc est liber generationis
Adam, in die qua creauit
deus hominem. Ad simili
tudinem dei fecit illum, masculũ
et feminam creauit eos, et bene
dixit illis, et vocauit nomen eo-
rum Adam in die quo creati sũt.
Vixit autem Adam centum tri-
ginta annis, et genuit filium ad
1.Pa.1.a similitudinem et imaginem suã,
vocauitq; nomen eius Seth. Et
facti sunt dies Adam postq̃ ge-
nuit Seth, octingenti anni, ge-
nuitq; filios et filias. Et factum
est omne tempus quod vixit Adã
anni nongenti triginta, et mor-
tuus est. Vixit quoq; Seth cen-
tũ quinq; annis, et genuit Enos.
Vixitq; Seth postq̃ genuit E-
nos octingentis septem annis,
genuitq; filios et filias. Et facti
sunt omnes dies Seth nongen-
torum duodecim annorũ et mor-
B tuus est. Vixit vero Enos no-
naginta ãnis, & genuit Cainan.
Post cuius ortum vixit octingen
tis quindecim annis, & genuit fi-
lios et filias. Factiq; sunt omnes
dies Enos nongenti quinq; an-
ni, et mortuus est. Vixit quoq;
Cainan septuaginta annis, et
genuit Malaleel. Et vixit Cai-
nan postq̃ genuit Malalehel, o-
ctingentis quadraginta annis,
genuitq; filios et filias. Et facti
sunt omnes dies Cainan non-
genti decem anni, & mortuus est.
Vixit autem Malaleel sexagin-
ta quinq; annis, & genuit Iared.
Et vixit Malaleel postq̃ genu-
it Iared octingentis triginta an
nis, et genuit filios et filias. Et
C facti sunt omnes dies Malalehel
octingenti nonaginta quinq; an-
ni, et mortuus est. Vixitq; Ia-
red centum sexaginta duobus
annis, et genuit Enoch. Et vi-
xit Iared postq̃ genuit Enoch,
octingentis annis, et genuit fi-
lios et filias. Et facti sunt om-
nes dies Iared nongenti sexa-
ginta duo anni, et mortuus est.
Porro Enoch vixit sexaginta
quinq; annis et genuit Mathu-
salam. Et ambulauit Enoch cũ
deo. Et vixit Enoch postq̃ genu-
it Mathusalam, trecentis annis
et genuit filios et filias. Et facti
sunt oẽs dies Enoch trecenti se-
xaginta quinq; anni, ãbulauitq;
cum deo, et non apparuit, quia
tulit eum deus. Vixit quoq; Ma D
thusala centum octoginta sep- Ecclesia-
tem annis, et genuit Lamech. Et sti.44.c
vixit Mathusala postq̃ genuit Heb.11.a
Lamech, septingentis octoginta
duobus annis, et genuit filios &
filias. Et facti sunt omnes dies
Mathusalæ nongenti sexagin-
tanouẽ anni, & mortuus est. Vixit
autẽ Lamech centum octoginta
duobus annis, & genuit filium, vo
cauitq; nomẽ eius Noe, dicens:
Iste consolabitur nos ab operi-
bus et laboribus manuum no-
strarum in terra cui maledixit do
minus. Vixitq; Lamech postq̃
genuit Noe, quingentis nona-
ginta quinq; annis, et genuit fi-
lios et filias. Et facti sunt omnes
dies Lamech septingenti septua
ginta septem anni, et mortuus
est. Noe vero cum quingentorũ
esset annorum genuit Sem,
Cham, et Iapheth.

CAPVT. VI.

CUmq; cœpissent homines A
multiplicari super terrã, &
filias procreassent, vidẽtes
filii dei filias hominum, q̃ essent
pulchræ acceperunt sibi vxores
ex omnibus quas elegerant.
Dixitq; deus. Non permanebit
spiritus meus in homine in eter-
num, quia caro est. Eruntq; dies
illius centum viginti annorũ. Gi-
gantes autem erant super terrã

in diebus illis. Postq̄ enim in-
gressi sunt filii dei ad filias ho-
minum, illeq; genuerunt, isti
sunt potentes a seculo, viri fa-
mosi. Vidēs autem deus, q̄ mul-
ta malicia hominum esset in ter-
ra, et cuncta cogitatio cordis in-
tenta esset ad malum omni tem-
pore, penituit eum q̄ hominem
B fecisset in terra. Et precauens in
futurū, & tactus dolore cordis in-
trinsecus: Delebo (inquit) hoīem
quem creaui a facie terre, ab ho-
mine vsq; ad animantia, a rep-
tili vsq; ad volucres celi. Pe-
Ec.44.c nitet enim me fecisse eos. Noe
vero inuenit gratiam coram
deo. Hæ sūt generationes Noe.
Noe vir iustus atq; perfectus
fuit in generationibus suis, cum
deo ambulauit, et genuit tres
filios, Sem, Cham, et Japheth.
Corrupta est autem terra co-
ram deo, et repleta est iniqui-
tate. Cumq; vidisset deus ter-
ram esse corruptā (omnis quippe
caro corruperat viā suā sup ter-
rā) dixit ad Noe: Finis vniuer-
C se carnis venit corā me, repleta
est terra iniquitate a facie eorū,
et ego disperdam eos cum terra.
Fac tibi arcam de lignis leuiga-
tis. Māsiunculas in arca facies,
et bitumine linies intrinsecus et
extrinsecus. Et sic facies eam.
Trecentorum cubitorum erit lō
gitudo arce, quinquaginta cu-
bitorum latitudo, et triginta cu-
bitorum altitudo illius. Fenestrā
in arca facies, et in cubito con-
summabis summitatem eius.
Ostium autem arce pones ex la-
tere deorsum. Cenacula et triste-
ga facies in ea. Ecce ego addu-
cam aquas diluuii super terrā,
vt interficiam omnem carnē: in
qua spiritus vite est subter celū,
et vniuersa que in terra sunt cō-
sumentur. Ponamq; fedus meū
tecum, et ingredieris arcam tu,
et filii tui, vxor tua et vxores fi-
liorum tuorum tecum, et ex cun- D
ctis animantibus vniuerse car-
nis bina induces in arcam, vt
viuant tecum, masculini sexus &
feminini. De volucribus iuxta
genus suum, et de iumentis in
genere suo, et ex omni reptili ter-
re secundum genus suum. Bina de
omnibus ingredientur tecum,
vt possint viuere. Tolles igitur
tecū ex omnibus escis que mādi
possunt, & comportabis apud te,
et erunt tam tibi quam illis in
cibum. Fecit igitur Noe omnia
que preceperat illi deus.

CAPVT. VII.

Dixitq; dominus ad eum: A
Ingredere tu et omnis do- 2.Pe.2.b
mus tua in arcam. Te e- Ecclesia-
nim vidi iustum coram me in ge- sti.44.c
neratione hac. Ex omnibus ani-
mantibus mundis tolle septena
et septena, masculum et feminā.
De animantibus vero immun-
dis, duo et duo, masculum et fe-
minā. Sed et de volatilibus ce-
li septena et septena, masculum
et feminam, vt saluetur semen
super faciem vniuerse terre. Ad-
huc enim et post dies septem ego
pluam super terram quadragin-
ta diebus et quadraginta nocti-
bus, et delebo omnem substan-
tiam quam feci, de superficie ter-
re. Fecit ergo Noe omnia que
mandauerat ei dominus. Erat- B
q; sexcentorum annorum, quan-
do diluuii aque inundauerunt
super terram. Et ingressus est ma.24.d
Noe et filii eius, vxor eius et luc.17.f.
vxores filiorum eius cum eo in 1.Pe.3.d
arcā propter aquas diluuii. De
animantibus quoq; mundis et
immundis, et de volucribus, et
ex omni quod mouetur super ter
ram, duo et duo ingressa sunt ad
Noe in arcam, masculus et fe-
mina,

mina, sicut preceperat dñs Noe.
Cumq; transissent septem dies, a-
que diluuii inundauerunt super
terram. Anno sexcentesimo vite
Noe, mense secundo, septimo de-
cimo die mensis, rupti sunt o-
mnes fontes abyssi magne, et ca-
taracte celi aperte sunt, et facta
est pluuia super terram qua-
draginta diebus et quadraginta
C noctibus. In articulo diei illius
ingressus est Noe, et Sem, et
Cham, et Iapheth filii eius, et
vxor illius, et vxores filiorum e-
ius cum eis in arcã, ipsi et omne
animal secundum genus suum
vniuersaq; iumenta in genere
suo, et omne quod mouetur su-
per terram in genere suo, cunctũ
q; volatile secundum genus suũ.
Uniuerse aues, omnesq; volu-
cres ingresse sunt ad Noe in ar-
cam, bina et bina ex omni carne
in qua erat spiritus vite. Et que
ingressa sunt, masculus et femi-
na ex omni carne introierunt, si-
cut preceperat ei deus, et inclu-
sit eum dominus de foris. Fac-
tumq; est diluuium quadraginta
diebus super terram, et multipli
cate sunt aque, et eleuauerunt
arcam in sublime a terra. Vehe-
D menter enim inundauerũt, et oĩa
repleuerunt in superficie terre.
Porro arca ferebatur super a-
Sap.10.a quas, et aque preualuerunt ni-
Ecc.39.e mis super terram, opertiq; sunt
omnes montes excelsi sub vni-
uerso cœlo. Quindecim cubi-
tis altior fuit aqua super mõtes
quos operuerat, consumptaq;
est omnis caro que mouebatur
super terrã, volucrum, animan-
tium, bestiarum, omniumq; re-
ptilium que reptant super terrã.
Uniuersi homines et cuncta in
quibus spiraculũ vite est in terra,
mortua sunt. Et deleuit deus omnẽ
substantiam que erat super ter-
ram, ab homine vsq; ad pecus,
tam reptile quam volucres celi, et de-
leta sũt de terra. Remansit autẽ
solus Noe et qui cum eo erant in
arca. Obtinueruntq; aque terrã
centum quinquaginta diebus.

CAP. VIII.

Recordatus autẽ dominus A
Noe, cunctorumque a-
nimantium, et omnium
iumentorum que erant cum eo
in arca, adduxit spiritum su-
per terram, et imminutę sunt a-
que, et clausi sunt fontes abys-
si, et cataractæ cęli, et prohibi-
tæ sunt pluuię de cœlo. Reuer-
sæq; sunt aquę de terra, euntes
et redeuntes, et cęperunt minui
post centum quinquaginta dies.
Requieuitq; arca mẽse septimo,
vicesimo septimo die mensis su
per montes Armenię. At vero a-
quæ ibant et decrescebant vsq; ad
decimum mensem. Decimo enim
mense, prima die mensis appàru
erunt cacumina montium. Cũq;
transissent quadraginta dies, a-
periens Noe fenestram arcę quã
fecerat, dimisit coruũ: qui egre- Al. et re-
diebatur et non reuertebatur, do uertebat
nec siccarentur aquæ super ter-
ram. Emisit quoq; columbã post B
eum, vt videret si iam cessassent
aquę super faciem terrę. Quæ cũ
non inuenisset vbi requiesceret
pes eius, reuersa est ad eum in
arcam. Aquę enim erant super
vniuersã terrã. Extẽditq; manũ
suam et apprehensam intulit in
arcam. Expectatis autem vltra
septem diebus aliis, rursum di
misit columbã ex arca. At illa ve
nit ad eum ad vesperam, portãs
ramum oliuæ virentibus foliis
in ore suo. Intellexit ergo Noe,
quod cessassent aquæ super terram.
Expectauitq; nihilominus septẽ
alios dies, et emisit columbam,
que non est reuersa vltra ad eũ.
Igi-

C Igitur sexcentesimo primo an-
no, primo mense, prima die men
sis imminutę sunt aquę super
terram. Et aperiens Noe te-
ctum arcę aspexit, viditq́ꝫ ꝙ ex-
siccata esset superficies terræ.
Mense secundo, septimo et vice-
simo die mensis arefacta est ter-
r. Locutus est autē dominꝰ ad
Noe, dicens: Egredere de arca
tu et uxor tua, filii tui et uxores
filiorum tuorum tecum, cuncta
animantia, que sunt apud te, ex
omni carne tam in volatilibus
ꝙ̄ in bestiis et vniuersis reptili-
bus quæ reptant super terram,
educ tecũ, et ingredimini sup ter
rã. Crescite ⁊ multiplicamini sup
D eam. Egressus est ergo Noe et
filii eius, uxor illius, et uxores
filiorum eius cum eo, sed et o-
mnia animantia, iumenta, et re-
ptilia, que reptant super terram
secundum genus suum egressa
sunt de arca. Aedificauit autem
Noe altare domino, et tollens
de cunctis pecoribus et volucri-
bus mundis obtulit holocausta
super altare. Odoratusq́ꝫ est do-
minus odorem suauitatis, et ait
ad eum. Nequaquam vltra ma-
ledicam terre propter homines,
sensus enim et cogitatio huma-
ni cordis in malum prona sunt
ab adolescentia sua. Non igitur
vltra percutiam omnem animã
viuentem, sicut feci. Cunctis
diebus terre, sementis et messis,
frigus et estus, estas et hyems,
nox et dies non requiescent.

CAPVT. IX.

A BEnedixitq́ꝫ deus Noe et filiis
Sup. 1.c. eius, et dixit ad eos: Cresci-
&.8.d. te et multiplicamini et replete
terrã, et terror vester ac tremor
sit super cuncta animalia terrę,
et super omnes volucres cœli, cũ
vniuersis quę mouentur super
terram. Omnes pisces maris
manui vestrę traditi sunt, et o-
mne quod mouetur et viuit, erit
vobis in cibum. Quasi olera vi-
rentia tradidi vobis omnia, ex-
cepto quod carnem cũ sanguine
non comedetis. Sanguinẽ enim
animarũ vestrarum requiram de
manu cunctarum bestiarũ, et de
manu hominis. De manu viri,
et de manu fratris eius requirã
animam hominis. Quicunq́ꝫ ef- Ma.26.
fuderit humanum sanguinem, Apo.13.
fundetur sanguis illius. Ad ima
ginem quippe dei factus est ho-
mo. Vos autem crescite et mul-
tiplicamini, et ingredimini su-
per terram et implete eam. Hęc B
quoq́ꝫ dixit deus ad Noe, et ad Esaiæ
filios eius cum eo: Ecce ego sta- 54.c.
tuam pactum meum vobiscum
et cum semine vestro post vos, et
ad omnem animam viuentẽ quę
est vobiscum, tam in volucribus
ꝙ̄ in iumentis et pecudibus ter-
rę, cunctisq́ꝫ quę egressa sunt de
arca, et vniuersis bestiis terrę.
Statuam pactum meum vobis-
cum, et nequaꝙ̄ vltra interfici-
etur omnis caro aquis diluuii,
neq́ꝫ erit deinceps diluuium dissi
pans terram. Dixitq́ꝫ deus: Hoc
est signum fœderis quod do inter
me et vos, et ad omnem animã
viuentem, quę est vobiscum in
generationes sempiternas. Arcũ
meũ ponã in nubibus cœli, ⁊ erit Ec.43.b
signum fœderis inter me et in-
ter terram.. Cumq́ꝫ obduxero nu
bibus cœlum, apparebit arcus
meus in nubibus, et recordabor
federis mei, quod pepigi vobiscũ
et cum omni anima viuente que
carnem vegetat: et non erunt
vltra aque diluuii ad delendam C
vniuersam carnem. Eritq́ꝫ arcꝰ
meus in nubibus, et videbo illũ
et recordabor federis sempiterni
quod pactum est inter deum, et
omnem animam viuentem vni-
uerse

uerse carnis que est super terrã.
Dixitq; Dñs ad Noe. Hoc est
signum federis, quo constitui
inter me et omnem carnem su-
per terrã. Erant ergo filii Noe
qui egressi sunt de arca, Sem,
Cham, & Japheth. Porro Cham
ipse est pater Chanaan. Tres
isti, filii sunt Noe, et ab his dis-
seminatum est omne genus ho-
minũ sup vniuersã terrã. Cepit-
q; Noe vir agricola exercere ter
rã, et plantauit vineã. Bibensq;
vinũ inebriatus est, & nudatꝰ ia-
cuit ĩ tabernaculo suo. Quod cũ
vidisset Cham pater Chanaan,
verenda scilicet patris sui esse
nudata, nuntiauit duobus fra-
D tribus suis foras. At vero Sem
et Japheth pallium imposuerũt
humeris suis, et incedentes re-
trorsum, operuerunt verenda
patris sui. Faciesq; eorum auer-
se erant, & patris virilia non vi-
derunt. Euigilans autem Noe
ex vino, cum didicisset que fece-
rat ei filius suus minor, ait, Ma
ledictus Chanaan, seruus ser-
uorum erit fratribus suis. Di-
xitq;, Benedictus dominus deus
Sem, sit Chanaan seruus eius.
Dilatet deus Japheth & habitet
in tabernaculis Sem sitq; Cha
naan seruus eius. Vixit autem
Noe post diluuiũ trecẽtis quin-
quaginta annis, et impleti sunt
oẽs dies eius nongentorũ quin-
quaginta annorũ: et mortuꝰ est.

CAPVT. X.

A HEc sũt generatiões filiorũ
1.Pa.1.a Noe, Sẽ, Chã, & Iapheth:
natiq; sũt eis filii post di-
luuiũ. Filii Japheth, Gomer, et
Magog, & Madai, et Jauan, et
Thubal, & Mosoch, et Thiras.
Porro filii Gomer, Ascenez, & Ri-
phath, & Thogorma. Filii autẽ Ia
uan: Elisa et Tharsis, Cethim &
Dodanim. Ab his diuise sunt in-
sule gentiũ in regionibus suis,
Unusquisq; secundũ linguã suã C
et familias suas in nationibus
suis. Filii autem Cham: Chus,
et Mesraim, et Phut, et Cha-
naan. Filii autem Chus: Saba
et Euila, & Sabatha, & Regma,
et Sabathaca. Filii Regma: Sa
ba, et Dadan. Porro Chus ge
nuit Nemrod. Ipse cepit esse p̃ B
tens in terra, et erat robustus
venator coram domino. Ab hoc
exiuit prouerbiũ, Quasi Nem-
rod robustus venator coram do-
mino. Fuit autem principium
regni eius Babylon et Arach, et
Archat, et Calanne, in terra
Sennaar. De terra illa egressus
est Assur, et edificauit Niniuẽ,
et plateas ciuitatis, et Chale.
Resen quoq; inter Niniuen et
Chale: hec est ciuitas magna.
At vero Mesraim, genuit Lu-
dim, et Anamim, et Laabim, et
Nephtuim, et Phethrusim, et
Chasluim: de quibus egressi sũt
Philistiim, et Caphtorim. Cha-
naan autem genuit Sidonem
primogenitum suum, Etheum,
et Hiebuseum, et Amorrheum, &
Gergeseum, et Eueum, et Ara-
ceum, Sineum et Aradium, Sa
mareum et Amatheum: et p̃ hos
disseminati sunt populi Chana-
neorum. Factiq; sunt termini
Chanaan venientibus a Sido-
ne Gerarã vsq; ad Gazam, do-
nec ingrediaris Sodomam et
Gomorrham, et Adamam et
Seboim vsq; Lasa. Hi, filii Chã
in cognationibus et linguis et
generationibus, terrisq; et gen-
tibus suis. De Sem quoq; nati
sunt patre omnium filiorum He
ber, fratre Japheth maiore. Filii
Sem: Elã et Assur & Arphaxad,
Lud et Aram. Filii Aram: Hus
et Hul, & Gether et Mes. At ve-
ro Arphaxad genuit Sale, de

quo ortus est Heber. Natiq; sũt Heber filii duo. Nomen vni Phaleg, eo ꝙ in diebus eius diuisa sit terra : et nomen fratris eius Jectan. Qui Jectan genuit Elmodad, et Saleph et Asarmoth, Jare, et Aduram, et Vzal, et Decla, et Hebal et Abimael, Saba et Ophir, et Euila et Jobab. Omnes isti filii Jectan. Et facta est habitatio eorũ de Messa pergentibus vsq; Sephar mõtem orientalem. Isti filii Sem secundum cognationes et linguas et regiones in gentibus suis. He familie Noe iuxta populos et nationes suas. Ab his diuise sunt gentes in terra post diluuium.

CAPVT. XI.

A Sa. 10 a. Erat autem terra labii vnius, et sermonum eorundem. Cumq; proficiscerentur de oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, et habitauerunt in eo. Dixitq; alter ad proximum suum, Venite faciam⁹ lateres, et coquamus eos igni. Habuerũtq; lateres pro saxis, et bitumen pro cemento, et dixerunt, Venite, faciamus nobis ciuitatem et turrim, cuius culmen pertingat ad celum : et celebremus nomen nostrum, antequam diuidamur in vniuersas terras. Descendit autem dominus vt videret ciuitatẽ et turrim quam edificabant filii Adam, et dixit. Ecce vnus est populus, et vnum est labium omnibus : ceperuntq; hoc facere nec desistent a cogitationibus suis, donec eas opere

B compleant, Venite igitur, descendamus et confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisq; vocem proximi sui. Atq; ita diuisit eos dominus ex illo loco in vniuersas terras, et cessauerunt edificare ciuitatem. Et idcirco vocatũ est nomen ei⁹ Babel : quia ibi confusum est labium vniuerse terre. Et inde dispersit eos dominus super faciem cunctarum regionum. He sũt generationes Sem. Sem erat cẽtum annorũ quando genuit Arphaxad biennio post diluuium. Vixitq; Sem postquam genuit Arphaxad, quingentis annis, et genuit filios et filias. Porro Arphaxad vixit trigintaquinq; annis, et genuit Sale. Vixitq; Arphaxad postquam genuit Sale, trecentis tribus annis, et genuit filios et filias. Sale quoq; vixit

C triginta annis, et genuit Heber. Vixitq; Sale postquam genuit Heber, quadringentis tribus annis, et genuit filios et filias. Vixit autem Heber triginta quatuor annis, et genuit Phaleg. Et vixit Heber postquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis : et genuit filios et filias. Vixit quoq; Phaleg triginta annis, et genuit Reu. Vixitq; Phaleg postquam genuit Reu, ducentis nouem annis, et genuit filios et filias. Vixit autem Reu triginta duobus annis, et genuit Sarug. Vixit quoq; Reu postquam genuit Sarug, ducentis septem annis, et genuit filios et filias. Vixit vero Sarug triginta annis, et geuuit Nachor. Vixitq; Sarug postquam genuit Nachor, ducẽtis annis, et genuit filios et filias. Vixit autem Nachor vigintinouem annis, et genuit Thare. Vixitq; Nachor postquam genuit Thare, centum decem et nouem annis, et genuit filios et

D filias. Vixitq; Thare septuaginta annis, et genuit Abram et Nachor et Aram. He sunt autem genera-

1.Pa.1.b generationes Thare. Thare ge-
nuit Abꝛam, Nachoꝛ, et Aram.
Ios.24.a Poꝛro Aram genuit Loth. Moꝛ-
tuusqꝫ est Aram ante Thare pa-
trem suum, in terra natiuitatis
sue in Hur Chaldeoꝛum. Duxe-
runt autē Abꝛam ⁊ Nachoꝛ vxo-
res: nomen vxoꝛis Abꝛam, Sa-
rai: et nomen vxoꝛis Nachoꝛ,
Melcha filia Aram patris Mel-
che et patris Jesche. Erat autem
Heb.11.c Sarai sterilis, nec habebat libe-
Ios.24.a ros. Tulit itaqꝫ Thare Abꝛā fi
neem 9.b liū suū, et Loth filiū Aram, filiū
iudith 5 a filii sui, et Sarai nurum suam
vxoꝛem Abꝛam filii sui, et eduxit
eos de Hur Chaldeoꝛum, vt irēt
in terram Chanaan. Venerūt-
qꝫ vsqꝫ Aran, et habitauerunt i-
bi. Et facti sunt dies Thare du-
centoꝛum quinqꝫ annoꝛum, et
moꝛtuus est in Aran.

CAP. XII.

A Dixit autē dn̄s ad Abꝛā. E
Act.7.a gredere de t̄ra tua ⁊ de co
gnatione tua, et de domo
patris tui, ⁊ veni in terrā quā mō
strauero tibi. Faciamqꝫ te in gē-
tem magnam, et benedicam tibi:
et magnificabo nomen tuum, e-
risqꝫ benedictus. Benedicā bene-
dicentibꝰ tibi, et maledicā male-
Act.3.d dicentibꝰ tibi: atqꝫ in te benedicē
Ga.3.b tur vniuerse cognationes terre.
Heb.11.b Egressus est itaqꝫ Abꝛam, sicut
pꝛeceperat ei dominus, et iuit cū
eo Loth. Septuagitaquinqꝫ an-
noꝛū erat Abꝛā, cum egrederetur
de Aran. Tulitqꝫ Sarai vxoꝛē
suam, et Loth filium fratris sui,
Heb.13.a vniuersamqꝫ substantiā quā pos
B sederant, et animas quas fecerāt
in Aran, et egressi sunt vt irent
in terrā Chanaan. Cūqꝫ venis-
sent in eam, pertransiuit Abꝛam
terram vsqꝫ ad locū Sichem, et
vsqꝫ ad conuallem illustrē. Cha-
naneus autem tūc erat in terra.
Inf.15.d Apparuitqꝫ dominus Abꝛam, et

dixit ei. Semini tuo dabo terrā deu.34.d
hanc. Qui edificauit ibi altare
domino, qui apparuerat ei. Et i-
de transgrediens ad montē qui
erat contra oꝛientem Bethel, te-
tendit ibi tabernaculum suū, ab
occidente habens Bethel, et ab
oꝛiēte Hai. Edificauit quoqꝫ ibi C
altare domino, et inuocauit no-
men eius. Perrexitqꝫ Abꝛam va
dens ⁊ vltra pꝛogrediens ad me-
ridiem. Facta est autē fames in
terra. Descendit igitur Abꝛam
in Egyptum, vt peregrinaretur
ibi, pꝛeualuerat enim fames in
terra. Cumqꝫ pꝛope esset vt in-
grederetur Egyptum, dixit Sa-
rai vxoꝛi sue. Noui ꝙ pulchꝛa sis
mulier, et ꝙ cum viderint te E-
gyptii, dicturi sunt, Vxoꝛ illius
est: et interficient me, et te re-
seruabunt. Dic ergo, obsecro Inf.20.c
te: ꝙ soꝛoꝛ mea sis, vt bene sit
mihi pꝛopter te, et viuat anima
mea ob gratiam tui. Cum itaqꝫ
ingressus esset Abꝛam Egyptū,
viderunt Egiptii mulierem, ꝙ
esset pulchꝛa nimis. Et annun-
tiauerunt pꝛincipes Pharaoni:
et laudauerunt eam apud illum.
Et sublata est mulier in domum
Pharaonis: Abꝛam vero bene
vsi sunt pꝛopter illā. Fuerūtqꝫ ei
oues et boues et asini, et serui,
famule et asine et cameli. Fla-
gellauit autem dominus Pha-
raonem plagis maximis, et do-
mum eius pꝛopter Sarai vxoꝛē
Abꝛam. Vocauitqꝫ Pharao A-
bꝛam, et dixit ei. Quidnam est
hoc quod fecisti mihi? quare nō
indicasti mihi ꝙ vxoꝛ tua esset?
Quam ob causam dixisti esse
soꝛoꝛem tuam, vt tollerem eam
mihi in vxoꝛem? Nūc igitur ecce
coniunx tua, accipe eam et vade.
Pꝛecepitqꝫ Pharao super Abꝛā
viris, ⁊ deduxerunt eum et vxoꝛē
illius, et omnia que habebat.

CAP. XIII.

A Ascẽdit ergo Abrã de Egip
to, ipse & vxor eius, et oĩa
que habebat, et Loth cũ
eo ad australẽ plagã. Erat autẽ
diues valde in possessione auri &
argenti. Reuersusq; est per iter
quo venerat a meridie ĩ Bethel,
vsq; ad locum vbi prius fixe-
rat tabernaculum inter Bethel &
Hai, in loco altaris quod fecerat
prius, et inuocauit ibi nomẽ do-
mini. Sed et Loth qui erat cum
Abram, fuerunt greges ouium &
armenta, et tabernacula: nec po
terat eos capere terra, vt habi-
B tarẽt simul. Erat quippe substã-
tia eorum multa, et nequibant
habitare cõmuniter, vnde et fa-
cta est rixa inter pastores gregũ
Abram et Loth. Eo autem tem-
pore Chananeus et Pherezeus
habitabant in terra illa. Dixit
ergo Abram ad Loth. Ne queso,
sit iurgium inter me et te, et in-
ter pastores meos, & pastores tu-
os: fratres enim sum⁹. Ecce vni-
uersa terra coram te est, recede a
me obsecro. Si ad sinistrã ieris,
ego dexterã tenebo, si tu dexterã
elegeris, ego ad sinistram pergã.
C Eleuatis itaq; Loth oculis, vi-
dit omnẽ circa regionem Jorda-
nis, que vniuersa irigabatur,
antequã subuerteret dñs So-
domam & Gomorrham, sicut pa-
radisus domini, et sicut Egypt⁹
venientibus in Segor. Elegitq;
sibi Loth regionem circa Jorda-
nem, et recessit ab oriente. Di-
uisi q; sunt alterutrum a fratre
suo. Abram habitauit in terra
Chanaan: Loth vero moratus
est in oppidis, que erãt circa Jor
danẽ, & habitauit in Sodomis.
Homines autem Sodomite pes-
simi erant, et peccatores coram
domino nimis. Dixitq; domin⁹
ad Abram, postquã diuis⁹ est ab
eo Loth. Leua oculos tuos, et
vide a loco in quo nunc es ad a-
quilonem et meridiẽ, ad orientẽ
et occidentem. Omnem terram
quam conspicis, tibi dabo, et se-
mini tuo vsq; in sempiternum, Ro.4.a
faciamq; semen tuum sicut pul-
uerem terre. Si quis potest ho-
minum numerare puluerem ter- D
re, semen quoq; tuũ numerare
poterit. Surge ergo & perambu-
la terram in longitudine et lati-
tudine sua, quia tibi daturus sũ
eam. Mouens igitur Abram ta-
bernaculum suum, venit et ha-
bitauit iuxta conuallem Mam-
bre, que est in Hebron. Edifica-
uitq; ibi altare domino.

CAP. XIIII.

Factum est autẽ in illo tẽpore
vt Amraphel rex Sennaar, A
Arioch rex Põti, et Chodor
lahomor rex Elamitarũ, & Tha-
dal rex gentium, inirent bellum
cõtra Bara regem Sodomorũ,
& cõtra Bersa regẽ Gomorrhe,
Et cõtra Sennaar regem Ada-
me, et contra Semeber regẽ Se-
boim, contraq; regem Bale, i-
psa est Segor. Omnes hi conue-
nerunt in vallem Syluestrem,
que nunc est mare salis. Duode-
cim enim annis seruierant Cho-
dorlahomor, et tertiodecimo an-
no recesserũt ab eo. Igitur quar
todecimo anno venit Chodorla-
homor, et reges qui erant cum
eo: percusseruntq; Raphaim in
Astaroth et Carnaim, et Zuzim
cum eis, et Emim, in Saue Ca-
riathaim, et Chorreos in mon-
tib⁹ Seir, vsq; ad cãpestria Pha
ran, que est in solitudine. Reuer
siq; sunt, et venerũt vsq; ad fon
tẽ Mesphat, ipse est Cades: et p-
cusserunt omnẽ regionem Ama-
lechitarum, et Amorrheorum, He
qui habitabãt in Asasonthamar.

Et e-

B Et egressi sunt rex Sodomorũ, et rex Gomorrhe, rexq; Adame, et rex Seboim, necnon et rex Bale, que est Segor: et direxerunt aciem contra eos in valle Syluestri, scilicet aduersus Chodorlahomor regem Elamitarum, et Thadal regem gentium, et Amraphel regem Sennaar, & Arioch regẽ Ponti, quatuor reges aduersus quinq;. Vallis autẽ Syluestris habebat puteos multos bituminis. Itaq; rex Sodomorũ, et rex Gomorrhe terga verterunt, ceciderũtq; ibi, et qui remanserant, fugerũt ad montem. Tulerũt autem omnem substantiã Sodomorum et Gomorrheorum, et vniuersa que ad cibum pertinent, et abierunt, necnon et Loth et substantiam eius, filiũ fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. Et ecce vnus qui euaserat, nuntiauit Abram Hebreo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhei, fratris Eschol, et fratris Aner: hi enim pepigerant fedus
C cum Abram. Quod cum audisset Abram, captũ videlicet Loth fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecẽtos decem et octo, et persecutus est eos vsq; Dan: et diuisis sociis irruit super eos nocte: percussitq; eos, et persecut⁹ est vsq; Choba & Phenicen, que est ad leuã Damasci. Reduxitq; omnem substantiam, et Loth fratrem suum cũ substantia illius, mulieres quoq; et populum. Egressus est autẽ rex Sodomorũ in occursũ eius, postquã reuersus est a cede Chodorlahomor, et regũ qui cũ eo erant in valle Saue, que est
D vallis regis. At vero Melchisedec rex Salẽ, proferẽs panẽ & vi-
Heb. 7, a nũ (erat enim sacerdos dei altissimi) benedixit ei, & ait: Benedict⁹ Abram deo excelso, qui creauit celum et terram, et benedictus deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis traditi sũt. Et dedit ei decimas ex omnib⁹. Dixit autẽ rex Sodomorũ ad Abrã, Da mihi aĩas, cetera tolle tibi. Qui respõdit ei. Leuo manũ meam ad dominum deum excelsum possessorem celi et terre, q̃ a filo subtegminis vsq; ad corrigiam calige, non accipiam ex omnibus que tua sunt, ne dicas, Ego ditaui Abram, exceptis his que comederunt iuuenes, & partibus virorum qui venerunt mecum, Aner, Eschol, et Mambre. Isti accipient partes suas.

CAPVT. XV.

A His itaq; trãsactis, fact⁹ est sermo dñi ad Abrã, p visionem, dicens, Noli timere Abram, ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis. Dixitq; Abram. Domine deus quid dabis mihi? Ego vadam absq; liberis, & filius procuratoris domus mee, iste Damascus Elizer. Addiditq; Abram. Mihi autẽ non dedisti semen: et ecce vernaculus meus, heres meus erit. Statimq; sermo domini factus est ad eum, dicens. Non erit hic heres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, ipsũ habebis heredẽ. Eduxitq; eũ foras, et ait illi. Su- B
spice celum, et numera stellas si
potes. Et dixit ei. Sic erit semẽ Ro. 4. c
tuum. Credidit Abram deo, et Ro. 4. a
reputatum est illi ad iustitiam. Gal. 3. a
Dixitq; ad eum. Ego dominus, Iaco. 2. d
qui eduxi te de Hur Chaldeorum, vt darem tibi terram istam, et possideres eam. At ille ait. Domine deus, vnde scire possum, q̃ possessurus sim eam? Et respondens dominus, Sume (inquit) mihi vaccam triennem, et capram trimam, et arietem an-

noꝛum trium, turturem quoqꝫ ⁊
columbam. Qui tollēs vniuersa
hec, diuisit ea per medium, et v-
trasqꝫ partes contra se altrin-
secus posuit. Aues autem non
diuisit, descenderuntqꝫ volucres
super cadauera, et abigebat eas
Abꝛam. Cūqꝫ sol occumberet, so-
poꝛ irruit super Abꝛā, et hoꝛroꝛ
magnus et tenebꝛosus inuasit
Act. 7. a eū. Dictumqꝫ est ad eum. Scito
pꝛenoscens, quod peregrinū fu-
turum sit semen tuum in terra
non sua: et subiicient eos serui-
tuti, et affligent quadꝛingentis
annis. Veruntamen gentem cui
seruituri sunt, ego iudicabo: et
post hec egredientur cum mag-
na substantia. Tu autem ibis ad
patres tuos in pace, sepultus in
D senectute bona. Generatione au-
tē quarta, reuertētur huc. Nec-
dum enim complete sunt iniqui-
tates Amoꝛrheoꝛū, vsqꝫ ad pꝛe-
sens tempus. Cum ergo occu-
buisset sol, facta est caligo tene-
bꝛosa, et apparuit clibanus fu-
mans, et lampas ignis transiēs
inter diuisiones illas. In illo die
Sup.12.b pepigit dn̄s fedus cum Abꝛam,
deu.34 b dicens. Semini tuo dabo terrā
hanc, a fluuio Egipti vsqꝫ ad flu
uiū magnū Euphꝛaten: Cineos
⁊ Cenezeos, Cethmoneos, ⁊ Ethe
os ⁊ Pherezeos. Raphaim quoqꝫ
⁊ Amoꝛtheos, Eueos, et Chana-
neos, ⁊ Gergeseos et Hiebuseos.

CAPVT. XVI.

A IGitur Sarai vxoꝛ Abꝛam nō
genuerat sibi liberos, sed ha-
bens ancillā Egyptiam noīe
Agar, dixit marito suo: Ecce con
clusit me dominus, ne parerē: in-
gredere ad ancillā meam, si foꝛte
saltē ex illa suscipiā filios. Cūqꝫ
ille acquiesceret depꝛecanti, tulit
Agar Egyptiā ancillā suā, post
annos decē ꝙ habitare ceperant
in terra Chanaā: et dedit eā viro
suo vxoꝛē, qui ingressꝰ est ad eā.
At illa cōcepisse se videns, despe-
xit dn̄am suā. Dixitqꝫ Sarai ad
Abꝛā. Inique agis cōtra me: ego
dedi ancillā meā in sinū tuū, que
videns ꝙ cōceperit, despectui me
habet: iudicet dominus inter me
⁊ te. Cui respōdens Abꝛam, Ecce
(ait) ancilla tua in manu tua est, B
vtere ea vt libet. Affligente igi-
tur eam Sarai, fugam iniit. Cū-
qꝫ inuenisset eam angelus domi-
ni iuxta fontem aque in solitudi-
ne que est in via Sur in deserto,
dixit ad illam. Agar ancilla Sa-
rai, vnde venis? et quo vadis?
Que respōdit: A facie Sarai do-
mine mee ego fugio. Dixitqꝫ ei
angelus domini. Reuertere ad
dominam tuā, et humiliare sub C
manu illius. Et rursum, Mul-
tiplicans, inquit, multiplicabo
semen tuum, et non numerabi-
tur pꝛe multitudine. Ac deinceps
Ecce, ait, concepisti et paries fi-
lium: vocabisqꝫ nomen eius His-
mael, eo ꝙ audierit dominus af-
flictionem tuam. Hic erit ferus
homo: manus eius contra om-
nes, et manus omnium contra
eum, et e regione vniuersoꝛum
fratrum suoꝛum figet taberna-
cula. Vocauit autem Agar no-
men domini qui loquebatur ad
eam, Tu deus qui vidisti me.
Dixit enī, Pꝛofecto hic vidi po-
sterioꝛa videntis me. Pꝛopterea
appellauit puteū illū, puteū vi-
uētis et videntis me, ipse est in-
ter Cades et Barad. Peperitqꝫ
Agar Abꝛe filium, qui vocauit
nomen eius Hismael. Octoginta Gal.4.
et sex annoꝛū erat Abꝛam, quan-
do peperit ei Agar Hismaelem.

CAP. XVII.

POstquā vero nonaginta et
nouē annoꝛū esse ceperat,
apparuit ei Deꝰ: dixitqꝫ ad A
eū. Ego deus oīpotens, ambula
coꝛā

coꝛam me, et esto perfectus. Po-
namq́; fedus meum inter me et
te, et multiplicabo te vehemẽter
nimis. Cecidit Abꝛam pꝛonus in
faciem. Dixitq́; ei deus, Ego sũ,
et ponam pactum meum tecum,
Ecclesia- eritq́; pater multarum gentium.
sti.44.c Nec vltra vocabitur nomen tuũ
Ro.4.c Abꝛam, sed appellaberis Abꝛa-
ham: quia patrem multarum
gentium constitui te. Faciamq́;
te crescere vehementissime et po-
nam te in gentibus, regesq́; ex te
egredientur. Et statuam pactum
meum inter me et te, et inter se-
men tuum post te in generatio-
nibus suis federe sempiterno, vt
sim deus tuus ⁊ seminis tui post
te. Daboq́; tibi et semini tuo post
te terram peregrinationis tue,
omnẽ terrã Chanaan in posses-
B sionẽ eternã, eroq́; deꝰ eoꝛũ. Di-
xit iterum deus ad Abꝛaham. Et
tu ergo custodies pactum meum,
et semẽ tuũ post te in generatio-
nibus suis. Hoc est pactũ meum
quod obseruabitis inter me et
vos, et semen tuũ post te, Circũ-
cidetur ex vobis omne masculi-
Act.7.a nũ, et circuncidetis carnẽ pꝛepu-
tii vestri, vt sit in signũ federis
inter me ⁊ vos. Infans octo die-
Ro.4.b rũ circũcidetur in vobis. Omne
Luc.2.c. masculinũ in generationibus ve-
stris, tam vernaculus ꝙ̃ empti-
tius circuncidetur, et quicunq́;
non fuerit de stirpe vestra. Erit-
q́; pactum meũ in carne vestra in
fedus eternum. Masculus cuius
pꝛeputii caro circuncisa non fue-
rit, delebitur aĩa illa de populo
suo: quia pactũ meũ irritũ fecit.
C Dixit quoq́; deus ad Abꝛahã, Sa
rai vxoꝛẽ tuã nõ vocabis Sarai,
sed Saram. Et benedicam ei, et
ex illa dabo tibi filiũ, cui benedi-
cturus sum: eritq́; in nationes, et
reges populoꝛum oꝛientur ex eo.
Cecidit Abꝛahã in faciem suam,
et risit in coꝛde suo dicẽs. Putas
ne centenario nascetur filius, et
Sara nonagenaria pariet? Di-
xitq́; ad deum. Utinam Hisma-
el viuat coꝛam te. Et ait domi- Inf.18.b
nus ad Abꝛaham. Sara vxoꝛ &.21.a.
tua pariet tibi filium, vocabis-
q́; nomen eius Isaac. Et consti-
tuam pactum meum illi in fedus
sempiternum, et semini eius post
eum. Super Hismael quoq́; ex-
audiui te. Ecce benedicam ei,
et augebo et multiplicabo eum
valde, Duodecim duces genera-
bit, et faciam illum in gentem
magnam. Pactum vero meũ sta-
tuam ad Isaac quem pariet tibi
Sara tẽpoꝛe isto in anno altero.
Cumq́; finitus esset sermo loquẽ
tis cum eo, ascendit deus ab A-
bꝛahã. Tulit autẽ Abꝛahã His-
mael filiũ suũ, et oẽs vernacu-
los domus sue, vniuersosq́; quos
emerat, et cunctos mares ex om-
nibus viris domus sue: et cir-
cũcidit carnem pꝛeputii eoꝛũ, sta-
tim in ipsa die, sicut pꝛeceperat
ei deus. Abꝛaham nonaginta et
nouem erat annoꝛũ, quando cir-
cuncidit carnem pꝛeputii sui, et
Hismael filius suus tredecim an-
nos impleuerat tempoꝛe circun-
cisionis sue. Eadem die circun-
cisus est Abꝛahã et Hismael filiꝰ
eius. Et omnes viri domus illius
tã vernaculi ꝙ̃ emptitii, et alieni
gene pariter circuncisi sunt.

CAP. XVIII.

APparuit autem ei domi- A
nus in conualle Mam-
bꝛe sedenti in ostio taber-
naculi sui in ipõ feruoꝛe diei. Cũ-
q́; eleuasset oculos, apparuerũt
ei tres viri, stantes pꝛope eum.
Quos cum vidisset, cucurrit in
occursum coꝛum de ostio taber-
naculi sui, et adoꝛauit in terra, ⁊
dixit. Dñe si inueni gratiã in o-
culis tuis, ne trãseas seruũ tuũ,
sed

sed afferam pauxillum aque, & lauentur pedes vestri: et requiescite sub arbore. Ponamque buccellam panis, et confortetur cor vestrum, postea transibitis. Idcirco enim declinastis ad seruum vestrum. Qui dixerunt. Fac vt locutus es. Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei. Accelera, tria sata simile commisce, et fac subcinericios panes. Ipse vero ad armentum cucurrit, et tulit inde vitulum tenerrimum et optimum: deditque puero, qui festinauit & coxit illũ. Tulit quoque butyrum, et lac, et vitulũ quem coxerat, & posuit co
B rã eis. Ipse vero stabat iuxta eos
Infr. 21. a sub arbore. Cũque comedissẽt, dixerunt ad eum. Ubi est Sara v
Ro. 9. b xor tua? Ille respondit. Ecce in tabernaculo est. Cui dixit. Reuertens veniã ad te tempore isto vita comite, & habebit filiũ Sa
1. Pe. 3. a ra vxor tua. Quo audito, Sara risit post ostiũ tabernaculi. Erãt autẽ ambo senes prouecteque etatis, & desierant Sare fieri muliebria. Que risit occulte dicens. Postquam consenui, et dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Dixit autem dominus ad Abraham: Quare risit Sara, dicens, Num vere paritura sum anus? Nunquid deo quicquam est difficile? Iuxta condictũ reuertar ad te hoc eodem tempore vita comite, et habebit Sara filium. Negauit Sara, dicens, nõ risi, timore perterrita. Dominus autem, Non est (inquit) ita, sed
C risisti. Cum ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam. Et Abraham simul gradiebatur deducens eos. Dixitque dominus. Num celare potero Abraham, que gesturus sũ, cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam, et benedicende sint in illo omnes nationes terre? Scio enim quod precepturus sit filiis suis, et domui sue post se vt custodiãt viam domini, et faciant iudicium et iustitiam: vt adducat dominus propter Abraham omnia que locutus est ad eũ. Dixit itaque dominus. Clamor Sodomorũ et Gomorrheorum multiplicatus est, et peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam et videbo vtrum clamorẽ qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita, vt sciam. Conuerteruntque se inde, et abierunt Sodomam. Abraham vero adhuc stabat corã dño, et appropinquãs ait. Nunquid perdes iustum cum impio? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul, et non parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo? Absit a te vt rem hanc facias, et occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius. Non est hoc tuum, qui iudicas omnem terrã: nequaquam facias iudiciũ hoc. Dixitque dominus ad eum. Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. Respondẽs Abraham ait. Quia semel cepi loquar ad dominũ meũ, B
cum sim puluis et cinis. Quid si minus quinquaginta iustis quinque fuerint: delebis propter quadragintaquinque vniuersam vrbem? Et ait. Non delebo, si inuenero ibi quadragintaquinque. Rursumque locutus est ad eum. Sin autem quadraginta ibi inuẽti fuerint, quid facies? Ait. Nõ percutiam propter quadraginta. Ne queso (inquit) indigneris domine, si loquar. Quid si ibi inuenti fuerint triginta? Respondit. Non faciam, si inuenero ibi triginta. Quia semel (ait) cepi, loquar,

quar ad dominum meū. Quid si ibi inuenti fuerint viginti? Ait. Non interficiam propter viginti. Obsecro (inquit) ne irascaris domine, si loquar adhuc semel. Quid si inuenti fuerint ibi decē? Dixit. Non delebo propter decem. Abiit dominus postquam cessauit loqui ad Abraham, et ille reuersus est in locum suū.

CAPVT. XIX.

A Veneruntq; duo angeli Sodomā vespere, sedēte Loth in foribus ciuitatis. Qui cum vidisset eos, surrexit, et iuit obuiam eis, adorauitq; pronus in terram, et dixit. Obsecro domini, declinate in domum pueri vestri, et manete ibi. Lauate pedes vestros, et mane proficiscemini viam vestram. Qui dixerunt, Minime, sed in platea manebim⁹. Compulit illos oppido, vt diuerterent ad eū. Ingressisq; domū illius, fecit conuiuium, et coxit azyma, et comederūt. Pri⁹ autem q̄ irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domū illi⁹, a puero vsq; ad senē, omnis populus simul. Vocauerūtq; Loth et dixerunt ei. Vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, vt cognoscamus eos.

B Egressus ad eos Loth, post tergum accludens ostiū ait, Nolite queso fratres mei, nolite malum hoc facere, habeo duas filias, que nōdū cognouerūt virū: educam eas ad vos, et abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodo viris istis nihil mali faciatis, q̄a ingressi sunt sub vmbra culminis mei. At illi dixerūt. Recede illuc Et rursus, Ingressus es (inquiunt) vt aduena, nunquid vt iudices? Te ergo ipsum magis q̄

2.Pe.2.b hos affligemus. Vimq; faciebāt Loth vehemētissime. Jamq; prope erat vt effringerent fores: et

C ecce miserunt manum viri, et introduxerunt ad se Loth, clauseruntq; ostium: et eos qui foris erant, percusserunt cecitate a minimo vsq; ad maximū, ita vt ostium inuenire non possent. Dixerunt autem ad Loth. Habes hic quempiā tuorum generum, aut filios aut filias? Omnes qui tui sunt, educ de vrbe hac. Delebim⁹ enim locum istum, eo q̄ increuerit clamor eorum coram domino, qui misit nos vt perdam⁹ illos. Egressus itaq; Loth, locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias eius, et dixit. Surgite, et egredimini de loco isto, quia delebit dominus ciuitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui. Cumq; esset mane,

Sap.19.e

cogebant eum angeli, dicentes. D
Surge, tolle vxorem tuā, et duas filias quas habes, ne et tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Dissimulante illo, apprehenderunt manum eius et manū vxoris ac duarum filiarū eius, eo q̄ parceret dominus illi: eduxerūtq; eum, et posuerunt extra ciuitatem, ibiq; locuti sunt ad eum, dicentes. Salua animam tuam, noli respicere post tergū, nec stes in omni circa regione: sed in mōte saluum te fac, ne et tu simul pereas. Dixitq; Loth ad eos. Queso domine mi, quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, et magnificasti gloriam et misericordiam tuam, quā fecisti mecum, vt saluares animam meā, nec possum in monte saluari, ne forte apprehendat me malum et moriar: est ciuitas hic iuxta, ad quam possum fugere, parua, et saluabor in ea. Nunquid nō modica est, et viuet aīa mea? Dixitq; ad eū, Ecce etiā in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam vrbem pro qua locutus es. Festina

Sap.10.a

Sap.10.a

stina et saluare ibi: quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatũ est nomẽ vrbis illius Segor. Sol egressus est super terrã, et Loth ingressus est Segor. Igitur dominus pluit super Sodomam et Gomorrham sulfur, et ignem a domino de celo: et subuertit ciuitates has, et omnem circa regionem, vniuersos habitatores vrbium, et cũcta terre virentia. Respiciẽsq; vxor ei9 post se, versa est in statuam salis. Abraham autem consurgens mane, vbi steterat prius cum domino, intuit9 est Sodomam et Gomorrham, & vniuersam terram regionis illi9.

Esa.13.d hier.50.f Eze.16.f osee.11.c amos 4.d luc.17.f Iudæ.1.c luc.17.g

F Viditq; ascendentem fauillam de terra quasi fornacis fumum. Cũ enim subuerteret dominus ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahe, et liberauit Loth de subuersione vrbium, in quibus habitauerat. Ascenditq; Loth de Segor, et mansit in monte: due quoq; filie eius cum eo (timuerat enim manere in Segor) et mansit in spelunca, ipse et due filie eius cum eo. Dixitq; maior ad minorẽ. Pater noster senex est, et nullus virorũ remansit in terra, qui

G possit ingredi ad nos iuxta morẽ vniuerse terre. Veni, inebriem9 eum vino, dormiamusq; cum eo, vt seruare possimus ex patre nostro semen. Dederunt itaq; patri suo bibere vinum nocte illa. Et ingressa est maior, dormiuitq; cũ patre. At ille non sensit, nec quãdo accubuit filia, nec quãdo surrexit. Altera quoq; die dixit maior ad minorem. Ecce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere vinum, etiam hac nocte et dormies cum eo, vt saluemus semen de patre nostro. Dederunt et illa nocte patri suo bibere vinum. Ingressaq; minor filia dormiuit cum eo: et nec tunc quidem sensit quando cõcubuerit, vel quãdo illa surrexerit. Conceperunt ergo due filie Loth de patre suo. Peperitq; maior filiũ, et vocauit nomen eius Moab. Ipse est pater Moabitarum vsq; in presentem diem. Minor quoq; peperit filium, et vocauit nomen eius Ammon, id est, fili9 populi mei. Ipse est pater Ammonitarum vsq; hodie.

CAPVT. XX.

A Profectus inde Abraham in terram australem, habitauit inter Cades et Sur, et peregrinatus est in Geraris. Dixitq; de Sara vxore sua, Soror mea est. Misit ergo Abimelech rex Gerare, et tulit eam. Venit autẽ deus ad Abimelech per somniũ nocte, et ait illi. En morieris propter mulierem quam tulisti: habet enim virum. Abimelech vero non tetigerat eam, et ait. Domine, num gentem ignorantem et iustam interficies? Nõne ipse dixit mihi, Soror mea est: et

B ipsa ait, Frater me9 est? In simplicitate cordis mei et munditia manuũ mearũ feci hoc. Dixitq; ad eum deus. Et ego scio, ꝙ simplici corde feceris, et ideo custodiui te, ne peccares in me, et nõ dimisi, vt tangeres eam. Nunc ergo redde viro suo vxorem: et orabit pro te: quia propheta est, et viues: si autem nolueris reddere, scito, ꝙ morte morieris tu et omnia que tua sunt. Statimq; de nocte cõsurgẽs Abimelech, vocauit oẽs seruos suos, & locutus est vniuersa verba hec in aurib9 eorũ. Timueruntq; omnes viri

C valde. Vocauit autẽ Abimelech, etiã Abrahã, & dixit ei. Quid fecisti nobis? quid peccauimus in te, quia induxisti super me, et super regnum meum peccatũ grande

de? que nõ debuisti facere, fecisti nobis. Rursumq; expostulãs ait. Quid vidisti vt hoc faceres? Respondit Abraham. Cogitaui mecum, dicens. Forsitan non est timor dei in loco isto, et interficient me propter vxorem meam. Alias autẽ & vere soror mea est, filia patris mei, et non filia matris mee,
Sup.12.c et duxi eam in vxorem. Postquã autẽ eduxit me deus de domo patris mei, dixi ad eam, Hanc misericordiam facies mecum. In omni loco, ad quem ingrediemur, dices, quod frater tuus sim. Tulit igitur Abimelech oues et bo-
D ues et seruos et ancillas, et dedit Abraham. Reddiditq; illi Saram vxorem suam, et ait. Terra coram vobis est, vbicunq; tibi placuerit, habita. Sare autem dixit. Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecũ sunt: et quocunq; perrexeris, memento te deprehensam. Orante autẽ Abraham, sanauit deus Abimelech et vxorem, ancillasq; eius, et pepererunt. Concluserat enim deus omnem vuluam domus Abimelech propter Saram vxorem Abrahe.

CAPVT. XXI.

A Sup.17 c &.18 .b Gal.4. c Heb.11.c Matt.1.a VIsitauit autem deus Sarã sicut promiserat, & impleuit que locutus est. Concepitq; et peperit filium in senectute sua, tempore quo predixerat ei deus. Vocauitq; Abraham nomen filii sui, quem genuit ei Sara, Isaac: et circuncidit eum octauo die, sicut preceperat ei de9, cũ centum esset annorũ. Hac quippe etate patris natus est Isaac. Dixitq; Sara. Risum fecit mihi de9, quicũq; audierit, corridebit mihi. Rursumq; ait. Quis auditurus crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni? Creuit igitur puer, et ablactatus est. Fecitq; Abraham grãde conuiuium in die ablactationis eius. Cumq; vidisset Sara filiũ Agar Egyptie ludentẽ cũ Isaac filio suo, dixit ad Abrahã. Eiice Gal.4.d ancillam hanc et filium eius. Nõ enim erit heres filius ancille cum filio meo Isaac. Dure accepit hoc Abraham pro filio suo. Cui dixit deus. Non tibi videatur asperum super puero et super ancilla tua, omnia que dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quia in Isaac vocabitur tibi semen. Sed Ro.9.b et filium ancille faciam in gen- Heb.11.d tem magnam, quia semen tuum est. Surrexit itaq; Abraham mane, et tollens panem, et vtrem aque, imposuit scapule eius: tradiditq; puerum, et dimisit eam. Que cum abiisset, errabat in solitudine Bersabee. Cũq; cõsumpta esset aqua in vtre, abiecit puerum subter vnam arborem, que ibi erat, et abiit, seditq; e regione procul quantum potest arcus iacere. Dixit enim, Non videbo morientem puerum. Et sedens contra, leuauit vocem suam, et fleuit. Exaudiuit autẽ deus vocem pueri. Vocauitq; angelus do-
mini Agar de celo, dicens. Quid C
agis Agar? Noli timere: exaudiuit enim deus vocem pueri de loco in quo est: surge, tolle puerũ et tene manum illius, quia in gẽtem magnam faciam eum. Aperuitq; oculos eius deus. Que videns puteum aque, abiit et impleuit vtrem, deditq; puero bibere, et fuit deus cum eo. Qui creuit, et moratus est in solitudine, factusq; est iuuenis sagittarius. Habitauitq; in deserto Pharan, et accepit illi mater sua vxorem de terra Egypti. Eodem tempore dixit Abimelech, et Phicol princeps exercitus eius ad Abraham.

Deus tecum est in vniuersis que
agis. Iura ergo per deũ, ne no-
Sup 20 d ceas mihi et posteris meis, stir-
piq; mee: sed iuxta misericordiã
quã feci tibi, facies mihi et terre
in qua versatus es aduena. Di-
xitq; Abraham. Ego iurabo. Et
increpauit Abimelech propter pu
teum aque, quem vi abstulerant
serui ei⁹. Respõditq; Abimelech.
D Nesciui quis fecerit hanc rẽ, sed
et tu non indicasti mihi, et ego nõ
audiui preter hodie. Tulit itaq;
Abraham oues et boues, et dedit
Abimelech. Percusseruntq; ambo
fedus. Et statuit Abrahã septẽ
agnas gregis seorsũ. Cui dixit
Abimelech, Quid sibi volũt septẽ
agne iste, quas stare fecisti seor-
sũ? At ille. Septẽ (inquit) agnas
accipies de manu mea, vt sint mi-
hi in testimoniũ, quoniã ego fodi
puteum istũ. Idcirco vocatus est
locus ille Bersabee, quia ibi v-
terq; iurauit, et inierunt fedus
pro puteo iuramenti. Surrexit
autem Abimelech et Phicol prin
ceps exercit⁹ eius, reuersi q; sunt
in terram Palestinorum. Abra-
ham vero plantauit nemus in
Bersabee, et inuocauit ibi nomẽ
domini dei eterni, et fuit colon⁹
A terre Palestinorũ dieb⁹ multis.

CAP. XXII.

Iudi.8.c Que postq̃ gesta sunt, tẽ-
tauit deus Abraham, et
Heb.11.d dixit ad eum. Abraham
Abraham. At ille respondit. Ad-
sum. Ait illi. Tolle filium tuum
vnigenitum quem diligis Isaac:
et vade in terram visionis, atq;
ibi offeres eum in holocaustũ su-
per vnum montium quem mon-
strauero tibi. Igitur Abraham de
nocte consurgens strauit asinum
suum, ducens secum duos iuue-
nes, et Isaac filium suum. Cũq;
concidisset ligna in holocaustũ,
abiit ad locum quem preceperat
ei deus. Die autem tertio, eleua-
tis oculis, vidit locũ procul, di-
xitq; ad pueros suos. Expectate
hic cum asino: ego et puer illuc
vsq; properantes, postq̃ adora- B
uerimus, reuertemur ad vos.
Tulit quoq; ligna holocausti, et
imposuit super Isaac filium suũ,
ipse vero portabat in manibus
ignem et gladium. Cumq; duo
pergerent simul, dixit Isaac pa-
tri suo. Pater mi. At ille respon-
dit. Quid vis fili? Ecce (inquit)
ignis et ligna, vbi est victima ho-
causti? Dixit autem Abraham,
Deus prouidebit sibi victimam
holocausti fili mi. Pergebant er-
go pariter, et venerunt ad locũ
quem ostenderat ei deus, in quo Iaco.2.d
edificauit altare, et desuper lig-
na composuit. Cumq; colligasset
Isaac filium suum, posuit eum
in altare super struem lignorum,
extenditq; manum, et arripuit C
gladiũ vt immolaret filium suũ.
Et ecce angelus dñi de celo cla-
mauit, dicẽs. Abraham Abrahã.
Qui respondit, Adsum. Dixitq;
ei. Non extendas manum tuam
sup puerũ, neq; facias illi quicq̃.
Nũc cognoui q timeas dominũ
et non pepercisti vnigenito filio
tuo propter me. Leuauit Abrahã
oculos suos, viditq; post tergum
arietem inter vepres herentem
cornibus, quem assumens, obtu-
lit holocaustum pro filio. Appella-
uitq; nomen loci illius, Domin⁹
videt. Unde vsq; hodie dicitur, Ps.104
In monte Domin⁹ videbit. Vo- Luc.1.g
cauit autem angelus domini A- Ec.45
braham secundo de celo, dicens. Heb.6
Per memetipsũ iuraui dicit do- 1.mac.2
minus, quia fecisti hanc rem, et Luc.1
non pepercisti filio tuo vnigeni-
to, benedicam tibi et multiplica-
bo semen tuum sicut stellas celi, D
et velut arenã que est in litore ma Ga.3.b
ris. Possidebit semen tuum por- Ec.44

tas

tas inimicorum suorum: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terre, quia obedisti voci mee. Reuersus est Abraham ad pueros suos, abieruntqꝫ Bersabee simul, et habitauit ibi. His itaqꝫ gestis, nuntiatum est Abraham ꝙ Melcha quoqꝫ genuisset filios Nachor fratri suo, Hus primogenitum, et Buz fratrem eius, et Chamuel patrem Syrorũ, & Caseth, et Azau, Pheldas quoqꝫ et Jedlaph, ac Bathuel, de quo nata est Rebecca. Octo istos genuit Melcha Nachor fratri Abrahã. Concubina vero illius nomine Roma, peperit Thabee et Gaon et Thaas et Maacha.

A

CAP. XXIII.

Vixit autem Sara centũ viginti septem annis, et mortua est in ciuitate Arbee, que est Hebrõ, in terra Chanaan. Venitqꝫ Abraham vt plãgeret et fleret eam. Cumqꝫ surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios Heth, dicens. Aduena sum et peregrinus apud vos, date mihi ius sepulchri vobiscũ, vt sepeliam mortuum meũ. Responderunt filii Heth, dicentes. Audi nos domine, Princeps dei es apud nos, in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum, nullusqꝫ te prohibere poterit quin in monumẽto eius sepelias mor-
B tuũ tuum. Surrexit Abraham, et adorauit populum terre, filios videlicet Heth: dixitqꝫ ad eos. Si placet anime vestre vt sepeliam mortuum meũ, audite me et intercedite apud Ephron filium Seor, vt det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui, pecunia digna tradat eã mihi coram vobis in possessionem sepulchri. Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. Responditqꝫ Ephron ad Abraham, cunctis audientibus qui ingrediebantur portam ciuitatis illius, dicens. Nequaquam ita fiet domine mi, sed tu C
magis ausculta quod loquor. Agrum trado tibi, et speluncã que in eo est, presẽtibus filiis populi mei, sepeli mortuum tuum. Adorauit Abraham coram domino & populo terre, et locutus est ad Ephron circunstante plebe eius, Queso vt audias me. Dabo pecuniam pro agro, suscipe eam, et sic sepeliam mortuum meum in eo. Respõditqꝫ Ephron. Domine mi, audi me. Terra quam postulas, quadringentos siclos argenti valet: istud est pretium inter me & te, sed quantum est hoc? B
sepeli mortuum tuum. Quod cũ audisset Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron postulauerat, audientibus filiis Heth, quadringentos siclos argenti probate monete publice. Confirmatusqꝫ est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex respiciens Mambre, tam ipse ꝙ spelunca, et omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circumitũ Abrahe in possessionẽ, videntibus filiis Heth, et cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius. Atqꝫ ita sepeliuit Abrahã Sarã vxorẽ suã in spelũca agri duplici, que respiciebat Mãbre, hec est Hebrõ in terra Chanaã. Et cõfirmatus est ager et antrũ quod erat in eo, Abrahe in possessionẽ monumẽti a filiis Heth.

CAP. XXIIII.

Erat autẽ Abrahã senex dierumqꝫ multorũ, et dñs in cũctis benedixerat ei. Di- A
xitqꝫ ad seruũ seniorẽ domus sue, qui preerat oĩbus que habebat. Pone manũ tuam subter femur meũ, vt adiurẽ te ꝑ dñm deũ celi et terre, vt nõ accipias vxorem

filio meo de filiabus Chananeo-
rum, inter quos habito: sed ad
terrā et cognationem meam pro-
ficiscaris, et inde accipias vxorē
filio meo Isaac. Respondit ser-
uus. Si noluerit mulier venire
mecum in terrā hanc, nunquid
reducere debeo filium tuum ad
locum, de quo tu egressus es? Di-
xitqꝫ Abraham. Caue, nequando
reducas filium meum illuc. Do-
minus deus celi et terre, qui tu-
lit me de domo patris mei, et de
terra natiuitatis mee, qui locu-
tus est mihi, et iurauit dicēs, Se-
mini tuo dabo terrā hanc: ipse
mittet angelum suum coram te, et
accipies inde vxorem filio meo.
Sin autem mulier noluerit sequi
te, non teneberis iuramento: fi-
lium meum tantum ne reducas
illuc. Posuit ergo seruus manū
sub femore Abraham domini sui,
et iurauit illi super sermone hoc.
Tulitqꝫ decem camelos de grege
domini sui et abiit, ex omnibus
bonis eius portans secum. Pro-
fectusqꝫ perrexit in Mesopota-
miam ad vrbem Nachor. Cum-
B qꝫ camelos fecisset accumbere ex-
tra oppidū iuxta puteum aque
vespere, eo tempore quo solent
mulieres egredi ad hauriendam
aquam, dixit. Domine deus do-
mini mei Abraham, occurre ob-
secro mihi hodie, et fac misericor-
diam cum domino meo Abrahā.
Ecce ego sto prope fontem aque,
et filie habitatorum huius ciui-
tatis egredientur ad hauriendam
aquam. Igitur puella cui ego di-
xero, Inclina hydriam tuam vt
bibam: et illa responderit, Bibe,
quin et camelis tuis dabo potū:
ipsa est quā preparasti seruo tuo
Isaac, et per hoc intelligam, qꝫ fe-
ceris misericordiam cum domino
meo. Necdum intra se verba cō-
pleuerat, et ecce Rebecca egredi-
ebatur, filia Bathuel filii Melche
vxoris Nachor fratris Abrahā,
habens hydriam in scapula sua,
puella decora nimis, virgoqꝫ pul-
cherrima, et incognita viro. De-
scenderat autem ad fontē, et im-
pleuerat hydriam suam, ac reuer-
tebatur. Occurritqꝫ ei seruus, et C
ait. Pauxillum aque mihi ad sor-
bendum prebe de hydria tua. Que
respondit. Bibe domine mi. Ce-
leriterqꝫ deposuit hydriam super
vlnam suam, et dedit ei potum.
Cumqꝫ ille bibisset, adiecit, Quin
et camelis tuis hauriam aquam,
donec cuncti bibant. Effundensqꝫ
hydriam in canalibus, recurrit
ad puteū vt hauriret aquam: et
haustā oībus camelis dedit. Ille
autem cōtemplabatur eam taci-
tus, scire volens vtrum prospe-
rum iter suum fecisset deꝰ, an nō.
Postquā autem biberūt cameli,
protulit vir inaures aureas, ap-
pendentes siclos duos, et armil-
las totidē pondo siclorum decem.
Dixitqꝫ ad eam. Cuius es filia?
indica mihi, est in domo patris tui
locus ad manendū? Que respō-
dit. Filia sum Bathuelis filii Na-
chor, quem peperit ei Melcha, et
addidit dicens. Palearū quoqꝫ et
feni plurimum est apud nos, et
locus spatiosus ad manendū. In-
clinauit se homo, et adorauit do-
minum, dicens. Benedictus do-
minus deus domini mei Abrahā,
qui non abstulit misericordiam et
veritatem suam a domino meo,
et recto itinere me perduxit in do-
mum fratris domini mei. Cucur- D
rit itaqꝫ puella, et nuntiauit in
domū matris sue omnia que au-
dierat. Habebat autem Rebecca
fratrem nomine Laban, qui festi-
nus egressus est ad hominem vbi
erat fons. Cumqꝫ vidisset inau-
res et armillas in manibus soro-
ris sue, et audisset cuncta verba

referentis, Hec locutus est mihi homo: venit ad virum, qui stabat iuxta camelos, et prope fontem aque, dixitque ad eum. Ingredere benedicte domini: cur foris stas? Preparaui domum et locum camelis tuis. Et introduxit eum in hospitium, ac destrauit camelos, deditque paleas et fenum et aquam ad lauandos pedes camelorum, et virorum, qui venerant cum eo. Et appositus est in conspectu eius panis. Qui ait. Non comedam, donec loquar sermones meos. Respondit ei. Loquere. At ille, Seruus inquit Abraham sum. Et dominus benedixit domino meo valde, magnificatusque est, et dedit ei oues et boues, argentum et aurum, seruos et ancillas, camelos et asinos. Et peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in senectute sua, deditque illi omnia que habuerat. Et adiurauit me dominus meus, dicens. Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananeorum, in quorum terra habito: sed ad domum patris mei perges, et de cognatione mea accipies vxorem
E filio meo. Ego vero respondi domino meo. Quid si noluerit venire mecum mulier? Dominus ait, in cuius conspectu ambulo, mittet angelum suum tecum, et diriget viam tuam, accipiesque vxorem filio meo de cognatione mea, et de domo patris mei. Innocens eris a maledictione mea, cum veneris ad proximos meos, et non dederint tibi. Ueni ergo hodie ad fontem aque, et dixi, Domine deus domini mei Abraham, si direxisti viam meam in qua nunc ambulo, ecce sto iuxta fontem aque, et virgo que egredietur ad hauriendam aquam, audierit a me, Da mihi pauxillum aque ad bibendum de hydria tua, et dixerit mihi, Et tu bibe, et camelis tuis hauriam: ipsa est mulier, quam preparauit dominus filio domini mei. Dumque hec tacitus mecum voluerem, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in scapula: descenditque ad fontem, et hausit aquam. Et aio ad eam. Da mihi paululum bibere. Que festinans deposuit hydriam de humero, et dixit mihi. Et tu bibe, et camelis tuis tribuam potum. Bibi, et adaquauit camelos. Interrogauique eam, et dixi. Cuius es filia? Que respondit. Filia Bathuelis sum, filii Nachor, quem peperit ei Melcha. Suspendi itaque inaures ad F
ornandam faciem eius, et armillas posui in manibus eius, pronusque adoraui dominum, benedicens domino deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt sumerem filiam fratris domini mei filio eius. Quamobrem si facitis misericordiam et veritatem cum domino meo, indicate mihi: sin autem aliud placet: et hoc dicite mihi, vt vadam ad dexteram, siue ad sinistram. Responderunt Laban et Bathuel. A domino egressus est sermo, non possumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum. En Rebecca coram te est, tolle eam, et proficiscere: et sit vxor filii domini tui, sicut locutus est dominus. Quod cum audisset puer Abraham, procidens adorauit in terra dominum. Prolatisque vasis argenteis, et aureis, ac vestibus, dedit ea Rebecce pro munere. Fratribus quoque eius, et matri dona obtulit. Initoque conuiuio vescentes pariter et bibentes, manserunt ibi. Surgens autem mane, locutus est puer, Dimittite me, vt vadam ad dominum meum. Responderunt fratres eius et mater.

Maneat

Maneat puella saltem decē dies
apud nos, ⁊ postea proficiscetur.
Nolite, ait, me retinere, quia do-
minus direxit viam meā, dimitti
te me, vt pergā ad dominū meū.
Et dixerunt. Vocemus puellā/et
queramus ipsius volūtatē. Cūq;
vocata venisset, sciscitati sunt,
Vis ire cū homine isto? Que ait.
G Vadam. Dimiserūt ergo eam, et
nutricē illius: seruumq; Abrahā,
et comites eius, imprecātes pros-
pera sorori sue, atq; dicētes, So-
ror nostra es, crescas in mille mil
lia, et possideat semen tuū por-
tas inimicorū suorū. Igitur Re-
becca, et puelle illius ascensis ca-
melis secute sunt virū: qui festi-
nus reuertebatur ad dominū su-
um. Eo autē tempore deambula-
bat Isaac per viam, que ducit ad
puteū, cuius nomē est Viuētis et
vidētis. Habitabat enim in terra
australi, ⁊ egressus fuerat ad me-
ditandū in agro, inclinata iā die.
Cumq; eleuasset oculos, vidit ca
melos venientes procul. Rebecca
quoq; conspecto Isaac, descendit
de camelo, et ait ad puerū. Quis
est ille homo, qui venit per agrū
in occursū nobis? Dixitq; ei. Ip-
se est dominus me⁹. At illa tollēs
cito palliū suum, operuit se. Ser-
uus autē cūcta que gesserat, nar
rauit domino suo Isaac. Qui
introduxit eam in tabernaculū
Sare matris sue, et accepit eam
vxorem: et intantū dilexit eā, vt
dolorem qui ex morte matris ac-
ciderat, temperaret.

CAP. XXV.

A ABrahā vero aliam duxit
vxorem nomine Ceturā,
que peperit ei Zamram:
et Iecsan, et Madan, ⁊ Madiā,
et Iesboc, et Sue. Iecsan quoq;
genuit Saba ⁊ Dadā. Filii Da-
dan fuerūt Assurim, et Latusim,
et Laomim. At vero ex Madian
ortus
ortus est Epha, et Epher, et E-
noch, et Abida, ⁊ Eldaa. Omnes
hi filii Ceture. Deditq; Abrahā
cuncta que possederat, Isaac: fi-
liis autem concubinarum largi-
tus est munera, et separauit eos
ab Isaac filio suo, dum adhuc
ipse viueret, ad plagā orientalē.
Fuerunt autē dies vite Abrahe
centum septuagintaquinq; anni,
et deficiens, mortuus est in sene-
ctute bona prouecteq; etatis, et
plenus dierum, cōgregatusq; est
ad populum suum. Et sepelierūt B
eū Isaac et Hismael filii sui i spe
lūca duplici, que sita est in agro
Ephron filii Seor Ethei e regi-
one Mambre, quam emerat a
filiis Heth. Ibi sepultus est ipse Sup.23.
et Sara vxor eius. Et post obi-
tum illius benedixit deus Isaac
filio eius, qui habitabat iuxta
puteum nomine viuentis et vi-
dentis. He sunt generationes
Hismael filii Abrahe, quem pepe-
rit ei Agar Egiptia famula Sare:
et hec nomina filiorum eius in vo
cabulis et generationibus suis. I.pa.1.
Primogenitus Hismaelis Na
baioth, deinde Cedar, et Adbeel,
et Mabsam, Masma quoq;, et
Duma, et Massa, Adab, et The
ma, et Ietur, et Naphis, ⁊ Ced-
ma. Isti sunt filii Hismael: et hec
nomina per castella ⁊ oppida eo-
rum, duodecim principes tribuū
suarum. Et facti sunt anni vite
Hismaelis cētum trigintaseptē:
deficiensq; mortuus est, et appo-
situs ad populum suum. Habita-
uit autē ab Euila vsq; Sur, que
respicit Egyptum introeunti b⁹
Assyrios. Coram cunctis fratri-
bus suis obiit. He quoq; sunt ge-
nerationes Isaac filii Abrahā. C
Abraham genuit Isaac, qui cum
quadraginta esset annorū, duxit
vxorem Rebeccam filiā Bathue
lis Syri de Mesopotamia sororē
Labā.

Laban. Deprecatusq; est Isaac
dominum pro vxore sua, eo ꝙ es-
set sterilis. Qui exaudiuit eum, &
dedit conceptū Rebecce, sed col-
lidebantur in vtero eius paruu-
li. Que ait. Si sic mihi futurum
erat, quid necesse fuit concipere?
Perrexitq; Rebecca, vt cōsuleret
dominum. Qui respondens, ait.
Due gentes sunt in vtero tuo, et
duo populi ex ventre tuo diuidē-
Ro. 9. c tur: populusq; populum supe-
rabit, et maior seruiet minori. Iā
tempus pariendi aduenerat, et
ecce gemini in vtero eius reperti
sunt. Qui primus egressus est, ru
fus erat, et totus in morē pellis
hispidus: vocatumq; est nomen
Osee.12 a eius Esau. Protinus alter egre-
diens, plantam fratris tenebat
manu, et idcirco appellauit eum
D Jacob. Sexagenarius erat Isaac,
Matt.1.a quādo nati sunt ei paruuli. Qui-
bus adultis factus est Esau vir
gnarus venandi, et homo agri-
cola: Jacob autem vir simplex
habitabat in tabernaculis. Isaac
amabat Esau, eo ꝙ de venati-
onibus illius vesceretur, et Re-
becca diligebat Jacob. Coxit au-
tem Jacob pulmentum. Ad quē
cum venisset Esau de agro lassus,
ait. Da mihi de coctione hac rufa,
Abd. 1. a quia oppido lassus sum. Quam
ob causam vocatum est nomen
eius Edom. Cui dixit Jacob. Vē
de mihi primogenita tua. Ille re-
spondit. En, morior, quid mihi
proderunt primogenita? Ait Ja-
cob. Jura ergo mihi. Jurauit ei
Heb.12 b Esau, et vendidit primogenita,
et sic accepto pane et lentis edu-
lio, comedit et bibit, & abiit, par-
uipendens ꝙ primogenita ven-
didisset.

A CAP. XXVI.

ORta autē fame super ter-
rā post eā sterilitatem que
acciderat in diebus Abra-
ham, abiit Isaac ad Abimelech
regem Palestinorum in Gerara.
Apparuitq; ei dominus, et ait.
Ne descendas in Egyptum, sed
quiesce in terra quam dixero tibi,
et peregrinare in ea, eroq; tecum
et benedicam tibi. Tibi enim et Sup.15 b
semini tuo dabo vniuersas regi-
ones has, complens iuramentū
quod spopondi Abraham patri
tuo. Et multiplicabo semen tuū
sicut stellas celi: daboq; posteris
tuis vniuersas regiones has, et
benedicentur in semine tuo oēs
gentes terre, eo ꝙ obedierit A-
braham voci mee, et custodierit
precepta et mandata mea, et ce-
rimonias legesq; seruauerit. Mā- B
sit itaq; Isaac in Geraris. Qui
cū interrogaretur a viris loci il-
lius super vxore sua, respondit,
Soror mea est. Timuerat enim
confiteri, ꝙ sibi esset sociata con-
iugio, reputans ne forte interfi-
cerēt eum propter illius pulchri-
tudinem. Cūq; pertransissēt dies
plurimi, et ibidē moraretur, pro-
spiciens Abimelech rex Palesti-
norum per fenestram, vidit eum
iocantē cum Rebecca vxore sua:
& accersito eo, ait. Perspicuū est,
ꝙ vxor tua sit, cur mentitus es
eam sororem tuam esse? Respō-
dit. Timui, ne morerer propter
eam. Dixitq; Abimelech. Quare
imposuisti nobis? Potuit coire
quispiā de populo cum vxore tua,
et induxeras super nos grande
peccatum. Precepitq; omni po-
pulo dicens. Qui tetigerit homi-
nis huius vxorem, morte morie-
tur. Seuit autem Isaac in ter-
ra illa, et inuenit in ipso anno cē-
tuplum: benedixitq; ei dominus,
et locupletatus est homo: et ibat
proficiens atq; succrescēs, donec
magnus vehemēter effectus est,
habuitq; possessiones ouium et
armentorum et familie plurimū.

Ob hoc inuidentes ei Palestini,
omnes puteos quos foderāt ser-
ui patris illius Abraham, illo tē-
pore obstruxerunt, implētes hu-
mo, intantum vt ipse Abimelech
diceret ad Jsaac. Recede a nobis
quoniam potentior nobis factus
D es valde. Et ille discedens, vt
veniret ad torrentem Gerare, ha
bitaretq; ibi: rursum fodit alios
puteos, quos foderant serui pa-
tris sui Abraham, et quos illo
mortuo olim obstruxerant Phi-
listiim, appellauitq; eos eisdē no-
minibus quibus ante pater vo-
cauerat. Foderuntq; in torrente,
et reppererūt aquam viuā. Sed
et ibi iurgium fuit pastorum Ge-
rare aduersus pastores Jsaac di-
centium, Nostra est aqua. Quā
ob rem nomen putei ex eo qd ac-
E ciderat, vocauit Calumniā. Fo-
derunt autem et alium: et pro il-
lo quoq; rixati sunt, appellauitq;
eum Inimicitias. Profectus inde
fodit alium puteum, pro quo nō
contenderunt. Itaq; vocauit no-
men eius Latitudo, dicens. Nūc
dilatauit nos dominus, et fecit
crescere super terram. Ascendit
autem Jsaac ex illo loco in Ber-
sabee, vbi apparuit ei dominus
in ipsa nocte, dicens. Ego sū de⁹
Abraham patris tui, noli timere,
quia ego tecum sum. Benedicam
tibi, et multiplicabo semen tuum
propter seruum meum Abra-
ham. Itaq; edificauit ibi altare
domino: et inuocato nomine do-
mini extendit tabernaculum, pre
F cepitq; seruis suis vt foderēt pu-
teum. Ad quem locum cum ve-
nissent de Geraris Abimelech, et
Ochazoth amicus illius, et Phi-
col dux militum: locutus est eis
Jsaac. Quid venistis ad me ho-
minē quem odistis. et expulistis a
vobis? Qui responderunt. Vi-
dimus tecum esse dominū: et id-
circo nunc diximus, Sit iuramē-
tum inter nos, & ineamus fedus,
vt non facias nobis quicq̄ mali,
sicut et nos nihil tuorū attigim⁹,
nec fecimus quod te lederet, sed cū
pace dimisimus auctum benedic-
tione domini. Fecit ergo eis cō-
uiuium, et post cibum et potum
surgentes mane, iurauerunt sibi
mutuo, dimisitq; eos Jsaac pa-
cifice in locum suum. Ecce autē G
venerunt in ipso die serui Jsaac,
annuntiantes ei de puteo quem
foderant atq; dicētes. Inuenim⁹
aquam. Unde appellauit eū Abū-
dantiam: et nomen vrbi imposi-
tum est Bersabee vsq; in presentē
diē. Esau vero quadragenarius
duxit vxores duas, Judith filiam
Beeri Ethei, et Basemath fili-
am Helon eiusdem loci: que am-
be offenderant animum Jsaac et
Rebecce.

CAP. XXVII.

SEnuit autem Jsaac et cali-
gauerunt oculi eius, et vi- A
dere non poterat: vocauitq;
Esau filiū suum maiorem, et di-
xit ei. Fili mi. Qui respōdit, Ad-
sum. Cui pater, Vides, inquit,
q̄ senuerim, et ignorem diē mor-
tis mee. Sume arma tua, phare-
tram et arcum, et egredere foras.
Cumq; venatu aliquid apprehē-
deris, fac mihi inde pulmentum,
sicut velle me nosti, et affer vt
comedam, et benedicat tibi aīa
mea anteq̄ moriar. Quod cū au-
disset Rebecca, et ille abiisset in
agrū vt iussionē patris impleret,
dixit filio suo Jacob. Audiui pa-
trem tuum loquentem cum Esau
fratre tuo, et dicentem ei, Affer
mihi de venatione tua, et fac ci-
bos vt comedam, & benedicā tibi
coram domino antequam mori-
ar. Nunc ergo fili mi acquiesce
consiliis meis, et pergens ad gre-
gem, affer mihi duos hedos opti-
mos,

mos, vt faciam ex eis escas pa=
B tri tuo, quibus libenter vescitur:
quas cum intuleris et comederit,
benedicat tibi priusquam mori=
tur. Cui ille respondit. Nosti ꝙ
Esau frater meus homo pilosus
sit, et ego leuis: si attrectauerit
me pater meus et senserit, timeo
ne putet me sibi voluisse illudere,
et inducat super me maledictionē
pro benedictione. Ad quē mater,
In me sit, ait, ista maledictio fili
mi, tantum audi vocem meam, &
pergens affer que dixi. Abiit & at=
tulit, deditq; matri. Parauit illa
cibos, sicut velle nouerat patrē
illius, et vestibus Esau valde
bonis, quas apud se habebat do=
mi, induit eum, pelliculasq; he=
dorū circundedit manibus, et colli
C nuda protexit. Deditq; pulmētū,
et panes quos coxerat, tradidit.
Quibus illatis, dixit. Pater mi.
At ille respondit. Audio, quis es
tu fili mi? Dixitq; Jacob. Ego
sum primogenitus tuꝰ Esau, feci
sicut precepisti mihi: surge, sede,
et comede de venatione mea, vt
benedicat mihi anima tua. Rur=
sumq; Isaac ad filium suū. Quo
modo, inquit, tam cito inuenire
potuisti fili mi? Qui respondit,
Voluntas dei fuit: vt cito occur
reret mihi quod volebā. Dixitq;
Isaac. Accede huc, vt tāgā te fili
mi, et probē vtrū tu sis filiꝰ meꝰ
Esau, an nō. Accessit ille ad patrē:
et palpato eo, dixit Isaac. Vox
quidē, vox Jacob est, sed manus,
manus Esau sunt. Et nō cogno=
uit eum, quia pilose manus simi=
litudiem maioris expresserāt. Be=
D nedicens ergo illi, ait. Tu es fi=
lius meus Esau? Respōdit. Ego
sum. At ille, Affer mihi, inquit,
cibos de venatione tua fili mi,
vt benedicat tibi anima mea.
Quos cum oblatos comedisset,
obtulit ei etiam vinum. Quo
hausto, dixit ad eum. Accede ad
me, et da mihi osculum fili mi.
Accessit, & osculatus est eū. Sta=
timq; vt sensit vestimentorum il=
lius fragrantiam, benedicens il=
li, ait. Ecce odor filii mei, sicut o= Heb.11.d
dor agri pleni, cui benedixit do=
minus. Det tibi deus de rore ce=
li, et de pinguedine terre abun=
dantiam frumenti, vini, et olei:
et seruiant tibi populi, et adorēt
te tribus. Esto dominꝰ fratrum
tuorum: et incuruētur ante te fi=
lii matris tue. Qui maledixerit
tibi, sit ille maledictus: et qui be=
nedixerit tibi, benedictionibꝰ re=
pleatur. Vix Isaac sermonē im=
pleuerat, et egresso Jacob foras, E
venit Esau, coctosq; de venatio=
ne cibos intulit patri, dicēs. Sur
ge pater mi, et comede de venati=
one filii tui, vt benedicat mihi
anima tua. Dixitq; illi Isaac.
Quis enim es tu? Qui respon=
dit. Ego sum filius tuus pri=
mogenitus Esau. Expauit Isa=
ac stupore vehementi, et vltra
ꝙ credi potest admirans, ait.
Quis igitur ille est, qui dudum
captam venationem attulit mi=
hi, et comedi ex omnibus prius=
ꝙ tu venires? Benedixiq; ei,
et erit benedictus. Auditis E=
sau sermonibus patris, irrugiit
clamore magno, et consterna=
tus ait. Benedic etiam et mi=
hi pater mi. Qui ait. Venit
germanus tuus fraudulenter,
et accepit benedictionem tuam.
At ille subiunxit. Juste voca= F
tum est nomen eius Jacob, sup=
plantauit enim me, en altera vi= Su.26.d
ce. Primogenita mea ante tu=
lit, et nunc secundo surripuit be=
nedictionem meam. Rursumq;
ad patrem, Nunquid non serua=
sti, ait, et mihi benedictionē? Re=
spondit Isaac. Dominū tuum il=
lum constitui, et oēs fratres eius

seruituti illius subiugaui. Fru-
mento et vino ⁊ oleo stabiliui eū,
et tibi post hec fili mi, vltra quid
faciam? Cui Esau. Num vnam,
inquit, tantum benedictionē ha-
bes pater? Mihi quoqꝫ obsecro
vt benedicas. Cūqꝫ eiulatu ma-
gno fleret, motus Isaac dixit ad
Heb.11.d eum. In pinguedine terre, et in
&.12.c rore celi desuper erit benedictio
tua. Viues in gladio, et fratri
tuo seruies: tempusqꝫ veniet cū
excutias et soluas iugum eius de
ceruicibus tuis. Oderat ergo sē-
Abd.1.c per Esau Iacob pro benedictione
qua benedixerat ei pater, dixitqꝫ
C in corde suo. Venient dies luc-
tus patris mei, et occidam Ia-
cob fratrem meum. Nuntiata
sunt hec Rebecce. Que mittens,
et vocans Iacob filiū suum, di-
xit ad eum. Ecce Esau frater tu⁹
minatur vt occidat te. Nūc ergo
fili mi, audi vocem meam, et cō-
surgens fuge ad Laban fratrem
meum in Aran: habitabisqꝫ cum
eo dies paucos, donec requiescat
furor fratris tui, et cesset indig-
natio eius, obliuiscaturqꝫ eorum
que fecisti in eum: postea mittā,
et adducam te inde huc. Cur v-
troqꝫ orbabor filio in vno die?
Dixitqꝫ Rebecca ad Isaac. Tedet
me vite mee propter filias Heth:
si acceperit Iacob vxorem de stir-
pe huius terre, nolo viuere.

CAP. XXVIII.

A Vocauit itaqꝫ Isaac Ia-
cob, et benedixit eum, pre-
cepitqꝫ ei, dicēs. Noli ac-
cipere coniugem de genere Cha-
naan, sed vade et proficiscere in
Mesopotamiam Syrie, ad do-
mū Bathuel patris matris tue,
et accipe tibi inde vxorem de fili-
abus Laban auunculi tui. Deus
autem omnipotens benedicat ti-
bi, ⁊ crescere te faciat atqꝫ multi-
plicet, vt sis in turbas populorū
et det tibi benedictiones Abrahe,
et semini tuo post te, vt possideas
terram peregrinationis tue, quā
pollicitus est auo tuo. Cumqꝫ di- Osee 13.d
misisset eū Isaac, profectus per-
uenit in Mesopotamiam Syrie
ad Laban filium Bathuel Sy- B
ri, fratrem Rebecce matris sue.
Videns autem Esau ꝙ benedi-
xisset pater suus Iacob, et misis-
set eum in Mesopotamiam Sy-
rie, vt inde vxorem duceret, et ꝙ
post benedictionem precepisset ei,
dicens, Non accipies vxorem de
filiabus Chanaan: ꝙqꝫ obedi-
ens Iacob parentibus suis isset
in Syriam: probans quoqꝫ ꝙ
non libenter aspiceret filias Cha
naan pater suus: iuit ad Hisma-
elem, et duxit vxorem absqꝫ his
quas prius habebat, Melech fi-
liam Hismael filii Abraham soro
rem Nabaioth. Igitur egressus
Iacob de Bersabee, pergebat A- C
ran. Cumqꝫ venisset ad quendā
locum, et vellet in eo requiescere
post solis occubitum, tulit de la-
pidibus qui iacebant, et suppo-
nens capiti suo, dormiuit in eo-
dem loco. Viditqꝫ in somnis sca-
lam stantem super terram, et ca-
cumen illius tangens celum, an-
gelos quoqꝫ dei ascendentes et de-
scendentes per eam, et dominum
innixum scale dicentem sibi, Ego
sum dominus deus Abraham pa
tris tui, et deus Isaac. Terram
in qua dormis, tibi dabo et semi-
ni tuo, eritqꝫ semen tuum quasi
puluis terre: Dilataberis ad ori- Deu.12.c
entem et occidentem ⁊ septentri- &.19.c
onem et meridiem, et benedicen-
tur in te et in semine tuo cuncte
tribus terre. Et ero custos tuus
quocunqꝫ perrexeris: et reducam
te in terram hanc, nec dimittam
nisi compleuero vniuersa que di-
xi. Cumqꝫ euigilasset Iacob de
somno, ait. Vere dominus est in
loco

loco isto, et ego nesciebam. Pauensque, Quàm terribilis est, inquit, locus iste? non est hic aliud nisi domus dei, et porta celi. Surgens ergo Jacob mane tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, et erexit in titulum, fundēs oleū desuper. Appellauitque nomē vrbis Bethel: que prius Luza vocabatur. Vouit etiam votum, dicens. Si fuerit dominus mecum, et custodierit me in via per quam ego ambulo, et dederit mihi panē ad vescendum, et vestimentū ad induendum, reuersusque fuero prospere ad domum patris mei: erit mihi dominus in deum, et lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur Domus dei: cunctorumque que dederis mihi, decimas offeram tibi.

CAP. XXIX.

A Profectus ergo Jacob venit in terram orientalem, et vidit puteū in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum. Nam ex illo adaquabantur pecora, et os eius grandi lapide claudebatur. Morisque erat vt cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, et refectis gregibus, rursum super os putei ponerent. Dixitque ad pastores.
B Fratres, vnde estis? Qui respōderunt. De Aran. Quos interrogans, Nunquid, ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerunt. Nouimus. Sanusne est, inquit? Ualet, inquiunt: et ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. Dixitque Jacob. Adhuc multum diei superest, nec est tēpus vt reducantur ad caulas greges: date ante potum ouibus, et sic eas ad pastum reducite. Qui responderūt. Non possumus donec omnia pecora congregentur, et amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus greges.

Adhuc loquebantur, et ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui: nam gregem ipsa pascebat.
C Quam cum vidisset Jacob, et sciret consobrinā suā, ouesque Laban auunculi sui: amouit lapidē quo puteus claudebatur, et adaquato grege osculatus est eam. Et eleuata voce fleuit et indicauit ei quod frater esset patris sui, et filius Rebecce. At illa festinans nuntiauit patri suo. Qui cū audisset venisse Jacob filium sororis sue, occurrit obuiam ei, complexusque eum, et in oscula ruens, duxit in domum suam. Auditis autem causis itineris, respondit.
D Os meū es et caro mea. Et postquam impleti sunt dies mensis vnius, dixit ei. Num quia frater meus es, gratis seruies mihi? dic quid mercedis accipias. Habebat vero duas filias, nomen maioris Lia, minor vero appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, et venusto aspectu: quam diligēs Jacob, ait. Seruiā tibi pro Rachel filia tua minore septē annis. Respondit Laban. Melius est vt tibi eam dem quàm alteri uiro: mane apud me. Seruiuit ergo Jacob pro Rachel septem annis: et videbantur illi pauci dies pre amoris magnitudine. Dixitque ad Laban.
E Da mihi vxorem meā, quia iam tempus impletū est vt ingrediar ad illam. Qui vocatis multis amicorum turbis ad cōuiuiū, fecit nuptias: et vespere Liam filiam suā introduxit ad eū, dans ancillam filie, Zelpham nomine. Ad quam cum ex more Jacob fuisset ingressus, facto mane, vidit Liam. Et dixit ad socerum suū. Quid est quod facere voluisti? nonne pro Rachel seruiui tibi? quare imposuisti mihi? Respondit Laban. Nō est in loco nostro

consuetudinis, vt minores ante
F tradamus ad nuptias. Imple heb
domadam dierum huius copule,
et hanc quoq; dabo tibi pro opere
quo seruiturus es mihi septẽ an-
nis aliis. Acquieuit placito, et heb
domada transacta, Rachel duxit
vxorem, cui pater seruam Balam
tradiderat. Tãdemq; potitus op-
tatis nuptiis, amorem sequentis
priori pretulit, seruiẽs apud eum
septem annis aliis. Vidẽs autem
dominus ꝙ despiceret Liam,
aperuit vuluam eius, sorore steri-
li permanente. Que conceptũ ge-
nuit filium, vocauitq; nomẽ eius
Ruben, dicens. Vidit dominus
humilitatem meam, nunc amabit
me vir meus. Rursumq; cõcepit &
C peperit filium, et ait. Quoniã au-
diuit me dominus haberi contẽp-
tui, dedit etiam istum mihi, voca-
uitq; nomen eius Symeon. Con-
cepitq; tertio et genuit alium fili-
um, dixitq;. Nunc quoq; copula-
bitur mihi maritus meus, eo ꝙ pe
pererim ei tres filios: & idcirco ap
pellauit nomen eius Leui. Quar
to concepit et peperit filium, et
ait. Modo confitebor domino. Et
ob hoc vocauit eum Judam: ces-
sauitq; parere.

CAP. XXX.

A
Matt. I. a CErnens autẽ Rachel ꝙ in-
fecunda esset, inuidit sorori
sue, et ait marito suo. Da
mihi liberos, alioqui moriar. Cui
iratus respondit Jacob. Num ꝓ
deo ego sum, qui priuauit te fru-
ctu ventris tui? At illa, Habeo, in
quit, famulam Balam, ingredere
ad illam, vt pariat super genua
mea, et habeam ex illa filios. De
ditq; illi Balam in coniugium.
Que ingresso ad se viro, concepit
et peperit filium. Dixitq; Rachel.
Judicauit mihi dominus et exau-
diuit vocem meam, dans mihi fi-
lium, et idcirco appellauit nomen
eius Dan. Rursumq; Bala conci
piens, peperit alterum, pro quo
ait Rachel. Comparauit me do-
minus cum sorore mea, & inualui. B
Vocauitq; eum Neptalim. Senti
ens Lia, ꝙ parere desiisset, Zel-
pham ancillam suam marito tra-
didit. Qua post conceptum eden-
te filium, dixit. Feliciter. Et idcir
co vocauit nomen eius Gad. Pe-
perit quoq; Zelpha alterum. Di-
xitq; Lia. Hoc ꝓ beatitudine mea,
beatam quippe me dicent omnes
mulieres. Propterea appellauit
eum Aser. Egressus autem Ru-
ben tẽpore messis triticee in agrũ
repperit mãdragoras, quas ma-
tri Lie detulit. Dixitq; Rachel.
Da mihi partem de mandragoris
filii tui. Illa respondit, Parum
ne tibi videtur ꝙ preripueris ma
ritum mihi, nisi etiam mandrago
ras filii mei tuleris? Ait Rachel. C
Dormiat tecum hac nocte pro mã
dragoris filii tui. Redeuntiq;
ad vesperã Jacob de agro, egres
sa est in occursum eius Lia, et ait.
Ad me, inquit, intrabis: quia mer
cede conduxi te pro mandragoris
filii mei. Dormiuitq; cum ea no-
cte illa, et exaudiuit deus preces
eius: concepitq; et peperit filium
quintum, et ait. Dedit deus mer
cedem mihi, quia dedi ancillam
meam viro meo. Appellauitq; no
men eius Jssachar. Rursum Lia
concipiens peperit sextum filiũ,
et ait, Dotauit me deꝰ dote bona:
etiam hac vice mecum erit mari-
tus meus, eo ꝙ genuerim ei sex fi
lios. Et idcirco appellauit nomẽ
eius Zabulon. Post quem pepe-
rit filiam nomine Dinam. Recor
datus quoq; dominus Rachelis,
exaudiuit eam, et aperuit vuluã
eius: que concepit, et peperit fili-
um, dicens. Abstulit deus oppro- D
brium meum. Et vocauit nomen
illiꝰ Joseph, dicens. Addat mihi
dominus

dominus filium alterum. Nato autem Ioseph, dixit Iacob socero suo. Dimitte me vt reuertar in patriam meam, & ad terrã meam: da mihi vxores, et liberos meos, pro quibus seruiui tibi, vt abeam, tu vero nosti seruitutem qua seruiui tibi. Ait illi Laban. Inueniam gratiam in conspectu tuo: experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te. Constitue mercedem tuam, quam dem tibi. At ille respondit, Tu nosti quomodo seruiuerim tibi, et quanta in manibus meis fuerit possessio tua. Modicum habuisti anteq̃ venirem ad te, et nunc diues effectus es: benedixitq; tibi deus ad introitum meum. Iustũ est igitur vt aliquãdo prouideam
E etiam domui mee. Dixitq; Labã. Quid tibi dabo? At ille ait. Nihil volo: sed si feceris quod postulo, iterum pascam & custodiam pecora tua. Gyra oẽs greges tuos, et separa cunctas oues varias, et sparso vellere: et quodcunq; fuluum, et maculosum, variũq; fuerit tam in ouibus q̃ in capris erit merces mea. Respondebitq; mihi cras iustitia mea, quãdo placiti tempus aduenerit coram te: et omnia que non fuerint varia, et maculosa, et fulua, tam in ouibus q̃ in capris, furti me argues. Dixitq; Laban. Gratum habeo quod petis. Et separauit in die illa capras et oues, hircos et arietes varios, atq; maculosos. Cun-
F ctum autem gregem vnicolorem, id est albi aut nigri velleris, tradidit in manu filiorum suorum, et posuit spatium itineris trium dierum inter se et generum, qui pascebat reliquos greges eius. Tollens ergo Iacob virgas populeas, virides, & amygdalinas, et ex platanis, ex parte decorticauit eas. Detractisq; corticibus, in his que spoliata fuerant, candor apparuit: illa vero que integra fuerant, viridia permanserunt: atq; in hunc modum color effectus est varius. Posuitq; eas in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, et in aspectu earũ conciperent. Factumq; est vt in ipso calore coitus oues intuerentur virgas, et parerent maculosa, et varia, et diuerso colore respersa. Diuisitq; gregem Iacob, et posuit virgas in canalibus an- G
te oculos arietum. Erant autem alba et nigra queq; Laban: cetera vero Iacob, separatis inter se gregibus. Igitur quando primo tempore ascendebant oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum et ouium, vt in earum contemplatione conciperent. Quando vero serotina admissura erat, et conceptus extremus, non ponebat eas. Factaq; sunt ea que erant serotina, Laban: et que primi temporis, Iacob. Ditatusq; est homo vltra modum, et habuit greges multos, ancillas et seruos, camelos et asinos.

CAP. XXXI.

Postq̃ autem audiuit verba filiorum Laban dicentium, A
Tulit Iacob omnia, que fuerũt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclytus: animaduertit quoq; faciem Laban q non esset erga se sicut heri et nudiustertius, maxime dicente sibi domino, Reuertere in terram patrum tuorum, et ad generationem tuam, eroq; tecum: misit et vocauit Rachel, & Liam in agrũ, vbi pascebat greges, dixitq; eis. Video faciem patris vestri, q nõ sit

ſit erga me ſicut heri et nudiuſ-
tertius. Deus autem patris mei
fuit mecum, et ipſe noſtis, ꝙ to-
tis viribus meis ſeruierim pa-
tri veſtro. Sed et pater veſter
circumuenit me, et mutauit mer-
cedem meam decem vicibus, et
tamen non dimiſit eum deus, vt
noceret mihi. Si quando dixit,
Varie, erunt mercedes tue: pari-
ebant omnes oues varios fetus.
Quando vero e contrario ait, Al-
ba queq; accipies ꝓ mercede: oēs
B greges alba pepererunt. Tulitq;
deus ſubſtantiam patris veſtri,
et dedit mihi. Poſtq̄ enim con-
ceptus ouiū tempus aduenerat,
leuaui oculos meos, et vidi in
ſomnis aſcendentes mares ſuper
feminas, varios et maculoſos,
et diuerſorum colorum. Dixitq;
angelus domini ad me i ſomnis.
Jacob. Et ego reſpondi. Adſum.
Qui ait. Leua oculos tuos, et
vide vniuerſos maſculos aſcen-
dentes ſuper feminas, varios,
maculoſos, atq; reſperſos. Vidi
eñi oia que fecit tibi Laban. Ego
Sup. 28 d ſum deus Bethel, vbi vnxiſti la-
pidem, et votū vouiſti mihi. Nūc
ergo ſurge, et egredere de terra
hac, reuertens in terram natiui-
tatis tue. Reſponderuntq; Ra-
chel, et Lia. Nunquid habemus
reſidui quicq̄ in facultatibus, et
hereditate domus patris noſtri?
nonne quaſi alienas reputauit
nos, et vendidit, comeditq; pre-
tium noſtrum? Sed tulit deus
C opes patris noſtri, et eas tradidit
nobis, ac filiis noſtris: vnde oia
que precepit tibi dominus, fac.
Surrexit itaq; Jacob, et impo-
ſitis liberis, ac coniugibus ſuis
ſup camelos, abiit. Tulitq; oēm
ſubſtantiam ſuam, et greges, et
quicquid in Meſopotamia acqui
ſierat, pergens ad Iſaac patrem
ſuum in terram Chanaan. Eo
tempore ierat Laban ad tonden-
das oues, et Rachel furata eſt
idola patris ſui. Noluitq; Ja-
cob confiteri ſocero ſuo, ꝙ fuge-
ret. Cūq; abiiſſet tam ipſe q̄ om-
nia que iuris ſui erant: et amne
tranſmiſſo pergeret contra mon-
tem Galaad: nnntiatum eſt La-
ban die tertio, ꝙ fugeret Jacob.
Qui aſſumptis fratribus ſuis,
perſecutus eſt eum diebus ſeptē,
et comprehendit eū in mōte Ga-
laad. Viditq; in ſomnis dicentē
ſibi dominum, Caue ne quicquā D
aſpere loquaris contra Jacob.
Jamq; Jacob extēderat in mōte
tabernaculum. Cumq; ille conſe-
cutus fuiſſet eum cum fratribus
ſuis, in eodem mōte Galaad fixit
tentorium. Et dixit ad Jacob.
Quare ita egiſti, vt clam me abi-
geres filias meas quaſi captiuas
gladio? Cur ignorante me fu-
gere voluiſti, nec indicare mihi:
vt proſequerer te cum gaudio, et
canticis, et tympanis, et citha-
ris? Non es paſſus vt oſcularer
filios meos et filias: ſtulte opera
tus es. Et nūc quidē valet manꝰ
mea reddere tibi malū, ſed deus
patris tui heri dixit mihi, Caue
ne loquaris cōtra Iacob quicquā
duriꝰ. Et ſi ad tuos ire cupiebas,
et deſiderio erat tibi domus pa-
tris tui: cur furatus es deos me-
os? Reſpondit Jacob. Qd̄ in-
ſcio te profectus ſū, timui ne vio-
lenter auferres filias tuas. Qd̄
autē furti me arguis, apud quē-
cunq; inueneris deos tuos, nece-
tur corā fratribus noſtris. Scru E
tare, quicquid tuorum apud me
inueneris, aufer. Hec dicens, ig-
norabat ꝙ Rachel furata eſſet i-
dola. Ingreſſus itaq; Laban ta-
bernaculum Jacob, et Lie et vtri-
uſq; famule, non inuenit. Cūq;
intraſſet tentorium Rachelis, il-
la feſtinās abſcōdit idola ſubter

stramenta cameli, ꝛ sedit desuper:
scrutantiqꝫ omne tentoꝛiū, ꝛ nihil
inuenienti, ait. Ne irascatur do-
minus me⁹, ꝙ coꝛam te assurgere
nequeo, quia iuxta consuetudinē
feminarum nūc accidit mihi. Sic
delusa solicitudo q̄rentis est. Tu-
mēsqꝫ Jacob, cū iurgio ait. Quā
ob culpā meā, et ob quod peccatū
meum sic exarsisti post me, ꝛ scru-
tatus es oēm supellectilem meā?
Quid inuenisti de cuncta substan-
tia domus tue? Pone hic coꝛam
fratribus meis, et fratrib⁹ tuis,
et iudicent inter me et te. Jdcirco
F viginti annis fui tecum, oues tue
ꝛ capꝛe steriles non fuerunt, arie-
tes gregis tui nō comedi, nec cap
tum a bestia ostendi tibi, ego dam
num oē reddebā: quicquid furto
perierat, a me exigebas: die noctu-
qꝫ estu vꝛgebar, ꝛ gelu, fugiebatqꝫ
somnus ab oculis meis. Sic per
viginti annos in domo tua serui-
ui tibi: quatuoꝛdecim pꝛo filiab⁹,
et sex pꝛo gregibus tuis. Jmmu-
tasti quoqꝫ mercedem meam decē
vicib⁹. Nisi deus patris mei Abꝛa
ham ꝛ timoꝛ Jsaac affuisset mihi,
foꝛsitā modo nudū me dimisisses.
Afflictionem meam et laboꝛē ma-
nuū mearum respexit deus, et ar-
guit te heri. Respondit ei Laban.
Filie mee et filii, et greges tui, et
omnia que cernis, mea sunt: quid
possum facere filiis et nepotibus
meis? Veni ergo ꝛ ineamus fed⁹,
vt sit testimonium inter me et te.
Tulit itaqꝫ Jacob lapidē, ꝛ erexit
illum in titulum: dixitqꝫ fratrib⁹
suis. Afferte lapides. Qui congre-
gantes fecerunt tumulum, come-
deruntqꝫ super eum. Quem voca-
uit Laban Tumulū testis, et Ja-
cob Aceruū testimonii, vterqꝫ iu-
xta pꝛopꝛietatem lingue sue. Di-
xitqꝫ Laban. Tumulus iste erit
testis inter me et te hodie, ꝛ idcir-
co appellatū est nomen eius Ga-
laad, id est tumulus testis. Et ad-
iecit Laban. Jntueatur et iudicet G
dominus inter nos, quando reces-
serimus a nobis, si afflixeris fili-
as meas, et si introduxeris alias
vxoꝛes super eas. Nullus sermo-
nis nostri testis est absqꝫ deo, qui
pꝛesens respicit. Dixitqꝫ rursus
ad Jacob. En tumulus hic et la-
pis quem erexi, inter me et te te-
stis erit. Tumulus inquam iste et
lapis sint in testimonium, si aut
ego trāsiero illum, pergens ad te:
aut tu pꝛeterieris, malū mihi co-
gitans. Deus Abꝛaham, et deus
Nachoꝛ iudicet inter nos, de⁹ pa-
tris eoꝛum. Jurauit ergo Jacob
per timoꝛem patris sui Jsaac, im-
molatisqꝫ victimis in monte, vo-
cauit fratres suos vt ederent pa-
nem. Qui cum comedissent, man-
serūt ibi. Laban vero de nocte cō-
surgens, osculatus est filios et fi-
lias suas, et benedixit illis, reuer
susqꝫ est in locum suum.

CAPVT. XXXII.

Iacob aūt abiit in itinere quod A
ceperat, fueruntqꝫ ei obuiam
angeli dei: quos cum vidisset,
ait. Castra dei sunt hec. Et appel-
lauit nomen loci illius Mahana-
im, id est castra. Misit aūt et nū-
tios ante se ad Esau fratrem suū
in terram Seir regionis Edom,
pꝛecepitqꝫ eis dicens. Sic loqui-
mini domino meo Esau, Hec dicit
frater tuus Jacob. Apud Laban
peregrinatus sum, et fui vsqꝫ in B
pꝛesentē diem: habeo boues ꝛ asi-
nos et oues et seruos et ancillas,
mittoqꝫ nunc legationē ad domi-
num meum, vt inueniam gratiā
in conspectu tuo. Reuersiqꝫ sunt
nuntii ad Jacob, dicentes. Veni-
mus ad Esau fratrem tuū, ꝛ ecce
pꝛoperat in occursum tibi cū qua-
dꝛingentis viris. Timuit Jacob
valde, et perterritus diuisit popu
lum qui secum erat, greges quoqꝫ

et oues et boues & camelos in du-
as turmas, dicens, Si venerit
Esau ad vnam turmam, et per-
cusserit eam, alia turma que reli-
qua est, saluabitur. Dixitque Ja-
cob. Deus patris mei Abraham,
C et deus patris mei Isaac, domi-
ne qui dixisti mihi, Reuertere in
terram tuam, et in locum natiui-
tatis tue, et benefaciam tibi: mi-
nor sum cunctis miserationibus
tuis, et veritate tua quam exple-
Sup.31.c uisti seruo tuo. In baculo meo
transiui Jordanem istum, et nunc
cum duabus turmis regredior.
Erue me de manu fratris mei E-
sau, quia valde eum timeo: ne for
te veniens, percutiat matrem cum
filiis. Tu locutus es quod beneface-
res mihi, et dilatares semen meum
sicut arenam maris, que pre mul
titudine numerari non potest. Cum-
D que dormisset ibi nocte illa, separa-
uit de his que habebat munera
Esau fratri suo, capras ducentas,
hircos viginti, oues ducentas, a-
rietes viginti, camelos fetas cum
pullis suis triginta, vaccas qua-
draginta, et tauros viginti, asi-
nas viginti, et pullos earum de-
cem. Et misit per manus seruorum
suorum singulos seorsum greges,
dixitque pueris suis, Antecedite me
et sit spatium inter gregem et gre
gem. Et precepit priori, dicens,
Si obuium habueris fratrem meum
Esau, et interrogauerit te, Cuius
E es? aut, quo vadis? aut, cuius
sunt ista que sequeris? responde-
bis, Serui tui Jacob. Munera mi-
sit domino suo Esau, ipse quoque
post nos venit. Similiter dedit
mandata secundo et tertio, ac cun-
ctis qui sequebantur greges, di-
cens. Hisdem verbis loquimini
ad Esau cum inueneritis eum, et
addetis, Ipse quoque seruus tuus
Jacob iter nostrum insequitur, di
xit enim, Placabo illum muneri-
bus que precedunt, & postea vide-
bo illum, forsitan propitiabitur
mihi. Precesserunt itaque munera
ante eum, ipse vero mansit nocte
illa in castris. Cumque mature sur
rexisset, tulit duas vxores suas et
totidem famulas cum vndecim fi
liis, et transiuit vadum Jaboch.
Traductisque omnibus que ad se F
pertinebant, mansit solus. Et ec- Osee.12
ce vir luctabatur cum eo vsque ma-
ne, qui cum videret quod eum supera-
re non posset, tetigit neruum fe-
moris eius, et statim emarcuit.
Dixitque ad eum, Dimitte me, iam
enim ascendit aurora. Respondit,
Non dimittam te, nisi benedixeris
mihi. Ait ergo. Quod nomen est
tibi? Respondit. Jacob. At ille,
Nequaquam, inquit, Jacob appella-
bitur nomen tuum: sed Israel, quo-
niam si contra deum fortis fuisti,
quanto magis contra homines pre-
ualebis? Interrogauit eum Ja- G
cob, Dic mihi, quo appellaris no-
mine? Respondit. Cur queris no-
men meum, quod est mirabile? Et
benedixit ei in eodem loco. Voca-
uitque Jacob nomen loci illius Pha
nuel, dicens. Vidi dominum facie
ad faciem, & salua facta est anima
mea. Ortusque est ei statim sol, postquam
transgressus est Phanuel. Ipse
vero claudicabat pede. Quam ob
causam non comedunt neruum filii
Israel, qui emarcuit in femore Ja-
cob, vsque in presentem diem: eo
quod tetigerit neruum femoris eius, &
obstupuerit.

CAP. XXXIII.

Eleuans autem Jacob ocu- A
los suos, vidit venientem
Esau, et cum eo quadringen
tos viros, Diuisitque filios
Lie et Rachel, ambarumque famu
larum: et posuit vtramque ancillam,
et liberos earum in principio: Liam
vero, et filios eius in secundo lo-
co, Rachel autem et Joseph no-
uissimos

nissimos. Et ipse progrediēs ad=
orauit pronus in terram septies,
donec appropinquaret frater ei⁹.
Currens itaq; Esau obuiam fra=
tri suo, amplexatus est eum: strin=
gensq; collum eius, et osculās fle=
uit, leuatisq; oculis vidit mulie=
B res et paruulos earū, & ait. Quid
sibi volunt isti, et si ad te pertine=
ant? Respondit. Paruuli sunt,
quos donauit mihi de⁹ seruo tuo.
Et appropinquantes ancille & fi=
lii earum, incuruati sunt. Accessit
quoq; Lia cum pueris suis, et cū
similiter adorassent, extremi Io=
seph et Rachel adorauerunt. Di=
xitq; Esau. Quenam sunt iste tur
me, quas obuiam habui? Respon
dit. Ut inuenirem gratiam corā
dño meo. At ille ait. Habeo pluri
ma frater mi: sint tua tibi. Dixit
Iacob. Noli ita obsecro, sed si in=
ueni gratiam in oculis tuis, acci=
pe munusculum de manibus me=
is. Sic enim vidi faciē tuā, quasi
C viderim vultum dei: esto mihi p̄=
pitius, & suscipe benedictionē quā
attuli tibi, et quam donauit mihi
deus, tribuens omnia. Uix fratre
compellente suscipiens, ait. Gra=
diamur simul, eroq; socius itine=
ris tui. Dixitq; Iacob. Nosti do=
mine mi ꝙ paruulos habeā tene=
ros, et oues et boues fetas mecū:
quas si plus in ambulando fecero
laborare, morientur vna die cun=
cti greges: precedat dominus me=
us ante seruū suum, & ego sequar
paulatim vestigia eius, sicut vi=
dero paruulos meos posse, donec
veniam ad dominū meū in Seir.
D Respondit Esau. Oro te, vt de po
pulo qui mecum est, saltem socii
remaneant vie tue. Non est (in=
quit) necesse: hoc vno tantum in=
digeo, vt inueniam gratiam in
conspectu tuo domine mi. Reuer=
sus est itaq; illo die Esau itinere
quo venerat in Seir. Et Iacob
venit in Soccoth, vbi edificata
domo et fixis tentoriis, appella=
uit nomen loci illius Soccoth, id
est tabernacula. Transiuitq; in
Salem vrbem Sichimorum, que
est in terra Chanaan: postꝙ re=
uersus est de Mesopotamia Sy=
rie, et habitauit iuxta oppidum,
emitq; partem agri in qua fixerat
tabernacula, a filiis Emor patris
Sichem centum agnis: et erecto
ibi altari, inuocauit super illud
fortissimum deum Israel.

CAP. XXXIIII.

Egressa est autem Dina fi= A
lia Lie, vt videret mulieres
regionis illius. Quam cum
vidisset Sichē filius Emor
Euei, princeps terre illius, ada=
mauit eam, et rapuit, et dormiuit
cum illa, vi opprimēs virginem.
Et conglutinata est anima eius
cum ea, tristemq; deliniuit blandi=
ciis. Et pergens ad Emor patrē
suum, Accipe, inquit, mihi puel=
lam hanc coniugem. Quod cum
audisset Iacob, absentibus filiis
et in pastu pecorum occupatis,
siluit donec redirent. Egresso au=
tem Emor patre Sichem vt lo=
queretur ad Iacob, ecce filii eius
veniebāt de agro: auditoq; quod
acciderat, irati sunt valde: eo ꝙ
fedam rem operatus esset in Isra
el, et violata filia Iacob rem illi=
citam perpetrasset. Locutus est
itaq; Emor ad eos. Sichem filii
mei adhesit anima filie vestre, da=
te eam illi vxorem, et iungamus B
vicissim connubia, filias vestras
tradite nobis, et filias nostras
accipite, & habitate nobiscū. Ter=
ra in potestate vestra est, exercete,
negotiamini, et possidete eam.
Sed et Sichem ad patrem et ad
fratres eius, ait, Inueniam gra=
tiam coram vobis, et quecunq;
statueritis, dabo. Augete dotem
et munera postulate, et libenter

tribuam quod petieritis, tantū date mihi puellā hanc vxorē. Responderunt filii Iacob Sichem et patri eius in dolo, seuientes ob stuprum sororis. Non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircūciso: quod illicitum et nefarium est apud nos. Sed in hoc valebimus federari. Si volueritis esse similes nostri, et circuncidatur in vobis omnis masculini sexus, tunc dabimus et accipiemus mutuo filias vestras ac nostras, et
C habitabimus vobiscum, erimusq; vnus populus: si autem circūcidi nolueritis, tollemus filiam nostram et recedemus. Placuit oblatio eorum Emor et Sichem filio eius: nec distulit adolescens quin statim quod petebatur expleret, amabat enim puellā valde, et ipse erat inclytus in omni domo patris sui. Ingressiq; portam vrbis, locuti sunt ad populū, Viri isti pacifici sunt, et volunt habitare nobiscum. Negotientur in terra et exerceant eā, que spatiosa et lata cultoribus indiget. Filias eorum accipiemus vxores, et nostras illis dabimus. Vnum est quo differtur tantū bonum, Si circuncidam⁹ masculos nostros, ritum gentis imitantes, et substantia eorum et pecora et cuncta que possident, nostra erunt: tātū in hoc acquiescamus, et habitantes simul, vnum efficiamus populum. Assensiq; sunt omnes, cir
D cuncisis cunctis maribus. Et ecce die tertio quando grauissimus vulnerum dolor est, arreptis duo filii Iacob, Simeon, et Leui fratres Dine, gladiis: ingressi sunt vrbem confidenter, interfectisq; omnibus masculis, Emor et Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. Quibus egressis, irruerūt super occisos ceteri filii Iacob, et depopulati sunt vrbē in vltionem stupri, oues eorū, et armenta et asinos, cunctaq; vastātes que in domibus et in agris erant, paruulos quoq; eorum et vxores duxerunt captiuas. Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad Simeon et Leui, Turbastis me et odiosū fecistis me Chanaaneis et Pherezeis habitatoribus terre huius. Nos pauci sum⁹, illi congregati percutient me, et delebor ego et domus mea. Responderunt, Nunquid vt scorto abuti debuere sorore nostra?

CAP. XXXV.

Interea locutus est deus ad Iacob, Surge et ascende Bethel, et habita ibi, facq; altare deo, qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuū. Iacob vero conuocata omni domo sua, ait. Abiicite deos alienos, qui in medio vestri sunt, et mundamini, ac mutate vestimenta vestra. Surgite et ascendamus in Bethel, vt faciam⁹ ibi altare domino, qui exaudiuit me in die tribulationis mee, et socius fuit itineris mei. Dederunt ergo ei oēs deos alienos quos habebant, et inaures que erant in auribus eorum. At ille infodit eas subter terebinthum, que est post vrbē Sichē. Cumq; profecti essent, terror dei inuasit omnes per circuitū ciuitatis, et non sunt ausi persequi recedentes. Venit igitur Iacob Luzan, que est in terra Chanaā, cognomento Bethel, ipse et oīs populus cum eo: edificauitq; ibi altare, et appellauit nomen loci illius Dom⁹ dei. Ibi enim apparuit ei deus cum fugeret fratrem suum. Eodē tempore mortua est Debora nutrix Rebecce, et sepulta est ad radices Bethel subter quercum: vocatumq; est nomen loci

loci illius, Quercus fletus. Apparuit autem iterũ deus Jacob postq̄ reuersus est de Mesopotamia Syrie, & venit in Bethel, benedixitq; ei, dicens. Non vocaberis vltra Jacob: sed Israel erit nomē tuum. Et appellauit eũ Israel, dixitq; ei. Ego deus omnipotēs, Cresce et multiplicare: gentes et populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur, terramq; quam dedi Abrahā et Isaac, dabo tibi & semini tuo post te. Et recessit ab eo. Ille vero erexit titulum lapideũ in loco quo locutus fuerat ei de⁹, libans super eum libamina, et effundens oleum, vocansq; nomen loci illius Bethel. Egressus autē inde, venit verno tēpore ad terrā que ducit Ephratā. In qua cū parturiret Rachel, ob difficultatē partus periclitari cepit. Dixitq; ei obstetrix. Noli timere, quia et hunc habebis filium. Egrediente autē anima pre dolore, et imminente iam morte, vocauit nomen filii sui, Bennoni, id est, filius doloris mei. Pater vero appellauit eum Beniamin, id est, filius dextre. Mortua est ergo Rachel, et sepulta est in via que ducit Ephratā, hec est Bethleē. Erexitq; Jacob titulū super sepulchrū eius, Hic est titul⁹ monumēti Rachel: vsq; in presentem diē. Egressus inde fixit tabernaculum trās turrem gregis. Cūq; habitaret in illa regione, abiit Ruben, et dormiuit cū Bala, concubina patris sui. Quod illum minime latuit. Erant autem filii Jacob duodecim. Filii Lie, primogenit⁹ Ruben, et Simeon et Leui et Judas & Issachar & Zabulō. Filii Rachel Joseph, & Beniamin. Filii Bale ancille Rachelis, Dan, & Neptalim. Filii Zelphe āncille Lie, Gad & Aser. Hi sūt filii Jacob qui nati sunt ei in Mesopotamia Syrie. Venit etiā ad Isaac patrē suum in Mābre ciuitatē Arbee, hec est Hebron, in qua peregrinatus est Abrahā & Isaac. Et completi sūt dies Isaac centum octoginta annorū, cōsumptusq; etate mortu⁹ est: et appositus est populo suo senex et plenus dierū, & sepelierūt eum Esau et Jacob filii sui.

Sup.32.c

C

D

CAP. XXXVI.

Hē sunt autem generationes Esau, ipse est Edom. Esau accepit vxores de filiabus Chanaan. Ada filiā Elon Ethei, et Olibama filiā Ane filii Sebeō Euei: Basemath quoq; filiam Hismael sororē Nabaioth. Peperit autē Ada Eliphaz, Basemath genuit Rahuel. Olibama genuit Jehus et Ihelom et Core. Hi filii Esau qui nati sunt ei in terra Chanaan. Tulit autē Esau vxores suas et filios & filias, et omnem animam domus sue et substantiā et pecora, et cūcta que habere poterat in terra Chanaā, et abiit in alteram regionē, recessitq; a fratre suo Jacob. Diuites enim erāt valde, & simul habitare nō poterāt: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum pre multitudine gregū. Habitauitq; Esau in mōte Seir, ipse est Edom. He autē sunt generationes Esau patris Edom in monte Seir, et hec noīa filiorum eius: Eliphaz filius Ada vxoris Esau, Rahuel quoq; fili⁹ Basemath vxoris eius. Fuerūtq; Eliphaz filii: Theman, Omar, Sepho, et Gatham, et Cenez. Erat autem Thamna, concubina Eliphaz filii Esau, que peperit ei Amalech. Hi sūt filii Ada vxoris Esau. Filii autem Rahuel: Nahath et Zara, Semma et Maze. Hi filii Basemath vxoris Esau. Isti quoq; erant filii Olibama filie

A

I.par.I.c

B

I.par.I.c

F filie Ane filii Sebeon vxoris Esau, quos genuit ei Jehus et Jhelom et Core. Hi duces filiorum Esau. Filii Eliphaz primogeniti Esau: dux Theman, dux Omar, dux Sephua, dux Cenez, dux Core, dux Gatan, dux Amalec. Hi filii Eliphaz in terra Edom, et hi filii Ade. Hi quoque filii Rahuel filii Esau: dux Nahath, dux Zara, dux Semma, dux Meza. Hi autem duces Rahuel in terra Edom: isti filii Basemath vxoris Esau. Hi autem filii Oolibama vxoris Esau: dux Jehus, dux Jhelom, dux Core. Hi duces Oolibama filie Ane vxoris Esau. Isti sunt filii Esau et hi duces eorum, ipse

C est Edom. Isti sunt filii Seir Hor-

1. par. 1. c rei, habitatores terre: Lotan et Sobal et Sebeon et Ana et Dison et Eser et Disan. Hi duces Horrei, filii Seir in terra Edom. Facti sunt autem filii Lotan: Hori et Eman. Erat autem soror Lotan Thamna. Et isti filii Sobal, Aluan et Manaath et Hebal et Sepho et Onam. Et hi filii Sebeon: Ahia et Ana. Iste est Ana qui inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinas Sebeon patris sui. Habuitque filium Disan, et filiam Oolibama. Et isti filii Disan: Hamdan et Heseban et Jethran et Charan. Hi quoque filii Eser Balaan et Zeuan et Acan. Habuit autem filios Disan, Hus et Aran. Hi duces Horreorum: dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana, dux Dison, dux Eser, dux Disan. Isti duces Horreorum, qui imperauerunt in terra Seir. Reges autem qui regnauerunt in terra Edom antequam haberent regem filii Israel, fuerunt hi: Balach, filius Beor, nomenque vrbis eius Denaba. Mortuus est autem Balach, et regnauit pro eo Jobab filius Zare de

Bosra. Cumque mortuus esset Jobab, regnauit pro eo Husam de terra Themanorum. Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in regione Moab, et nomen vrbis eius Auith. Cumque mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla de Masreca. Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Saul de fluuio Rooboth. Cumque et hic obiisset, successit in regnum Balanan filius Achobor. Isto quoque mortuo, regnauit pro eo Adad, nomenque vrbis eius Phau. Et appellabatur vxor eius Meetabel, filia Matred filie Mezaab. Hec ergo nomina ducum Esau in cognationibus et locis et vocabulis suis: dux Thamna, dux Alua, dux Jetheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar, dux Magdiel, dux Hiram: hi duces Edom habitantes in terra imperii sui, ipse est Esau pater Idumeorum. Habitauit autem Jacob in terra Chanaan, in qua pater suus peregrinatus est, et he sunt generationes eius. D

CAP. XXXVII. A

Joseph cum sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer, et erat cum filiis Bale, et Zelphe vxorum patris sui: accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo. Israel autem diligebat Joseph super omnes filios, eo quod in senectute genuisset eum, fecitque ei tunicam polymitam. Videntes autem fratres eius quod a patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui. Accidit quoque, vt visum somnium referret fratribus suis, que causa maioris odii seminarium fuit. Dixitque Joseph fratribus B suis. Audite somnium meum quod

vidi. Putabam nos ligare mani-
pulos in agro, & quasi cōsurgere
manipulū meū, et stare, vestros-
q; manipulos circunstantes ado-
rare manipulum meum. Respō-
derunt fratres eius. Nunquid
rex noster eris, aut subiiciemur
ditioni tue? Hec ergo causa som-
niorum atq; sermonum, inuidie &
odii fomitem ministrauit. Aliud
quoq; vidit somnium, quod nar-
rans fratrib⁹, ait. Vidi per som-
nium quasi solem, et lunā, et stel-
las vndecim adorare me. Quod
cum patri suo, et fratribus retu-
lisset, increpauit eum pater su⁹,
C et dixit. Quid sibi vult hoc som-
nium, quod vidisti? Num ego, et
mater tua, et fratres tui adora-
bimus te super terram? Inuide-
bāt ei igitur fratres sui: pater ve-
ro rem tacit⁹ considerabat. Cū-
q; fratres illi⁹ in pascendis gre-
gibus patris morarentur in Si-
chem, dixit ad eum Israel. Fra-
tres tui pascunt oues in Sichi-
mis, veni, mittam te ad eos. Quo
respondente, Presto sū, ait. Va-
de, et vide si cuncta prospera sint
erga fratres tuos et pecora, & re-
nuntia mihi quid agatur. Miss⁹
de valle Hebron, venit in Sichē:
inuenitq; eum vir errantem in
agro, & interrogauit quid quere-
D ret. At ille respōdit. Fratres me-
os quero, indica mihi vbi pascāt
greges. Dixitq; ei vir. Recesserūt
de loco isto, audiui autem eos di-
cētes, Eam⁹ in Dothaim. Per-
rexit itaq; Joseph post fratres
suos, et inuenit eos in Dothaim.
Qui cum vidissent eū procul, an-
tequā accederet ad eos, cogitaue-
runt illum occidere, et mutuo lo-
quebantur, Ecce somniator ve-
nit, venite occidamus eū, et mit-
tamus in cisternam veterē: dice-
musq; Fera pessima deuorauit
eum. Et tunc apparebit quid illi
prosint somnia sua. Audiens au-
tem hoc Ruben, nitebatur libe-
rare eum de manibus eorum, et
dicebat. Non interficiamus ani-
mam eius, nec effundamus san-
guinem, sed proiicite eū in cister-
nam veterem, que est in solitudi-
ne, manusq; vestras seruate in-
noxias. Hoc autē dicebat, volēs
eripere eum de manibus eorū,
et reddere patri suo. Confestim E
igitur vt peruenit ad fratres su-
os, nudauerunt eū tunica talari,
et polymita: miserūtq; eum in ci-
sternā veterem, que non habebat
aquam. Et sedētes vt comederēt
panē, viderunt Hismaelitas via-
tores venire de Galaad, et came-
los eorum portantes aromata, et
resinā, et stacten in Egyptū. Di-
xit ergo Judas fratribus suis.
Quid nobis prodest, si occiderim⁹
fratrem nostrum, et celauerimus
sanguinē ipsius? melius est vt vē-
datur Hismaelitis, et manus no-
stre non polluant: frater enim et
caro nostra est. Acquieuerūt fra-
tres sermonib⁹ illius, et pretereū-
tib⁹ Madianitis negotiatorib⁹, F
extrahentes eum de cisterna, ven-
diderunt eum Hismaelitis viginti
argenteis, q̄ duxerūt eū in Egyp-
tum. Reuersusq; Ruben ad cister- Sap.10.c
nam, non inuenit puerū, et scissis psa.10.b
vestibus pergēs ad fratres suos,
ait. Puer non cōparet, et ego quo
ibo? Tulerunt autē tunicam eius,
& in sanguinem hedi quem occide-
rant: tinxerunt, mittētes qui fer-
rent ad patrem, et dicerēt, Hanc
inuenimus, vide vtrū tunica filii
tui sit, an non. Quā cum cogno- G
uisset pater, ait. Tunica filii mei
est, fera pessima comedit eum, be-
stia deuorauit Joseph. Scissisq;
vestib⁹, indutus est cilicio, lugens
filium suū multo tēpore. Cōgre-
gatis autē cunctis liberis eius, vt
lenirent dolorē patris, noluit cō-
solatio-

solationē accipere, sed ait. Descē-
dam ad filium meū, lugens in in-
fernū. Et illo ꝑseuerante in fletu,
Madianite vendiderunt Joseph
in Egypto Phutiphari eunucho
Pharaonis, magistro militum.

CAP. XXXVIII.

A Eodem tempoꝛe descendens
Judas a fratribus suis, di-
uertit ad virum Odollami-
ten, nomine Hiram, viditqꝫ ibi fi-
liā hominis Chananei, vocabulo
Sue: et accepta vxoꝛe, ingressus
est ad eam: que concepit, ⁊ peperit
filium, ⁊ vocauit nomē eius Her.
Rursumqꝫ cōcepto fetu, natū fili-
um vocauit Onan. Tertiū quoqꝫ
peperit, quē appellauit Sela: quo
nato, parere vltra cessauit. Dedit
Nūe 26 c autem Judas vxoꝛē pꝛimogenito
suo Her, nomine Thamar. Fuit
quoqꝫ Her pꝛimogenitus Jude,
nequā in conspectu dñi, et ideo ab
B eo occisus est. Dixit ergo Judas
ad Onan filiū suū, Jngredere ad
vxoꝛem fratris tui, et sociare illi,
vt suscites semen fratri tuo. Jlle
sciēs nō nasci sibi filios, introiēs
ad vxoꝛem fratris sui, semen fun
debat in terram, ne liberi fratris
nomine nascerent. Et idcirco per-
cussit eum dñs, eo ꝙ rem detesta-
bilem faceret. Quā ob rem dixit
Judas Thamar nurui sue. Esto
vidua in domo patris tui, donec
crescat Sela filius meus. Time-
bat enī ne et ipse moꝛeretur, sicut
fratres eius. Que abiit, ⁊ habita-
uit in domo patris sui. Euolutis
autem multis diebus, moꝛtua est
C Sue, vxoꝛ Jude. Qui post luctū
consolatione suscepta, ascendebat
ad tonsoꝛes ouium suarū, ipse et
Hiras opilio gregis, Odollami-
tes in Thamnas. Nuntiatūqꝫ est
Thamar, ꝙ socer illiꝰ ascēderit in
Thānas ad tondēdas oues. Que
depositis viduitatis vestibus, as-
sumpsit theristrū: ⁊ mutato habi-
tu sedit in biuio itineris, qđ ducit D
Thamnam, eo ꝙ creuisset Sela,
et non eū accepisset maritū. Quā
cum vidisset Judas, suspicatus
est esse meretricē, operuerat enim
vultum suum, ne agnosceretur,
ingrediensqꝫ ad eam, ait. Dimitte
me vt coeā tecū. Nesciebat enim
ꝙ nurꝰ sua esset. Qua respondēte,
quid dabis mihi, vt fruaris cōcu-
bitu meo? Dixit. Mittā tibi hedū
de gregibꝰ. Rursumqꝫ illa dicēte,
Patiar qđ vis, si dederis mihi ar-
rabonē, donec mittas quod polli-
ceris. Ait Judas. Quid vis tibi ꝓ
arrabone dari? Respondit. Annu-
lum tuum, et armillam, et bacu-
lum quem manu tenes. Ad vnum E
igitur coitum mulier concepit, et
surgens abiit: depositoqꝫ habitu
quē sumpserat, induta est vidui-
tatis vestibus. Misit autem Ju-
das hedum per pastoꝛē suū Odol
lamitē, vt reciperet pignus, quod
dederat mulieri. Qui cum nō in-
uenisset eam, interrogauit homi-
nes loci illius, vbi est mulier, que
sedebat in biuio? Respondentibꝰ
cunctis, Non fuit in loco isto me-
retrix: reuersus est ad Judam, et
dixit ei. Non inueni eā, sed et ho-
mines loci illius dixerūt mihi nū-
ꝙ sedisse ibi scoꝛtum. Ait Judas.
Habeat sibi: certe mendacii argu
ere nos non poterit. Ego misi he- F
dum, quem pꝛomiseram, et tu nō
inuenisti eam. Ecce aūt post tres
menses nuntiauerunt Jude, dicē-
tes. Foꝛnicata est Thamar nurꝰ
tua, ⁊ videtur vterus illius intu-
mescere. Dixitqꝫ Judas. Pꝛodu-
cite eam vt comburatur. Que cū
duceretur ad penam, misit ad so-
cerum suū, dicens. De viro cuius
hec sunt, concepi. Cognosce cuiꝰ
sit annulus, ⁊ armilla, ⁊ baculus.
Qui agnitis muneribus, ait. Ju-
stioꝛ me est, quia non tradidi eam
Sela filio meo. Attamē vltra nō
cogno-

cognouit eam. Instante aūt partu, apparuerunt gemini in vtero: Matt.1.a
atqꝫ i ipsa effusione infantiū vn⁹
ꝓtulit manum, in qua obstetrix
ligauit coccinū, dicens. Iste egre
dietur prior. Illo vero retrahente
manum egressus est alter. Dixitqꝫ
mulier. Quare diuisa est ꝓpter te
1.par.2.a maceria? Et ob hanc causam vocauit nomē eius Phares. Postea
egressus est frater eius, in cuius
manu erat coccinum, quem appellauit Zara.

CAP. XXXIX.

A IGitur Ioseph duct⁹ est in Egyptū, emitqꝫ eū Phutiphar
eunuch⁹ Pharaonis, princeps
exercitus sui, vir Egypti⁹, de manu Hismaelitarū, a quib⁹ ꝑductus
erat. Fuitqꝫ dñs cū eo, ⁊ erat vir
in cunctis ꝓspere agens. Habitauitqꝫ in domo domini sui, qui optime nouerat dominū esse cum eo,
⁊ omnia que gereret, ab eo dirigi
in manu illi⁹. Inuenitqꝫ Ioseph
gratiam coram dño suo, et ministrabat ei: a quo prepositus omnib⁹ gubernabat creditā sibi domū,
et vniuersa q̄ ei tradita fuerant.
Benedixitqꝫ dñs domui Egyptii
B ꝓpter Ioseph, ⁊ multiplicauit tā
in edib⁹ q̄ i agris cunctā ei⁹ substantiam: nec quicq̄ aliud nouerat, nisi panem quo vescebatur.
Erat autē Ioseph pulchra facie,
et decorus aspectu. Post multos
itaqꝫ dies iniecit domina sua oculos suos in Ioseph, et ait. Dormi
mecum. Qui nequaq̄ acquiescēs
operi nefario, dixit ad eam. Ecce
dominus meus oībus mihi traditis ignorat quid habeat in domo
sua, nec quicq̄ est, qđ nō i mea sit
potestate, vel nō tradiderit mihi:
preter te, que vxor eius es. Quomodo ergo possum hoc malū facere, et peccare in dñm meū? Huiuscemodi verbis per singulos dies
loquebat, et mulier molesta erat
adolescenti, et ille recusabat stuprum. Accidit autem quadam die G
vt intraret Ioseph domū, et operis quippiam absqꝫ arbitris faceret, ⁊ illa apprehensa lacinia vestimēti ei⁹, diceret. Dormi mecū.
Qui relicto in manu eius pallio,
fugit, ⁊ egressus est foras. Cumqꝫ
vidisset mulier vestem in manib⁹
suis, et se esse contēptam, vocauit
ad se homines domus sue, ⁊ ait ad
eos. En introduxit virū Hebreū,
vt illuderet nobis. Ingressus est
ad me, vt coiret mecum. Cumqꝫ
ego succlamassem, et audisset vocem meā, reliquit palliū quod tenebam, et fugit foras. In argumētum ergo fidei retentū palliū, D
ostendit marito reuertēti domū,
et ait. Ingressus est ad me seru⁹
Hebreus quem adduxisti, vt illuderet mihi. Cūqꝫ audisset me clamare, reliquit palliū qđ tenebam,
et fugit foras. His auditis dominus, ⁊ nimiū credulus verbis cōiugis, iratus est valde, tradiditqꝫ ps.104.b
Ioseph in carcerem, vbi vincti regis custodiebant, et erat ibi clausus. Fuit autē dñs cum Ioseph,
et misert⁹ est illius, ⁊ dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. Qui tradidit in manu illius
vniuersos vinctos qui in custodia
tenebant: et quicquid fiebat sub
ipso erat, nec nouerat aliquid, cūctis ei creditis. Dominus eni erat
cū illo, ⁊ oīa opera eius dirigebat.

CAPVT XL.

HIs itaqꝫ gestis, accidit vt A
peccarēt duo eunuchi, pincerna regis Egypti, et pistor domino suo. Iratusqꝫ contra
eos Pharao (nā alter pincernis
preerat, alter pistorib⁹) misit eos
in carcerem principis militum, in
quo erat vinct⁹ et Ioseph. At custos carceris tradidit eos Ioseph,
qui ⁊ ministrabat eis. Aliquātulū
temporis fluxerat, et illi in custo-

dia tenebant. Videruntq; ambo
B somniū nocte vna iuxta interpre-
tationem congruā sibi. Ad quos
cū introisset Joseph mane, et vi-
disset eos tristes, sciscitatꝰ est eos,
dicēs. Cur tristior est hodie soli-
to facies vestra? Qui responde-
rūt. Somniū vidimus, et non est
qui interpretetur nobis. Dixitq;
ad eos Joseph. Nūquid non dei
est interpretatio? Referte mihi
quid videritis. Narrauit prior pre-
positus pincernarū somniū suū.
Videbā corā me vitē, in qua erāt
tres ppagines, crescere paulatim
in gēmas, & post flores vuas ma-
turescere, calicēq; Pharaonis in
manu mea. Tuli ergo vuas, & ex
pressi in calicē quē tenebā, et tra-
didi poculū Pharaoni. Respōdit
Joseph. Hec est interptatio sōnii,
C Tres ppagines, tres adhuc dies
sunt, post quos recordabit Pha-
rao ministerii tui, & restituet te in
gradū pristinū, dabisq; ei calicem
iuxta officiū tuū, sicut ante face-
re cōsueueras. Tantū memento
mei, cum tibi bene fuerit, & facies
mecū misericordiam vt suggeras
Pharaoni, vt educat me de isto
carcere: qa furtim sublatꝰ sū de
terra Hebreorū, & hic innocens in
lacū missus sū. Vidēs pistorū ma
gister, q prudēter somniū dissol-
uisset, ait. Et ego vidi somniū, q
tria canistra farine haberē super
caput meū, et in vno canistro, qd
erat excelsius, portare me puta-
bā oēs cibos, qui fiūt arte pistoria
auesq; comedere ex eo. Respōdit
Joseph. Hec est interptatio som-
D nii, Tria canistra, tres adhuc di-
es sunt, post quos auferet Pha-
rao caput tuū, ac suspendet te in
cruce, et lacerabunt volucres car
nes tuas. Exinde dies tertiꝰ na-
talitius Pharaonis erat, qui fa-
ciens grande conuiuium pueris
suis, recordatus est inter epulas
magistri pincernarum et pistorū
principis, restituitq; alterum in
locū suum vt porrigeret ei pocu-
lū, alterum suspendit in patibulo
vt cōiectoris veritas probaretur.
Et tamen succedentibus prospe-
ris, prepositus pincernarū obli-
tus est interpretis sui.

CAP. XLI.

POst duos annos vidit Pha- A
rao somnium. Putabat se
stare super fluuium, de quo
ascendebāt septē boues pulchre
et crasse nimis, et pascebantur in
locis palustribꝰ. Alie quoq; septē
emergebant de flumine fede con-
fecteq; macie, et pascebantur in
ipsa amnis ripa in locis virētibꝰ:
deuorauerūtq; eas, quarū mira
species et habitudo corporum e-
rat. Expergefactus Pharao rur-
sum dormiuit, & vidit alterū som
nium, Septem spice pullulabant
ī culmo vno, plene atq; formose:
alie quoq; totidem spice tenues,
& percusse vredine oriebantur, de-
uorantes oēm priorum pulchritu-
dinem. Euigilans Pharao post
quietē, et facto mane, pauore p-
territus, misit ad omnes coniec-
tores Egypti, cūctosq; sapientes:
& accersitis narrauit somniū, nec
erāt qui interpretaretur. Tunc
demū reminiscens pincernarum B
magister, ait. Confiteor peccatū
meū. Iratus rex seruis suis, me &
magistrum pistorū retrudi iussit
in carcerem principis militū, vbi
vna nocte vterq; vidimꝰ somniū,
presagium futurorū. Erat ibi pu-
er Hebreus eiusdem ducis militū
famulus, cui narrantes somnia,
audiuimꝰ quicquid postea rei p-
bauit euentus. Ego enim reddi-
tus sum officio meo, et ille suspen
sus est in cruce. Protinꝰ ad regis
imperium eductum de carcere Jo
seph totonderunt, ac veste muta-
ta, obtulerūt ei. Cui ille ait. Vidi
somnia

somnia,nec est qui edisserat, que
audiui te sapientissime coniicere.
Respondit Ioseph. Absq; me de
us respondebit prospera Phara-
oni. Narrauit ergo Pharao quod
viderat. Putabam me stare super
C ripã fluminis,et septem boues de
amne conscendere, pulchras ni-
mis, et obesis carnibus, que in
pastu paludis vireta carpebant:
et ecce assequebantur alie septem
boues in tantũ deformes et maci
lẽte, vt nunq̃ tales in terra Egy-
pti viderim,que deuoratis et con
sumptis prioribus nullũ saturi-
tatis dedere vestigium, sed simili
macie et squalore torpebant. Eui-
gilans, rursus sopore depressus,
vidi somnium, Septem spice pul
lulabant in culmo vno plene atq;
pulcherrime. Alie quoq; septẽ te-
nues et percusse vredine, oriebãn
tur e stipula, que priorũ pulchri-
tudinem deuorauerunt. Narraui
coniectoribus somniũ,et nemo est
qui edisserat. Respondit Ioseph.
Somniũ regis vnũ est. Que fa-
cturus est deꝰ, ostendit Pharao-
ni. Septẽ boues pulchre, et septẽ
spice plene, septẽ vbertatis anni
sunt, eandẽq; vim somnii cõpre-
hẽdunt. Septem quoq; boues te-
nues atq; macilente, que ascẽde-
rũt post eas,⁊ septẽ spice tenues,
D ⁊ vẽto vrente percusse,septẽ anni
vẽture sunt famis,qui hoc ordine
complebũtur. Ecce, septem anni
veniẽt fertilitatis magne in vni-
uersa terra Egypti, quos sequen
tur septem anni alii tante sterili-
tatis,vt obliuioni tradatur cũcta
retro abũdãtia. Cõsumptura est
enim fames omnem terram, ⁊ v-
bertatis magnitudinem perditu-
ra est inopie magnitudo. Quod
autem vidisti secundo, ad eandẽ
rem pertinens, somnium firmita
tis indicium est, eo q̃ fiat ser-
mo dei et velociꝰ ipleatur. Nunc
ergo prouideat rex virũ sapientẽ
⁊ industriũ, ⁊ preficiat eũ terre E
gypti,qui cõstituat prepositos p
cũctas regiones, ⁊ quintã partẽ
fructuũ per septẽ annos fertilita
tis,qui iam nũc futuri sũt, cõgre
get in horrea:⁊ õne frumentũ sub
Pharaonis potestate cõdatur:ser
ueturq; in vrbibus, ⁊ preparetur
future septẽ ãnorũ fami,que op-
pressura est Egyptũ,⁊ nõ cõsume
tur terra inopia. Placuit Phara-
oni cõsiliũ ⁊ cũctis ministris eius. E
Locutusq; est ad eos. Nũ iuenire
poterimꝰ talẽ virũ,qui spiritu dei
plenꝰ sit? Dixit ergo ad Ioseph.
Quia ostẽdit tibi deꝰ õnia que lo
cutus es,nunquid sapientiorem
et similem tui inuenire potero?
Tu eris super domum meam, et
ad tui oris imperium cũctus po- Ps.104.b
pulus obediet. Uno tantum re-
gni solio te precedã. Dixitq; rur-
sũ Pharao ad Ioseph. Ecce con- 1.mac.2.f
stitui te super vniuersam terram
Egypti. Tulitq; annulũ de ma- Act.7.b
nu sua, ⁊ dedit eum in manu eiꝰ,
vestiuitq; eũ stola byssina, et col-
lo torquẽ aureã circũposuit. Fe-
citq; eũ ascendere sup currum suũ
secundũ, clamãte precone, vt oẽs
corã eo genu flecterent,⁊ preposi-
tũ esse scirẽt vniuerse t̃re Egipti.
Dixit quoq; rex Egypti ad Io-
seph. Ego sũ Pharao: absq; tuo F
imperio nõ mouebit quisquã ma-
nũ aut pedem in omni terra E-
gypti. Uertitq; nomẽ eius,et vo-
cauit eũ lingua Egyptiaca, Sal-
uatorẽ mundi. Deditq; illi vxorẽ Ps.80.b
Asseneth filiã Phutipharis sacer-
dotis Heliopoleos. Egressus est
itaq; Ioseph ad t̃rã Egypti. Tri
gita autẽ ãnorũ erat, quãdo stetit
in conspectu regis Pharaonis, ⁊
circuiuit oẽs regiones Egypti.
Uenitq; fertilitas septẽ annorũ,
⁊ in manipulos redacte segetes cõ
gregate sunt in horrea Egypti.

Omnis etiam frugũ abundãtia
in singulis vrbibus condita est.
¶Tãtaqȝ fuit abundãtia tritici, vt
arene maris coequaretur, ⁊ copia
mensuram excederet. Natiqȝ sũt
Joseph filii duo anteꝗ̃ veniret
fames, q̃s peperit ei Asseneth fi-
lia Phutipharis sacerdotis He-
liopoleos, vocauitqȝ nomen pri-
C mogeniti Manasses, dicẽs. Ob-
liuisci me fecit deus oĩum laborũ
meorum, et domũ patris mei. No
mẽ quoqȝ secundi appellauit E-
phraim, dicens. Crescere me fecit
de⁹ in terra paupertatis mee. Igit
transactis septem vbertatis an-
nis, qui fuerant in Egypto cepe-
runt venire septem anni inopie,
quos p̃dixerat Joseph, et in vni-
uerso orbe fames preualuit. In
cuncta autẽ terra Egypti fames
erat, Qua esuriẽte, clamauit po-
pul⁹ ad pharaonẽ alimẽta petẽs.
Quibus ille respõdit. Ite ad Jo-
seph, ⁊ quicquid ipse vobis dixe-
rit, facite. Crescebat autẽ quoti-
die fames in oĩ t̃ra, aperuitqȝ Jo
seph vniuersa horrea, et vẽdebat
Egyptiis. Nã ⁊ illos oppresserat
fames, omnesqȝ prouincie venie-
bãt in Egyptũ, vt emerent escas,
A et malum inopie temperarent.

Act. 7. b

CAP. XLII.

AUdiens autem Jacob ꝙ
alimenta venderentur in
Egypto, dixit filiis suis,
Quare negligitis? Audiui ꝙ triti
cum venũdetur in Egypto. De-
scendite ⁊ emite nobis necessaria,
vt possimus viuere, ⁊ nõ cõsuma
mur inopia. Descendẽtes igit fra
tres Joseph decẽ, vt emerent fru
mẽta in Egypto: Bẽiamin domi
retẽto a Jacob, qui dixerat fratri
b⁹ eius, Ne forte in itinere quic-
quã patiatur mali: ingressi sunt
terram Egypti, cũ aliis qui per-
gebant ad emẽdum. Erat autem
fames in terra Chanaan, et Jo-
seph erat princeps in terra Egy-
pti, atqȝ ad eius nutum, frumen- B
ta populis vendebantur. Cumqȝ
adorasset eum fratres sui, et ag-
nouisset eos, quasi ad alienos du-
rius loquebatur, interrogãs eos,
Vnde venistis? Qui responderũt.
De terra Chanaan, vt emamus
victui necessaria. Et tamẽ fratres
ipse cognoscẽs, nõ est cognit⁹ ab
eis. Recordatusqȝ somniorũ que
aliquãdo viderat, ait ad eos, Ex-
ploratores estis, vt videatis infir
miora terre venistis. Qui dixe-
rũt. Non est ita doimne, sed ser-
ui tui venerũt vt emerent cibos.
Omnes filii vnius viri sumus:
pacifici venimus, nec quicꝗ̃ fa- C
muli tui machinantur mali. Qui-
bus ille respondit. Aliter est, im-
munita terre huius consyderare
venistis. At illi d ixerũt. Duodeci,
iquiũt, fratres serui tui sum⁹: filii
viri vni⁹ in t̃ra Chanaã, minim⁹
cũ patre nr̃o est, alius nõ est sup.
Hoc est, ait, quod locutus sũ. Ex-
ploratores estis. Jã nũc experimẽ
tũ vestri capiã. Per salutẽ Pha-
raonis nõ egredimini hinc, donec
veniat frater vester minimus.
Mittite ex vobis vnũ, ⁊ adducat
eũ: vos autẽ eritis in vinculis,
donec probentur que dixistis, vtrũ
vera an falsa sint: alioquin per sa
lutẽ Pharaonis exploratores e-
stis. ¶Tradidit ergo illos custodie D
tribus diebus. Die autẽ tertio e-
ductis de carcere, ait. Facite que
dixi, et viuetis, deũ enim timeo.
Si pacifici estis, frater vester v-
nus liget in carcere: vos autẽ abi
te, et ferte frumenta que emistis,
in domos vestras, ⁊ fratrẽ vestrũ
minimũ ad me adducite, vt pos-
sim vestros probare sermones, et
nõ moriamini. Fecerũt vt dixerat
⁊ locuti sũt adinuicẽ, Merito hec
patimur, q̃a peccauimus in fra-
trẽ nostrũ, videntes angustias ani

me

me illius dum deprecaretur nos, et non audiuimus, idcirco venit super nos ista tribulatio. Et qui-
E bus vnus Ruben, ait. Nunquid non dixi vobis, Nolite peccare in puerum: et non audistis me? En sanguis eius exquiritur. Nesciebãt autẽ q intelligeret Ioseph: eo q p interpretẽ loqueret ad eos. Auertitq se parumper, et fleuit: et reuersus locutus est ad eos. Tollensq Simeon & ligans, illis presentibus: iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibariis in via. Qui fecerunt ita. At illi portantes frumenta in asinis suis, profecti sunt. Apertoq vnus sacco vt daret iumẽto pabulũ in diuersorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi, dixit fratrib9 suis. Reddita est mihi pecunia,
F en habetur in sacco. Et obstupefacti turbatiq mutuo, dixerũt. Quidnam est hoc quod fecit nobis de9? Veneruntq ad Jacob patrem suũ in terra Chanaan, et narrauerunt ei oīa que accidissẽt sibi, dicentes. Locutus est nobis dominus terre dure, et putauit nos exploratores esse prouincie. Cui respõdim9, Pacifici sum9, nec vllas molimur insidias. Duodeci fratres vno patre geniti sum9, vnus non est sup, minimus cũ patre nostro est in tra Chanaã. Qui ait nobis. Sic probabo, q pacifici sitis, fratrem vestrum vnũ dimittite apud me, et cibaria domibus vestris necessaria sumite, et abite: fratremq vestrum minimũ adducite ad me, vt sciam q non sitis exploratores, & istũ qui
G tenetur in vinculis, recipere possitis: ac deinceps que vultis, emendi habeatis licentiã. His dictis cum frumenta effunderẽt, singuli reppererunt in ore saccorũ ligatas pecunias, exterritisq simul omnib9, dixit pater Jacob. Absq liberis me esse fecistis, Joseph nõ est sup, Simeon tenetur in vinculis, & Beiamin auferetis: in me hec oīa mala reciderũt. Cui respõdit Rubẽ. Duos filios meos interfice, si non reduxero illũ tibi. Trade illũ i manu mea, & ego eũ tibi restituã. At ille. Nõ descẽdet (inquit) fili9 meus vobiscũ, frater ei9 mortu9 est, et ipse solus remãsit. Si quid ei aduersitatis acciderit in terra, ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos. A

CAP. XLIII.

Interim fames oẽm terrã vehementer pmebat, cõsumptisq cibis, quos ex Egypto detulerãt, dixit Jacob ad filios suos. Reuertimini, & emite nobis pauxillũ escarũ. Respõdit Judas. Denuntiauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurandi, dicens, Nõ videbitis faciẽ meã, nisi fratrem vestrũ minimum adduxeritis vobiscum. Si ergo vis eum mittere nobiscũ, pergem9 pariter et ememus tibi necessaria, si autem nõ vis, nõ ibimus. Vir enim, vt sepe B
diximus, denũtiauit nobis, dicẽs, Non videbitis faciem meã, absq fratre vestro minimo. Dixit eis Jsrael. Jn meã hoc fecistis miseriã, vt indicaretis ei & alium habere vos fratrẽ. At illi responderũt. Interrogauit nos homo per ordinẽ, nostrã progeniẽ, si pater viueret, si haberemus fratrẽ. Et nos respondimus ei consequẽter iuxta id quod fuerat sciscitatus. Nunquid scire poteramus q dicturus esset, Adducite fratrẽ vestrũ vobiscũ? Judas quoq dixit patri suo. Mitte puerũ mecũ, vt proficiscamur & possimus viuere, ne moriamur nos et paruuli nostri. Ego suscipio puerũ: de ma-

nu mea require illū:nisi reduxero
⁊ reddidero eū tibi, ero peccati re⁹
in te oī tēpoꝛe:si non intercessisset
dilatio, iā vice altera venissem⁹.
Igitur Israel pater eoꝝ dixit ad
C eos. Si sic necesse est, facite quod
vultis. Sumite de optimis terre
frugibus in vasis vestris, et de-
ferte viro munera, modicū resine
et mellis et stoꝛacis, stactes et te-
rebinthi, ⁊ amigdalarū, pecuniā-
qꝫ duplicē ferte vobiscū:⁊ illā quā
inuenistis in sacculis repoꝛtate,
ne foꝛte erroꝛe factū sit, sed ⁊ fra-
trē vestrū tollite, ⁊ ite ad virū: de⁹
autē me⁹ oīpotēs faciat vobis eū
placabilē, ⁊ remittat vobiscū fra-
trē vestrū quē tenet in vinculis, ⁊
hūc Beniamin. Ego autē quasi
oꝛbat⁹ absqꝫ liberis ero. Tulerūt
ergo viri munera, et pecuniā du-
plicē, ⁊ Beniamin: descēderūtqꝫ in
Egyptū, ⁊ steterūt coꝛā Ioseph.
Quos cū ille vidisset, ⁊ Bēiamin
D simul, ꝑcepit dispensatoꝛi domus
sue, dicēs. Introduc viros domū,
et occide victimas, ⁊ instrue cōui-
uiū, quoniā hodie mecū sunt co-
mesturi meridie. Fecit ille qđ sibi
fuerat imperatū, ⁊ introduxit vi-
ros domū. Ibiqꝫ exterriti, dixerūt
mutuo. Propter pecuniā quā re-
tulimus pꝛi⁹ in saccis nostris, in-
troducti sum⁹, vt deuoluat in nos
calumniā, ⁊ violēter subiiciat ser-
uituti et nos, et asinos nostros.
Quā ob rē in ipsis foꝛib⁹ accedē-
tes ad dispēsatoꝛē, locuti sūt. O-
E ram⁹ dñe, vt audias nos. Iā an-
te descēdimus vt emerem⁹ escas,
quib⁹ emptis, cū venissemus ad
diuersoꝛiū, apuim⁹ saccos nr̄os,
et inuenimus pecuniā in oꝛe sac-
coꝝ, quā nūc eodē pōdere repoꝛ-
tauim⁹: sed ⁊ aliud attulim⁹ ar-
gētū, vt emam⁹ que nobis neces-
saria sunt, nō est in nostra cōsciē-
tia, quis posuerit eā in marsupiis
nr̄is. At ille respōdit. Pax vobis-
cū, nolite timere, de⁹ vester, ⁊ de⁹
patris vestri dedit vobis thesau-
ros in saccis vestris, nā pecuniā
quā dedistis mihi, ꝓbatā ego ha-
beo. Eduxitqꝫ ad eos Simeon, ⁊
introductis domū, attulit aquā, ⁊
lauerūt pedes suos, deditqꝫ pabu- F
lū asinis eoꝝ. Illi vero parabāt
munera, donec ingrederetur Io-
seph meridie. Audierāt eñ ꝙ ibi
comesturi essēt panē. Igit̄ ingres-
sus est Ioseph domū suā, obtule-
runtqꝫ ei munera, tenētes in ma-
nib⁹ suis: et adoꝛauerunt ꝓni in
terrā. At ille clemēter resalutatis
eis, interrogauit eos, dicēs. Sa-
nusne est pater vester senex, de ꝗ
dixeratis mihi? Adhuc viuit? Qui
respōderūt. Sospes est seru⁹ tu⁹
pater noster, adhuc viuit. Et in-
curuati, adoꝛauerūt eū. Attollēs
autē Ioseph oculos, vidit Bēia-
min fratrē suū vterinū ⁊ ait. Iste
est frater vester paruul⁹, de quo
dixeratis mihi? Et rursū, Deus,
inquit, misereatur tui fili mi. Fe-
stinauitqꝫ in domū: q̄a cōmota fu
erāt viscera ei⁹ sup̄ fratre suo, et
erūpebāt lachꝛyme, et introiēs cu
biculū fleuit. Rursūqꝫ lota facie
egress⁹, cōtinuit se, et ait. Ponite
panes. Quib⁹ appositis, seoꝛsum
Ioseph, et seoꝛsum fratribus, E-
gyptiis quoqꝫ qui vescebātur si-
mul, seoꝛsum (illicitum est enim
Egyptiis comedere cū Hebꝛeis,
et pꝛophanum putant huiuscē-
modi conuiuium) sederūt coꝛam
eo, pꝛimogenitus iuxta pꝛimoge-
nita sua, et minimus iuxta etatē
suā. Et mirabantur nimis, sūptis
partibus quas ab eo acceperant:
maioꝛqꝫ pars venit Bēiamin, ita
vt quinqꝫ partibus excederet. Bi-
beruntqꝫ, et inebꝛiati sunt cū eo.

CAP. XLIIII.

PRecepit autē Ioseph dispē- A
satoꝛi dom⁹ sue, dicēs. Im-
ple saccos eoꝛum frumēto,
quan-

quantum possunt capere, et pone
pecuniā singulorū in summitate
sacci: scyphū autē meū argenteū
et preciū quod dedit tritici, pone
in ore sacci iunioris. Factumq; est
ita. Et orto mane, dimissi sunt cū
B asinis suis. Jamq; vrbem exierāt,
et processerant paululū: tunc Jo-
seph accersito dispēsatore domus,
ait. Surge, inquit, et persequere
viros, et apprehēsis dicito. Qua-
re reddidistis malū pro bono? Scy
phus quem furati estis, ipse est in
quo bibit dñs meus, & in quo au-
gurari solet: pessimā rem fecistis.
Fecit ille vt iusserat. Et apprehē-
sis per ordinē locutus est. Qui re-
spōderūt. Quare sic loquitur dñs
noster, vt serui tui tantū flagitii
cōmiserint? Pecuniā quā inueni-
mus in summitate saccorū, repor-
tauim⁹ ad te de tra Chanaā: & quo
modo cōsequēs est, vt furati sim⁹
de domo dñi tui aurū vel argētū?
C Apud quēcunq; fuerit inuētū ser-
uorum tuorū qd queris, moriatur, &
nos erimus serui dñi nostri. Qui
dixit eis. Fiat iuxta vestrā sentē-
tiā, apud quēcūq; fuerit inuentū,
ipse sit seru⁹ me⁹, vos aūt eritis
innoxii. Itaq; festinato deponētes
in terrā saccos, aperuerunt singuli.
Quos scrutatus, incipiens a ma-
iore vsq; ad minimū, inuenit scy-
phum in sacco Beniamin. At illi
scissis vestib⁹, oneratisq; rursum
asinis, reuersi sunt in oppidum.
Primusq; Judas cū fratrib⁹ in-
gress⁹ est ad Ioseph. Necdū eni de
loco abierat: oēsq; ante eū pari-
ter in terrā corruerūt. Quib⁹ ille
D ait. Cur sic agere voluistis? An
ignoratis q nō sit similis mei i au
gurādi sciētia? Cui Judas. Quid
respondebimus, inquit, dño meo,
vel quid loquemur, aut iuste pote
rimus obtendere? Deus inuenit
iniquitatē seruorū tuorū: en oēs
serui sumus domini mei, et nos &

apud quē inuentus est scyphus.
Respōditq; Ioseph. Absit a me vt
sic agā: q furat⁹ est sciphū, ipse sit
seruus me⁹, vos autē abite liberi
ad patrē vestrū. Accedēs aūt pro-
pi⁹ Judas, cōfidēter ait. Oro dñe
audi me, vt loquat seru⁹ tu⁹ ver-
bū in auribus tuis, & ne irascaris
famulo tuo: tu es eni post Phara
onē dñs meus. Interrogasti pri⁹
seruos tuos, Habetis patrem aut E
fratrē? Et nos respondimus tibi
dño meo. Est nobis pater senex, &
puer paruulus, qui in senectute
illius natus est, cuius vterin⁹ fra
ter mortuus est, et ipsum solū ha-
bet mater sua, pater vero tenere
diligit eum. Dixistiq; seruis tuis.
Adducite eū ad me, & ponā oculos
meos super illum. Suggessimus
tibi domino meo, Non potest puer
relinquere patrē suū: si enim illū
dimiserit, morietur. Et dixi ser
uis tuis. Nisi venerit frater ve-
ster minimus vobiscum, nō vide-
bitis amplius faciem meā. Cum F
ergo ascendissemus ad famulum
tuum patrem nostrū, narraim⁹
ei omnia que locut⁹ est dñs me⁹.
Et dixit pater noster. Reuertimi-
ni, & emite nobis parū tritici. Cui
diximus. Ire nō possumus: si fra
ter noster minimus descēderit no-
biscum, proficiscemur simul: ali-
quin illo absente, nō audemus vi-
dere faciē viri. Ad que ille respō-
dit. Vos scitis q duos filios genu-
erit mihi vxor mea. Egressus est
vnus, & dixistis, Bestia deuorauit
eum, et hucusq; non comparet, si
tuleritis et istum, et aliquid i in
via contigerit, deducetis canos
meos cū merore ad inferos. Igit
si intrauero ad seruū tuū patrem G
nostrū, et puer defuerit, cū anima
illius ex illius aīa dependeat, vide-
ritq; eū non esse nobiscū, morietur, &
deducēt famuli tui canos eius cū
dolore ad inferos. Ego proprie seru⁹
tuus

tuus sim, qui in meā hunc recepi
fidem, et spopondi, dicens. Nisi
reduxero eum, peccati reus ero in
patrem meū omni tempore. Ma-
nebo itaq; seruus tuus pro puero
in ministerio domini mei, et puer
ascēdat cū fratribꝰ suis, nō enim
possum redire ad patrem absente
puero, ne calamitatis que oppres-
sura est patrē meū, testis assistā.

CAPVT. XLV.

A Non se poterat vltra cohi-
bere Joseph multis corā
astātibus. Unde precepit,
vt egrederent cuncti foras, & nul-
lus interesset alienꝰ agnitioni mu
tue. Eleuauitq; vocē cū fletu, quā
audierūt Egyptii, omnisq; domꝰ
Pharaonis, & dixit fratribꝰ suis.
Act. 7. b Ego sum Joseph. Adhuc pater
meus viuit? Non poterāt respō-
dere fratres nimio terrore perter-
riti. Ad quos ille clementer, Acce-
dite, inquit, ad me. Et cum acces-
sissent prope, Ego sum, ait, Jo-
seph frater vester, quem vendidi-
B stis in Egyptum. Nolite pauere,
neq; vobis durū esse videatur, q
vendidistis me in his regionibꝰ,
pro salute enī vestra misit me deꝰ
ante vos in Egyptū. Bienniū est
enim q cepit fames in terra esse, &
adhuc quinq; anni restant, quibꝰ
nec arari poterit, nec meti. Pre-
misitq; me deꝰ, vt reseruemini su-
per terram, et escas ad viuendum
habere possitis. Non vestro con-
C silio, sed dei voluntate huc missus
sum, qui fecit me quasi patrē Pha-
raonis, et dn̄m vniuerse domus
eius, ac principem in omni terra
Egypti. Festinate, et ascendite
ad patrem meum, et dicetis ei.
Hec mādat filius tuus Joseph,
Deus fecit me dominum vniuer-
se terre Egypti, descēde ad me ne
moreris, et habita in terra Jes-
sen: erisq; iuxta me tu, & filii tui, &
filii filiorum tuorum, oues tue, & armē
ta tua, et vniuersa que possides,
ibiq; te pascā (adhuc enim quin-
q; anni residui sunt famis) ne et
tu pereas, et omnis domus tua,
et omnia que possides. En oculi
vestri, et oculi fratris mei Benia-
min vident, q os meum loquatur D
ad vos. Nuntiate patri meo vni-
uersam gloriā meam, et cuncta q̄
vidistis i Egypto. Festinate & ad-
ducite eum ad me. Cumq; amplex-
xatus recidisset in collum Benia-
min fratris sui, fleuit: illo quoq;
similiter flente super collū eius, os
culatusq; est Joseph oēs fratres
suos, et plorauit super singulos.
Post que ausi sunt loqui ad eum.
Auditumq; est et celebri sermone
vulgatū in aula regis, Uenerunt
fratres Joseph. Et gauisus est E
Pharao atq; omnis familia eiꝰ.
Dixitq; ad Joseph vt imperaret
fratribus suis, dicens, Onerātes
iumenta, ite in terram Chanaan,
et tollite inde patrem vestrum et
cognationem, et venite ad me, et
ego dabo vobis oīa bona Egypti,
vt comedatis medullā terre. Pre-
cipe etiam vt tollant plaustra de
terra Egypti, ad subuectionē par-
uulorum suorū ac coniugum, et
dicito, Tollite patrem vestrum et
properate quātocyus venientes,
nec dimittatis quicquā de supel-
lectili vestra, quia oēs opes Egy-
pti, vestre erunt. Feceruntq; filii
Israel, vt eis mandatum fuerat.
Quibus dedit Ioseph plaustra, F
secundum Pharaonis imperiū,
et cibaria in itinere. Singulis q̄-
q; proferri iussit binas stolas, Bē
iamin vero dedit trecentos argē-
teos cum quinq; stolis optimis:
tantundem pecunie, et vestium
mittens patri suo, addens ei asi-
nos decē, qui subueherent ex om-
nibus diuitiis Egypti: et totidē
asinas, triticum in itinere, pa-
nesq; portantes. Dimisit ergo
fratres

fratres suos, & proficiscẽtib⁹ ait, Ne irascamini in via. Qui ascẽdẽtes ex Egypto, venerunt in terrã Chanaã ad patrẽ suũ Iacob, & nũtiauerũt ei, dicẽtes. Joseph filius tu⁹ viuit, & ipse dñatur in oi ẽra Egypti. Quo audito Jacob, quasi de somno graui euigilans, tamẽ nõ credebat eis. Jlli ecõtra referebãt omnẽ ordinẽ rei. Cũq; vidisset plaustra & vniuersa q̃ miserat, reuixit spũs ei⁹, & ait. Sufficit mihi, si adhuc Ioseph fili⁹ me⁹ viuit vadã & videbo illũ anteq̃ moriar.

CAP. XLVI.

A PRofectusq; Jsrael cũ omnibus q̃ habebat, venit ad puteum iuramenti: et mactatis ibi victimis deo patris sui Jsaac, audiuit eum p visionẽ nocte vocãtẽ se, et dicẽtẽ sibi. Jacob, Jacob. Cui respõdit. Ecce adsũ. Ait illi de⁹. Ego sũ fortissim⁹ deus pr̃is tui, noli timere, sed descẽde in Egyptũ, quia in gẽtẽ magnã faciã te ibi. Ego descendã tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentẽ.
Act. 7. b Joseph quoq; ponet manus suas sup oculos tuos. Surrexit Jacob mane a puteo iuramẽti, tulerũtq; eũ filii cũ paruulis & vxorib⁹ suis in plaustris, que miserat Pharao ad portandum senem, et omnia q̃ possederat in terra Chanaan. Venitq; in Egyptum cum omni semine suo, filii eius et nepotes, filie et cuncta simul progenies.
B Hec sunt autẽ nomina filiorũ Jsrael, qui ingressi sunt in Egyptũ, ipse cum liberis suis. Primogenitus Ruben. Filii Ruben, Enoch et
Exo. 1. a Phallu & Esron et Charmi. Fi-
Nũe. 26 a lii Simeon: Jemuel et Jamin
1. pa. 5. a et Ahod et Jachin et Saher, et Saul filius Chananitidis. Filii Leui: Gerson et Caath et Merari. Filii Juda: Her et Onã & Sela, et Phares, et Zara. Mortui sunt autẽ Her et Onan in terra Chanaan. Natiq; sunt filii Phares: Esrom & Amul. Filii Jssachar: Thola et Phua et Job et Simeron. Filii Zabulon Sared & Chelõ & Jahelel. Hi filii Lie quos genuit ĩ Mesopotamia Sirie, cũ Dina filia sua. Omnes anime filiorũ ei⁹ & filiarũ, triginta tres. Filii Gad: Sephion & Aggi et Esebon et Suni et Beri et Arodi et Areli. Filii Aser, Jemna et Jesua et Jesui et Beria. Sara quoq; soror eorũ. Filii Beria: Heber et Melchiel. Hi filii Zelphe, quã dedit Laban Lie filie sue. Et hos genuit Jacob sedeci animas. Filii Rachel vxoris Jacob: Jo- C
seph & Beniamin. Natiq; sũt Joseph filii ĩ terra Egypti, quos genuit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos: Manasses, et Ephraim. Filii Beniamin: Bela et Bechor et Asbel & Gera & Naaman et Echi, et Ros, & Mophim, et Ophim et Ared. Hi filii Rachel quos genuit Jacob, oẽs anime quatuordecim. Filii Dan: Usan. Filii Neptalim: Jasiel et Guni, & Jeser & Sallẽ. Hi filii Bale quã dedit Laban Racheli filie sue: et hos genuit Jacob: omnes anime septẽ. Cuncteq; anime que ingresse sunt cũ Jacob in Egyptum, et egresse sũt de femore illi⁹, absq; vxoribus filiorũ eius: sexaginta sex. Filii autem Joseph qui nati sunt ei in terra Egypti, anime due. Oẽs anime dom⁹ Jacob que ingresse sunt in Egyptũ, fue- Deu. 10. d
re septuaginta. Misit aũt Jacob D
Judã ante se ad Joseph in Egyptum, vt nunciaret ei, et ille occurreret in Jessen. Quo cũ peruenisset, iuncto Joseph curru suo, ascẽdit obuiam patri ad eũdem locũ, vidensq; eum irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit. Dixitq; pater ad Joseph. Jam letus moriar, quia vidi faciem tuam et

superstitem te relinquo. At ille locut⁹ est ad fratres suos, ꝛ ad oēm domū patris sui. Ascendā et nunciabo Pharaoni, dicamq̃ ei. Fratres mei et domus patris mei qui erāt in terra Chanaā venerūt ad me, et sunt viri pastores ouium, curāq̃ habēt alendorū gregū, pecora sua, et armēta, ꝛ oia que habere ptuerūt adduxerūt secū. Cūq̃ vocauerit vos, et dixerit, Qđ est opus vestrū? respōdebitis. Viri pastores sumus serui tui, ab infantia nostra vsq̃ in presens, et nos et patres nostri. Hec autē dicetis, vt habitare possitis in terra Jessen, quia detestantur Egyptii omnes pastores ouium.

CAP. XLVII.

A Ingressus ergo Joseph nūtiauit Pharaoni, dicēs. Pater meus et fratres, oues eorum ꝛ armēta ꝛ cūcta que possidēt venerunt de terra Chanaā, ꝛ ecce cōsistunt in terra Jessen. Extremos quoq̃ fratrū suorū quinq̃ viros statuit corā rege, quos ille interrogauit, Quid habetis operis? Respōderunt, Pastores ouiū sumus serui tui, ꝛ nos et patres nostri, ad peregrinādū in trām tuā venim⁹, quoniā nō est herba gregibus seruorū tuoꝝ, ingrauescēte fame in terra Chanaā. Petimusq̃ vt esse nos iubeas seruos tuos in terra Jessen. Dixit itaq̃ rex ad
B Joseph. Pater tu⁹ et fratres tui venerunt ad te. Terra Egypti i conspectu tuo est, in optimo loco fac habitare eos, ꝛ trade eis trām Jessen. Qđ si nosti in eis esse viros idustrios, cōstitue illos magistros pecorum meoꝝ. Post hec introduxit Joseph patrē suū ad regē, et statuit eum corā eo. Qui benedicēs illi, et interrogatus ab eo, Quot sūt dies ānoꝝ vite tue? respōdit. Dies peregrinationis vite mee centum triginta annoꝝ

sunt, parui et mali, et non peruenerūt vsq̃ ad dies patrū meorū, quibus peregrinati sunt. Et be- C
nedicto rege, egressus est foras. Joseph vero patri et fratrib⁹ suis dedit possessionem in Egypto in optimo terre loco Ramesses, vt preceperat Pharao, et alebat eos omnemq̃ domum patris sui, prebens cibaria singulis. In toto enim orbe panis deerat, et oppresserat fames terram, maxime Egypti et Chanaan. E quibus omnē pecuniā congregauit pro venditione frumenti, et intulit eā in erariū regis. Cumq̃ defecisset emptoribus pretium, venit cūcta
Egyptus ad Joseph, dicens. Da D
nobis panes: quare morimur coram te, deficiēte pecunia? Quib⁹ ille respondit. Adducite pecora vestra, et dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis. Que cū adduxissent, dedit eis alimenta pro equis et ouibus et bobus et asinis, sustentauitq̃ eos illo āno pro commutatione pecorum. Venerunt quoq̃ anno secundo, et dixerūt ei. Non celamus domino nostro, q̄ deficiente pecunia pecora simul defecerunt, nec clam te est, q̄ absq̃ corporibus, et terra nihil habeamus: cur ergo morimur te vidente? Et nos ꝛ terra nostra tui erim⁹. Eme nos in seruitutem regiam et prebe semina, ne pereūte cultore redigat terra in solitudinem. Emit igit
Joseph omnē terram Egypti ven E
dentib⁹ singulis possessiones suas pre magnitudine famis. Subiecitq̃ eam Pharaoni, et cunctos populos ei⁹ a nouissimis terminis Egypti vsq̃ ad extremos fines ei⁹, preter terrā sacerdotum, que a rege tradita fuerat eis: q̄bus et statuta cibaria ex horreis publicis prebebantur, et idcirco non sunt compulsi vēdere posses-

siones suas. Dixit ergo Joseph ad populos. En, ut cernitis, & vos & terram vestram Pharao possidet, accipite semina et serite agros, ut fruges habere possitis. Quintam
F partem regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis in sementem, et in cibum familiis et liberis vestris. Qui responderunt. Salus nostra in manu tua est: respiciat nos tantum dominus noster, & leti seruiemus regi. Ex eo tempore usque in presentem diem in uniuersa terra Egypti, regibus quinta pars soluitur, et factum est quasi in legem: absque terra sacerdotali, que libera ab hac conditione fuit. Habitauit ergo Israel in Egypto, id est in terra Jessen, et possedit eam, auctusque est et multiplicatus nimis, et vixit in
G ea decem et septem annis. Factique sunt omnes dies vite illius centum quadraginta septem annorum. Cumque appropinquare cerneret diem mortis eius, vocauit filium suum Joseph, et dixit ad eum. Si inueni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub femore meo, et facies mihi misericordiam & veritatem, ut non sepelias me in Egypto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasque me in sepulchro maiorum meorum. Cui respondit Joseph, Ego faciam quod iussisti. Et ille. Jura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Israel dominum, conuersus ad lectuli caput.

CAP. XLVIII.

A HIs ita transactis nunciatum est Joseph quod egrotaret pater suus. Qui assumptis duobus filiis Manasse et Ephraim, ire perrexit. Dictumque est seni. Ecce filius tuus Joseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo. Et ingresso ad se Joseph, ait. Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, que est in terra Chanaan, benedixitque mihi, & ait. Ego te augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum. Daboque tibi terram hanc, et semini tuo post te in possessionem sempiternam. Duo ergo filii tui qui nati sunt tibi in terra Egypti antequam huc venirem ad te, mei erunt Ephraim et Manasses, sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi: reliquos autem quos genueris post eos, tui erunt, et nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis. Mihi B
enim quando veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere, eratque vernum tempus. Et ingrediebar Ephratam, & sepeliui eam iuxta viam Ephrate, que alio nomine appellatur Bethlehem. Videns autem filios eius, dixit ad eum. Qui sunt isti? Respondit, Filii mei sunt, quos donauit mihi dominus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, ut benedicam illis. Oculi enim Israel caligauerant pre nimia senectute, et clare videre non poterat. Applicitosque ad se deosculatus & circumplexus, dixit ad filium suum. Non sum fraudatus aspectu tuo: insuper ostendit mihi deus semen tuum. Cumque tulisset eos Joseph de gremio patris, adorauit pronus in terram, & posuit Ephraim ad dexteram suam, id est ad sinistram Israel: Manassen vero in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris, applicauitque ambos ad eum. Qui extendens manum C
dexteram posuit super caput Ephraim iunioris fratris: sinistram autem super caput Manasse qui maior natu erat, commutans manus. Benedixitque Jacob filiis Joseph, & ait: Deus Heb. 11. d
in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham et Isaac, deus qui pascit me ab adolescentia mea usque in presentem diem, angelus qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris istis, et inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac: et crescant in multitudinem super

terram. Uidens autem Joseph, quod posuisset pater suus dexterā manum super caput Ephraim, grauiter accepit. Et apprehensā manū patris, leuare conatus est de capite Ephraim, et trāsferre sup caput Manasse. Dixitque ad patrem. Non ita conuenit pater: quia hic est primogenitus: pone dexteram tuam super caput eius. Qui renuēs ait, Scio fili mi, scio: et iste quidem erit in populos et multiplicabitur, sed frater eius iunior maior erit illo, et semen illius crescet in gētes. Benedixitque eis in tempore illo, dicens. In te benedicetur Israel, atque dicetur, Faciat tibi deus sicut Ephraim et sicut Manasse. Constituitque Ephraim ante Manassen: et ait ad Joseph filiū suū. En ego morior et erit deus vobiscum, reducetque vos ad terram patrum vestrorū. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhei in gladio et arcu meo.

D

Ioan.4 a

CAP. XLIX.

A Vocauit autē Jacob filios suos, et ait eis. Congregamini, vt annuntiē que vētura sunt vobis in diebus nouissimis. Congregamini et audite filii Jacob, audite Israel patrem vestrū. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea et principiū doloris mei, prior in donis, maior in imperio, effusus es sicut aqua.
Sup.35 b Nō crescas, quia ascendisti cubi-
Sup.34 d le patris tui, et maculasti stratū eius. Symeon et Leui fratres vasa iniquitatis bellantia. In consiliū eorū non veniat anima mea, et in cetu illorum non sit gloria mea: quia in furore suo occiderūt
B virum, et in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum quia pertinax: et indignatio eorū, quia dura. Diuidam eos in Jacob, et dispergā eos in Israel. Juda te laudabūt fratres tui. Manus tue in ceruicibus inimicorū tuorū, adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda. Ad predā fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo et quasi leena, quis suscitabit eū? Non auferetur sceptrū de Juda, et dux de femore eius, donec veniat qui mittēdus est: et ipse erit expectatio gētiū. Ligās ad vineā pullū suū, et ad vitem o fili mi asinam suam. Lauabit in vino stolā suam, et in sanguine vue palliū suū. Pulchriores sunt oculi eius vino, et dentes eius lacte cādidiores. Zabulō in littore maris habitabit, et in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem. Issachar asinus fortis, accubās inter terminos: vidit requiē quod esset bona, et terrā quod optima: et supposuit humerū suū ad portādū, factusque est tributis seruiēs. Dan iudicabit populū suū, sicut et alia tribus in Israel. Fiat Dan coluber i via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro. Salutare tuū expectabo domine. Gad accinctus preliabitur ante eū, et ipse accingetur retrorsum. Aser pinguis panis eius, et prebebit delicias regibus. Neptalim ceruus emissus, et dans eloquia pulchritudinis. Filius accrescens Joseph, filius accrescens, et decorus aspectu. Filie discurrerūt super murū, sed exasperauerūt eū, et iurgati sunt, inuideruntque illi habentes iacula. Sedit in fortis arcus eius, et dissoluta sunt vincula brachiorū et manuū illius per manus potētis Jacob. Inde pastor egressus est, lapis Israel. Deus patris tui erit adiutor tuus, et oipotens benedicet tibi benedictionibus celi desup, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberū et vulue. Benedictiones patris

Ioan.1.g

C

tris tui confortate sunt benedicti-
onibus patrum eius, donec veni-
ret desyderium collium eternorū.
D Fiant in capite Ioseph, et in ver
tice Nazarei, inter fratres suos.
Beniamin lupus rapax, mane co
medet predā, et vespere diuidet
spolia. Omnes hi in tribub⁹ Is-
rael duodecim. Hec locut⁹ est eis
pater suus, benedixitq̃ singulis
benedictionibus proprijs, et pre-
cepit eis, dicens. Ego congregor
ad populū meū: sepelite me cum
patribus meis in speluca duplici
que est in agro Ephron Ethei, cō-
tra Mambre in terra Chanaan,
quam emit Abraham cū agro ab
Ephron Etheo in possessionē se-
pulchri. Ibi sepelierunt eum, et
Sarā vxorē ei⁹, ibi sepult⁹ est I-
saac cū Rebecca cōiuge sua, ibi ⁊
Lia cōdita iacet. Finitisq̃ mādā-
tis, quib⁹ filios istruebat, collegit
pedes suos super lectulū, et obiit,
appositusq̃ est ad populū suum.

A

CAPVT. L.

QVod cernēs Ioseph, ruit
super faciē patris flens, ⁊
deosculās eū. Precepitq̃
seruis suis medicis, vt aromati-
bus condirent patrem. Quibus
iussa explētibus, transierūt qua-
draginta dies. Iste quippe mos
erat cadauerū conditorum. Fle-
uitq̃ eum Egyptus septuaginta
diebus. Et expleto planctus tem-
pore, locutus est Ioseph ad fami-
liam Pharaonis, Si inueni gra-
tiam in cōspectu vestro, loquimi-
ni in auribus Pharaonis, eo ꝙ
pater me⁹ adiurauerit me, dicēs.
En morior, in sepulchro meo qđ
fodi mihi in terra Chanaan, sepe-
lies me. Ascendam igitur, ⁊ sepe-
liam patrem meum, ac reuertar.
Dixitq̃ ei Pharao. Ascende, et
sepeli patrē tuū, sicut adiuratus
es. Quo ascendente, ierunt cū eo
oēs senes domus Pharaonis, cū- B
ctiq̃ maiores natu terre Egypti,
domus Ioseph cū fratribus suis
absq̃ paruulis et gregibus, absq̃
armentis que dereliquerūt in ter
ra Iessen. Habuit quoq̃ in comi-
tatu currus et equites, et facta est
turba non modica. Veneruntq̃
ad aream Atad, que sita est trās
Iordanem: vbi celebrantes ex-
equias planctu magno atq̃ vehe-
menti, impleuerūt septē dies. Qđ
cū vidissent habitatores tre Cha
naan, dixerunt, Planctus mag-
nus est iste Egyptiis. Et idcir-
co vocatum est nomen loci illius,
Planctus Egypti. Fecerunt er-
go filii Iacob, sicut preceperat
eis: et portantes eū in terrā Cha
naan, sepelierunt eum in spelun- Act.7.b
ca duplici, quam emerat Abrahā
cum agro in possessionē sepulchri
ab Ephrō Etheo contra faciem
Mambre. Reuersusq̃ est Ioseph
in Egyptum cum fratribus suis C
et omni comitatu, sepulto patre.
Quo mortuo timentes fratres
eius et mutuo colloquentes, Ne
forte memor sit iniurie quā pass⁹
est, et reddat nobis oē malū qđ
fecimus, mandauerūt ei dicētes,
Pater tuus precepit nobis ante-
ꝙ moreretur, vt hec tibi verbis il-
lius diceremus. Obsecro vt obli-
uiscaris sceleris fratrum tuorū et
peccati atq̃ malitie, quā exercue-
rūt ite. Nos quoq̃ oram⁹, vt ser-
uo dei patri tuo dimittas iniqui-
tatē hāc. Quib⁹ auditis fleuit Io
seph, venerūtq̃ ad eū fratres sui,
et proni adorantes in terrā, dixe-
rūt, Serui tui sum⁹. Quibus ille
respondit. Nolite timere, Nū dei D
possum⁹ resistere voluntati? Vos
cogitastis de me malū, sed de⁹ ver
tit illud in bonū, vt exaltaret me
sicut in presētiarū cernitis, ⁊ sal-
uos faceret multos populos. No
lite timere: ego pascā vos ⁊ par-

unlos vños. Cōsolatusq; est eos ⁊ blāde ac leniter est locut⁹: ⁊ habitauit i Egypto cū oī domo pr̄is sui. Vixitq; centū decē annis, et vidit Ephraim filios vsq; ad tertiam generationem. Filii quoq; Ma-
Nūe.32 g chir filii Manasse nati sunt in genibus Joseph. Quibus transactis locutus est fratribus suis, Post mortem meam deus visita-
Heb.11.d bit vos, et ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam iurauit Abraham, Isaac et Jacob. Cumq; adiurasset eos, atq; dixis-
Exo.13 d set, Deus visitabit vos, asportate
Ios.24.g te ossa mea vobiscum de loco isto: mortuus est expletis centum decē vite sue annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo i Egypto.

¶ FINIS.

LIBER EXODVS, HEBRAICE VELLE SEMOTH.

A
Gen.46 ab



HEC SVNT Nomina filiorū Israel qui igressi sunt in Egyptū cum Jacob, singuli cum domibus suis itroierunt: Ruben, Simeon, Leui, Judas, Issachar, Zabulon, et Beniamin, Dan, et Neptalim, Gad, et Aser. Erant igitur oēs anime eorum qui ingressi sunt de femore Jacob, septuaginta. Joseph autē in Egypto erat. Quo mortuo, ⁊ vniuersis fratrib⁹ ei⁹, omniq; cognatione sua, filii Israel creuerunt: et quasi germinātes multiplicati sunt: ac roborati nimis impleuerunt terram. Sur-
B rexit interea rex nouus super Egyptum, qui ignorabat Joseph: ⁊ ait ad populum suum. Ecce, populus filiorum Israel multus, ⁊ fortior nobis est: venite, sapiēter opprimamus eum, ne forte multiplicetur: et si ingruerit contra nos bellū, addatur iimicis nr̄is, expugnatisq; nobis egrediatur e terra. Preposuit itaq; eis magistros operum vt affligerent eos oneribus. Edificaueruntq; vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phiton, et Ramesses. Quantoq; Act.7.c
opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, et crescebant. Oderātq; filios Israel Egyptii, C
et affligebant, illudentes eis et inuidentes: atq; ad amaritudinem perducebāt vitam eorum operibus duris luti et lateris, omniq; famulatu, quo in terre operibus premebantur. Dixit autē rex Egypti obstetricibus Hebreorum, quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, precipiens eis, Quādo obstetricabitis Hebreas, Sup.18.b
et partus tempus aduenerit, si masculus fuerit, interficite illū: si femina, reseruate. Timuerunt autem obstetrices deum, et non fecerunt iuxta preceptum regis Egypti, sed cōseruabant mares. Quibus accersitis ad se rex, ait. Quidnam est hoc quod facere vo- D
luistis, vt pueros seruaretis? Que responderunt. Non sunt Hebree, sicut Egyptie mulieres: ipse enim obstetricādi habēt sciētiam, et priusquam veniamus ad eas, pariunt. Bene ergo fecit de⁹ obstetricibus, et creuit populus, confortatusq; est nimis. Et quia timuerunt obstetrices deum, edificauit illis domos. Precepit ergo Pharao omni populo suo, dicens. Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumē proiicite: quicquid feminini reseruate.

CAP. II.

EGressus est post hec vir de A
domo Leui, et accepit vxorē stirpis sue, q̄ cōcepit et pep-

rit filium, et videns eũ elegantẽ,
Sap.18 d abscondit tribus mensibus. Cũq;
Act. 7.c iã celare non posset, sumpsit fis-
Heb.11.d cellam scirpeã, & liniuit eã bitumi
ne ac pice: posuitq; intus infan-
tulũ, et exposuit eum in carecto
ripe fluminis, stãte procul soror e
eius, et considerante euẽtum rei.
Ecce autẽ descẽdebat filia Pha-
raonis vt lauaretur in flumine, &
puelle eius gradiebantur per cre
pidinem aluei. Que cum vidisset
fiscellam in papyrion e, misit vnã
e famulabus suis, et allatam a-
periens, cernensq; in ea paruulũ
vagientem, miserta eius, ait. De
infantibus Hebreorũ est hic. Cui
soror pueri, Vis, inquit, vt vadã,
et vocem tibi mulierem Hebreã,
que nutrire possit infantulum?
B Respondit. Vade. Perrexit pu-
ella, et vocauit matrem suã. Ad
quam locuta filia Pharaonis,
Accipe, ait, puerum istum, & nutri
mihi: ego dabo tibi mercedẽ tuã.
Suscepit mulier, & nutriuit pue-
rũ, adultũq; tradidit filie Pha-
raonis. Quem illa adoptauit in
locum filii, vocauitq; nomen ei⁹
Heb.11.e Moyses, dicens, Quia de aqua
tuli eum. In diebus illis postquã
creuerat Moyses, egressus est ad
fratres suos, viditq; afflictionem
eorũ, et virũ Egyptiũ percutien-
tem quendam de Hebreis fratri-
bus suis. Cumq; circunspexisset
huc atq; illuc, et nullũ adesse vi-
disset, percussũ Egyptiũ abscon-
Act. 7.d dit sabulo. Et egressus die altero
C conspexit duos Hebreos rixãtes:
dixitq; ei qui faciebat iniuriam.
Quare percutis proximũ tuum?
Qui respondit, Quis constituit
te principem, & iudicẽ super nos?
Num occidere me tu vis, sicut he-
ri occidisti Egyptium? Timuit
Moyses, et ait. Quomodo palã
factũ est verbũ istud? Audiuitq;
Pharao sermonem hunc, et que-
rebat occidere Moysen. Qui fu-
giens de conspectu eius, morat⁹
est in terra Madian, et sedit iux-
ta puteum. Erant autem sacer-
doti Madian septẽ filie, que ve-
nerant ad hauriendam aquam: &
ĩpletis canalibus adaquare cupi-
ebant greges patris sui. Super-
uenere pastores, et eiecerunt eas.
Surrexitq; Moyses, et defensis
puellis, adaquauit oues earum.
Que cũ reuertissent ad Raguel
patrẽ suũ, dixit ad eas. Cur ve- D
locius venistis solito? Respon-
derunt. Vir Egyptius liberauit
nos de manu pastorũ, insuper et
hausit aquam nobiscũ, potumq;
dedit ouibus. At ille, Vbi est, in-
quit? quare dimisistis hominem?
Vocate eũ, vt comedat panem.
Iurauit ergo Moyses, q᷑ habi-
taret cũ eo. Accepitq; Sephorã
filiã eius vxorem, que peperit ei
filiũ, quem vocauit Gersan, di-
cens. Aduena fui in terra aliena.
Alterũ vero peperit, quẽ voca-
uit Eliezer, dicens. Deus enim
patris mei adiutor meus, et eri-
puit me de manu Pharaonis.
Post multũ vero temporis, mor-
tuus est rex Egypti. Et ingemis-
centes filii Israel, propter opera
vociferati sunt. Ascẽditq; clamor
eorum ad deum ab operibus, et
audiuit gemitum eorũ, ac recor-
datus est federis quod pepigerat
cum Abraham, Isaac, et Iacob.
Et respexit dominus filios Isra
el, et cognouit eos.

CAP. III.

Moyses autẽ pascebat o- A
ues Ietro soceri sui sacer
dotis Madian. Cumq;
minasset gregem ad interiora de-
serti, venit ad montem dei Oreb. Act.7.d
Apparuitq; ei dominus in flãma
ignis de medio rubi: et videbat q᷑
rubus arderet, et non cõbureret.
Dixit ergo Moyses. Vadam, et
vide-

videbo visionem hanc magnam,
quare non comburatur rubus.
Cernens autem dominus ꝙ per-
geret ad videndum, vocauit eum
de medio rubi, et ait. Moyses
B Moyses. Qui respondit. Ad-
sum. At ille. Ne appropies, iquit,
huc: solue calceamentum de pe-
dib⁹ tuis, locus enim in quo stas,
Ma.22.c terra sancta est. Et ait. Ego sum
Mar.12 c deus patris tui, deus Abrahā, et
Luc.20 f de⁹ Isaac, et deus Iacob. Abscō-
dit Moyses faciē suā, nō enim au
debat aspicere cōtra deū. Cui ait
dominus. Vidi afflictionē populi
mei in Egypto, ⁊ clamorē eius au
diui ꝓpter duritiā eorū qui pre-
sunt operib⁹, et sciens dolorē ei⁹,
descendi vt liberē eū de manibus
Egyptiorū et educā de ṫra illa in
ṫrā bonā, ⁊ spaciosā, in terrā que
fluit lacte ⁊ melle, ad loca Chana
nei, ⁊ Ethei, ⁊ Amorrhei, ⁊ Phe-
C rezei, ⁊ Euei, ⁊ Iebusei. Clamor
ergo filiorū Israel venit ad me,
vidiq; afflictionē eorū qua ab E-
gyptiis opprimuntur. Sed veni,
mittam te ad Pharaonē, vt edu
cas populū meū, filios Israel de
Egypto. Dixitq; Moyses ad deū.
Quis sum ego, vt vadā ad Pha
raonē, ⁊ educā filios Israel de E-
gypto? Qui dixit ei. Ego ero tecū,
et hoc habebis signū, ꝙ miserim
te. Cū eduxeris populū meū de E-
gypto, immolabis deo super mon
tem istū. Ait Moyses ad deū. Ec-
D ce ego vadā ad filios Israel ⁊ di-
cā eis, Deus patrū vestrorū mi-
sit me ad vos: si dixerint mihi,
Quod est nomen eius? quid dicā
eis? Dixit dominus ad Moysē,
Ego sum qui sū. Ait. Sic dices fi
liis Israel, Qui est, misit me ad
vos. Dixitq; iterū deus ad Moy
sen. Hec dices filiis Israel, Do-
minus deus patrū vestrorū, de⁹
Abrahā, ⁊ deus Isaac, ⁊ deus Ia
cob misit me ad vos. Hoc nomen
mihi est in eternū, ⁊ hoc memori-
ale meū in generatione ⁊ genera- E
tionē. Vade, congrega seniores
Israel, et dices ad eos, Domin⁹
de⁹ patrū vestrorū apparuit mi-
hi, deus Abrahā ⁊ deus Isaac et
deus Iacob, dicens. Visitans vi-
sitaui vos, ⁊ vidi oīa que accide-
runt vobis in Egypto: ⁊ dixi vt
educam vos de afflictione Egypti
in terram Chananei et Ethei et
Amorrhei et Pherezei et Euei et
Iebusei, ad terram fluētem lacte F
et melle, et audient vocem tuam.
Ingredierisq; tu et seniores Is-
rael ad regem Egypti, et dices
ad eum. Dominus deus Hebreo-
rum vocauit nos, ibimus viam
trium dierum in solitudinem, vt
immolemus domino deo nostro.
Sed ego scio, ꝙ nō dimittet vos
rex Egypti vt eatis, nisi per ma-
num validam. Extendamq; ma-
num meam, ⁊ percutiam Egyptū
in cunctis mirabilibus meis, que
facturus sū in medio eorū. Post G
hoc dimittet vos, daboq; gratiā
populo huic coram Egyptiis. Et
cum egrediemini, non exibitis
vacui, sed postulabit mulier a vi-
cina sua ⁊ ab hospita sua vasa ar
gentea et aurea, ac vestes, pone-
tisq; eas super filios et filias ve-
stras, et spoliabitis Egyptum.

CAPVT. IIII.

Respondens Moyses, ait. A
Non credēt mihi, neq; au-
dient vocem meam, sed di-
cent, Non apparuit tibi domin⁹.
Dixit ergo ad eum. Quid est
quod tenes in manu tua? Respō-
dit. Virga. Dixitq; dn̄s. Proii-
ce eam in terrā. Proiecit, et versa
est in colubrū, ita vt fugeret Mo
yses. Dixitq; dominus. Extende
manum tuam, et apprehende cau
dam eius. Extēdit, et tenuit, ver-
saq; est in virgam. Vt credant,
inquit, ꝙ apparuerit tibi domin⁹
deus

deus patrum tuorū, deus Abrahā
et deus Isaac, et deus Jacob. Di-
xitq; dominus rursū. Mitte ma-
num tuam in sinum tuum. Quā
cum misisset in sinum, protulit le-
B prosam instar niuis. Retrahe ait,
manum tuam in sinum tuū. Re-
traxit, et protulit iterū, et erat si-
milis carni reliquę. Si non credi-
derint, inquit, tibi, neq; audierint
sermonem signi prioris, credent
verbo signi sequentis. Qd si nec
duobus quidē his signis credide-
rint, neq; audierint vocem tuam,
sume aquā fluminis, & effunde eā
super aridā, et quicquid hauseris
de fluuio, vertetur in sanguinem.
C Ait Moyses. Obsecro domine,
non sum eloquēs ab heri et nudi-
ustertius: et ex quo locutus es ad
seruum tuū, impeditioris et tar-
dioris lingue sum. Dixit dominus
ad eū. Quis fecit os hoīs? aut qs
fabricatus est mutū et surdū, vi-
Mat.10.c dentem et cecū? None ego? Per-
ge igit, et ego ero in ore tuo: doce-
boq; te qd loquaris. At ille, Ob-
secro dn̄e, inquit, mitte quē mis-
Ecc.45 a surus es. Iratus dominus in Moy-
D sen, ait. Aaron frater tuus leuites
scio q eloquens sit: ecce ipse egre-
dietur in occursum tuū, vidensq;
te letabitur corde. Loquere ad eū,
et pone verba mea in ore eius, et
ego ero in ore tuo, et in ore illius,
& ostendam vobis quid agere de-
beatis. Et ipse loquetur pro te ad
populum, & erit os tuum: tu autē
eris ei in his que ad deum perti-
nent. Virgam quoq; hāc sume in
manu tua, in qua facturus es sig-
E na. Abiit Moyses, & reuersus est
ad Jetro socerum suū. Dixitq; ei,
Vadā et reuertar ad fratres me-
os in Egyptum, vt videam si ad-
huc viuant. Cui ait Jetro. Vade
in pace. Dixit ergo dominus ad
Moysen in Madian. Vade et re-
uertere in Egyptum, mortui sūt
enim omnes qui querebant ani-
mā tuā. Tulit ergo Moyses vxo-
rem suam, et filios suos, et impo-
suit eos super asinum, reuersusq;
est in Egyptum, portans virgam
dei in manu sua. Dixitq; ei domi-
nus reuertēti in Egyptum. Vide
vt oīa ostenta que posui in manu
tua, facias corā Pharaone. Ego
indurabo cor eius, et nō dimittet
populum. Dicesq; ad eū, Hec di- F
cit dominus, Filius meus primo-
genitus, Israel. Dixi tibi, Dimit-
te filium meum vt seruiat mihi,
et noluisti dimittere eū: ecce ego
interficiam filiū tuum primoge-
nitum. Cumq; esset in itinere in
diuersorio, occurrit ei dominus,
et volebat occidere eum. Tulit
illico Sephora acutissimam pe-
tram, & circuncidit preputium fi-
lii sui, tetigitq; pedes eius, et ait.
Spōsus sanguinū tu mihi es. Et
dimisit eū postquā dixerat, Spō-
sus sanguinum tu mihi es: ob cir
cuncisionem. Dixitq; dominus ad G
Aaron. Vade in occursum Moy-
si in desertū. Qui perrexit obuiā
ei in montem dei, et osculatus est
eum. Narrauitq; Moyses Aarō
omnia verba domini, pro quibus
miserat eum, et signa que māda-
uerat. Veneruntq; simul, et con-
gregauerunt cunctos seniores fi-
liorum Israel. Locutusq; est Aa-
ron omnia verba que dixerat do-
minus ad Moysen, et fecit signa
coram populo, & credidit populus.
Audieruntq; q visitasset dominus
filios Israel, et q respexisset af-
flictionem illorum, et proni ado-
rauerunt.

CAPVT. V.

Posthec ingressi sunt Moy- A
ses et Aaron, & dixerūt Pha-
raoni. Hec dicit dominus deus
Israel, Dimitte populum meum
vt sacrificet mihi in deserto. At
ille respondit. Quis est dominus,

vt audiam vocem eius, et dimittam Israel? Nescio dominum, & Israel non dimittam. Dixerunt. Deus Hebreorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem, et sacrificemus domino deo nostro, ne forte accidat nobis pestis, aut gladius. Ait ad eos rex Egypti. Quare Moyses & Aaron solicitatis populum, ab operibus suis? Ite ad onera vestra. Dixitque Pharao. Multus est populus terre. Videtis quod turba succreuerit, quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus?

B Precepit ergo in die illo prefectis operum, et exactoribus populi, dicens. Nequaquam vltra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, sicut prius: sed ipsi vadant, et colligant stipulas: et mensuram laterum, quam prius faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quicquam. Vacant enim, et idcirco vociferantur, dicentes. Eamus et sacrificemus deo nostro. Opprimantur operibus, et expleant ea, vt non acquiescant verbis mendacibus. Igitur egressi prefecti operum et exactores, ad populum dixerunt. Sic dicit Pharao, Non do vobis paleas. Ite,

C et colligite sicubi inuenire poteritis, nec minuetur quicquam de opere vestro. Dispersusque est populus per omnem terram Egypti ad colligendas paleas. Prefecti quoque operum instabant, dicentes. Complete opus vestrum quotidie, vt prius facere solebatis, quando dabantur vobis palee. Flagellatique sunt qui preerant operibus filiorum Israel, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus. Quare non impletis mensuram laterum sicut prius, nec heri nec hodie? Veneruntque prepositi filiorum Israel, et vociferati sunt ad Pharaonem,

D dicentes. Cur ita agis contra seruos tuos? Palee non dantur nobis, et lateres similiter imperantur, En famuli tui flagellis cedimur, et iniuste agitur contra populum tuum. Qui ait. Vacatis otio, et idcirco dicitis, Eamus et sacrificemus domino. Ite ergo vt operemini. Palee non dabuntur vobis, et reddetis consuetum numerum laterum. Videbantque se prepositi filiorum Israel in malum, eo quod diceretur eis, Non minuetur quicquam de lateribus per singulos dies. Occurreruntque Moysi et Aaron, qui stabant ex aduerso egredientes a Pharaone, et dixerunt ad eos. Videat dominus, et iudicet, quoniam fetere fecistis odorem nostrum coram Pharaone et seruis eius, et prebuistis ei gladium vt occideret nos. Reuersusque Moyses ad dominum, ait. Domine, cur afflixisti populum istum? quare misisti me? Ex eo enim, quo ingressus sum ad Pharaonem, vt loquerer ex nomine tuo, afflixit populum tuum: et non liberasti eos.

CAP. VI.

Dixit dominus ad Moysen. Nunc videbis que facturus sum Pharaoni. A
Per manum enim fortem dimittet eos, et in manu robusta eiiciet illos de terra sua. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens. Ego dominus qui apparui Abraham, Isaac, et Iacob in deo omnipotente, et nomen meum Adonai non indicaui eis. Pepigique fedus cum eis, vt darem illis terram Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt aduene. Ego audiui gemitum filiorum Israel, quo Egyptii oppresserunt eos, et recordatus sum pacti mei. Ideo dic filiis Israel, Ego dominus qui educam vos de ergastulo Egyptiorum, et eruam

tuam de seruitute, ac redimam in
brachio excelso, et iudiciis mag=
nis, et assumam vos mihi in po=
B pulum, et ero vester deus: et scie=
tis, ꝙ ego sum dominus deus ve=
ster, qui eduxerim vos de erga=
stulo Egyptiorum, et induxerim
vos in terram, super quam le=
uaui manum meam, vt darem
eam Abraham, Isaac, et Ja=
cob: daboqꝫ illam possidendam
vobis, ego dominꝰ. Narrauit er=
go Moyses omnia filiis Israel,
qui non acquieuerunt ei propter
angustiam spiritus, et opus du=
rissimum. Locutusqꝫ est dominus
ad Moysen, dicens. Ingredere,
et loquere ad Pharaonem regem
Egypti, vt dimittat filios Israel
de terra sua. Respondit Moyses
coram domino, Ecce filii Israel
non audiunt me: et quomodo au=
diet Pharao, presertim cũ incir=
cũcisus sim labiis? Locutusqꝫ est
dominus ad Moysen et Aaron, ⁊
dedit mãdatum ad filios Israel,
et ad Pharaonem regem Egyp=
C ti, vt educerent filios Israel de
terra Egypti. Isti sunt princi=
pes domorum per familias suas.
Filii Ruben primogeniti Israe=
Ge.46 b lis, Enoch et Phallu, Esrom
Nũe.26 a et Charmi. He cognationes Ru=
1.pal.5.a ben. Filii Symeon, Jamuel, et
Jamin, et Ohad, et Jachin, et
Sahar, et Saul filius Chanani=
tidis. He progenies Symeon.
Et hec nomina filiorum Leui
per cognationes suas: Gerson,
et Caath, et Merari. Anni au=
tem vite Leui fuerunt, centum
triginta septem. Filii Gerson,
Libeni et Semei per cognatio=
nũe.26 g nes suas. Filii Caath: Amram,
et Isaar, et Hebron, et Ozihel.
Anni quoqꝫ vite Caath, centum
triginta tres. Filii Merari, Mo
holi et Musi. He cognationes
Leui per familias suas, Accepit
autem Amram vxorem Jocha=
bed patruelem suam, que pepe=
rit ei Aaron et Moysen et Ma=
riam. Fueruntqꝫ anni vite Am=
ram, centum triginta septem. Fi=
lii quoqꝫ Isaar: Core, et Na=
pheg, et Zechri. Filii quoqꝫ Ozi=
el: Misael, et Elisaphan, et Se= D
thri. Accepit autem Aaron vxo=
rem Elisabeth filiam Aminadab,
sororem Naason, que peperit ei
Nadab, et Abiu, et Eleazar, et
Ithamar. Filii quoqꝫ Core: A=
ser, et Helchana, et Abiasaph.
He sũt cognationes Coritarum.
At vero Eleazar filius Aaron ac=
cepit vxorem de filiabus Phutiel,
que peperit ei Phinees. Hi sunt
principes familiarum Leuitica=
rum per cognationes suas. Iste
est Aaron et Moyses, quibus
precepit dominus, vt educerent
filios Israel de terra Egypti per
turmas suas. Hi sunt qui lo=
quuntur ad Pharaonem regem
Egypti, vt educant filios Israel
de Egypto. Iste est Moyses et
Aaron, in die qua locutus est do=
minus ad Moysen in terra E=
gypti. Et locutus est dominus
ad Moysen, dicens. Ego domi=
nus: loquere ad Pharaonem
regem Egypti, omnia que ego
loquor tibi. Et ait Moyses co=
ram domino. En incircuncisus
labiis sum, quomodo audiet me
Pharao?

CAP. VII.

Dixit dominus ad Moy= A
sen. Ecce cõstitui te deum
Pharaonis, et Aaron fra=
ter tuus erit propheta tuus,
tu loqueris ei omnia, que man=
do tibi, et ille loquetur ad Pha=
raonem, vt dimittat filios Isra=
el de terra sua. Sed ego indura=
bo cor eius, et multiplicabo signa
et ostenta mea in terra Egypti,

⁊ nõ audiet vos. Immittãq; manũ
meam super Egyptũ, ⁊ educã ex-
ercitum et populũ meũ filios Is-
rael de terra Egypti, per iudicia
maxima, et scient Egyptii quia
ego sum dominus qui extenderim
manum meam super Egyptum,
et eduxerim filios Israel de me-
dio eorum. Fecit itaq; Moyses ⁊
Aaron, sicut preceperat dominus
B ita egerũt. Erat autem Moyses
octoginta annorum, et Aaron o-
ctoginta triũ, quãdo locuti sũt ad
Pharaonẽ. Dixitq; dñs ad Moy
sẽ ⁊ Aarõ, Cũ dixerit vobis Pha
rao, Ostẽdite signa: dices ad Aa-
rõ. Tolle virgam tuam, et proiice
eã corã Pharaone, ac vertat in co
lubrũ. Ingressi itaq; Moyses ⁊ Aa
ron ad Pharaonẽ, fecerunt sicut
p̄ceperat dominus. Tulitq; Aarõ
virgam coram Pharaone et ser-
uis eius, que versa est in colubrũ.
Vocauit autem Pharao sapien-
2.Ti.3.b tes et maleficos: et fecerunt etiã
ipsi ꝑ incãtationes Egyptias et
archana quedam similiter. Pro-
iecerũtq; singuli virgas suas, que
verse sunt in dracones. Sed de-
uorauit virga Aaron virgas eorũ
Induratumq; est cor Pharaonis
et non audiuit eos, sicut precepe-
rat dominus. Dixit autem domi-
nus ad Moysen. Ingrauatum est
C cor Pharaonis, et non vult di-
mittere populum. Vade ad eum
mane. Ecce, egredietur ad aquas
et stabis in occursum eius super
ripam fluminis, et virgã que cõ-
uersa est in draconẽ, tolles in ma-
nu tua, dicesq; ad eum, Dominꝰ
deus Hebreorũ misit me ad te, di-
cens. Dimitte populum meum,
vt sacrificet mihi in deserto, ⁊ vs-
q; ad presens audire noluisti. Hec
igitur dicit dominꝰ. In hoc scies
ꝙ sim dominus, ecce percutiam
virga, que in manu mea est, aquã
fluminis: et vertetur in sangui-
nem. Pisces quoq; qui sunt in
fluuio morietur, et computrescẽt
aque, et affligentur Egyptii bi-
bentes aquam fluminis. Dixit
quoq; dominus ad Moysen. Dic
ad Aaron, Tolle virgam tuam,
et extende manum tuam super a-
quas Egypti, ⁊ super fluuios eo-
rum, et riuos et paludes, et oẽs
lacus aquarum, vt vertantur in
sanguinem: et sit cruor in omni
terra Egypti, tam in ligneis va-
sis q̃ in saxeis. Feceruntq; Moy- D
ses et Aaron sicut preceperat do-
minus. Et eleuans virgam per- Ps.77.
cussit aquam fluminis corã Pha-
raone et seruis eius: que versa est
in sanguinem, et pisces qui erant
in flumine mortui sunt. Compu-
truitq; fluuius, et non poterant
Egyptii bibere aquam fluminis,
et fuit sanguis in tota terra E-
gypti. Feceruntq; similiter ma- Sap.17.
lefici Egyptiorum, incantationi-
bus suis. Et induratum est cor
Pharaonis, nec audiuit eos sicut
preceperat dñs. Auertitq; se, ⁊ in-
gressꝰ est domũ suã: nec apposuit
cor etiã hac vice. Foderũt autẽ o-
mnes Egyptii ꝑ circumitũ flumi
nis aquã, vt biberent. Nõ eni po-
terant bibere aquã fluminis. Im
pletiq; sunt septem dies, postquã
percussit dominus fluuium.

CAPVT. VIII.

DIxit quoq; Dominus ad A
Moysen. Ingredere ad
Pharaonem, et dices ad
eum. Hec dicit dominus. Dimit-
te populum meum, vt sacrificet
mihi, si autẽ nolueris dimittere:
ecce ego percutiam omnes termi-
nos tuos ranis, et ebulliet fluuiꝰ
ranas, que ascendent, et ingredi-
entur domum tuam, et cubiculũ
lectuli tui, ⁊ super stratum tuũ, et
in domos seruorum tuorũ, ⁊ i po
pulũ tuũ, ⁊ i furnos tuos, ⁊ i reli
q̃das ciborũ tuorũ, ⁊ ad te ⁊ ad po-
pulum

pulum tuum, et ad omnes seruos
tuos intrabūt rane. Dixitq; dn̄s B
ad Moysen. Dic ad Aaron. Extē
de manum tuam super fluuios,
ac super riuos et paludes, et educ
ranas super terram Egypti. Ex
tendit Aaron manū super aquas
Egypti, et ascenderunt rane, ope
rueruntq; terram Egypti. Fece Sap.17 b
runt autem et malefici per incan
tationes suas similiter, eduxerūt
q; ranas super terrā Egypti. Vo
cauit autem Pharao Moysen et
Aaron, et dixit eis. Orate domi
num, vt auferat ranas a me, et a
populo meo, et dimittam populū
vt sacrificet dn̄o. Dixitq; Moyses
ad Pharaonem. Constitue mihi
quando deprecer pro te et pro ser
uis tuis, et pro populo tuo, vt abi
gantur rane a te, et a domo tua,
et a seruis tuis, et a populo tuo:
et tantum in flumine remaneāt.
Qui respōdit, Cras. At ille, Iux
ta, inquit, verbum tuū faciā, vt C
scias, quoniam non est sicut dn̄s
deus noster: et recedent rane a te
et a domo tua, et a seruis tuis, et
a populo tuo: et tātum in flumi
ne remanebunt. Egressiq; sunt
Moyses et Aaron a Pharaone, et
clamauit Moyses ad dominū pro
sponsione ranarum quam cōdix
erat Pharaoni. Fecitq; dominus
iuxta verbum Moysi, et mortue
sūt rane de domibus, et de villis,
et de agris. Congregaueruntq;
eas in immensos aggeres, et cō D
putruit terra. Videns autē Pha
rao, q data esset requies, in
grauauit cor suum, et non audi
uit eos, sicut preceperat domi
nus. Dixitq; dominus ad Moy
sen. Loquere ad Aaron, Extende
virgam tuam, et percute puluerē
terre, et sint cyniphes in vniuersa
terra Egypti. Feceruntq; ita. Et
extendit Aaron, manum, virgam
tenēs, percussitq; puluerē terre,
et facti sunt cyniphes ī hominib9
et iumentis. Omnis puluis terre E
versus est in cyniphes per totam
terram Egypti. Feceruntq; simi
liter malefici incātationib9 suis,
vt educerent cyniphes, et nō po
tuerunt. Erantq; cyniphes tam
in hominibus q in iumentis.
Et dixerunt malefici ad Phara
onem, Digitus dei est hic. Indu
ratumq; est cor Pharaonis, et nō
audiuit eos sicut preceperat dn̄s.
Dixit quoq; dominus ad Moysē,
Consurge diluculo, et sta coram
Pharaone, egredietur enim ad a
quas, et dices ad eum. Hec dicit
dominus. Dimitte populū meū,
vt sacrificet mihi: quod si non dimi
seris eum, ecce ego immittā in te,
et in seruos tuos, et in populum
tuum, et in domos tuas omne ge
nus muscarum, et implebuntur
omnes domus Egyptiorum mus
cis diuersi generis, et vniuersa
terra in qua fuerint. Faciamq;
mirabilem in die illa terram Ges F
sen, in qua populus meus est, vt
non sint ibi musce, vt scias quo
niam ego dominus in medio ter
re, ponamq; diuisionem inter po
pulum meum, et populum tuum,
cras erit signum istud. Fecitq;
dn̄s ita. Et venit musca grauissi Sap.16 b
ma in domos Pharaonis et ser
uorum eius, et in omnē terrā E
gypti: corruptaq; est terra ab hu
iuscemodi muscis. Vocauitq;
Pharao Moysē et Aaron, et ait
eis. Ite et sacrificate deo vestro ī
terra hac. Et ait Moyses. Nō
potest ita fieri. Abominationes
enim Egyptiorū īmolabim9 dn̄o
deo nr̄o. Quod si mactauerimus
ea que colunt Egyptii corā eis,
lapidibus nos obruent. Viam
trium dierum pergemus in soli G
tudinem: et sacrificabimus do
mino deo nostro, sicut precepit
nobis. Dixitq; Pharao. Ego di

mittam, vos vt sacrificetis domi-
no deo vestro in deserto: verun-
tamē longius ne abeatis. Roga-
te pro me. Et ait Moyses. Egres-
sus a te, orabo dominum: et re-
cedet musca a Pharaone, & a ser-
uis suis, et a populo eiꝰ cras. Ve-
runtamen noli vltra fallere, vt
non dimittas populum sacrifica-
re domino. Egressusq; Moyses
a Pharaone orauit dominum.
Qui fecit iuxta verbum illius: et
abstulit muscas a Pharaone, & a
seruis suis, et a populo eius, non
superfuit ne vna quidem, et in-
grauatum est cor Pharaonis, ita
vt nec hac quidem vice dimitteret
populum.

CAPVT. IX.

A Dixit autem dñs ad Moy-
sen. Ingredere ad Pha-
raonem et loquere ad eū.
Hec dicit dominus deus Hebreo-
rum, Dimitte populum meum,
vt sacrificet mihi. Qđ si adhuc re
nuis, et retines eos, ecce manus
mea erit super agros tuos, et sup
equos et asinos et camelos, et o-
ues, & boues, pestis valde grauis.
Et faciet dominus mirabile inter
possessiones Israel, et possessioēs
Egyptiorū, vt nihil omnino pe-
reat ex his que pertinēt ad filios
Israel. Constituitq; dominꝰ tē-
pus, dicens, Cras faciet dominꝰ
verbum istud in terra. Fecit ergo
dominus verbum hoc altera die,
mortuaq; sunt omnia animantia
B Egyptiorum. De animalibꝰ ve-
ro filiorum Israel nihil omnino
periit. Et misit Pharao ad vidē-
dum: nec erat quicquam mortuū
de his que possidebat Israel. In-
grauatumq; est cor Pharaonis,
et non dimisit populum. Et dixit
dominus ad Moysen, et Aaron.
Tollite plenas manus cineris de
camino, et spargat illū Moyses
in celum coram Pharaone, sitq;
puluis super omnem terram E-
gypti. Erunt enim in hominibꝰ
et iumentis vlcera, et vesice tur-
gentes ī vniuersa terra Egypti.
Tuleruntq; cinerem de camino, &
steterunt coram Pharaone, et
sparsit illum Moyses in celum.
Factaq; sunt vlcera vesicarum
turgentium in hominibus et iu-
mentis, nec poterant malefici sta-
re coram Moyse propter vlcera,
que in illis erant, & in omni terra
Egypti. Indurauitq; dominus
cor Pharaonis, et non audiuit C
eos, sicut locutus est dominus ad
Moysen. Dixitq; dominus ad
Moysen. Mane consurge, et sta
coram Pharaone, & dices ad eū.
Hec dicit dominus deus Hebreo-
rum, Dimitte populū meum, vt
sacrificet mihi: quia in hac vice
mittā oēs plagas meas super cor
tuum, & super seruos tuos, et su-
per populum tuum, vt scias ꝙ nō
sit similis mei in oī terra. Nunc
enim extendens manum percutiā
te, et populum tuum peste, peri-
bisq; de terra. Idcirco autem po- D
sui te, vt ostendam in te fortitu- Ro. 9.d
dinem meam, et narretur nomen
meum in omni terra. Adhuc reti-
nes populum meum, et non vis
eum dimittere? En pluam cras
hac ipsa hora grandinem multā
nimis: qualis nō fuit in Egypto
a die qua fundata est vsq; in pre-
sens tempus. Mitte ergo iam
nunc, et congrega iumenta tua, &
omnia que habes in agro: homi-
nes enim, et iumenta, et vniuer-
sa que inuenta fuerint foris, nec
congregata de agris, cecideritq;
super ea grando, morientur. Qui
timuit verbum domini de seruis E
Pharaonis, fecit confugere ser-
uos suos, et iumenta in domos:
qui autem neglexit sermonem do-
mini, dimisit seruos suos, et iu-
menta in agris. Et dixit dominꝰ
ad

ad Moysen. Extende manum
tuam in celum, vt fiat grando in
vniuersa terra Egypti super ho-
mines, et super iumenta, et super
omnem herbam agri in terra E-
Sap.16.c gypti. Extenditq; Moyses virgā
&.19.d in celum, et dominus dedit toni-
Agg.2.c trua, & grandinem, ac discurren-
tia fulgura super terram, pluitq;
dominus grandinem super terrā
F Egypti, et grando et ignis mixta
pariter ferebantur, tanteq; fuit
magnitudinis, quanta ante nū-
quam apparuit in vniuersa ter-
ra Egypti, ex quo gens illa con-
dita est. Et percussit grando i oī
terra Egypti cuncta que fuerunt
ī agris ab homine vsq; ad iumē-
tum, cunctamq; herbam agri per-
cussit grando, et omne lignū re-
gionis confregit. Tātum in ter-
ra Gessen, vbi erant filii Israel,
grando nō cecidit. Misitq; Pha-
rao, et vocauit Moysen et Aarō,
dicens ad eos. Peccaui etiā nūc.
Dominus iustus: et ego & popul9
meus, impii. Orate dominum, vt
desināt tonitrua dei, et grando, &
9.d dimittam vos, et nequaq̄ hic vl-
tra maneatis. Ait Moyses. Cū
G egressus fuero de vrbe, extendam
palmas meas ad dominum, & ces-
sabunt tonitrua, et grando non
erit, vt scias quia domini est ter-
ra. Noui autem q̄ & tu, & serui tui
necdum timeatis dominum deū.
Linum ergo, et hordeū lesum est,
eo q̄ hordeum esset virens, et linū
iam folliculos germinaret. Triti-
cum autem et far non sunt lesa,
quia serotina erant. Egressusq;
Moyses a Pharaone ex vrbe, te-
tendit manus ad dominū, et ces-
sauerunt tonitrua et grando, nec
vltra stillauit pluuia super terrā.
Videns autē Pharao, q̄ cessasset
pluuia, et grando et tonitrua,
auxit peccatum, et ingrauatum
est cor eius, et seruorum illius,
et induratum nimis, nec dimisit
filios Israel: sicut preceparat do-
minus per manum Moysi.

CAP. X.

ET dixit dominus ad Moy- A
sen. Ingredere ad Phara-
onem, ego enim indura-
ui cor eius, et seruorum illi-
us, vt faciam signa mea hec in
eo, et narres in auribus filii tui, &
nepotum tuorum, quoties con-
triuerim Egyptios, et signa mea
fecerim in eis, et sciatis, quia ego
dominus deus. Introierunt er-
go Moyses & Aaron ad Pharao-
nem, et dixerunt ei. Hec dicit do-
minus deus Hebreorum. Vsque-
quo nō vis subiici mihi? Dimitte
populum meum, vt sacrificet mi-
hi. Sin autem resistis, et non vis
dimittere eum, ecce ego inducam Sap.16 b
cras locustam in fines tuos, que
operiet superficiē terre, ne quic-
quam eius appareat, sed come-
datur quod residuū fuerit grādi- B
ni. Corrodet enim omnia ligna,
que germinant in agris: et im-
plebunt domos tuas, et seruorū
tuorum, & omnium Egyptiorum,
quantum non viderunt patres
tui, et aui, ex quo orti sunt super
terram, vsq; in presentem diem.
Auertitq; se, et egress9 est a Pha-
raone. Dixerunt autē serui Pha-
raonis ad eum. Vsquequo pati-
emur hoc scandalum? Dimitte
homines, vt sacrificent domino
deo suo. nonne vides, q̄ perierit
Egyptus? Reuocaueruntq; Moy-
sen & Aaron ad Pharaonem: qui C
dixit eis. Ite, sacrificate domino
deo vestro. Qui nam sūt, qui itu-
ri sunt? Ait Moyses. Cum par-
uulis nostris, et senioribus per-
gemus, cum filiis et filiabus, cū
ouibus et armentis. Est enim so-
lennitas domini dei nostri. Et
res-

Et respondit Pharao. Sic domi-
nus sit vobiscum. Quomodo ego
dimittam vos, et paruulos ve-
stros, cui dubiū est q̄ pessime co-
gitetis? Non fiat ita: sed ite tā-
tum viri, et sacrificate domino,
hoc enim et ipsi petistis. Statim-
q̄ eiecti sunt de conspectu Phara-
onis. Dixit autem dominus ad
Moysen, Extende manum tuam
super terram Egypti, ad locustā:
vt descendat super eam, et de-
uoret omnem herbā, que residua
Agg.2.c fuerit grandini. Et extēdit Moy-
ses virgam super terrā Egypti,
et dominus induxit ventum vrē-
D tem tota die illa, et nocte. Et ma-
ne facto, ventus vrens leuauit
locustas, que ascenderunt super
vniuersam terram Egypti, et se-
derunt in cunctis finibus Egyp-
tiorū innumerabiles, quales an-
te illud tempus non fuerunt, nec
postea future sunt, operueruntq̄
vniuersam superficiem terre, va-
stantes omnia. Deuorata est igi-
tur herba terre, et quicquid po-
morum in arboribus fuit, que
grando dimiserat. Nihil quoq̄
omnino virens relictum est in li-
gnis, et in herbis terre, in cuncta
Egypto. Quam ob rem festinus
Pharao vocauit Moysen et Aarō,
E et dixit eis. Peccaui in dominum
deum vestrum, et in vos: sed nūc
dimittite peccatum mihi etiā hac
vice, et rogate dominum deum
vestrum, vt auferat a me mortē
istam. Egressusq̄ est Moyses de
conspectu Pharaonis, et orauit
dominum, qui flare fecit ventum
ab occidente vehementissimum,
et arreptam locustam proiecit in
mare rubrum. Non remansit nec
vna quidem in cūctis finibus E-
F gypti. Et indurauit dominus cor
Pharaonis, nec dimisit filios Is-
rael. Dixit autem dominus ad
Moysen. Extende manum tuam
in celum, et sint tenebre super ter-
ram Egypti tam dense, vt palpa-
ri queant. Extēditq̄ Moyses ma-
num in celum, et facte sunt tene-
bre horribiles in vniuersa terra
Egypti. Tribus diebus nemo vi- Sap.17
dit fratrem suum, nec mouit se de
loco in quo erat. Vbicunq̄ autē Sap.18
habitabant filii Israel, lux erat.
Vocauitq̄ Pharao Moysen, et
Aaron, et dixit eis. Ite, sacrifi-
cate domino, oues tantum vestre
et armenta remaneant, paruuli
vestri eant vobiscum. Ait Moy-
ses. Hostias quoq̄ et holocausta
dabis nobis, que offeramus do-
mino deo nostro. Cūcti greges p̄- G
gent nobiscum: non remanebit
ex eis vngula, q̄ necessaria sunt
in cultum domini nostri, presertī
cū ignoremus quid debeat immo-
lari, donec ad ipsum locum p̄ue-
niamus. Indurauit autem dn̄s
cor Pharaonis, et noluit dimit-
tere eos. Dixitq̄ Pharao ad
Moysen. Recede a me, et caue ne
vltra videas faciem meam: quo-
cumq̄ die apparueris mihi, mo-
rieris. Rn̄dit Moyses. Ita fiat
vt locutus es, non videbo vltra
faciem tuam.

CAPVT. XI.

Et dixit dominus ad Moy- A
sen. Adhuc vna plaga tan-
gam Pharaonem et Egyp
tum, et post hec dimittet vos, et
exire compellet. Dices ergo omni
plebi, vt postulet vir ab amico
suo, et mulier a vicina sua, vasa
argentea et aurea. Dabit autem
dominus gratiā populo suo corā
Egyptiis. Fuitq̄ Moyses vir ma
gnus valde in terra Egypti, corā
seruis Pharaonis et omni popu-
lo. Et ait. Hec dicit dominus, Ecc.4
Media nocte ingrediar Egyptū,
et morietur omne primogenitum
in terra Egyptiorum, a primoge-
nito Pharaonis, qui sedet in so-

lio eius, vsq; ad primogenitũ an-
cille que est ad molam, et omnia
primogenita iumẽtorum. Eritq;
clamor magnus in vniuersa ter-
C ra Egypti, qualis nec ante fuit,
nec postea futurus est. Apud oẽs
autem filios Israel non mutiet
canis ab homine vsq; ad pecus:
vt sciatis quanto miraculo diui-
dat domin⁹ Egyptios et Israel.
Descendentq; omnes serui tui
isti ad me, et adorabunt me dicen-
tes, Egredere tu et omnis popu-
lus qui subiectus est tibi. Post
hec egrediemur. Et exiuit a Pha-
D raone iratus nimis. Dixit autẽ
dominus ad Moysen. Nõ audi-
et vos Pharao, vt multa signa
fiant in terra Egypti. Moyses
autem et Aaron fecerunt omnia
signa et ostenta que scripta sunt
coram Pharaone: et indurauit
dominus cor Pharaonis, nec di-
misit filios Israel de terra sua.

CAPVT. XII

A Dixit quoq; dominus ad
Moysen et Aaron in ter-
ra Egypti. Mẽsis iste vo
bis principium mensium, prim⁹
erit in mensibus anni. Loqui-
mini ad vniuersum cetum filio-
rum Israel, et dicite eis, Deci-
ma die mensis hui⁹ tollat vnus-
quisq; agnum per familias et do-
mos suas: sin autem minor est
numer⁹ vt sufficere possit ad ves-
cendum agnum, assumet vicinũ
suum, qui coniunctus est domui
eius iuxta numerum animarum
que sufficere possunt ad esum ag-
ni. Erit autem agnus absq; ma-
cula, masculus, anniculus. Iuxta
quem ritum tolletis et hedum, et
seruabitis eũ vsq; ad quartã de-
cimam diem mensis huius. Im-
molabitq; eum vniuersa multitu-
do filiorum Israel ad vesperam,
et sument de sanguine eius, ac po-
nent super vtrumq; postem, et in
superliminarib⁹ domorum, in qui-
bus comedent illũ. Et edent car- B
nes nocte illa assas igni, et azy-
mos panes cũ lactucis agrestib⁹.
Non comedetis ex eo crudũ quid,
nec coctum aqua, sed assũ tantũ
igni. Caput cũ pedibus eius ⁊ in-
testinis vorabitis, nec remanebit
quicq̃ ex eo vsq; mane. Si quid
residuũ fuerit, igne comburetis.
Sic autem comedetis illũ. Renes
vestros accingetis, et calceamẽta
habebitis in pedibus, tenentes
baculos in manib⁹, et comedetis
festinantes: est enim phase, id est,
transit⁹ domini. Et transibo per
terrã Egypti nocte illa, pcutiãq;
oẽ primogenitũ in terra Egypti,
ab hoie vsq; ad pec⁹: ⁊ ĩ cunctis
diis Egypti faciã iudicia, ego do-
min⁹. Erit autem sanguis vobis
in signũ in edibus, ĩ quib⁹ eritis:
et videbo sãguinẽ et trãsibo vos,
nec erit vobis plaag disperdens,
quando percussero terrã Egypti. C
Habebitis autem hũc diẽ in mo-
numentũ, et celebrabitis eã solẽ-
nẽ dño in generationib⁹ vestris
cultu sempiterno. Septem dieb⁹
azyma comedetis: ĩ die primo nõ
erit fermentũ in domib⁹ vestris.
Quicumq; comederit fermẽtatũ,
peribit anima illa de Israel a pri-
mo die vsq; ad diem septimum.
Dies prima erit sancta atq; solẽ-
nis, et dies septima eadem festi-
uitate venerabilis. Nihil operis
facietis ĩ eis, exceptis his que ad
vescendũ pertinẽt, et obseruabi-
tis azyma. In eadem enim ipsa
die educam exercitum vestrum
de terra Egypti, et custodietis
diem istum in generationes ves-
tras ritu perpetuo. Primo men-
se, quartadecima die mensis ad leui.23 a
vesperam comedetis azyma vsq; Nũ.28 c
ad diem vicesimamprimam eius-
dem mensis ad vesperam. Sep-
tẽ dieb⁹ fermẽtatũ nõ inuenietur

in domibus vestris. Qui come-
derit fermentatum, peribit ani-
ma eiꝰ de cetu Israel, tam de ad-
uenis, ꝙ de indigenis terre. Om-
ne fermentatum non comedetis.
In cunctis habitaculis vestris e-
D detis azyma. Vocauit autē Moy-
ses omnes seniores filiorum Is-
rael, et dixit ad eos. Ite tollentes
Heb.12.c animal per familias vestras, et
immolate phase. Fasciculumq;
hyssopi tingite in sāguine qui est
in limine, et aspergite ex eo super-
liminare, et vtrumq; postē. Nul-
lus vestrum egrediatur ostiū do-
mus sue vsq; mane: transibit enī
dominus percutiens Egyptios.
Cumq; viderit sanguinem in su-
perliminari et in vtroq; poste,
transcendet ostium domus, ⁊ nō
sinet percussorem ingredi domos
vestras, et ledere. Custodi verbū
istud legittimum tibi ⁊ filiis tuis
vsq; in eternum. Cumq; introie-
ritis terram, quam dominus deꝰ
daturus est vobis, vt pollicitus
est, obseruabitis ceremonias is-
tas. Et cum dixerint vobis filii
vestri. Que est ista religio? Dice-
tis eis, Victima transitus domi-
ni est, quando transiuit super do-
mos filiorum Israel in Egypto
percutiens Egyptios, et domos
nostras liberans. Incuruatusq;
populus adorauit. Et egressi filii
Israel fecerunt sicut preceperat
dominus Moysi et Aaron. Fac-
tum est autem in noctis medio, ꝑ-
cussit dominus omne primogeni-
tum in terra Egypti, a primoge-
nito Pharaonis, qui in solio eiꝰ
Sap.18.b sedebat, vsq; ad primogenitum
captiue que erat in carcere, ⁊ om-
ne primogenitū iumētorū. Sur-
rexitq; Pharao nocte ⁊ omnes ser
E ui eiꝰ cūctaq; Egyptus, ⁊ ortꝰ est
clamor magnꝰ i Egypto, neq; enī
erat domus i qua nō iaceret mor
tuꝰ. Vocatisq; Pharao, Moyse
et Aaron nocte, ait. Surgite et e-
gredimini a populo meo, et vos ⁊
filii Israel. Ite, et immolate do-
mino sicut dicitis. Oues vestras
et armēta assumite, vt petieratis,
et abeuntes benedicite mihi. Vr-
gebantq; Egyptii populū de terra
exire velociter, dicentes, Omnes
moriemur. Tulit igitur populus
conspersam farinā antequā fer-
mentaretur, et ligās in palliis po-
suit super humeros suos. Fece-
rūtq; filii Israel sicut preceperat
dñs Moysi, ⁊ petierūt ab Egyp-
tiis vasa argētea ⁊ aurea, vestēq;
plurimā. Dñs autem dedit grām
populo corā Egyptiis, vt cōmo- F
darēt eis: et spoliauerūt Egypti-
os. Profectiq; sunt filii Israel de
Ramesse in Socoth, sexcēta fere
millia peditū virorū absq; paruu
lis et mulieribꝰ: sed et vulgus ꝓ-
miscuū innumerabile ascendit cū
eis, oues et armenta, et animātia
diuersi generis multa nimis. Co-
xeruntq; farinā quam dudū de E-
gypto conspersā tulerāt, ⁊ fecerūt
subcinericios panes azymos. Ne-
q; enī poterat fermentari cogen-
tibus exire Egyptiis, et nullā fa-
cere sinentibꝰ morā, nec pulmēti
quicquā occurrerat preparare.
Habitatio autē filiorum Israel,
qua māserūt in Egypto, fuit qua-
dringētorū triginta ānorū. Qui-
bus expletis, eadē die egressus est
omnis exercitus dñi de terra E- G
gypti. Nox ista est obseruabilis
dñi, quando eduxit eos de terra
Egypti. Hāc obseruare debēt oēs
filii Israel i generationibꝰ suis.
Dixitq; dñs ad Moysen ⁊ Aarō.
Hec est religio phase, Omnis
alienigena non comedet ex eo.
Omnis autem seruus emptitius
circuncidetur, et sic comedet. Ad-
uena ⁊ mercenarius non edent ex
eo. In vna domo comedetur, nec
efferetis de carnibus eius foras,
nec

Nūe.9.b nec os illius confringetis. Om-
ioan,19.f nis cetus filiorum Israel faciet
illud. Qd si quis peregrinorum
in vestram voluerit trāsire colo-
niam et facere phase domini, cir-
cuncidetur prius omne masculi-
num eius: et tunc rite celebrabit,
eritq̨ sicut īdigena terre. Si quis
autem circuncisus non fuerit, nō
vescetur ex eo. Eadem lex erit i-
digene, et colono qui peregrina-
tur apud vos. Feceruntq̨ omnes
filii Israel sicut preceperat dn̄s
Moysi et Aaron, et eadem die e-
duxit dominus filios Israel de
terra Egypti per turmas suas.

CAPVT. XIII.

A
Nūe.38 c Locutusq̨ est dominus ad
lucæ.2,d Moysen, dicens. Sanctifi-
ca mihi omne primogenitū
quod aperit vulvam in filiis Is-
rael, tam de hominibus q̄ de iu-
mentis. Mea sunt enim omnia.
Et ait Moyses ad populū. Me-
mentote diei huius in qua egressi
estis de Egypto et de domo ser-
vitutis, quoniam in manu forti
eduxit vos dominus de loco isto,
vt non comedatis fermentatum
panem. Hodie egrediemini men-
se novarum frugum. Cumq̨ in-
troduxerit te dominus in terram
Chananei et Ethei et Amorhei
et Euei et Jebusei, quam iuravit
patribus tuis, vt daret tibi terrā
fluentem lacte et melle, celebrabi-
tis hunc morem sacrorum mense
isto. Septem diebus vesceris a-
zymis, et in die septimo erit solē-
nitas domini. Azyma comedetis
septem diebus. Non apparebit
apud te aliquid fermentatum,
B nec in cunctis finibus tuis. Nar-
rabisq̨ filio tuo in die illo, dicēs,
Hoc est quod fecit mihi domin⁹,
quando egress⁹ sum de Egypto.
Et erit quasi signum in manu
tua, et quasi monumentum ante
oculos tuos, et vt lex domini sem-
per sit in ore tuo. In manu enim
forti eduxit te dominus de Egyp
to. Custodies huiuscemodi cultū
statuto tempore a diebus in dies.
Cumq̨ introduxerit te dominus
in terram Chananei, sicut iuravit
tibi, et patribus tuis, et dederit
tibi eam: separabis omne quod
aperit vulvam domino, et quod
primitivum est in pecoribus tuis.
Quicqd habueris masculini sex-
us, consecrabis domino. Primo-
genitum asini mutabis oue, q̄ si
non redemeris, interficies. Om-
ne autem primogenitum homi- C
nis de filiis tuis, pretio redimes.
Cūq̨ interrogaverit te filius tu⁹
cras, dicens. Quid est hoc? res-
pondebis ei. In manu forti e-
duxit nos dominus de terra E-
gypti, de domo servitutis. Nam
cum induratus esset Pharao, et
nollet nos dimittere, occidit dn̄s
omne primogenitum in terra E-
gypti a primogenito hoīs, vsq̨ ad
primogenitū iumētorū. Idcirco
imolo dn̄o omne qd̄ aperit vulvā
masculini sex⁹, & oīa primogenita
filiorum meorum redimo. Erit
igitur quasi signum ī manu tua,
et quasi appensum quid ob recor-
dationem ante oculos tuos, eo q̄
in manu forti eduxerit nos domi-
nus de Egypto. Igitur cum emi- D
sisset Pharao populum, non eos
duxit dominus per viam terre
Philistiim que vicina est, repu-
tans ne forte peniteret eum, si vi-
disset adversum se bella cōsurge-
re, et reverteretur in Egyptum:
sed circunduxit per viam deserti,
que est iuxta mare rubrum. Et
armati ascenderunt filii Israel de
terra Egypti. Tulit quoq̨ Moy
ses ossa Joseph secum, eo q̄ ad-
iurasset filios Israel dicens. Vi- Ge.50.d
sitabit vos deus, efferte ossa mea
hic vobiscū. Profectiq̨ de Socoth,
castrametati sunt in Ethan in

 extre-

nũe.14.c extremis finib⁹ solitudinis. Do-
1.co.10.a minus autem precedebat eos ad
ostendendam viam, per diem in
columna nubis, et per noctem in
neem.9 d columna ignis, vt dux esset iti-
neris, vtroq; tempore. Nunquã
defuit columna nubis p diẽ, neq;
colũna ignis p noctẽ corã populo.

CAP. XIIII.

A LOcutus est autem domin⁹
ad Moysen, dicẽs. Loque-
re filiis Israel, Reuersi ca-
strametentur e regione Phihahi-
roth, que est inter Magdalum et
mare contra Beelsephon: in con-
spectu eius castra ponetis super
mare. Dicturusq; est Pharao su-
per filiis Israel, Coartati sunt in
terra, conclusit eos desertum. Et
indurabo cor eius, ac persequet
vos, et glorificabor in Pharao-
ne et in omni exercitu eius: sci-
entq; Egyptii, quia ego sum do-
minus. Feceruntq; ita. Et nun-
tiatum est regi Egyptiorum, q fu
gisset populus: immutatumq; est
cor Pharaonis et seruorum ei⁹
super populũ, et dixerunt. Quid
B voluimus facere vt dimitterem⁹
Israel, ne seruiret nobis? Iunxit
ergo currum, & omnem populum
suum assumpsit secũ. Tulitq; sex-
centos currus electos, & quicquid
in Egypto curruũ fuit, & duces to
tius exercitus. Indurauitq; do-
min⁹ cor Pharaonis regis Egy-
pti, et persecutus est filios Isra-
el. At illi egressi erãt in manu ex-
1. Mach. 4.a celsa. Cumq; persequerentur E-
gyptii vestigia precedẽtium, rep-
pererunt eos in castris super ma-
re. Õis equitatus & currus Pha-
raonis, et vniuersus exercitus e-
rant in Phihahiroth contra Be-
elsephon. Cumq; appropinquas-
set Pharao, leuantes filii Israel
C oculos, viderunt Egyptios post
se, et timuerunt valde, clamaue-
runtq; ad dominum, et dixerunt
ad Moysen. Forsitan non erant
sepulchra in Egypto, ideo tulisti
nos vt moreremur in solitudine.
Quid hoc facere voluisti, vt edu-
ceres nos ex Egypto? Nõne iste
est sermo, quem loquebamur ad
te in Egypto, dicentes: Recede a
nobis, vt seruiamus Egyptiis?
Multo enĩ melius est seruire eis,
q̃ mori in solitudine. Et ait Moy
ses ad populum. Nolite timere: D
state, et videte magnalia dñi que
factur⁹ est hodie. Egyptios enim
q̃s nũc videtis, nequaq̃ vltra vide
bitis vsq; in sẽpiternũ. Dñs pug
nabit p vobis, et vos tacebitis.
Dixitq; dñs ad Moysen. Quid
clamas ad me? Loquere filiis Is-
rael vt proficiscantur: tu autem
eleua virgam tuam, et extende
manum tuam super mare, et di-
uide illud, vt gradiãtur filii Isra-
el in medio mari per siccum. Ego
autem indurabo cor Egyptiorum
vt persequantur vos, et glorifi-
cabor in Pharaone, & in omni ex-
ercitu eius, et in curribus et in e-
quitibus illius, et scient Egyptii
quia ego sum dominus, cum glo- E
rificatus fuero in Pharaone, et
in curribus atq; in equitibus ei⁹.
Tollensq; se angelus domini, qui
precedebat castra Israel, abiit Sap.10.
post eos, et cum eo pariter colum &.18.a
na nubis, priora dimittens, post Ps.77.
tergum stetit inter castra Egyp- et.104.
tiorum et castra Israel. Et erat
nubes tenebrosa et illuminãs no-
ctem, ita vt ad se inuicem toto no
ctis tempore accedere non vale-
rent. Cumq; extendisset Moyses
manum super mare, abstulit illud
dominus, flante vento vehemen-
ti et vrente tota nocte, et vertit in
siccum. Diuisaq; est aqua, et in-
gressi sunt filii Israel per medi- Ecc.39.
um sicci maris. Erat enim aqua Heb.11.
quasi murus a dextra eorum et Ps.77.
leua. Persequentesq; Egyptii, in
gressi

gressi sunt post eos, et omnes e-
quitatus Pharaonis, currus eiꝰ
et equites per mediū maris. Iā-
F qꝫ aduenerat vigilia matutina, et
ecce respiciēs dominus super ca-
stra Egyptiorum per columnam
ignis et nubis, interfecit exercitū
Sap.18 b eorum, et subuertit rotas curruū
ferebanturqꝫ in profundū. Dixe-
runt ergo Egyptii. Fugiamꝰ Is-
raelem: dominus enim pugnat
pro eis contra nos. Et ait domi-
nus ad Moysen. Extende manum
tuam super mare, vt reuertantur
aque ad Egyptios, super currus
G et equites eorum. Cumqꝫ exten-
disset Moyses manum contra
mare, reuersum est primo dilucu-
lo ad priorem locū. Fugiētibusqꝫ
Egyptiis, occurrerunt aque, et
inuoluit eos dominus in mediis
fluctibus. Reuerseqꝫ sunt aque,
et operuerunt currus et equites
cuncti exercitus Pharaonis, qui
sequentes ingressi fuerant mare,
nec vnꝰ quidem superfuit ex eis.
Filii autem Israel perrexerunt ꝑ
medium sicci maris, et aque eis
erant quasi pro muro a dextris et
a sinistris. Liberauitqꝫ dominus
in die illa Israel de manu Egyp-
tiorum, et viderunt Egyptios
mortuos super litꝰ maris, et ma-
num magnam quam exercuerat
dominus contra eos. Timuitqꝫ
populus dominum, et crediderūt
domino, et Moysi seruo eius.

CAPVT. XV.

A Tunc cecinit Moyses et filii
Sap.10.d Israel carmen hoc domino,
et dixerunt. Cantemus do-
mino, gloriose enim magnificatꝰ
est, equum et ascensorem deiecit
Esa.12.a in mare. Fortitudo mea, et laus
Ps.117.c mea dominus, et factus est mihi
salutem. Iste deus meus, et glo-
rificabo eum, deus patris mei et
exaltabo eum. Dominus quasi
vir pugnator, omnipotens nomē
eius: currus Pharaonis et exer-
citum eius proiecit in mare. Electi
principes eius submersi sunt in
mari rubro, abyssi operuerūt eos,
descenderunt in profundum qua-
si lapis. Dextera tua domine ma-
gnificata est in fortitudine, dexte-
ra tua domine percussit inimicū,
et in multitudine glorie tue depo-
suisti aduersarios tuos. Misisti
iram tuam, que deuorauit eos si-
cut stipulam, et in spiritu furoris
tui congregate sunt aque. Ste-
tit vnda fluens, congregate sunt
abyssi in medio mari. Dixit ini- B
micus, Persequar et comprehen-
dam, diuidam spolia, implebitur
anima mea, euaginabo gladium
meum, interficiet eos manꝰ mea.
Flauit spiritus tuus et operuit
eos mare, submersi sunt quasi
plumbum in aquis vehementibꝰ.
Quis similis tui in fortibus do-
mine? Quis similis tui? magni-
ficus in sanctitate, terribilis atqꝫ
laudabilis, faciēs mirabilia. Ex-
tendisti manum tuam, et deuora-
uit eos terra. Dux fuisti in mise-
ricordia tua, populo quē redemi-
sti. Et portasti eum in fortitudi-
ne tua, ad habitaculum sanctum
tuum. Ascenderunt populi et ira-
ti sunt, dolores obtinuerunt ha-
bitatores Philistiim. Tunc con-
turbati sunt principes Edom:
robustos Moab obtinuit tremor,
obriguerunt omnes habitatores
Chanaan. Irruat super eos for-
mido, et pauor in magnitudine C
brachii tui. Fiant immobiles
quasi lapis, donec pertrāseat po-
pulus tuus domine, donec per-
transeat populus tuus iste quem
possedisti. Introduces eos, et
plantabis in monte hereditatis
tue, firmissimo habitaculo tuo
quod operatus es domine. Sā-
ctuarium tuum domine, quod fir-
mauerunt manus tue. Dominus

regnabit in eternum & ultra. Ingressus est enim eques Pharao cum curribus et equitibus eius in mare, et reduxit super eos dñs aquas maris, filii autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius. Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua, egresseque sunt omnes mulieres post eam cũ tympanis & choris, quib9 precinebat, dicens. Cantemus domino: gloriose enim magnificat9 est, equũ & ascensorẽ deiecit in mare.

D Tulit autem Moyses Israel de mari rubro, et egressi sunt in desertum Sur. Ambulauerũtque tribus diebus per solitudinem, et non inueniebant aquam. Et venerunt in Mara, nec poterãt bibere aquas de Mara, eo q essent amare. Unde et congruum loco nomen imposuit vocans illum Mara, id est amaritudinem. Et murmurauit populus contra Moysen, dicens.

Ecc.38.a Quid bibemus? At ille clamauit ad dominum, qui ostendit ei lignum: quod cũ misisset in aquas, in dulcedinem verse sunt. Ibi cõstituit ei precepta, atque iudicia, et ibi tentauit eum, dicens. Si audieris vocẽ domini dei tui, et qd rectum est coram eo feceris, et obedieris mandatis eius, custodierisque omnia precepta illi9, cunctũ languorem quem posui in Egypto, non inducam super te: ego enĩ sum dominus de9 saluator tuus.

nũe.33.a Venerũt autẽ ĩ Elim filii Israel, vbi erant duodecim fontes aquarum, et septuaginta palme, et castrametati sunt iuxta aquas.

CAP. XVI.

A Sap.11.a PRofectique sunt de Elim, et venit omnis multitudo filiorum Israel in desertũ Sin, quod est inter Elim & Sinai: quinto decimo die mẽsis secundi postquam egressi sunt de tra Egypti.

Et murmurauit oĩs cõgregatio filiorũ Israel, cõtra Moysen & Aaron in solitudine. Dixerũtque filii Israel ad eos. Utinã mortui essem9 p manũ dñi in tra Egipti, quãdo sedebamus sup ollas carniũ, et comedebam9 panẽ in saturitate. Cur induxistis nos ĩ desertũ istd, vt occideretis omnẽ multitudinẽ fame? Dixit autem dominus ad Moysen. Ecce ego pluam vobis panes de celo, egrediatur popul9 et colligat que sufficiunt per singulos dies, vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea, an nõ. Die B autem sexto parent quod inferãt, et sit duplum q̃ colligere solebãt per singulos dies. Dixeruntque Moyses et Aaron ad omnes filios Israel. Uespere scietis, q dominus eduxerit vos de terra Egypti, et mane videbitis gloriam domini: audiui enim murmur vestrum contra dominum. Nos vero quid sumus, quia mussitastis contra nos? Et ait Moyses. Dabit vobis domin9 vespere carnes edere, et mane panes in saturitate: eo q audiuit murmurationes vestras, quibus murmurati estis contra eũ, nos enim quid sum9? nec cõtra nos est murmur vestrũ, sed contra dominum. Dixit quoque Moyses ad Aaron. Dic vniuerse congregationi filiorum Israel, Accedite coram domino: audiuit enim murmur vestrum. C Cũque loqueretur Aaron ad omnem cetum filiorum Israel, respexerũt ad solitudinẽ, & ecce gloria domini apparuit in nube. Ecc.45 Locutus est autem dominus ad Moysen, dicens. Audiui murmurationes filiorũ Israel, loquere ad eos, Uespere comedetis carnes, et mane saturabimini panibus, scietisque q ego sum dominus deus vester. Factum est ergo vespere, & ascendens coturnix, cooperuit castra: mane

mane quoq; ros iacuit per circũi-
Nũe.11.b tum castrorum. Cumq; operuis-
Ps.77.c set superficiem terre, apparuit in
Sap.16.c solitudine minutum, et quasi pilo
Ioan.6 d tusum, in similitudinem pruine su
1.co.10 a per terram. Quod cum vidissent
D filii Israel, dixerunt ad inuicem,
Man hu? quod significat, Quid
est hoc? Ignorabant enim quid
esset. Quibus ait Moyses. Iste
est panis, quem dominus dedit
vobis ad vescendum. Hic est ser-
mo, quem precepit vobis domin⁹.
Colligat vnusquisq; ex eo quan-
tum sufficit ad vescendum, gomor
per singula capita: iuxta nume-
rum animarum vestrarum, que
habitant in tabernaculo sic tolle-
tis. Feceruntq; ita filii Israel, et
collegerunt, alius plus, alius mi-
nus: et mensi sunt ad mensuram
2.co.8.c gomor. Nec qui plus collegerat,
habuit amplius: nec qui minus
parauerat, repperit min⁹, sed sin-
guli, iuxta id quod edere poterant
E congregauerũt. Dixitq; Moyses
ad eos, Null⁹ relinquat ex eo i ma
ne. Qui nõ audierũt eũ, sed dimi-
serunt quidã ex eis vsq; mane, et
scatere cepit vermibus, atq; com
putruit. Et iratus est contra eos
Moyses. Colligebãt autem ma-
ne singuli, quantum sufficere po
terat ad vescendum. Cumq; in-
caluisset sol, liquefiebat. In die
autem sexta collegerunt cibos du
plices, id est duo gomor per sin-
gulos homines. Venerunt autem
omnes principes multitudinis, et
narrauerunt Moysi. Qui ait eis,
Hoc est quod locutus est domin⁹.
Requies sabbati sanctificata est
domino. Cras quodcunq; operã-
dum est facite: et que coquenda
F sunt, coquite: quicquid autẽ re-
liquũ fuerit, reponite vsq; in ma-
ne. Feceruntq; ita vt preceperat
Moyses, et non computruit, ne-
q; vermis inuentus est in eo. Di-
xitq; Moyses. Comedite illud ho
die, quia sabbatũ est domino, nõ
inuenietur hodie in agro. Sex di-
ebus colligite, in die autem septi-
mo sabbatum est domini, idcirco
non inuenietur. Venitq; septima
dies, et egressi de populo vt colli-
gerent, inuenerunt. Dixit autẽ
dominus ad Moysen. Vsquequo
non vultis custodire mandata
mea, et legem meam? Videte ꝙ
dominus dederit vobis sabbatũ, C
& propter hoc die sexta tribuit vo
bis duplices. Maneat vnusquis-
q; apud semetipsum, & null⁹ egre-
diatur de loco suo die septimo,
et sabbatizabit populus die septi-
mo. Appellauitq; domus Israel
nomen eius man, quod erat qua-
si semẽ coriãdri albũ, gustusq; ei⁹
quasi simile cũ melle. Dixit autẽ
Moyses. Iste est sermo quẽ ꝑce-
pit dñs, Imple gomor ex eo, & cu-
stodiatur in futuras retro generati-
ones, vt nouerint panẽ, quo alui
vos in solitudine, quãdo educti e-
stis de t̃ra Egypti. Dixitq; Moy
ses ad Aaron. Sume vas vnũ, et
mitte ibi mã, quãtũ potest capere
gomor, & repone corã dño ad ser-
uãdũ in generationes vestras, si-
cut ꝑcepit dñs Moysi. Posuitq;
illud Aaron in tabernaculo reser- neem.9 d
uandum. Filii autẽ Israel come- Iudit.5 c
derũt man quadraginta annis,
donec venirent in terrã habitabi-
lem. Hoc cibo aliti sũt, vsquequo
tãgerent fines terre Chanaã. Go
mor autẽ decima pars est ephi.

CAP. XVII.

IGitur ꝑfecta ois multitudo fili- A
orũ Israel de deserto Sin, per
mãsiones suas, iuxta sermonẽ
dñi, castrametati sũt in Raphidi,
vbi nõ erat aqua ad bibendũ po-
pulo. Qui iurgat⁹ cõtra Moysẽ,
ait. Da nobis aquã vt bibam⁹.
Quib⁹ r̃ndit Moyses. Quid iurga
mini cõtra me? cur tẽtatis dñm?

Sitiuit

Sitiuit ergo ibi populꝰ pre aque
penuria, et murmurauit contra
B Moysen, dicens. Cur fecisti nos
Nũe.20 a exire de Egypto, vt occideres
nos, et liberos nostros, ac iumen-
ta siti? Clamauit autem Moyses
ad dominum, dicens. Quid faciã
populo huic? adhuc paululum, &
lapidabit me. Et ait dominus ad
Moysen. Antecede populum, et
sume tecum de seniorib⁹ Israel, &
virgam qua percussisti fluuium,
tolle in manu tua, et vade: en ego
stabo coram te ibi supra petram
Ps.77.b Oreb, percutiesq; petram, et ex-
&.80.b ibit ex ea aqua, vt bibat populꝰ.
1.co.10 a Fecit Moyses, ita coram seniori-
bus Israel. Et vocauit nomen
loci illius Tentatio, propter iur-
gium filiorum Israel, et quia tẽ-
tauerunt dominum, dicẽtes, Est
C ne dominus in nobis, an non?
Venit autem Amalech, & pugna-
bat contra Israel in Raphidim.
Iudic.4 d Dixitq; Moyses ad Iosue. Eli-
Sap.11. a ge viros, et egressus pugna con-
deu.25 d tra Amalech cras. Ego stabo in
vertice collis, habens virgam
dei in manu mea. Fecit Iosue vt
locutꝰ erat Moyses, et pugnauit
contra Amalech. Moyses autẽ, &
Aaron, et Hur ascenderunt super
verticem collis. Cumq; leuaret
Moyses manꝰ, vincebat Israel:
sin autem paululum remisisset,
superabat Amalech. Manus au-
tẽ Moysi erant graues. Sumẽ-
tes igitur lapidem, posuerũt sub-
D ter eum, in quo sedit. Aaron au-
tem, et Hur sustentabant manus
eius ex vtraq; parte. Et factum
est vt manus ipsius non lassarẽ-
tur, vsq; ad occasũ solis. Fuga-
uitq; Iosue Amalech, et populũ
eius in ore gladii. Dixit autẽ do-
minus ad Moysen. Scribe hoc
ob monumentum in libro, et tra-
de auribus Iosue. Delebo enim
memoriam Amalech sub celo.
Edificauitq; Moyses altare, et
vocauit nomen eius, Dominus
exaltatio mea, dicens. Quia ma-
nus solius domini, et bellum dei
erit contra Amalech, a genera-
tione in generationem.

CAP. XVIII.

Cumq; audisset Ietro sacer- A
dos Madiã, cognatꝰ Moy-
si omnia que fecerat domi-
nꝰ Moysi, et Israel populo suo,
q̃ eduxisset dominus Israel de
Egypto, tulit Sephoram vxorẽ
Moysi, quam remiserat, et duos
filios eius: quorum vnus voca-
batur Gersan, dicente patre, Ad-
uena fui in terra aliena: alter ve-
ro Eliezer, Deus enim, ait, pa-
tris mei adiutor meus, & eruit me
de gladio Pharaonis. Venit er-
go Ietro cognatus Moysi, et filii
eius, et vxor eius ad Moysen in
desertũ, vbi erat castrametatus
iuxta montẽ dei, et mãdauit Moy
si, dicẽs, Ego Ietro cognatꝰ tuus
venio ad te, & vxor tua, & duo filii
tui cum ea. Qui egressus in oc-
cursum cognati sui, adorauit, et
osculatus est eum. Salutaue- B
runtq; se mutuo verbis pacificis.
Cumq; intrasset tabernaculum
narrauit Moyses cognato suo cũ-
cta que fecerat dominꝰ Pharaoni
et Egyptiis propter Israel, vni-
uersumq; laborẽ qui accidisset eis
in itinere, et q̃ liberauerat eos
dominus. Letatusq; est Ietro sup
omnibus bonis que fecerat domi
nus Israeli, eo q̃ eruisset eum de
manu Egyptiorũ, et ait. Benedi-
ctus dominus qui liberauit vos
de manu Egyptiorũ, et de manu
Pharaonis, qui eruit populum
suum de manu Egypti. Nũc co-
gnoui quia magnus dominus su-
per omnes deos, eo q̃ superbe e-
gerint contra illos. Obtulit ergo
Ietro cognatus Moysi, holocau
sta et hostias domino. Venerunt-

q; Aaron et omnes seniores filiorum Israel, vt comederent panē cum eo coram domino. Altera autem die sedit Moyses, vt iudicaret populum, qui assistebat Moysi a mane vsq; ad vesperā. Quod cum vidisset cognatus eius om-
C nia scilicet que agebat in populo, ait. Quid est quod facis in plebe? Cur solus sedes, et omnis popul⁹ prestolatur de mane vsq; ad vesperam? Cui respondit Moyses. Venit ad me populus querens sententiam dei. Cumq; acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me vt iudicem inter eos, et ostendam precepta dei, et leges eius. At ille, Non bonam, inquit, rem facis: stulto labore consumeris et tu, et populus iste qui tecum est: vltra vires tuas est negotium, so-
Deu.1. b lus illud non poteris sustinere: sed audi verba mea atq; consilia, et erit dominus tecum. Esto tu populo in his que ad deum pertinēt: vt referas que dicuntur, ad eum, ostendasq; populo ceremonias et ritum colendi, viamq; per quam ingredi debeant, et opus quod facere debeant. Prouide autem de omni plebe viros sapientes et ti-
D mentes deum, in quibus sit veritas, et qui oderint auaritiam: et constitue ex eis tribunos et centuriones, et quinquagenarios, et decanos, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, et ipsi minora tantummodo iudicent, leuiusq; sit tibi, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium domini, et precepta eius poteris sustentare, et omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace. Quibus auditis Moyses fecit oīa, que ille suggesserat. Et electis viris strenuis de cūcto Israel, cōstituit eos principes populi, tribunos, et cēturiones, et quinquagenarios, et decanos, qui iudicarēt plebē dn̄i oī tēpore. Quicquid autem grauius erat, referebāt ad eum, faciliora tantūmodo iudicantes. Dimisitq; cognatum suum: qui reuersus abiit in terrā suam.

CAPVT. XIX.

A MEnse tertio egressionis Israel de terra Egypti, in die hac venerūt in solitudinē Sinai. Nam profecti de Raphidim, et peruenientes vsq; in desertum Sinai, castrametati sunt in eodē loco, ibiq; Israel fixit tētoria e regione montis. Moyses autem ascendit in montē ad deū. Vocauitq; eū dn̄s de mōte, et ait, Hec dices domui Jacob, et annūtiabis filiis Israel, Vos ipsi vidistis que fecerim Egyptiis, quomodo portauerim vos sup alas aquilarū, ⁊ assūpserim mihi. Si ergo audieritis vocē meā, ⁊ custodieritis pactū meū, eritis mihi in peculiū de cūctis populis (mea est enim oīs terra et vos eritis mihi i regnū sacerdotale, ⁊ gēs sancta.) Hec sūt verba que loqueris ad filios Israel. Venit Moyses et cōuocatis maiorib⁹ natu populi, exposuit oēs sermones quos mādauerat dn̄s. Respōditq; oīs popul⁹ simul, Cūcta que locut⁹ est dn̄s, faciemus. Cūq; retulisset Moyses verba populi ad dominū, ait ei dominus. Jam nūc veniā ad te in caligine nubis, vt audiat me popul⁹ loquētem ad te, ⁊ credat tibi in perpetuū. Nuntiauit ergo Moyses verba populi ad dominū. Qui dixit ei. Vade ad populum, et sanctifica illos hodie et cras, lauentq; vestimenta sua, et sint parati in diem tertium, in die enim tertia descendet dominus coram omni plebe super montem Sinai. Cōstituesq; terminos populo per cir-

Marginal notes: nūe.33.c; Act.7.c; deu.29 a; 1.Pe.2.b; B

circumitum, et dices ad eos. Cauete ne ascēdatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis qui
Heb.12.c tetigerit mōtem, morte morietur.
Manus non tanget eum: sed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis: siue iumentum fuerit siue homo, non viuet. Cum ce
C perit clangere buccina, tunc ascendāt in montē. Descēditq; Moyses de monte ad populum, et sanctificauit eum. Cumq; lauissent vestimenta sua, ait ad eos. Estote parati in diem tertium, et ne appropinquetis vxoribus vestris. Iāq; aduenerat tertius dies, et mane inclaruerat, & ecce ceperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, et nubes densissima operire montē. Clangorq; buccine vehementius perstrepebat, et timuit populus q̄ erat in castris. Cumq; eduxisset eos Moyses in occursum dei de
deu. 4. b loco castrorum, steterunt ad radices montis. Totus autem mons Sinai fumabat, eo q̄ descendisset dominus deus super eum in igne, et ascenderet fumus ex eo quasi de fornace. Eratq; omnis mons terribilis, et sonitus buccine paulatim crescebat in maius, et prolixius tendebatur Moyses loque-
D batur, et dominus respondebat ei. Descenditq; dominus super montem Sinai in ipso mōtis vertice, et vocauit Moysen in cacumen eius. Quo cum ascēdisset, dixit ad eum. Descende et contestare populum, ne forte velit transcendere terminos ad videndū dominū, & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoq; qui accedunt ad dominū, sanctificentur, ne percutiat eos. Dixitq; Moyses ad dominū. Non poterit vulgus ascendere in montē Sinai: tu enim testificat⁹ es & iussisti, dicēs, Pone terminos circa montē & sanctifica illum. Cui ait domin⁹. Vade, descende: ascendesq; tu, et Aarō tecū. Sacerdotes autē et popul⁹ non transeant terminos, nec ascēdant ad dominū, ne forte interficiat illos. Descenditq; Moyses ad populum, et omnia narrauit eis.

CAPVT. XX.

Locutusq; est dn̄s cūctos sermones hos. Ego sum dn̄s Deu.5.a deus tuus, qui eduxi te de terra Egypti de domo seruitutis. Non habebis deos alienos corā Ps. 80.c me. Nō facies tibi sculptile neq; leui.26.a omnē similitudinē que est in celo deu.5.a desup, et que in terra deorsū, nec Ps.96.b eorū que sunt in aquis sub terra. non adorabis ea, neq; coles. Ego sū dn̄s deus tuus fortis zelotes, visitās iniquitatē patrū in filios, in tertiam et quartā generationē B eorū qui oderunt me, & faciēs misericordiam in millia his qui diligūt me, & custodiūt precepta mea. Nō assumes nomē dn̄i dei tui in deu.5.b vanū. Nec enim habebit insontē leui.19.c dn̄s eum, qui assūpserit nomē dn̄i Matt.5.d dei sui frustra. Memēto vt diem eze.20.b sabbati sanctifices. Sex diebus o Deu.5.b peraberis, et facies omnia opera tua. Septimo autē die sabbatum domini dei tui est, non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus & filia tua, seruus tuus & ācilla tua, iumentum tuū et aduena, qui est Gen.2.a intra portas tuas. Sex enim diebus fecit deus celum et terram et mare, et omnia que in eis sunt, et requieuit die septimo: idcirco benedixit dominus diei sabbati, C et sanctificauit eum. Honora patrē Deu.5.b tuum et matrem tuam, vt sis lon Mat.15.a geuus super terram, quam domi- Eph.6.a nus deus tuus dabit tibi. Non oc Ma.5.c.d cides, Non mechaberis. Nō furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum Ro.7.b proximi tui. Nec desyderabis vx- &. 13.c orem eius, non seruum, non an-

cillam, non bouem, non asinum,
Heb.12.e nec omnia quę illius sunt. Cũctꝰ
autem populus videbat voces et
lampades, et sonitum buccine, mõ
tẽq; fumãtem: et perterriti ac pa
uore concussi, steterũt procul, dicẽ
tes Moysi. Loquere tu nobis, et
Deu.18.c audiemus: non loquatur nobis
dominus, ne forte moriamur. Et
ait Moyses ad populum. Nolite
timere, vt enim probaret vos ve-
nit deus, et vt terror illius esset in
D vobis et non peccaretis. Stetitq;
populus de longe. Moyses autẽ
accessit ad caliginẽ, ĩ qua erat deꝰ.
Dixitq; preterea dñs ad Moysẽ,
Hec dices filiis Israel, Vos vi-
distis q̃ de celo locutꝰ sim vobis,
Non facietis deos argenteos, nec
deos aureos facietis vobis. Alta-
re de terra facietis mihi, et offere-
tis super eo holocausta et pacifica
vestra, oues vestras et boues in
omni loco in quo memoria fuerit
deu.27.a nominis mei. Veniam ad te, et
iosue.8.f benedicam tibi. Qđ si altare lapi
deum feceris mihi, non edificabis
de sectis lapidibus. Si enim leua
ueris cultrũ tuum sup eo, polluet.
Non ascendes per gradus ad al-
tare meum, ne reueletur turpitu-
do tua.

CAPVT. XXI.

A Hec sunt iudicia que pro-
pones eis. Si emeris ser-
deu.15.c uũ Hebreum, sex annis ser
hie.34.e uiet tibi. In septimo egredietur
liber gratis. Cũ quali veste intra-
uerit, cũ tali exeat. Si habens vx
orem: et vxor egredietur simul: si
autem dominus dederit illi vxorẽ,
et pepererit filios et filias: mulier
et liberi eius erunt domini sui, ip
se vero exibit cũ vestitu suo. Qđ
si dixerit seruus, Diligo dominũ
meum et vxorem ac liberos, non
egrediar liber: offerat eũ dñs diis,
et applicabitur ad ostiũ & postes,
perforabitq; aurem eius subula,
& erit ei seruus in seculũ. Si quis
vendiderit filiam suam in famu-
lam, non egredietur sicut ancille
exire consueuerunt. Si displicue-
rit oculis domini sui, cui tradita
fuerit, dimittet eam: populo autẽ B
alieno vendendi non habebit po-
testatem, si spreuerit eam. Sin au
tem filio suo despõderit eam, iux-
ta morẽ filiarũ faciet illi: q̃ si al-
teram ei acceperit, prouidebit pu-
elle nuptias et vestimenta, et pre-
tium pudicitie non negabit. Si
tria ista non fecerit, egredietur
gratis absq; pecunia. Qui per- leui.24.e
cusserit hominem volẽs occidere,
morte moriatur. Qui autem non
est insidiatus, sed deus illũ tradi-
dit in manus eius, constituam ti-
bi locum ĩ quẽ fugere debeat. Si
quis p̃ industriam occiderit prox-
imum suũ, et per insidias: ab al-
tari meo auelles eũ vt moriatur.
Qui percusserit patrem suũ aut leui.20.b
matrem, morte moriatur. Qui puer.20.c
maledixerit patri suo, vel matri, Ma.15.a
morte moriatur. Qui furatꝰ fue- Mar.7.b
rit hominẽ, et vendiderit eũ, con- C
uictus noxe, morte moriatur. Si
rixati fuerint viri, et percusserit al-
ter proximũ suũ lapide vel pugno
et ille mortuus non fuerit, sed ia-
cuerit in lectulo: si surrexerit et
ãbulauerit foris sup baculũ suũ,
innocens erit qui percusserit, ita
tamen vt operas eius et impẽsas
in medicos restituat. Qui p̃cusse-
rit seruũ suum vel ãcillam virga,
et mortui fuerint in manibus eiꝰ,
criminis reus erit. Sin autem vno
die vel duobus superuixerit, non
subiacebit pene, quia pecunia illi-
us est. Si rixati fuerint viri, et
percusserit quis mulierem preg-
nantem, et abortiuum quidem fe-
cerit, sed ipsa vixerit, subiacebit
damno quãtũ maritus mulieris
expetierit, & arbitri iudicauerit: si
autẽ mors eius fuerit subsecuta,

Matt.5.f leui.24.d deu.19.d reddet animam pro anima, oculū
pro oculo, dentem pro dente, ma=
num pro manu, pedem pro pede,
adustionem pro adustione, vuln⁹
pro vulnere, liuorem pro liuore.
Si percusserit quispiam oculum
serui sui aut ancille, et luscos eos
fecerit, dimittet eos liberos pro
oculo, quem eruit. Dentem quoq;
si excusserit seruo vel ancille sue,
similiter dimittet eos liberos. Si
bos, cornu percusserit virum aut
mulierem, ⁊ mortui fuerint: lapi=
dibus obruetur, et non comeden=
tur carnes eius, dominus quoq;
bouis innocens erit. Qd̄ si bos
cornupeta fuerit ab heri et nudi=
D usstertius, et contestati sunt do=
minum eius, nec recluserit eum,
occideritq; virum aut mulierem:
et bos lapidibus obruetur, et do=
minum illius occident. Qd̄ si
pretiū fuerit ei impositum, dabit
pro anima sua, quicquid fuerit po
stulatus. Filium quoq; et filiam
si cornu percusserit, simili senten=
tie subiacebit. Si seruū ancillāq;
inuaserit, triginta siclos argenti
domino dabit, bos vero lapidib⁹
opprimetur. Si quis aperuerit
cisternam, et foderit, et non ope=
ruerit eam, cecideritq; bos aut a=
sinus in eam, reddet dominus ci=
sterne pretium iumētorum: quod
autem mortuum est, ipsius erit.
Si bos alienus bouem alterius
vulnerauerit, et ille mortuus fu=
erit: vendent bouem viuum, ⁊ di=
uident pretium, cadauer autem
mortui inter se dispertient. Si au
tem sciebat q̄ bos cornupeta esset
ab heri et nudiustertius, et nō cu=
stodiuit eum dominus suus, red=
det bouem pro boue: et cadauer
integrum accipiet.

CAP. XXII.

A SI quis furatus fuerit bouē
aut ouem, et occiderit, vel vē
diderit, quinq; boues pro v=
no boue restituet, ⁊ quatuor oues
pro vna oue. Si effringens fur
domum siue suffodiens fuerit in=
uentus, et accepto vulnere mor=
tuus fuerit, percussor non erit re⁹
sanguinis: q̄ si orto sole hoc fe=
cerit, homicidium perpetrauit, et
ipse morietur. Si non habuerit
quod pro furto reddat, ipse ve=
nundabitur, si inuentū fuerit a=
pud eum quod furat⁹ est, viuēs,
siue bos, siue asinus, siue ouis,
duplum restituet. Si leserit quis=
piam agrum vel vineam, et dimi=
serit iumentū suum vt depasca=
tur aliena: quicquid optimū ha=
buerit in agro suo, vel ī vinea, p̄
damni estimatione restituet. Si
egressus ignis inuenerit spicas, ⁊
comprehenderit aceruos frugum
siue stantes segetes in agris: red=
det damnum qui ignem succende=
rit. Si quis commendauerit a= B
mico pecuniam aut vas in custo=
diam, ⁊ ab eo qui susceperat, fur=
to ablata fuerint: si inuenitur
fur, duplum reddet: si latet fur,
dominus domus applicabitur
ad deos, et iurabit q̄ non exten=
derit manum in rem proximi sui,
ad perpetrandam fraudem, tam
in boue q̄ in asino, et oue ac ve=
stimento, et quicquid damnum
inferre potest. Ad deos vtriusq;
causa perueniet: et si illi iudica=
uerint, duplum restituet proximo
suo. Si quis commēdauerit pri=
mo suo asinum, bouem, ouem, ⁊
omne iumentum ad custodiam, et
mortuum fuerit, aut debilitatum
vel captum ab hostibus, nullusq;
hoc viderit: iusiurandum erit in
medio, q̄ non extenderit manum
ad rem proximi sui: suscipietq; do=
minus iuramentum, et ille redde=
re nō cogetur, Qd̄ si furto ablatū Ge.31.f
fuerit, restituet damnum domino C
si comestum a bestia: deferat ad
eum quod occisum est, et non re=
sti=

stituet. Qui a proximo suo quicqd horum mutuo postulauerit, et debilitatum, aut mortuum fuerit, domino non presente, reddere cõpelletur. Qd si inpresentiarum dominus fuerit, nõ restituet, maxime si, conductũ venerat pro mercede operis sui. Si seduxerit quis virginem, necdum desponsatam dormieritqꝫ cum ea: dotabit eam, et habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quã virgines accipere consueuerunt. Maleficos non patieris viuere. Qui coierit cum iumento, morte
leui.19 g morietur. Qui immolat diis, occidetur, pterqꝫ domino soli. Ad-
D uenam non contristabis, neqꝫ af-
Zach.7c fliges eum. Aduene enim et ipsi fuistis in terra Egypti. Vidue et pupillo non nocebitis: si leseritis eos, vociferabuntur ad me, ⁊ ego audiam clamorem eorum, et indignabitur furor meus, percutiãqꝫ vos gladio, ⁊ erunt vxores vestre vidue, et filii vestri pupilli. Si pecuniam mutuã dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. Si pignus a proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei. Ipsum enim est solum quo operitur indumẽtum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat. Si clamauerit ad me, exaudiam eum: quia misericors sum.
Act.23.a Diis non detrahes, et principi populi tui non maledices. Decimas, et primitias tuas non tardabis offerre, primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. De bobus quoqꝫ, et ouibus similiter facies: septem diebus sit cum matre sua, die octaua reddes illũ
leui.22b mihi. Viri sancti eritis mihi. Car-
eze ++ g nẽ que a bestiis fuerit pregustata non comedetis, sed proiicietis canibus.

CAP. XXIII.

Non suscipies vocem mendacii, nec iunges manum tuam vt pro impio dicas falsum testimonium. Non sequeris turbam a faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententie, vt a vero deuies. Pauperis quoqꝫ non misereberis in iudicio. Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc deu.22 a
ad eum. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, nõ pertransibis, sed subleuabis cum eo. Non declinabis in iudicium pauperis. Mẽdacium fugies. Insontem et iustum non occides, quia Dañ.13.f
auersor impiũ. Nec accipies munera, que etiam excecant prudentes, et subuertunt verba iusto- deu.16.d
rum. Peregrino molestus non Ecc.20.d
eris, scitis enim aduenarum animas, quia et ipsi peregrini fuistis
in terra Egypti. Sex annis semi Ge.46.a
nabis terram tuam, et congregabis fruges eius. Anno autem septimo dimittes eam, et requiescere
facies, vt comedant pauperes B
populi tui, et quicquid reliquum fuerit, edant bestie agri. Ita facies in vinea, ⁊ in olíueto tuo: sex diebus operaberis, septima die cessabis, vt requiescat bos et asinus tuus, et refrigeretur filius ancille tue, et aduena. Omnia que dixi vobis custodite, et per nomen externorum deorum non iurabitis, neqꝫ audietur ex ore vestro. Tribus vicibus ꝑ singulos annos mihi festa celebrabitis. Solennitatẽ quoqꝫ azymorũ custodies. Septẽ dieb⁹ comedes azyma, sicut precepi tibi tẽpore mẽsis nouorũ, quãdo egressus es de Egypto. Non apparebis in conspectu
meo vacuus. Et solennitatẽ mẽ- Inf.34.c
sis primitiuorum operis tui, que- deu.16.d
cunqꝫ seminaueris in agro. So- Ecc.35.a
lenni-

lennitatem quoq; in exitu anni,
quando congregaueris oēs fru-
C ges tuas de agro. Ter in anno
apparebit omne masculinū tuum
coram domino deo tuo. Non im-
molabis super fermento sangui-
nem victime tue, nec remanebit
adeps solēnitatis mee vsq; mane.
deu.14.c Primitias frugum terre tue de-
feres in domum domini dei tui.
Inf.34 d Non coques hedum in lacte ma-
deu.14.e tris sue. Ecce ego mittam angelū
meū, qui precedat te, et custodiat
in via, et introducat in locū quē
preparaui: obserua eum, et audi
vocem eius, nec contemnendum
putes, quia non dimittet cū pec-
caueris, et est nomen meū in illo:
q̄ si audieris vocem eius, et fece-
ris omnia que loquor, inimicus
inf.33.a ero inimicis tuis, et affligam affli
Ios.24.c gentes te, precedetq; te angelus
deu.7.c meus, et introducet te ad Amor-
rheum, et Etheum, et Pherezeū,
Chananeumq;, et Eueum, et Je-
buseum, quos ego conteram. Nō
adorabis deos eorū, nec coles eos
Non facies opera eorum, sed de-
Deu.7.a strues eos et cōfringes statuas eo-
rum, seruietisq; domino deo ve-
stro, vt benedicam panibus tuis,
et aquis, et auferam infirmitatē
de medio tui. Non erit infecunda
nec sterilis in terra tua. Nume-
rum dierum tuorū implebo. Ter-
rorem meum mittam in precursū
tuum, et occidam omnem popu-
lum, ad quem ingredieris: cūcto-
rumq; inimicorū tuorum corā te
terga vertam, emittens crabro-
nes prius, qui fugabunt Eueū, et
Chananeum, et Etheum, ante-
quam introeas. Non eiiciam eos
a facie tua āno vno, ne terra i so-
litudinem redigatur, et crescant
contra te bestie. Paulatim expel-
lam eos de conspectu tuo, donec
augearis, et possideas terram.
Ponam autem terminos tuos
a mari rubro vsq; ad mare Pa-
lestinorū, et a deserto vsq; ad flu-
uium. Tradam in manibus ve-
stris habitatores terre, et eiiciā
eos de cōspectu vestro. Non ini-
bis cum eis fedus, nec cum diis
eorum. Non habitēt in terra tua,
ne forte peccare te faciant in me, Deu.7.
si seruieris diis eorum, quod tibi inf.34.
certe erit in scandalum.

CAP. XXIIII. A

Moysi quoq; dixit. Ascen-
de ad dominum, tu et Aa-
ron, Nadab et Abiu, et
septuaginta senes ex Jsrael, et
adorabitis procul. Solusq; Moy-
ses ascendet ad dominum, et illi
non appropinquabunt: nec po-
pulus ascendet cum eo. Venit er-
go Moyses, et narrauit plebi oīa
verba domini, atq; iudicia. Res-
ponditq; cunctus populus vna
voce, Omnia verba domini que
locutus est, faciemus. Scripsit
autem Moyses vniuersos ser-
mones domini, et mane consur-
gens edificauit altare domino ad
radices montis, et duodecim ti-
tulos per duodecim tribus Jsra-
el. Misitq; iuuenes de filiis Js- B
rael, et obtulerunt holocausta.
Jmmolaueruntq; victimas pacifi-
cas dño, vitulos duodeci. Tulit
itaq; Moyses dimidiā partē san-
guinis, et misit i crateras: partem
autē residuā fudit sup altare. As-
sumensq; volumē federis, legit au-
diēte populo. Qui dixerūt, Oia q̄
locutus est dñs, faciemus: et erimus
obedientes. Jlle vero, sumptum
sanguinem respersit i populum, C
et ait. Hic est sanguis federis, qd Heb.9.
pepigit dominus vobiscum super
cunctis sermonibus his. Ascende-
runtq; Moyses et Aaron, Na-
dab et Abiu, et septuaginta de se-
nioribus Jsrael: et viderunt deū
Jsrael: sub pedibus eius quasi o-
pus lapidis saphyrini, et quasi
celum

celū cum serenum est. Nec super
eos qui procul recesserant, de fi-
liis Israel, misit manum suam.
Videruntq; deum, et comederunt
ac biberunt. Dixit autem domin⁹
ad Moysen. Ascēde ad me in mō-
tem, et esto ibi, daboq; tibi tabu-
las lapideas, et legem, ac man-
data que scripsi, vt doceas filios
Israel. Surrexerunt Moyses et
Iosue minister eius. Ascendensq;
Moyses in montem dei, seniori-
bus ait. Expectate hic, donec re-
D uertamur ad vos. Habetis Aarō
et Hur vobiscum: si quid natum
fuerit questionis, referetis ad eos
Cumq; ascendisset Moyses, ope-
ruit nubes montem, et habita-
uit gloria domini super Sinai, te-
gens illum nube sex diebus, septi-
mo aūt die vocauit eū dn̄s de me-
dio caliginis. Erat aūt species glo
rie dn̄i, quasi ignis ardēs sup ver
ticē mōtis, i cōspectu filiorū Isra-
el. Ingressusq; Moyses medium
nebule, ascendit in montē, et fuit
ibi quadraginta diebus & quadra-
ginta noctibus.

CAPVT. XXV.

A LOcutusq; est dominus ad
Moysen, dicens. Loque-
re filiis Israel, vt tol-
lant mihi primitias: ab omni
homine qui offert vltroneus, ac-
cipietis eas. Hec sunt autem que
accipere debetis: aurum et argē-
tum, et es: hyacinthum et pur-
puram, coccumq; bis tinctum, et
byssum, pilos caprarum, et pel-
les arietum rubricatas, pellesq;
hyacinthinas, et ligna Sethim,
oleum ad luminaria concinnan-
da, aromata in vnguentum, et
thymiamata boni odoris, lapides
onychinos, et gemmas ad ornā-
dum ephot, ac rationale. Faciēt-
q; mihi sanctuarium, et habitabo
in medio eorum, iuxta omnem si-
militudinem tabernaculi, quod
ostendam tibi, et omnium vaso-
rum, in cultum eius. Sicq; facie-
tis illud, Arcā de lignis Sethim
compingite, cuius longitudo ha- Heb. 9. a
beat duos et semis cubitos, lati-
tudo cubitum et dimidium, alti-
tudo cubitum similiter ac semis-
sem, & deaurabis eam auro mun-
dissimo intus & foris. Faciesq; su-
pra, coronam auream per circuī- B
tum: et quatuor circulos aureos,
quos pones per quatuor arce an-
gulos. Duo circuli sint in latere
vno, & duo in altero. Facies quo-
q; vectes de lignis Sethim, & ope-
ries eos auro. Inducesq; per cir-
culos qui sunt in arce lateribus,
vt portetur in eis: qui semper e-
runt in circulis, nec vnquam ex-
trahentur ab eis. Ponesq; in ar-
ca testificationem, quam dabo ti-
bi. Facies et propitiatoriū de au-
ro mundissimo, duos cubitos et
dimidiū tenebit longitudo eius,
et cubitū semissem latitudo. Duos
quoq; Cherubin aureos, et pdu-
ctiles facies ex vtraq; parte ora-
culi, Cherub vnus sit in latere
vno, et alter in altero. Vtrunq;
latus propitiatorii tegāt, expan-
dentes alas, et operientes oracu-
lum, respiciantq; se mutuo versis
vultibus in propitiatorium, quo
operienda est arca: in qua pones
testimonium quod dabo tibi. In-
de precipiam et loquar ad te su-
pra, ac de medio duorum Cheru-
bin, qui erunt super arcam testi-
monii, cunctaq; mandabo per te
filiis Israel. Facies et mensam
de lignis Sethim habētem duos
cubitos longitudinis, et in lati- C
tudine cubitum, et in altitudine
cubitum ac semissem, & inaurabis
eam auro purissimo. Faciesq;
illi labiū aureū per circuitū, et
ipsi labio coronā interrasilē altā
quatuor digitis, et sup illā alterā
coronā aureolā. Quatuor quoq;
cir-

circulos aureos preparabis, et po
nes eos in quatuor angulis eius
dem mense per singulos pedes.
Subter coronam erunt circuli au
rei, vt mittantur vectes per eos, ⁊
possit mensa portari. Ipsos quo
qꝫ vectes facies de lignis Sethim,
et circundabis auro ad subuehē
dam mensam. Parabis et aceta
bula, ac phialas, thuribula, ⁊ cya
thos, in quibus offerenda sunt li
bamina, ex auro purissimo: et po
nes super mensam panes propo
sitionis in conspectu meo semper.
Facies et candelabrum ductile de
auro mundissimo, hastile eius, et
calamos, scyphos ⁊ spherulas, ac
lilia ex ipso procedentia. Sex ca
D lami egredientur de lateribꝰ, tres
ex vno latere, et tres ex altero.
Tres scyphi quasi ī nucis modū
per calamos singulos, spheruleqꝫ
simul, ⁊ lilia, ⁊ tres similiter scy
phi instar nucis in calamo altero,
spheruleqꝫ simul et lilia, hoc erit
opus sex calamorum, qui produ
cendi sunt de hastili. In ipso au
tē candelabro erunt quatuor scy
phi in nucis modum spheruleqꝫ ꝑ
singulos et lilia, Spherule sub
duobus calamis per tria loca, qui
simul sex fiunt procedentes de ha
stili vno. Et spherule igitur et ca
lami ex ipso erūt, vniuersa ducti
lia de auro purissimo. Facies et
lucernas septem, et pones eas sup
candelabrum, vt luceant ex ad
uerso. Emunctoria quoqꝫ ⁊ vbi que
emuncta sunt extinguantur, fiāt
de auro purissimo. Omne podꝰ
candelabri cum vniuersis vasis
suis habebit talentum auri puris
Heb.8.b simi. Inspice, ⁊ fac secūdū exēplar
Actu.7.f quod tibi in mōte mōstratum est.

A CAP. XXVI.

TAbernaculum vero ita fiet,
Decem cortinas de bysso re
torta, et hyacintho, ac pur
pura, coccoqꝫ bis tincto, variatas
opere plumario facies. Longitu
do cortine vnius habebit viginti
octo cubitos: latitudo, quatuor cu
bitorum erit. Vnius mensure fi
ent vniuersa tentoria. Quinqꝫ
cortine sibi iungentur mutuo, et
alie quinqꝫ nexu simili coherebūt.
Ansulas hyacinthinas in lateribꝰ
ac summitatibꝰ facies cortinarū, B
vt possint inuicem copulari. Qui
quagenas ansulas cortina habe
bit in vtraqꝫ parte, ita insertas,
vt ansa contra ansam veniat, et
altera alteri possit adaptari. Faci
es et quinquagita circulos aure
os, quibus cortinarum vela iun
genda sunt, vt vnum tabernaculū
fiat, Facies et saga cilicina vnde
cim, ad operiendum tectum taber
naculi. Longitudo sagi vnius ha
bebit triginta cubitos, et latitudo
quatuor, equa erit mensura sago
rum omnium. E quibus quinqꝫ
iunges seorsum, et sex sibi mutuo
copulabis, ita vt sextum sagum ī C
fronte tecti duplices. Facies ⁊ qui
quaginta ansas in ora sagi vniꝰ,
vt coniungi cum altero queat: et
quinquaginta ansas in ora sagi
alteriꝰ, vt cum altero copuletur.
Facies et quinquaginta fibulas
eneas, quibus iungantur anse, vt
vnum ex omnibus operimentum
fiat. Quod autem superfuerit in
sagis que parantur tecto, id est v
num sagum quod amplius est, ex
medietate eius operies posterio
ra tabernaculi, et cubitus ex vna
parte pendebit, et alter ex altera
qui plus est in sagorum longitu
dine, vtrumqꝫ latꝰ tabernaculi ꝓ
tegens. Facies et operimentum
aliud tecto de pellibus arietū ru
bricatis. Et sup hoc rursū aliud
operimentum de hyacinthinis ꝑl D
libus. Facies et tabulas stantes
tabernaculi de lignis Sethim, que
singule denos cubitos in longitu
dine habeant, et in latitudine sin

gulos

gulos ac semissem. In lateribus tabule due intastrature fiet, quibus tabula alteri tabule conectatur: atque in hunc modum cuncte tabule parabuntur. Quarum viginti erunt in latere meridiano, quod vergit ad austrum, quibus quadraginta bases argenteas fundes, ut bine bases singulis tabulis per duos angulos subiiciantur. In latere quoque secundo tabernaculi quod vergit ad aquilonem, viginti
E tabule erunt, quadraginta habentes bases argenteas, bine bases singulis tabulis supponentur. Ad occidentalem vero plagam tabernaculi facies sex tabulas, et rursum alias duas que in angulis erigantur post tergum tabernaculi. Eruntque sibi coniuncte a deorsum usque sursum, et una omnes compago retinebit. Duabus quoque tabulis que in angulis ponende sunt, similis iunctura seruabitur. Et erunt simul tabule octo, bases earum argentee sedecim, duabus basibus per unam tabulam supputatis. Facies et vectes de lignis sethim quinque ad continendas tabulas in uno latere tabernaculi: et quinque alios in altero, et eiusdem numeri ad occidentalem plagam, qui mittentur per medias tabulas a summo usque
F ad summum. Ipsas quoque tabulas deaurabis, et fundes in eis annulos aureos per quos vectes tabulata contineant, quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculum iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Facies et velum de hyacintho et purpura, coccoque bis tincto et bysso retorta opere plumario et pulchra varietate contextum: quod appendes ante quatuor columnas de lignis Sethim, que ipse quidem deaurate erunt, et habebunt capita aurea, sed bases ar-

G genteas. Inseretur autem velum per circulos, intra quod pones arcam testimonii, quo et sanctuarium et sanctuarii sanctuaria diuidentur. Pones et propitiatorium super arcam testimonii in sanctasanctorum, mensamque extra velum, et contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit in parte aquilonis. Facies et tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho et purpura coccoque bis tincto, et bysso retorta opere plumarii, et quinque columnas deaurabis lignorum Sethim, ante quas ducetur tentorium, quarum erunt capita aurea et bases enee.

CAP. XXVII.

A Facies et altare de lignis Sethim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, et totidem in latitudine, id est quadrum, et tres cubitos in altitudine. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt, et operies illud ere. Faciesque in usus eius lebetes ad suscipiendos cineres, et forcipes atque fuscinulas, et ignium receptacula. Omnia vasa ex ere fabricabis. Craticulamque in modum retis eneam, per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli enei, quos pones subter arulam altaris, eritque craticula usque ad altaris medium. Facies et vectes altaris de lignis sethim duos, quos operies laminis eneis, et induces per circulos, eruntque ex utroque latere altaris ad portandum. Non
B solidum, sed inane et cauum intrinsecus facies illud, sicut tibi in monte monstratum est. Facies et atrium tabernaculi, in cuius australi plaga contra meridiem erunt tentoria de bysso retorta. Centum cubitos unum latus tenebit in longitudine, et columnas viginti cum basibus totidem eneis, que capita cum celaturis suis habebunt argentea. Similiter et

in latere aquilonis per longum e=
runt tentoria centũ cubitorũ, co=
lumne viginti, et bases enee eius=
dem numeri, et capita earũ cum
celaturis suis argẽtea. In latitu
dine vero atrii, quod respicit ad
occidentem erunt tentoria ꝑ quin=
quaginta cubitos, et colũne decẽ,
basesq; totidem. In ea quoq; a=
C trii latitudine, que respicit ad ori=
entem, quinquaginta cubiti erũt,
in quibus quindecim cubitorum
tentoria lateri vno deputabũtur,
colũneq; tres et bases totidem: et
in latere altero erũt tentoria, cu=
bitos obtinentia quindecī, colũ=
ne tres et bases totidẽ. In intro=
itu vero atrii fiet tẽtoriũ cubito=
rũ viginti ex hiacintho & purpu=
ra, coccoq; bis tincto, et bysso re=
torta opere plumarii. Colũnas ha
bebit quatuor, cũ basibus totidẽ.
Omnes colũne atrii per circuitũ=
tũ vestite erũt argẽteis laminis,
capitibus argenteis, et basib⁹ e=
D neis. In longitudine occupabit
atrium cubitos centũ, in latitudi=
ne quinquaginta, altitudo quinq;
cubitorũ erit, fietq; de bysso retor=
ta, et habebit bases eneas. Cũcta
vasa tabernaculi in omnes vsus
et ceremonias tã paxillos eius ꝙ
atrii ex ere facies. Precipe filiis
Israel, vt afferant tibi oleũ de ar=
borib⁹ oliuarũ purissimũ, piloq;
contusum, vt ardeat lucerna sem=
per in tabernaculo testimonii ex=
tra velum, quod appensũ est testi=
monio, et collocabunt eam Aa=
ron et filii eius, vt vsq; mane lu=
ceat coram domino. Perpetuus
erit cultus per successiones eorũ
coram filiis Israel.

CAPVT. XXVIII.

A Applica quoq; ad te Aarõ
fratrẽ tuũ cũ filiis suis de
medio filiorũ Israel, vt sa
cerdotio fungantur mihi Aaron,
Nadab et Abiu, Eleazar, et I=
thamar: faciesq; vestem sanctam
Aarõ fratri tuo in gloriam et de=
corem. Et loqueris cũctis sapien=
tibus corde, quos repleui spiritu
prudentie, vt faciant vestes Aa=
ron in quibus sanctificatus mini=
stret mihi. Hec autem erunt vesti=
menta que facient, Rationale et
superhumerale, tunicam et lineã
strictam, cidarim & baltheũ. Faci=
ent vestimenta sancta fratri tuo
Aaron et filiis eius, vt sacerdotio
fungantur mihi. Accipientq; au=
rũ et hyacinthũ & purpuram, coc=
cũq; bis tinctũ et byssũ. Facient B
autem superhumerale de auro et
hyacintho et purpura, coccoq; bis
tincto, et bysso retorta opere poly=
mito. Duas oras iunctas habebit
in vtroq; latere sũmitatũ, vt in v=
nũ redeant. Ipsa quoq; textura &
cuncta operis varietas erit ex au=
ro et hyacitho et purpura coccoq;
bis tincto, et bysso retorta. Su=
mesq; duos lapides onychinos, et
sculpes in eis nomina filiorũ Is=
rael, sex nomina in lapide vno, et
sex reliqua in altero, iuxta ordinẽ
natiuitatis eorũ. Opere sculpto=
ris & celatura gẽmarii, sculpes eos
nominibus filiorũ Israel, inclu=
sos auro atq; circundatos: et po=
nes in vtroq; latere suphumera=
lis, memoriale filiis Israel. Por=
tabitq; Aaron nomina eorũ corã
domino sup vtrunq; humerũ, ob
recordationem. Facies et vnci= C
nos ex auro, et duas catenulas
auri purissimi sibi inuicem cohe=
rentes, quas inseres vncinis. Ra=
tionale quoq; iudicii facies opere
polymito iuxta texturã suphume=
ralis ex auro, hyacintho, et pur=
pura, coccoq; bis tincto, et bysso
retorta. Quadrangulum erit et
duplex, mensuram palmi habe=
bit tam in longitudine ꝙ in lati=
tudine, ponesq; in eo quatuor or=
dines lapidum. In primo versu
erit

erit lapis sardius, et topazius, et smaragdus. in secundo, carbunculus, sapphirus, et iaspis. in tertio, ligyrius, achates, et amethysthus. in quarto, chrysolithus, onychin⁹, et beryllus. Inclusi auro erunt per ordines suos: habebuntq; nomina filiorum Israel.
D Duodeci nominibus celabuntur, singuli lapides nominibus singulorũ per duodeci tribus. Facies in rationali catenas sibiinuicẽ cohe rẽtes ex auro purissimo, & duos annulos aureos, quos pones in vtraq; rationalis summitate, catenasq; aureas iunges annulis, q̃ sunt in marginibus eius: et ipsarũ catenarũ extrema duob⁹ copulabis vncinis in vtroq; latere sup humeralis qđ rationale respicit. Facies et duos annulos aureos, quos pones in summitatibus rationalis, et in oris, que e regione sunt superhumeralis, et posteriora eius aspiciunt: necnõ et alios duos annulos aureos, qui ponẽdi sunt in vtroq; latere suphumeralis deorsũ, quod respicit cõtra fa-
E ciem iũcture inferioris, vt aptari possit cũ suphumerali, et stringat rationale annulis suis cũ ãnulis superhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iũctura fabrefacta, & a seinuicẽ rationale et superhumerale nequeant separari. Portabitq; Aaron nomina filiorũ Israel in rationali iudicii sup pect⁹ suũ: quando ingredietur sanctuariũ memoriale coram domino in eternum. Pones autem in rationali iudicii doctrinam et veritatẽ, que erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram domino, et gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu domini semper. Facies et tunicam superhumeralis totam hyacinthinam, in cui⁹ medio supra erit capicium, et ora per girum eius textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facile rumpatur. F Deorsũ vero ad pedes eiusdem tunice per circuitũ quasi mala punica facies ex hyacitho, et purpura, et cocco bis tincto, et bysso retorta, mixtis in medio tintinnabulis, ita vt tintinnabulum sit aureũ & malum punicum, rursumq; tintinnabulũ aliud aureũ et malum punicum. Et vestietur ea Aaron in officio ministerii, vt Ec.45.b audiatur sonitus, quando ingreditur et egreditur sanctuarium in conspectu domini, et non moriatur. Facies et laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere celatoris, Sanctũ domino. Ligabisq; eam vitta hyacinthina, et erit super tiaram imminens fronti pontificis. Portabitq; Aaron iniquitates eorũ, que obtulerunt et sanctificauerunt filii Israel, in cũctis munerib⁹ et donariis suis. G Erit autem lamina semp in frõte eius, vt placatus sit ei dominus. Stringesq; tunicam bysso, et tiaram byssinam facies & baltheum, opere plumarii. Porro filiis Aaron tunicas lineas parabis, & baltheos ac tiaras in gloriam et decorem: vestiesq; his omnibus Aaron fratrem tuum et filios eius cum eo. Et cunctorũ consecrabis manus, sanctificabisq; illos, vt sacerdotio fungantur mihi. Facies et feminalia linea, vt operiãt carnẽ turpitudinis sue a renib⁹ vsq; ad femora: et vtentur eis Aaron & filii eius quãdo ingredientur tabernaculũ testimonii, vel quando appropinquant ad altare, vt ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron, et semini eius post eum.

CAP. XXIX.

A Sed et hoc facies, vt mihi in
Leui.9.a sacerdotio consecrētur. Tol-
lie vitulū de armento, et arie-
tes duos imaculatos, panesqꝫ
azymos, et crustulam absqꝫ fer-
mento, que conspersa sint oleo,
lagana quoqꝫ azyma oleo lita. De
simila triticea cuncta facies, ⁊ po-
sita in canistro offeres: vitulū au
tem et duos arietes, et Aaron ac
filios eius applicabis ad ostium
tabernaculi testimonii. Cūqꝫ la-
ueris patrem cū filiis suis aqua,
indues Aaron vestimentis suis,
id est linea et tunica, superhume-
rali et rationali, quod constrin-
ges baltheo: et pones tiaram in
capite eius, et laminam sanctam
super tiaram et oleum vnctionis
fundes super caput eius, atqꝫ hoc
B ritu consecrabitur. Filios quoqꝫ
illius applicabis et indues tuni-
cis lineis, cingesqꝫ baltheo, Aarō
scilicet et liberos eius, et impones
eis mitras, erūtqꝫ sacerdotes mi-
hi religione perpetua. Postquā
initiaueris manus eorum, appli-
Leui.1.b cabis et vitulū corā tabernaculo
testimonii. Imponentqꝫ Aaron
et filii eius manus super caput
illius, et mactabis eū in conspec-
tu domini, iuxta ostium taberna-
culi testimonii: sumptumqꝫ de sā-
Leui.3.a guine vituli, pones super cornua
altaris digito tuo, reliquum autē
sāguinem fundes iuxta basim ei⁹.
Sumes et adipem totum qui o-
perit intestina et rheticulum ie-
coris, ac duos renes, et adipem q̄
super eos est, et offeres incensum
super altare: carnes vero vituli ⁊
corium et fimum combures foris
extra castra, eo ꝙ pro peccato sit.
C Vnum quoqꝫ arietem sumes, sup
cuius caput ponent Aaron et filii
eius manus: quem cum mactaue-
ris, tolles de sanguine eius, et fū-
des circa altare: ipsum autem ari-
etem secabis in frusta, lotaqꝫ in-
testina eius ac pedes pones super
concisas carnes, et super caput
illius, et offeres totum arietem in
incensum super altare, oblatio est
domino, odor suauissimus victi-
me domini. Tolles quoqꝫ arietē
alterum, super cuius caput Aarō
et filii eius ponent manus. Quē
cum immolaueris, sumes de san-
guine eius, et pones super extre-
mum auricule dextre Aaron et fi-
liorum eius, et super pollices ma-
nus eorum ac pedis dextri, fun-
desqꝫ sanguinem super altare per
circumitū. Cumqꝫ tuleris de san-
guine qui est super altare et de o- D
leo vnctionis, asperges Aaron et
vestes eius, filios et vestimenta
eorū. Consecratisqꝫ ipsis et vesti-
bus, tolles adipem de ariete, et
caudam ⁊ aruinam que operit vi-
talia, ac reticulū iecoris et duos
renes, atqꝫ adipem qui super eos
est, armumqꝫ dextrum, eo ꝙ sit a-
ries consecrationis, tortamqꝫ pa-
nis vnius crustulam conspersam
oleo, laganum de canistro azymo-
rum, quod positū est in conspectu
domini: ponesqꝫ omnia super ma-
nus Aaron et filiorum eius, ⁊ sāc-
tificabis eos, eleuans coram do-
mino. Suscipiesqꝫ vniuersa de
manibus eorum, et incendes super
altare in holocaustum, odorem
suauissimum in cōspectu domini,
quia oblatio ei⁹ est. Sumes quoqꝫ
pectusculum de ariete quo initia- E
t⁹ est Aaron, sanctificabisqꝫ illud
eleuatum coram domino, et cedet
in partem suam. Sanctificabisqꝫ
et pectusculum consecratum ⁊ ar-
mum quē de ariete separasti, quo
initiatus est Aaron et filii eius,
cedentqꝫ in partem Aaron et fili-
orum eius iure perpetuo a filiis
Israel, quia primitiua sunt ⁊ in-
itia de victimis eorum pacificis q̄
offerunt domino. Vestem autem
sāctam qua vtetur Aaron, habe-
bunt

bunt filii eius post eum, vt vngã-
tur in ea, et consecrentur manus
eorũ. Septem diebus vtetur illa
qui pontifex pro eo fuerit consti-
tutus de filiis eius, et qui ingre-
dietur tabernaculum testimonii,
vt ministret in sanctuario. Arie-
tem autem consecrationis tolles,
et coques carnes eius in loco san-
cto, quibus vescetur Aaron et filii
Leui. 8. g eius. Panes quoq; qui sunt in ca-
F nistro in vestibulo tabernaculi te-
stimonii comedent, vt sit placabile
sacrificium, et sanctificentur offe-
rentium manus. Alienigena non
vescetur ex eis, quia sancti sunt.
Qđ si remanserit de carnibus
consecratis siue de panibus vsq;
mane, cõbures reliquias igni: nõ
comedentur, quia santificata sũt.
Omnia que pcepi tibi, facies sup
Aaron et filiis eius. Septem die-
bus consecrabis manus eorum: &
vitulum pro peccato offeres per
singulos dies ad expiandũ. Mũ-
dabisq; altare cum immolaueris
expiationis hostiam, et vnges il-
lud in sanctificationem. Septem
diebus expiabis altare et sanctifi-
cabis, et erit sanctum sanctorum.
omnis qui tetigerit illud sanctifi-
G cabitur. Hoc est quod facies in al-
tari, Agnos anniculos duos per
singulos dies iugiter, vnũ agnũ
mane, et alterum vespere, decimã
partem simile cõsperse oleo tuso,
quod habeat mensuram quartam
partem hin, et vinum ad libandũ
eiusdem mensure in agno vno.
Alterum vero agnum offeres ad
vesperam iuxta ritum matutine
oblationis, & iuxta ea que diximus
in odorem suauitatis, sacrificium
est domino, oblatione perpetua in
generationes vestras, ad ostium
tabernaculi testimonii coram do-
mino, vbi constituam vt loquar
ad te. Ibiq; precipiam filiis Is-
rael, et sanctificabitur altare in
gloria mea. Sanctificabo et ta-
bernaculũ testimonii cum altari,
et Aaron cum filiis suis, vt sacer-
dotio fungantur mihi. Et habi-
tabo in medio filiorum Israel, e-
roq; eis deus, et scient quia ego
dominus deus eorum, qui eduxi
eos de terra Egypti, vt manerẽ
inter illos, ego dñs deus ipsorum.

CAPVT. XXX.

A Facies quoq; altare ad adolẽ-
dum thymiama de lignis se-
thim, habens cubitum lon-
gitudinis, & alterum latitudinis,
id est quadrangulum, et duos cu-
bitos in altitudine. Cornua ex ip-
so procedent, vestiesq; illud auro
purissimo, tam craticulam eius,
q̃ parietes per circumitum, et cor-
nua. Faciesq; ei coronam aureo-
lam per gyrum, et duos annulos
aureos sub corona per singula la-
tera, vt mittantur in eos vectes, &
altare portetur. Ipsos quoq; ve-
ctes facies de lignis sethym, et in-
aurabis. Ponesq; altare contra
velum, quod ante arcam pendet
testimonii corã propitiatorio quo
tegitur testimonium, vbi loquar
tibi, et adolebit incensum super eo
Aaron, suaue fragrans. Mane qñ
componet lucernas, incẽdet illud:
& quando collocat eas ad vesperũ,
vret thymiama sempiternum co-
ram domino in generationes ve-
stras. Non offeretis super eo thy- B
miama compositionis alterius,
nec oblationem et victimam, nec
libabitis libamina. Et depreca-
bitur Aaron super cornua altaris
semel per annũ in sanguine, quod
oblatum est pro peccato, et placa-
bit super eo in generationibus ve-
stris, sanctum sanctorum erit dño.
Locutusq; est dominus ad Moy-
sen, dicens. Quando tuleris sum-
mam filiorum Israel iuxta nu- Nũe. 1. a
merum, dabunt singuli pretium p
animabus suis domino, et non e-

leui.27c Nũe.3.g eze.45.d rit plaga in eis, cum fuerit recẽ-
siti. Hoc autem dabit omnis qui
trãsit ad nomẽ, dimidiũ sicli iuxta
mensuram templi. Siclus, vigin-
ti obolos habet. Media pars sicli
offeretur domino. Qui habet in
numero a viginti annis et supra,
dabit pretium. Diues non addet
ad medium sicli, et pauper nihil
minuet. Susceptamq; pecuniã,
que collata est a filiis Israel, tra-
des in us⁹ tabernaculi testimonii,
ut sit monumentũ eorũ corã dño,
et propicietur animabus eorum.
C Locutusq; est dominus ad Moy-
sen, dicens. Facies et labiũ eneũ
cum basi sua ad lauandũ, ponesq;
illud inter tabernaculum testimo-
nii et altare. Et missa aqua laua-
bunt in ea Aaron, et filii eius ma-
n⁹ suas ac pedes, quãdo ingressu-
ri sunt tabernaculum testimonii,
et quando accessuri sunt ad alta-
re, ut offerant in eo thymiama
domino, ne forte moriantur. Le-
gitimum sempiternum erit ipsi,
et semini eius per successiones.
Locutusq; est dominus ad Moy-
sen, dicens. Sume tibi aromata
prime myrrhe & electe quingentos
siclos, et cinamomi medium, id est
ducentos quinquaginta siclos,
calami similit ducentos quinqua-
ginta siclos, casie autem quingẽ-
tos siclos in pondere sanctuarii,
oleum de oliuetis mensuram hin:
faciesq; unctionis oleum sanctum
unguentum compositũ opere un-
guentarii, et unges ex eo taber-
naculum testimonii, et arcam te-
stamenti, mensamq; cũ uasis suis,
candelabrum, et utensilia eius,
altaria thymiamatis, et holocau-
sti, & uniuersam supellectilem, que
ad cultum eorum pertinet: sancti-
D ficabisq; oĩa, et erunt sancta san-
ctorum. Qui tetigerit ea, sancti-
ficabitur. Aaron & filios eius un-
ges, sanctificabisq; eos, ut sacer-
dotio fungant mihi. Filiis quoq;
Israel dices, Hoc oleum unctio-
nis sanctum erit mihi in genera-
tiones uestras. Caro hominis nõ
ungetur ex eo, et iuxta composi-
tionem eius non facietis aliud,
quia sanctificatum est, et sanctum
erit uobis. Homo quicunq; tale
composuerit, et dederit ex eo ali-
eno, exterminabit de populo suo.
Dixitq; dñs ad Moysen. Sume
tibi aromata, stacten & onycham,
galbanum boni odoris, & thus lu-
cidissimũ, equalis ponderis erunt
omnia: faciesq; thymiama cõpo-
situm opere unguentarii mixtum
diligenter, & purum, et sanctifica-
tione dignissimum. Cumq; in te-
nuissimum puluerẽ uniuersa con-
tuderis, pones ex eo coram taber-
naculo testimonii, in quo loco ap-
parebo tibi, sanctum sanctorum
erit uobis thymiama. Talẽ com-
positionẽ non facietis in usus ue-
stros, quia sanctum est domino.
Homo quicunq; fecerit simile, ut
odore illius perfruatur, peribit de
populis suis.

CAP. XXXI.

LOcutusq; est dñs ad Moy- A
sen, dicens. Ecce uocaui ex
nomine Beseleel filiũ Uri
filii Hur de tribu Iuda, et imple-
ui eum spiritu dei, sapientia, & in-
telligentia, et scientia in oĩ opere
ad excogitandum quicquid fabre-
fieri potest ex auro, et argento, et
ere, marmore et gemmis, et diuer
sitate lignorum: dediq; ei socium
Ooliab filiũ Achisamech de tribu
Dan. Et in corde, omnis eruditi
posui sapientiam: ut faciant cun- B
cta que precepi tibi, tabernaculum
federis, & arcam testimonii, & pro-
pitiatorium, quod super eam est, &
cuncta uasa tabernaculi, mẽsamq;
et uasa eius, candelabrum puris-
simum cum uasis suis, et altare
thymiamatis et holocausti, et oĩa
uasa

vasa eorum, labium cum basi sua,
vestes sanctas in ministerio Aarō
sacerdoti, et filiis eius, vt fungā-
tur officio suo in sacris, oleum vn
ctionis, et thymiama aromatum
in sanctuario. Omnia que precepi
tibi, facient. Et locutus est domi
C nus ad Moysen, dicens. Loquere
filiis Israel, et dices ad eos. Vi-
dete vt sabbatum meum custodia
tis, quia signū est inter me & vos
in generationibus vestris, vt sci-
atis, quia ego domin⁹, qui sancti-
fico vos. Custodite sabbatū meū,
sanctum est enim vobis: qui pol-
luerit illud, morte morietur: qui
fecerit in eo opus, peribit anima
illi⁹ de medio populi sui. Sex die-
bus facietis opus, in die septimo
sabbatum est, requies sancta dn̄o.
D Omnis, q̄ fecerit opus in hac die,
morietur. Custodiant filii Israel
sabbatū, et celebrent illud in ge-
nerationibus suis. Pactū est sem-
piternum inter me & filios Israel,
signumq; perpetuum. Sex enim
Gen̄.1.d diebus fecit dominus celum & ter
ram, et in septimo ab omni opere
cessauit. Dedit quoq; dn̄s Moysi,
Deu.9.b completis huiuscemodi sermoni-
bus in mōte Sinai duas tabulas
testimonii lapideas, scriptas di-
gito dei.

CAP. XXXII.

A VIdens aūt populus, q̄ mo
ram faceret descēdendi de
monte Moyses, cōgrega-
Actu.7.e tus aduersus Aaron, ait. Surge,
fac nobis deos qui nos precedāt.
Moysi enim huic viro, qui nos e-
duxit de terra Egypti, ignoram⁹
quid acciderit ei. Dixitq; ad eos
Aaron. Tollite inaures aureas
de vxorum, filiorumq;, et filiarum
vestrarum auribus, et afferte ad
me. Fecitq; populus que iusserat,
Ps.105.b deferēs inaures ad Aaron: quas
cum ille accepisset, formauit opere
fusorio, et fecit eis vitulum con-
flatilem. Dixeruntq;, Hi sunt dii
tui Israel, qui te eduxerūt de ter-
ra Egypti. Quod cum vidisset A-
aron, edificauit altare coram eo, b
et preconis voce clamauit dicens. 1.co.10.b
Cras solēnitas domini est. Sur-
gentesq; mane, obtulerunt holo-
causta, et hostias pacificas, et se-
dit populus manducare, & bibere, deu.9.b
et surrexerunt ludere. Locutus est
autem dominus ad Moysen, di-
cens, Vade, descēde, peccauit po-
pulus tuus, quem eduxisti de ter-
ra Egypti: recesserunt cito de via
quam ostendisti eis: feceruntq; sibi
vitulum conflatilem, et adorauer-
runt, atq; immolantes hostias ei, 1.re.12.g
dixerunt, Isti sunt dii tui Israel,
qui te eduxerunt de terra Egypti.
Rursumq; ait dominus ad Moy- C
sen, Cerno q̄ popul⁹ iste dure cer-
uicis sit, dimitte me, vt irascatur
furor meus contra eos, et deleam
eos, faciamq; te in gentē magnā. Ps.105.b
Moyses autem orabat dominum
deum suum, dicens. Cur domine
irascitur furor tuus contra popu-
lum tuum, quem eduxisti de terra
Egypti in fortitudine magna, & in Nūe.14.c
manu robusta? Ne queso dicant
Egyptii, Callide eduxit eos, vt
interficeret in montibus, et dele-
ret e terra: quiescat ira tua, & esto
placabilis super nequitia populi Ge.48.c
tui. Recordare Abraham, Isaac,
et Israel seruorum tuorum, qui-
b⁹ iurasti per temetipsum, dicēs,
Multiplicabo semen vestrū, sicut
stellas celi, et vniuersam terram D
hanc, de qua locutus sum, dabo
semini vestro, et possidebitis eam Gen̄.12.b
semper. Placatusq; est dominus,
ne faceret malū quod locutus fu-
erat aduersus populum suum. Et
reuersus est Moyses de mōte por-
tās duas tabulas testimonii i ma
nu sua, scriptas ex vtraq; parte,
et factas

et factas opere domini. Scriptu-
ra quoq; dei erat sculpta in tabu-
lis. Audiens autē Josue tumultū
populi vociferātis, dixit ad Moy-
sen, Ululatus pugne auditur in
castris. Qui respondit. Non est
clamor adhortantium ad pugnā,
neq; vociferatio compellentium
ad fugam: sed vocem cantantiū
ego audio. Cumq; appropinquas-
set ad castra, vidit vitulum, et
choros: iratusq; valde, proiecit
E de manu tabulas, et confregit eas
ad radicem montis. Arripiensq;
vitulum quem fecerant, combus-
sit, et contriuit vsq; ad puluerem,
quem sparsit in aquam, et dedit
ex eo potum filiis Israel. Dixitq;
ad Aaron. Quid tibi fecit hic po-
pulus, vt induceres super eum
peccatum maximum? Cui ille re-
spondit. Ne indignetur dominus
meus: tu enim nosti populum istū
q̄ pronus sit ad malum. Dixerūt
mihi, Fac nobis deos, qui nos
precedant: huic enim Moysi, qui
nos eduxit de terra Egypti, nesci-
mus quid acciderit. Quibus ego
dixi. Quis vestrum habet aurū?
F Tulerunt et dederūt mihi, et pro-
ieci illud in ignem, egressusq; est
hic vitulus. Uidens ergo Moy-
ses populū q̄ esset nudatus (spo-
liauerat enim eum Aaron propter
ignominiam sordis, et inter hostes
nudum constituerat) et stans in
porta castrorum, ait, Si quis est
domini, iungatur mihi. Congre-
gatiq; sunt ad eum oēs filii Leui:
quibus ait, Hec dicit dominus de⁹
Israel. Ponat vir gladium su-
per femur suum: ite et redite de
porta vsq; ad portam per mediū
castrorum, et occidat vnusquisq;
fratrem, et amicum, et proximū
suum. Feceruntq; filii Leui iuxta
sermonem Moysi, cecideruntq;
in die illa quasi tria millia homi-
num. Et ait Moyses. Consecra-
stis man⁹ vestras hodie domino,
vnusquisq; in filio et in fratre
suo vt detur vobis benedictio. Fa
cto autem altero die, locutus est
Moyses ad populum. Peccastis G
peccatum maximum: ascendam ad
dominum, si quo modo quiuero
eum deprecari pro scelere vestro.
Reuersusq; ad dominū, ait. Ob-
secro, peccauit populus iste pec-
catum maximum, feceruntq; sibi
deos aureos: aut dimitte eis hanc
noxam, aut si non facis, dele me
de libro tuo quem scripsisti. Cui re Ec.45
spondit dominus. Qui peccaue-
rit mihi, delebo eum de libro meo:
tu autem vade, et duc populum
istū quo locutus sū tibi, angelus
meus precedet te. Ego autem in
die vltionis visitabo et hoc pec-
catum eorum. Percussit ergo do-
minus populum pro reatu vituli,
quem fecerat Aaron.

CAPVT. XXXIII. A

Locutusq; est dominus ad
Moysen, dicens, Uade as-
cende de loco isto tu et po-
pulus tuus, quem eduxisti de terra
Egypti in terram quam iuraui
Abraham, Isaac, et Jacob, dicēs.
Semini tuo dabo eam, et mittam Gen.12
precursorem tui angelum, vt eii- Sup.23
ciam Chananeum, et Amorreū, Ios.24
et Etheum, et Phereseum, et E- Deu.7
ueum, et Jebuseum, et intres in
terram fluentem lacte et melle.
Non enim ascendam tecum, quia
populus dure ceruicis es, ne forte
disperdam in via. Audiēsq; popu-
lus sermonem hūc pessimū, luxit:
et nullus ex more indutus est cul-
tu suo. Dixitq; domin⁹ ad Moy
sen, Loquere filiis Israel, Popu-
lus dure ceruicis es, semel ascēdā
in medio tui, et delebo te. Jā nūc
depone ornatum tuum, vt sciam
quid faciam tibi. Deposuerunt B
ergo filii Israel ornatum suum a
monte Oreb. Moyses quoq; tol-
lens

len s tabernaculum, tetendit extra castra procul, vocavitque nomen eius tabernaculum federis. Et omnis populus qui habebat aliquam questionem, egrediebatur ad tabernaculum federis extra castra. Cumque egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, et stabat vnusquisque in ostio papilionis sui, respiciebantque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. Ingresso autem illo tabernaculum federis, descendebat columna nubis, et stabat ad ostium, loquebaturque dominus cum Moyse, cernentibus vniuersis quod columna nubis staret ad ostium tabernaculi. Stabantque ipsi, et adorabant per fores tabernaculorum suorum. Loquebatur autem dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui

C homo ad amicum suum. Cumque ille reuerteretur in castra, minister eius Josue filius Nun, puer non recedebat de tabernaculo. Dixit autem Moyses ad dominum. Precipis vt educam populum istum, et non indicas mihi quem missurus es mecum, presertim cum dixeris, Noui te ex nomine, et inuenisti gratiam coram me. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te, et inueniam gratiam ante oculos tuos: respice populum tuum gentem hanc. Dixitque dominus, Facies mea precedet te, et requiem dabo tibi. Et ait Moyses, Si non tuipse precedas, ne educas nos de loco isto. In quo enim scire poterimus ego et populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant super terram? Dixit

D autem dominus ad Moysen, Et verbum istud quod locutus es, faciam: inuenisti enim gratiam coram me, et teipsum noui ex nomine. Qui ait, Ostende mihi gloriam tuam. Respondit, Ego ostendam omne bonum tibi, et vocabor in nomine domini coram te, et miserebor cui voluero, et clemens ero in quem mihi placuerit. Rursumque ait, Non poteris videre faciem meam. non enim videbit me homo, et viuet. Et iterum, Ecce, inquit, est locus apud me, et stabis supra petram: Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petre, et protegam dextera mea, donec transeam: tollamque manum meam, et videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.

Rom. 9c (margin note)

CAPVT. XXXIIII.

A Ac deinceps, Precide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, et scribam super eas verba que habuerunt tabule, quas fregisti. Esto paratus mane, vt ascendas statim in montem Sinai, stabisque mecum super verticem montis. Nullus ascendat tecum, nec videatur quispiam per totum montem, boues quoque et oues non pascantur econtra. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant: et de nocte consurgens ascendit in montem Sinai, sicut preceperat ei dominus, portans secum duas tabulas. Cumque descendisset dominus per nubem, stetit Moyses cum eo, inuocans nomen domini, Quo transeunte coram eo, ait, Dominator domine deus misericors et clemens, patiens, et multe miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitatem et scelera atque peccata, nullusque apud te per se innocens est. Qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam et quartam progeniem. Festinusque Moyses, curuatus est pronus

Hie. 32. c (margin note)
Deu. 5. a (margin note)

B

nus in terram, et adorans ait, Si inueni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro vt gradiaris nobiscum, populus enim dure ceruicis est: vt auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas. Respondit Dominus, Ego inibo pactum videntibus cunctis, signa faciam, que nunquam visa sũt super terram, nec in vllis gẽtibus: vt cernat populus iste, in cuius es medio, opus domini terribile, quod factur⁹ sum. Obserua cuncta, que hodie mandaui tibi: ego ipse eiiciam ante faciẽ tuã Amorrheum et Chananeũ, et Etheum, Phereзeum quoque, et Eueum, et Jebuseum. Caue ne vnquam cum habitatoribus terre illi⁹ iungas amicitias, que sint tibi in ruinam: sed et aras eorum destrue, cõfringe statuas, lucosque succide. Noli adorare deum alienũ. Dominus zelotes nomẽ eius, de⁹ est emulator. Ne ineas pactũ cũ

Sup.23.d hominibus illarum regionum, ne

Deu.7.a cum fornicati fuerit cũ diis suis, et adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam vt comedas de

C immolatis. Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis: ne postquam ipse fuerint fornicate, fornicari faciant et filios tuos in

3.re.11.a deos suos. Deos conflatiles non facies tibi. Solennitatẽ azymorum custodies. Septem diebus vesceris azymis, sicut precepi tibi in tempore messis nouorum. Mense enim verni temporis egress⁹ es

Sup.13 a de Egypto. Omne quod aperit vuluam generis masculini, meũ erit. De cunctis animantibus tã de bobus, quam de ouibus, meũ erit. Primogenitũ asini redimes oue. Sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum

Sup.23 b filiorum tuorum redimes, nec ap-

deu.16.d parebis in cõspectu meo vacuus.

Ecc.35.a Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare et metere. Solennitatem hebdomadarũ facies tibi i primitiis frugum messis tue triticee, et solennitatem quando redeunte anni tempore cuncta cõduntur. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuũ in conspectu omnipotẽtis domini dei Jsrael. Cum enim tulero gẽtes a facie tua, et dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terre tue, ascendente te et apparẽte in cõspectu domini dei tui ter in anno. Non immolabis super fermẽto sanguinem hostie mee, neque residebit mane de victimis solẽnitatis phase. Primitias frugum D terre tue offeres in domo domini dei tui. Non coques hedũ in lacte matris sue. Dixitque dominus ad Sup.23

Moysen. Scribe tibi verba hec, deu.14.

quibus et tecum et cum Jsrael pepigi fedus. Fuit ergo ibi cum domino Moyses quadraginta dies, et quadraginta noctes: panem nõ comedit, et aquã nõ bibit, et scripsit in tabulis verba federis decẽ. Cumque descẽderet Moyses de mõte Sinai, tenebat duas tabulas lapideas testimonii, et ignorabat quod cornuta esset facies sua, ex cõsortio sermonis domini. Vidẽtes autem Aaron et filii Jsrael cornutã Moysi faciem, timuerunt prope accedere. Vocatique ab eo, reuersi sunt tã Aaron, quam principes synagoge. Et postquã locutus est ad eos, venerũt ad eum etiã omnes filii Jsrael. Quib⁹ precepit cũcta que audierat a dño in monte Sinai. Impletisque sermonib⁹ posuit velamẽ sup faciẽ suã. Qđ ingressus ad dñm, et loquẽs cũ eo auferebat donec exiret, et tũc loquebatur ad filios Jsrael oĩa q̃ sibi fuerãt imperata. Qui videbãt faciẽ egrediẽtis Moysi esse cornutã, sed operiebat ille rursus faciem suã, si quando loquebatur ad eos.

Cap.

CAPVT. XXXV.

A Igitur cõgregata omni turba filiorum Israel, dixit ad eos, Hec sunt que iussit dñs fieri, Sex diebus facietis opus, septim⁹ dies erit vobis sanctus, sabbatum et requies domini: qui fecerit opus in eo, occidetur. Non succendetis ignem in omnib⁹ habitaculis vestris per diẽ sabbati. Et ait Moyses ad omnem caternam filiorum Israel, Iste est sermo quem precepit domin⁹, dicẽs, Separate apud vos p̃mitias domini. Omnis voluntarius et prono animo offerat eas domino. Aurum et argẽtum, et es, hyacinthũ et purpuram, coccũqꝫ bis tinctũ, et byssum, pilos caprarum, pellesqꝫ arietum rubricatas, et hyacinthinas, ligna sethim, et oleum ad luminaria concinnanda, et vt conficiatur vnguentum, et thymiama suauissimum, lapides onychinos, et gemmas ad ornatum superhumeralis et rationalis. Quisquis vestrum sapiens est, veniat et

B faciat quod dominus imperauit, Tabernaculum scilicet, et tectum eius, atqꝫ operimentum, annulos et tabulata cum vectibus, paxillos et bases, Arcam et vectes, propitiatorium, et velum quod ante illud oppanditur, Mensam cum vectibus et vasis et propositiõis panibus, Candelabrum ad luminaria sustentanda, vasa illius et lucernas, et oleum ad nutrimẽta ignium, Altare thymiamatis, et vectes, et oleum vnctionis, et thymiama ex aromatibus, tentoriũ ad ostium tabernaculi, Altare holocausti, et craticulam eius eneam cum vectibus et vasis suis, labrũ et bases eius, Cortinas atrii cum columnis et basibus, tentorium in foribus vestibuli: paxillos tabernaculi atrii cum funiculis suis, Vestimenta quorum vsus est in ministerio sanctuarii, vestes Aaron pontificis ac filiorum eius, vt sacerdotio fũgantur mihi. Egressaqꝫ omnis multitudo filiorũ Is-

C rael de conspectu Moysi, obtulerunt mente promptissima atqꝫ deuota primitias domino, ad faciẽdum opus tabernaculi testimonii. Quicquid ad cultum et ad vestes sanctas necessarium erat, viri cũ mulieribus prebuerunt, armillas et inaures, annulos et dextralia: Omne vas aureum in donaria domini separatũ est. Si quis habebat hyacinthum et purpuram, coccumqꝫ bis tinctum, byssum et pilos caprarum, pelles arietũ rubricatas, et hyacinthinas, argenti et auri erisqꝫ metalla, obtulerũt domino, lignaqꝫ sethim in varios vsus. Sed et mulieres docte que venerant, dederunt hyacinthum, purpuram, et vermiculum ac byssum, et pilos caprarum, spõte propria cuncta tribuentes. Principes vero obtulerunt lapides onychinos, et gemmas ad superhumerale et rationale, aromataqꝫ, et oleum ad luminaria concinnanda, et ad preparandum vnguentũ, ac thymiama odoris suauissimi compo-

D nẽdum. Omnes viri et mulieres mẽte deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera que iusserat dñs per manum Moysi. Cuncti filii Israel voluntaria domino dedicauerunt. Dixitqꝫ Moyses ad filios Israel, Ecce vocauit domin⁹ ex nomine Beseleel filium Vri, filii Hur de tribu Iuda: impleuitqꝫ eum spiritu dei, sapientia, et intelligentia et scientia, et omni doctrina, ad excogitandum et faciendum opus in auro et argento, et ere, et ferro, sculpendisqꝫ lapidibus, et opere carpentario: quicquid fabre adinueniri potest, dedit in corde eius. Ooliab quoqꝫ filium Achisamech, de

tribu Dan, ambos erudiuit sapi-
entia, ut faciant opera abietarii,
polymitarii, ac plumarii de hya-
cintho ac purpura, coccoq; bis tin
cto, & bysso, et texant omnia, ac no
ua queq; reperiant.

CAP. XXXVI.

A Fecit ergo Beseleel, et Ooli-
ab, & omnis uir sapiēs, qui-
bus dedit dominus sapien-
tiam et intellectum, ut scirent fa-
bre operari que in usu sanctuarii
necessaria sunt, & que precepit do-
minus. Cumq; vocasset eos Moy-
ses, et omnem eruditum virū, cui
dederat dominus sapientiā, & qui
sponte sua obtulerant se ad facien-
dum opus, [illegible]didit eis uniuersa
donaria filiorum Israel. Qui cum
instarent operi quotidie, mane vo
ta populus offerebat. Unde arti-
fices venire cōpulsi, dixerūt Moy
si. Plus offert populus q̄ necessa
rium est. Iussit ergo Moyses pre-
conis voce cantari, Nec vir nec
mulier quicq̄ offerat ultra ī opere
sanctuarii. Sicq; cessatū est a mu-
neribus offerendis, eo q̄ oblata
sufficerēt et superabundarēt. Fe-
ceruntq; omnes corde sapiētes ad
explendum opus tabernaculi, cor-
tinas decem de bisso retorta, & hy-
acintho, et purpura, coccoq; bis
B tincto, opere vario, et arte poly-
mita, quarū vna habebat in lon-
gitudine vigintiocto cubitos, et in
latitudine quatuor: vna mensura
erat omnium cortinarū. Coniun-
xitq; cortinas quinq;, alteram al-
teri, et alias quinq; sibi inuicē co-
pulauit. Fecit et ansas hyacinthi-
nas in ora cortine vnius ex vtroq;
latere, et in ora cortine alterius si-
militer, vt contra se inuicem veni-
rent anse, et mutuo iungerentur.
Unde & quinquaginta fudit circu
los aureos, qui morderent corti-
narum ansas, et fieret vnum ta-
bernaculum. Fecit et saga unde-
cim de pilis caprarum ad operiē-
dum tectū tabernaculi: vnū sagū
in lōgitudine habebat cubitos tri-
ginta, & in latitudine cubitos qua
tuor, vnius mensure erant omnia
saga, quorū quinq; iunxit seorsū,
et sex alia separatim. Fecitq; an-
sas quinquaginta in ora sagi vni
us, et quinquagita in ora sagi alte
rius, vt sibi inuicem iungerentur.
Fibulas eneas quinquagita, qui-
bus necteretur tectū, vt vnū pal-
lium ex omnibus sagis fieret. Fe- C
cit et opertoriū tabernaculi de pel
lib9 arietū rubricatis, ali[illegible] de-
super [illegible] de pellibus hya-
cinthinis. Fecit et tabulas taber-
naculi de lignis sethim stātes. De
cem cubitorū erat longitudo tabu
le vnius: et vnum ac semis cubitū
latitudo retinebat. Bine incastra-
ture erāt per singulas tabulas, vt
alteri altera iungeretur. Sic fecit
in omnibus tabernaculi tabulis.
E quibus viginti ad plagā meri-
dianam erant contra austrū cum
quadraginta basibus argenteis.
Due bases sub vna tabula pone-
bantur ex vtraq; parte angulorū,
vbi incastrature laterum in angu
lis terminātur. Ad plagā quoq; ta
bernaculi q̄ respicit ad aquilonē,
fecit viginti tabulas cum quadra-
ginta basibus argenteis, duas ba
ses per singulas tabulas. Contra
occidentē vero, id est ad eam par-
tē tabernaculi, que mare respicit,
fecit sex tabulas, & duas alias per
singulos angulos tabernaculi re-
tro, q̄ iuncte erant a deorsum vsq;
sursum: et in vnā cōpaginem pa-
riter ferebant. Ita fecit ex vtraq;
parte per singulos angulos: vt
octo essent simul tabule, & haberēt
bases argenteas sedecim, binas
scilicet bases sub sigulis tabulis. D
Fecit et vectes de lignis sethim,
quiq; ad cōtinendas tabulas vni9
lateris tabernaculi, & quinq; alios
ad alte-

ad alterius lateris coaptādas ta=
bulas: et extra hos quinqꝫ alios
vectes ad occidentalē plagā taber
naculi contra mare. Fecit quoqꝫ
vectem alium, qui per medias ta=
bulas ab angulo vsqꝫ ad angulū
perueniret. Ipsa autem tabulata
deaurauit, fusis basibus earū ar=
genteis. Et circulos eorū fecit au
reos, per quos vectes induci pos=
sent: quos ⁊ ipsos laminis aureis
operuit. Fecit et velum de hyacin
tho, ⁊ purpura, vermiculo ac bys=
so retorta, opere polymitario, va=
rium atqꝫ distinctum: et quatuor
columnas de lignis sethim, quas
cum capitibꝰ deaurauit, fusis ba=
sibus earum argenteis. Fecit et
tētoriū in introitu tabernaculi ex
hyacintho, purpura, vermiculo,
byssoqꝫ retorta opere plumarii: et
columnas quinqꝫ cum capitibus
suis, quas operuit auro, basesqꝫ
earum fudit eneas.

CAP. XXXVII.

A Fecit autem Beseleel et arcā
de lignis sethim, habentem
duos et semis cubitos in lon
gitudine, et cubitū ac semissem in
latitudine, altitudo quoqꝫ vnius
cubiti fuit ⁊ dimidii: vestiuitqꝫ eā
auro purissimo intus ac foris. Et
fecit illi coronā auream per gyrū,
conflās quatuor annulos aureos
per quatuor angulos eius: duos
annulos in latere vno, et duos in
altero. Vectes quoqꝫ fecit de lig=
nis sethim, quos vestiuit auro, et
quos misit in annulos, qui erant
in lateribus arce, ad portandū eā.
Fecit et propiciatoriū, id est ora=
culū, de auro mundissimo, duorū
cubitorū et dimidii i longitudine,
et cubiti ac semis in latitudine.
Duos etiā Cherubin ex auro du=
ctili, quos posuit ex vtraqꝫ parte
ꝓpitiatorii, Cherub vnū in sum=
B mitate vniꝰ partis, et Cherub al=
terū in summitate partis alteriꝰ:
duos Cherubin in singulis sum=
mitatibus propitiatorii, exten=
dentes alas, et tegentes propitia=
torium, seqꝫ mutuo et illud respi=
cientes. Fecit et mensam de lig=
nis Sethim in longitudine duo=
rum cubitorum, et in latitudine
vnius cubiti, que habebat in al=
titudine cubitum ac semissem: cir=
cundeditqꝫ eam auro mundissi=
mo, ⁊ fecit illi labium aureum per
gyrum, ipsiqꝫ labio coronam au=
ream interrasilem quatuor digi= C
torum, et super eandem alteram
coronam auream. Fudit et qua=
tuor circulos aureos, quos posuit
in quatuor angulis, per singulos
pedes mense contra coronam, mi=
sitqꝫ in eos vectes, vt possit mēsa
portari. Ipsos quoqꝫ vectes fecit
de lignis sethim, ⁊ circundedit eos
auro. Et vasa ad diuersos vsus
mense, acetabula, phialas, et cya
thos, et thuribula, ex auro puro,
in quibꝰ offerenda sunt libamina.
Fecit et candelabrum ductile, de
auro mundissimo. De cuius vecte
calami, scyphi, spheruleqꝫ simul et
lilia procedebant: sex in vtroqꝫ la=
tere, tres calami ex parte vna, et
tres ex altera, tres scyphi in nu=
cis modū per calamos singulos,
spheruleqꝫ simul ⁊ lilia: et tres scy
phi instar nucis i calomo altero,
spheruleqꝫ simul et lilia. Equum D
erat opus sex calamorū, qui proce
debāt de stipite cādelabri. In ipso
aūt vecte erāt quatuor scyphi i nu
cis modū, spheruleqꝫ per singulos
simul ⁊ lilia, et spherule sub duo=
bꝰ calamis ꝑ loca tria, ꝗ simul sex
fiunt calami procedentes de vecte
vno, ⁊ spherule igitur, ⁊ calami ex
ipso erant vniuersa ductilia ex au
ro purissimo. Fecit ⁊ lucernas sep
tem cum emunctoriis suis, et vasa
vbi ea ꝗ emuncta sunt, extinguā=
tur, de auro mundissimo. Talen=
tum auri appendebat candelabrū

cum omnibus vasis suis. Fecit et
altare thymiamatis de lignis se-
thim, per quadrū singulos habēs
cubitos, et in altitudine duos, e
cuiꝰ angulis procedebāt cornua:
vestiuitq; illud auro purissimo, cū
craticula ac parietibus ꝛ cornibꝰ.
Fecitq; ei coronam aureolam per
gyrum, et duos annulos aureos
sub corona per singula latera, vt
mittantur in eos vectes, et possit
altare portari. Ipsos autē vectes
fecit de lignis sethim, ꝛ operuit la-
minis aureis. Composuit et oleū
ad sanctificationis vnguentum,
et thymiamata de aromatibꝰ mū-
dissimis opere pigmentarii.

CAP. XXXVIII.

A Fecit et altare holocausti, de
lignis sethim quinq; cubito-
rum per quadrum, et triū in
altitudine, cuius cornua de angu-
lis procedebant, operuitq; illud la
minis eneis. Et in vsus eius pa-
rauit ex ere vasa diuersa, lebetes,
forcipes, fuscinulas, vncinos, et
ignium receptacula. Craticulāq;
eius in modum retis fecit eneam,
ꝛ subter eā in altaris medio arulā,
fusis quatuor eneis ānulis p toti-
dē retiaculi sūmitates, ad immittē
dos vectes ad portandum, quos ꝛ
ipsos fecit de lignis sethim, et o-
peruit laminis eneis, induxitq; in
circulos q̄ in lateribꝰ altaris emi-
nebant. Ipsum autem altare non
erat solidū, sed cauum ex tabula-
tis, et intus vacuum. Fecit et la-
brum eneū cum basi sua de specu-
lis mulierum, que excubabant in
B ostio tabernaculi. Fecit ꝛ atrium,
in cuius australi plaga erant ten-
toria de bysso retorta, cubitorum
centū, columne enee viginti cum
basibꝰ suis, capita columnarum,
et tota operis celatura argentea.
Eque ad septentrionalē plagam
tentoria, columne basesq;, et ca-
pita columnarum eiusdem men-
sure, et operis ac metalli erant.
In ea vero plaga que ad occiden-
tem respicit, fuerunt tentoria cu-
bitorum quinquaginta, columne
decem cum basibus suis enee, et
capita columnarū, et tota operis
celatura argentea. Porro contra
orientem quinquaginta cubitorū
parauit tentoria, e quibus quin-
decim cubitos columnarū trium
cum basibus suis vnū tenebat la-
tus: et in parte altera, quia inter
vtraq; introitū tabernaculi fecit,
quindecim eque cubitorum erant
tentoria, columneq; tres, et bases
totidem. Cuncta atrii tētoria bys-
sus retorta texuerat. Bases colū-
narum fuere enee, capita autem
earum cum cunctis celaturis suis
argentea, sed et ipsas columnas
atrii vestiuit argēto. Et in intro- C
itu eius opere plumario fecit ten-
torium ex hyacitho, purpura, ver
miculo ac bysso retorta, quod ha-
bebat viginti cubitos in longitu-
dine, altitudo vero quinq; cubito-
rum erat iuxta mensurā quā cun-
cta atrii tētoria habebāt. Colūne
autē in ingressu fuere quatuor cū
basibus eneis, capitaq; earū ꝛ ce-
lature argentee. Paxillos quoq;
tabernaculi et atrii per gyrū fecit
eneos. Hec sunt instrumēta taber
naculi testimonii, que enumerata
sunt iuxta preceptū Moysi, in ce-
remoniis Leuitaꝝ p manū Ytha-
mar filii Aaron sacerdotis: q̄ Be-
seleel filius Huri, filii Hur de tri-
bu Iuda dn̄o per Moysen iubēte
cōpleuerat, iūcto sibi socio Ooli-
ab, filio Achisamech de tribu Dā:
qui ꝛ ipse artifex lignorū egregius
fuit, et polymitarius atq; pluma-
rius ex hyacintho, purpura, ver-
miculo, ꝛ bysso. Omē aurū quod ex- D
pēsum est i opere sāctuarii, ꝛ quod
oblatū est i donariis, vigiti ꝛ nouē
talentorū fuit, ꝛ septingentoꝝ tri-
ginta sicloꝝ ad mēsurā sāctuarii.

Oblatum

Oblatum est autē ab his qui trāsierunt ad numerum a viginti annis et sup͛a, de sexcentis tribus millibus, et quingentis quinquaginta armatorum. Fuerunt preterea centum talenta argenti, e quibus conflate sunt bases sanctuarii, et introitus vbi velū pendet. Centum bases facte sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis. De mille autem septingentis, et septuagintaquinqꝫ siclis fecit capita columnarum, quas et ipsas vestiuit argento. Eris quoqꝫ oblata sūt talenta septuaginta duo millia, et quadringenti sup͛a sicli, ex quibus fuse sūt bases in introitu tabernaculi testimonii, et altare eneū cum craticula sua, omniaqꝫ vasa que ad vsum eius pertinent, et bases atrii tam in circumitu, q̄ in ingressu eius, et paxilli tabernaculi atqꝫ atrii per gyrum.

CAP. XXXIX.

De hyacintho vero et purpura, vermiculo ac bysso fecit vestes, quibus indueretur Aaron, quando ministrabat in sanctis, sicut precepit dominus Moysi. Fecit igitur et superhumerale de auro, hyacintho, ⁊ purpura, coccoqꝫ bis tincto, et bysso retorta, opere polymitario. Inciditqꝫ bracteas aureas, et extenuauit in fila, vt possent torqueri cū priorum colorum subtegmine, duasqꝫ oras sibiinuicem copulatas in vtroqꝫ latere summitatum, et baltheum ex iisdem coloribus, sicut preceperat dominus Moysi. Parauit et duos lapides onychinos, astrictos et inclusos auro, et sculptos arte gēmaria noibus filiorū Israel: sex nomina in lapide vno, et sex in altero, iuxta ordinē natiuitatis eorū. Posuitqꝫ eos in lateribꝰ superhumeralis in monumētū filiorū Israel, sicut preceperat dn̄s Moysi. Fecit et rationale opere polymito iuxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccoqꝫ bis tincto, ⁊ bysso retorta, quadrangulum duplex mēsure palmi. Et posuit in eo gēmarum ordines quatuor. In primo versu erat sardius, topazius, smaragdus: In secundo, carbunculus, sapphirꝰ, et iaspis: In tertio, ligyrius, achates, et amethistus: In quarto, chrysolithus, onychinus, et berillus, circundati et inclusi auro per ordines suos. Ipsiqꝫ lapides duodecim sculpti erant nominibus duodecim tribuum Israel, singuli per nomina singulorum. Fecerunt in rationali et catenulas sibiinuicem coherentes, de auro purissimo, et duos vncinos, totidemqꝫ annulos aureos. Porro annulos posuerunt in vtroqꝫ latere rationalis, e quibus penderent due catene auree, quas inseruerunt vncinis qui in superhumeralis angulis eminebāt. Hec et ante et retro ita conueniebāt sibi, vt superhumerale et rationale mutuo necterētur, stricta ad baltheū ⁊ ānulis fortiꝰ copulata, quos iūgebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerēt et a seiuicē mouerent, sicut p̄ceperat dn̄s Moysi. Fecerūtqꝫ tunicā superhumeralis totā hyacinthinā: et capitiū in superiori parte contra mediū, orāqꝫ per gyrum capitii textilem: deorsū autē ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta, ⁊ titinnabula de auro purissimo: q̄ posuerūt int͛ mala granata ī extrema parte tunice p̄ gyrū, titinabulū autē aureū ⁊ malū punicū, q̄bꝰ ornatꝰ icedebat pōtifex, quādo ministerio fūgebat, sicut p̄ceperat dn̄s Moysi. Fecerūt ⁊ tunicas byssinas opere textili Aaron et filiis eius: et mitras cum coronulis suis ex bysso: feminalia quoqꝫ

C

D

E

quoque linea, byssina: cingulum vero de bysso retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo distinctum arte plumaria, sicut preceperat dominus Moysi. Fecerunt et laminam sacre venerationis de auro purissimo, scripseruntque in ea opere gemmario, Sanctum domini: et strinxerunt eam cum mitra et vitta hyacinthina, sicut preceperat dominus Moysi. Perfectum est igitur omne opus tabernacu-
F li, et tecti testimonii. Feceruntque filii Israel cuncta que preceperat dominus Moysi. Et obtulerunt tabernaculum et tectum et universam supellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas, ac bases, opertorium de pellibus arietum rubricatis, et aliud operimentum de hyacinthinis pellibus, velum, arcam, vectes, propitiatorium, mensam cum vasis suis et propositionis panibus, candelabrum, lucernas, et utensilia earum cum oleo: altare aureum et unguentum et thymiama ex aromatibus, et ten-
G torium in introitu tabernaculi, altare eneum, retiaculum, vectes, et vasa eius omnia, labrum cum basi sua, tentoria atrii, et columnas cum basibus suis, tentorium in introitu atrii, funiculosque illius et paxillos. Nihil ex vasis defuit, que in ministerium tabernaculi, et in tectum federis iussa sunt fieri. Vestes quoque quibus sacerdotes utuntur in sanctuario Aaron scilicet et filii eius, obtulerunt filii Israel, sicut preceperat dominus. Que postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis.

CAPVT. XL.

A Locutus est dominus ad Moysen dicens, Mense primo, prima die mensis eriges tabernaculum testimonii, et pones in eo arcam, dimittesque ante illam velum: et illata mensa pones super eam que rite precepta sunt. Candelabrum stabit cum lucernis suis, et altare aureum in quo adoletur incensum coram arca testimonii. Tentorium in introitu tabernaculi testimonii pones, et ante illud altare holocausti: labrum inter altare et tabernaculum, quod implebis aqua. Circundabisque atrium tentoriis et ingressum eius. Et assumpto unctionis oleo, unges taber-
naculum cum vasis suis, ut sanc- B
tificentur, altare holocausti et omnia vasa eius, labrum cum basi sua, omnia unctionis oleo consecrabis, ut sint sancta sanctorum. Applicabisque Aaron et filios eius ad fores tabernaculi testimonii, et lotos aqua indues sanctis vestibus, ut ministrent mihi, et unctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. Fecitque Moyses omnia que preceperat dominus. Igitur mense primo anni secundi, in prima die mensis collocatum est tabernaculum. Erexitque Moyses illud, et posuit tabulas ac bases et ve-
ctes, statuitque columnas et expandit Nume. 7
tectum super tabernaculum, imposito desuper operimento, sicut dominus imperauerat. Posuit et testimonium in arca subditis infra vectibus, et oraculum desuper. Cumque intulisset arcam in taberna-
culum testimonii, appendit ante eam
velum, ut expleret domini iussionem. C
Posuit et mensam in tabernaculo testimonii ad plagam septentrionalem extra velum, ordinatis coram propositionis panibus, sicut preceperat dominus Moysi. Posuit et candelabrum in tabernaculo testimonii e regione mense in parte australi, locatis per ordinem lucernis, iuxta preceptum domini. Posuit et altare aureum sub tecto testimonii contra velum, et adoleuit super eo incensum aromatum, sicut iusserat dominus Moysi. Po
suit

fuit et tentoriũ in introitu taber-
naculi testimonii, et altare ho-
locausti in vestibulo testimonii,
offerens in eo holocaustum et sa-
crificia, vt dominꝰ imperauerat.
Labrum quoqꝫ statuit inter taber
D naculum testimonii et altare, im-
plens illud aqua. Laueruntqꝫ in
eo Moyses et Aaron, ac filii eius
manus suas et pedes, cum ingre-
derentur tectum federis, et accede-
rẽt ad altare, sicut preceperat do-
minus Moysi. Erexit et atrium ꝑ
Nũe.9. c gyrũ tabernaculi et altaris, ducto
in introitu eius tentorio. Postq̃
3.re.8. b omnia perfecta sũt, operuit nubes
tabernaculũ testimonii, ⁊ gloria do-
mini impleuit illud. Nec poterat
Moyses ingredi tectum federis,
nube operiẽte omnia, et maiestate
dñi coruscante, quia cuncta nubes
operuerat. Siquando nubes ta-
bernaculũ deserebat, ꝓficisceban-
tur filii Israel per turmas suas:
si pendebat desuper, manebant in
eodem loco. Nubes quippe domi-
ni incubabat per diem tabernacu-
lo, et ignis in nocte, videntibus
cunctis populis Israel per cunctas
mansiones suas.

FINIS.

LIBER LEVITICVS HEBRAICE VAICRA.



A VOCAVIT autem Moysẽ, et locutus est ei dominus de tabernaculo testimonii, dicens, Loquere filiis Israel, et dices ad eos; Homo qui obtulerit ex vobis hostiã domino de pecoribus, id est de bobus et ouibus offerens victimas, si holocaustum fuerit eius oblatio, ac de
armento, masculum immaculatũ
offeret ad ostiũ tabernaculi testi-
monii, ad placandum sibi domi-
num, ponetqꝫ manus super caput Ex,29. b
hostie, et acceptabilis erit, atqꝫ in B
expiationem eius proficiens. Im-
molabitqꝫ vitulũ corã dño, et of-
ferent filii Aaron sacerdotis san-
guinẽ eius, fundentes per altaris
circuitũ, quod est ante ostiũ taber
naculi. detractaqꝫ pelle hostie, ar-
tus in frusta concident, et subiici-
ent in altari ignẽ, strue lignorum
ante cõposita: et mẽbra que sunt
cesa, desuper ordinãtes, caput vi-
delicet et cũcta que adherẽt iecori,
intestinis et pedibus lotis aqua,
adolebitqꝫ ea sacerdos super alta-
re in holocaustũ et suauẽ odorem
dño. Qđ si de pecoribus oblatio C
est, de ouibus siue de capris holo-
caustũ: agnum anniculũ et absqꝫ
macula offeret, immolabitqꝫ ad
latus altaris, quod respicit aqui-
lonẽ corã dño. Sãguinẽ vero illiꝰ
fundent super altare filii Aaron ꝑ
circuitũ, diuidentqꝫ membra, ca
put et oĩa que adherent iecori, et
imponent sup ligna, quibꝰ subii-
ciendus est ignis: intestina vero
et pedes lauabunt aqua. Et obla
ta oĩa adolebit sacerdos super al-
tare in holocaustũ ⁊ odorẽ suauis- D
simum domino. Si autem de aui-
bus, holocausti oblatio fuerit do-
mino, de turturibus et pullis co-
lumbe offeret eam sacerdos ad al-
tare, et retorto ad collum capite,
ac rupto vulneris loco, decurrere
faciet sanguinem super crepidi-
nem altaris: vesiculam vero gut-
turis et plumas proiiciat ꝓpe al-
tare ad orientalẽ plagam, in loco
in quo cineres effundi solent. Cõ-
fringetqꝫ ascellas eius, ⁊ nõ seca-
bit, neqꝫ ferro diuidet eam, ⁊ ado-
lebit super altare, lignis igne sup
posito. Holocaustum est et obla-
tio suauissimi odoris domino.

N. Caput

CAPVT. II.

A Anima cũ obtulerit oblationem sacrificii domino, simila erit ei⁹ oblatio. fundetq; super eam oleum, et ponet thus ac deferet ad filios Aarõ sacerdotis, quorum vnus tollet pu-
Ecc. 7.d gillum plenum simile ⁊ olei, ac totum thus, et ponet memoriale super altare in odorem suauissimum domino. quod autẽ reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron et filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationib⁹ domini. Cum au-
B tem obtuleris sacrificiũ coctum in clibano de simila, panes scilicet absq; fermento conspersos oleo, et lagana azyma oleo lita. Si oblatio tua fuerit de sartagine simile consperse oleo et absq; fermento, diuides eam minutatim, et fũdes super eam oleum. Si autem de craticula fuerit sacrificium, eque simila oleo conspergetur, quam offerens domino, trades manib⁹
C sacerdotis. Qui cum obtulerit eam; tollet memoriale de sacrificio: et adolebit super altare in odorem suauitatis domino. quicquid aũt reliquum est; erit Aarõ et filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus domini. Omnis oblatio que offertur domino, absq; fermẽto fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini. Primitias tantum eorum offeretis ac munera: super altare vero non imponentur in odorem
D suauitatis. Quicquid obtuleris sacrificii, sale cõdies, nec auferes sal federis dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino, de spicis adhuc virentibus, torrebis eas igni, et confringes in morem farris, et sic offeres primitias tuas domino, fundens super ea oleũ, et thus imponens, quia oblatio domini est. de qua adolebit sacerdos i memoriã muneris partẽ farris fracti ⁊ olei ac totum thus.

CAPVT. III.

Quod si hostia pacificorũ fuerit eius oblatio, et de A
bob⁹ voluerit offerre marem siue feminã, immaculata offeret coram domino, ponetq; manum super caput victime sue, que immolabitur in introitu tabernaculi testimonii. fundentq; filii A- Ex. 29.
aron sacerdotis, sãguinem per altaris circumitum. Et offerent de hostia pacificorum in oblationem domino adipẽ, qui operit vitalia, et quicquid pinguedinis est intrisecus: duos renes cum adipe quo teguntur ilia, et reticulum iecoris cum renunculis. Adolebuntq; ea B
super altare in holocaustũ, lignis igne supposito: in oblationem suauissimi odoris domino. Si vero de ouibus fuerit eius oblatio, et pacificorum hostia, siue masculũ obtulerit siue feminam, immaculata erunt omnia. Si agnum obtulerit coram domino, ponet manũ suam super caput victime sue, que immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonii: fundentq; filii Aaron sanguinem eius per cir- C
cumitũ altaris. Et offerent de pacificorum hostia sacrificiũ domino: adipem et caudam totam cum renibus, et pinguedinem que operit vẽtrem atq; vniuersa vitalia, et vtrunq; renunculum cum adipe qui est iuxta ilia, reticulũq; iecoris cum renunculis. et adolebit ea sacerdos super altare in pabulũ ignis et oblationis domini. Si capra fuerit eius oblatio, et obtulerit eam domino, ponet manum suam super caput eius, immolabitq; eam in introitu tabernaculi testimonii. Et effundent filii Aarõ D
sanguinẽ eius super altaris circũitũ. Tollentq; ex ea in pastũ ignis dominici

dominici adipē q̄ operit vētrem, ⁊
qui tegit vniuersa vitalia. Duos
renūculos cum reticulo qd̄ est sup
eos iuxta ilia, et acuinā iecoris cū
renūculis: adolebitq̨ ea super al=
tare sacerdos in alimoniā ignis, ⁊
suauissimi odoris. Ois adeps, dn̄i
erit iure ppetuo in generationib⁹
et cunctis habitaculis vestris, nec
sanguinē nec adipē oino cōedetis.

CAPVT. IIII.

A Locutusq̨ ē dn̄s ad Moysē,
dicēs, Loquere filiis Israel,
Anima q̄ peccauerit p igno=
rantiam, ⁊ de vniuersis mandatis
domini, que precepit vt non fierēt,
quippiā fecerit: Si sacerdos qui
vnctus est peccauerit, delinquere
faciens populū, offeret p peccato
suo vitulū immaculatū dn̄o. ⁊ ad=
ducet illū ad ostiū tabernaculi te=
stimonii corā dn̄o, ponetq̨ manū
sup caput ei⁹, ⁊ immolabit eū dn̄o.
Hauriet quoq̨ de sanguine vituli,
inferēs illū i tabernaculū testimo=
nii. Cūq̨ intinxerit digitū in san=
B guinē, aspget eū septies corā dn̄o
contra velū sanctuarii, ponetq̨ de
eodē sanguine sup cornua altaris
thymiamatis gratissimi dn̄o, quod
est i tabernaculo testimonii. Oēm
autem reliquum sanguinem fun=
det in basim altaris holocausti in
introitu tabernaculi. Et adipem
vituli offeret pro peccato, tam eū
qui vitalia operit, q̄ omnia que
intrinsecus sunt. Duos renuncu=
los et reticulum, quod est super
eos iuxta ilia, et adipem iecoris
cum renunculis, sicut offertur de
vitulo hostie pacificorum, et ado=
lebit ea super altare holocausti.
Pellem vero, et omnes carnes,
C cum capite ⁊ pedibus ⁊ intestinis
et fimo et reliquo corpore efferet
extra castra in locum mundum,
vbi cineres effundi solent: incen=
detq̨ ea super lignorum struem,
que in loco effusorum cinerum cre
mabuntur. Quod si omnis turba
filiorum Israel ignorauerit, et p
imperitiam fecerit quod contra
mandatum domini est, et postea
intellexerit peccatum suum, offe=
ret pro peccato suo vitulum, ad=
ducetq̨ eum ad ostium taberna=
culi. Et ponēt seniores populi ma=
nus super caput eius coram do=
mino. Immolatoq̨ vitulo in cō= D
spectu domini, inferet sacerdos
qui vnctus est, de sanguine eius
in tabernaculū testimonii, tincto
digito aspergens septies contra
velum. ponetq̨ de eodem sangui=
ne in cornibus altaris, quod est
coram domino in tabernaculo te=
stimonii. reliquū autem sanguinē
fundet iuxta basim altaris holo=
caustorū, quod est i ostio taberna=
culi testimonii. Omnēq̨ eius adi=
pem tollet, et adolebit super alta=
re: sic faciens et de hoc vitulo,
quo modo fecit et prius: et rogā=
te pro eis sacerdote, propitius erit
eis dominus. Ipsum autem vitu= E
lum efferet extra castra, atq̨ com
buret, sicut ⁊ priorem vitulū: quia
est pro peccato multitudinis. Si
peccauerit princeps, ⁊ fecerit vnū
e pluribus per ignorantiā, quod
domini lege prohibetur: et postea
intellexerit peccatum suum, offe=
ret hostiam coram dn̄o, hircum de
capris immaculatū, ponetq̨ ma=
num suam super caput eius. Cūq̨
immolauerit eum in loco vbi solet
mactari holocaustum coram domi
no, quia pro peccato est, tinget sa=
cerdos digitū in sanguine hostie
pro peccato, tangens cornua alta=
ris holocausti, et reliquū fundens
ad basim eius. Adipē vero adole=
bit supra, sicut in victimis pacifi= F
corū fieri solet: rogabitq̨ p eo sa=
cerdos, ⁊ p peccato eius, et dimit=
tetur ei. Qd̄ si peccauerit anima
per ignorantiam de populo terre,
vt faciat quicq̄ de his que domini

lege pꝛohibentur, atq; delinquat
et cognouerit peccatum suū, of-
feret capꝛam immaculatam. Po-
netq; manus super caput hostie,
que pꝛo peccato est, et immolabit
eā in loco holocausti. Tolletq; sa-
cerdos de sanguine in digito suo,
et tangens coꝛnua altaris holo-
causti, reliquum fundet ad basim
eius. Omnem autem adipem au-
ferens, sicut auferri solet de victi-
mis pacificoꝛum, adolebit super
altare in odoꝛem suauitatis do-
C mino, rogabitq; pꝛo eo, et dimit-
tetur ei. Si autem de pecoꝛibus
obtulerit victimam pꝛo peccato,
ouem scilicet immaculatam, po-
net manum super caput eius, et
immolabit eam in loco vbi solent
cedi holocaustoꝛū hostie. Sumet-
q; sacerdos de sanguine eius digi
to suo, et tangens coꝛnua altaris
holocausti, reliquū fundet ad ba-
sim eius. Omnē quoq; adipē au-
ferēs, sicut auferri solet adeps a-
rietis, qui immolatur pꝛo pacifi-
cis: et cremabit super altare incē-
sum domini, rogabitq; pꝛo eo, et
pꝛo peccato eius, et dimittetur ei.

CAP. V.

SI peccauerit anima, ⁊ audie-
A rit vocē iurantis, testisq; fue-
rit, q᷒ aut ipse vidit, aut con-
sci᷒ est: nisi indicauerit, poꝛtabit
iniquitatem suam. Anima que te-
tigerit aliquid immundum, siue
quod occisum a bestia est, aut per
se moꝛtuum, aut quodlibet aliud
reptile, et oblita fuerit immun-
ditie sue, rea est et deliquit. Et si
tetigerit quicquam de immundi-
tia hominis iuxta omnem impu-
ritatem qua pollui solet, oblitaq;
cognouerit postea, subiacebit de-
licto. Anima que iurauerit et pꝛo-
tulerit labiis suis, vt vel male q̄d
faceret vel bene, et non fecerit, ⁊
idipsū iuramento et sermone fir-
mauerit, oblitaq; postea intellexe-
rit delictum suum, agat peniten-
tiam pꝛo peccato, ⁊ offerat de gre-
gibus agnam siue capꝛā, oꝛabitq; B
pꝛo ea sacerdos et ꝓ peccatis eius.
Sin autē nō potuerit offerre pecus,
offerat duos turtures, vel duos
pullos colūbarum dn̄o, vnū pꝛo
peccato, ⁊ alterum in holocaustū,
dabitq; eos sacerdoti. Qui pꝛimū
offerens pꝛo peccato, retoꝛquebit
caput eius ad pēnulas, ita vt col-
lo adhereat, et non penitus abꝛū-
patur, et aspget de sanguine eius
parietē altaris. Quicquid aūt re-
liquum fuerit, faciet distillare ad
fundamentū eius, quia ꝓ peccato
est. Alterum vero in holocaustum
adolebit, vt fieri solet: rogabitq;
pꝛo eo sacerdos ⁊ ꝓ peccato eius,
et dimittetur ei. Q̄d si non quiue- Luc. 2.
rit manus eius duos offerre tur-
tures, aut duos pullos colūbarū,
offeret pꝛo peccato suo simile par C
tem ephi decimam: non mittet in
eam oleum, nec thuris aliquid im
ponet, quia ꝓ peccato est, tradetq;
eam sacerdoti, qui plenū ex eo pu-
gillum hauriens, cremabit super
altare in monimentū eius q̄ obtu
lit, rogans pꝛo illo et expians, re-
liquam vero partem ipse habebit
in munere. Locutusq; est domin᷒
ad Moysen, dicens, Anima si pꝛe-
uaricās ceremonias per erroꝛem,
in his que domino sunt sanctifica- D
ta peccauerit, offeret ꝓ delicto suo
arietem immaculatū de gregib᷒,
qui emi potest duobus siclis, iu-
xta pondus sanctuarii: ipsumq; q᷒
intulit damni restituet, et quintā
partem ponet supꝛa, tradens sa-
cerdoti, qui rogabit ꝓ eo offerens
arietem, et dimittetur ei. Anima
que peccauerit per ignoꝛantiā, fe-
ceritq; vnū ex his q̄ dn̄i lege pꝛohi
bentur, et peccati rea, intellexerit
iniquitatem suam, offeret arietem
immaculatum de gregibus sacer-
doti, iuxta mensuram estimatio-
nemq;

nem̄qꝫ peccati: qui orabit pro eo, quia nesciēs fecerit: et dimittetur ei, quia per errorē deliquit in dn̄o.

CAP. VI.

A Locut⁹ est dn̄s ad Moysen, dicens, Anima que peccauerit, et contēpto domino negauerit proximo suo depositū, ꝙ fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit, siue rem perditam inuenerit, et inficians insuper peierauerit, et quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solēt peccare homines, conuicta delicti, reddet oīa que per fraudē voluit obtinere, integra, et quintam insuper partem domino cui damnū intulerat. Pro peccato autē suo offeret arietē immaculatū de grege, et dabit eum sacerdoti, iuxta estimationē mensuramqꝫ delicti: qui rogabit pro eo coram dn̄o, ⁊ dimittet illi pro singulis que faciendo peccauit. Locutusqꝫ est dominus ad Moysen,

B dicēs, Precipe Aaron et filiis ei⁹, Hec est lex holocausti, Cremabitur in altari tota nocte vsqꝫ mane, ignis, ex eodem altari erit, vestietur tunica sacerdos ⁊ feminalibus lineis, tolletqꝫ cineres, quos vorās, ignis exussit, et ponens iuxta altare, spoliabitur prioribus vestimētis, indutusqꝫ aliis, efferet eos extra castra, ⁊ in loco mundissimo vsqꝫ ad fauillā cōsumi faciet. Ignis aūt in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiiciēs ligna mane ꝑ singulos dies, ⁊ imposito holocausto, desuꝑ adolebit adipes pacificorum. Ignis est iste perpetuus, qui nunꝙ deficiet in altari. Hec est lex sacrificii et libamentorū, que offerent filii Aaron coram dn̄o, ⁊ coram altari. Tollet sacerdos pugillum simile, que cōspersa est oleo, et totū thus, quod super similam positum est, adolebit ꝫ illud in altari, in monimentum odoris suauissimi domino. Reliquam autē partem simile comedet Aaron cū filiis suis absqꝫ fermento, ⁊ comedet in loco sancto, in atrio tabernaculi. Ideo aūt nō fermentabitur, qa pars eius in dn̄i offertur insensum, sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atqꝫ delicto. Mares tantū stirpis Aaron comedent illud. Legitimū ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificiis dn̄i. Omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur. C

Locutusqꝫ est dominus ad Moysen, dicēs, Hec est oblatio Aaron, et filiorum eius, quam offerre debent domino in die vnctionis sue, Decimam partem ephi offerēt simile in sacrificio sempiterno, medium eius mane, et medium eius vespere, que in sartagine oleo cōspersa frigetur. Offeret autē eam calidam in odorem suauissimū domino sacerdos, qui iure patri successerit, et tota cremabitur in altari. Omne enim sacrificiū sacerdotū igne consumetur, nec quisquā comedet ex eo. Locutus est autē dominus ad Moysen, dicēs, Loquere Aarō ⁊ filiis eius, ista est lex hostie pro peccato, in loco, vbi offertur holocaustū, immolabitur corā dn̄o, sanctū sanctorū est. Sacerdos qui offert, comedet eā in loco sancto, in atrio tabernaculi. Quicquid tetigerit carnes ei⁹, sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto. Vas aūt fictile in quo cocta est, cōfringetur, ꝙ si vas eneum fuerit, defricabitur, et lauabitur aqua. Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia sanctū sanctorum est. Hostia enim que ceditur pro peccato, cui⁹ sanguis infertur in tabernaculū testimonii, ad expiandum in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni. D

CAPVT. VII.

A HEc quoqꝫ est lex hostie pro
delicto, scā sanctorū est: id-
circo vbi immolabit holo-
caustū, mactabit ꝛ victima pro de-
licto, sanguis eius per gyrū alta-
ris fundetur. Offerent ex ea cau-
dam et adipem qui operit vitalia.
Duos renunculos, ꝛ pinguedinem
que iuxta ilia est, reticulumqꝫ ieco-
ris cum renunculis, et adolebit ea
sacerdos sup altare, incensum est
domini pro delicto. Omnis mascu-
lus de sacerdotali genere, in loco
sancto vescetur his carnib⁹, quia
sanctū sanctorū est. Sicut pro pec-
cato offert hostia, ita et ꝓ delicto:
vtriusqꝫ hostie lex vna erit. Ad sa-
cerdotē qui eam obtulerit perti-
nebit. Sacerdos qui offert holo-
causti victimā, habebit pellē eius.
Et omne sacrificium simile, quod
coquitur in clibano, et quicquid
in craticula, vel in sartagine pre-
paraf, eius erit sacerdotis, a quo
B offertur: siue oleo conspersa, siue
arida fuerit. Cunctis filiis Aaron
mensura equa per singulos diui-
detur. Hec est lex hostie pacificorum,
que offertur domino. Si pro gra-
tiarum actione oblatio fuerit, of-
ferent panes absqꝫ fermento con-
spersos oleo, et lagana azyma vn-
cta oleo, coctamqꝫ similam, et col-
lyridas olei admixtione conspsas.
Panes quoqꝫ fermētatos cum ho-
stia gratiarū, que immolatur pro
pacificis, ex quibus vnus pro pri-
mitiis offertur domino, et erit sa-
cerdotis qui fundet hostie sangui-
nem. cui⁹ carnes eadem comedent
die, nec remanebit ex eis quicquā
vsqꝫ mane. Si voto, vel spōte qs-
piam obtulerit hostiam, eadem si-
militer edetur die: sed et si quid in
crastinum remanserit, vesci licitū
est: quicquid aūt tertius inuenerit
dies, ignis absumet. Si quis de
carnibus victime pacificorum die
tertio comederit, irrita fiet eius C
oblatio, nec proderit offerēti. quin
potius quecūqꝫ anima tali se edu-
lio contaminauerit, preuaricatio-
nis rea erit. Caro que aliquid teti-
gerit immundū, non comedetur,
sed cōburetur igni: qui fuerit mū-
dus, vescetur ex ea. Anima pollu-
ta, que ederit de carnibus hostie
pacificorum, que oblata est dño,
peribit de populis suis. Et que te-
tigerit immunditiā hominis, vel
iumenti, siue omnis rei q̄ polluere
potest, ꝛ comederit de huiuscemo-
di carnibus, interibit de populis
suis. Locutusqꝫ est dñs ad Moy-
sen dicens, Loquere filiis Israel,
Adipem ouis, ꝛ bouis, ꝛ capre non
comedetis. Adipē cadaueris mor-
ticini, et eius animalis quod a be-
stia captum est, habebitis in vari-
os vsus. Si quis adipē, qui offer-
ri debet in incensum dñi, comede-
rit, peribit de populo suo. San-
guinē quoqꝫ ois aialis nō sumetis
in cibo, tā de auib⁹, q̄ de pecorib⁹.
Omnis aīa q̄ ederit sanguinē, pe-
ribit de populis suis. Locutusqꝫ est
dñs ad Moysen, dicens, Loquere
filiis Israel dicēs. Qui offert victi
mam pacificorum dño, offerat simul
et sacrificiū, id est libamenta ei⁹,
tenebit manibus adipem hostie, ꝛ D
pectusculum. cumqꝫ ambo oblata
domino cōsecrauerit, tradet sacer-
doti, qui adolebit adipē super al-
tare, pectusculum aūt erit Aaron
et filiorum eius. Armus quoqꝫ de-
xter de pacificorum hostiis cedet
in primitias sacerdotis. Qui ob-
tulerit sanguinem et adipem fili-
orum Aaron, ipse habebit et armū
dextrū in portione sua. Pectuscu-
lum enim eleuationis, et armum
separationis tuli a filiis Israel de
hostiis eorum pacificis, et dedi
Aaron sacerdoti, et filiis eius lege
perpetua ab omni populo Israel.
Hec est vnctio Aaron et filiorum
eius

eius in ceremoniis domini in die
quo obtulit eos Moyses, vt sacer-
dotio fungerentur, & que precepit
eis dari domin⁹ a filiis Israel re-
ligione perpetua in generationib⁹
suis. Ista est lex holocausti, et sa-
crificii pro peccato atq; delicto, et
pro consecratione et pacificorum
victimis, quam constituit domin⁹
Moysi in mõte Sinai, quãdo mã-
dauit filiis Israel, vt offerrẽt ob-
lationes suas domino in deserto
Sinai.

CAPVT. VIII.

Locutusq; est dominus ad
A Moysen, dicens, Tolle Aa-
ron cum filiis suis, vestes e-
orum, et vnctionis oleum, vitulũ
pro peccato, duos arietes, canistrũ
cum azymis, et congregabis om-
nem cetum ad ostium tabernacu-
li. Fecit Moyses vt dominus im-
perauerat, cõgregataq; omni tur-
ba ante fores tabernaculi, ait, Iste
est sermo, quem iussit dominus fi-
eri. Statimq; obtulit Aaron et fi-
lios eius. Cumq; lauisset eos, ve-
stiuit pontificem subucula linea,
accingens eum baltheo, et induẽs
eum tunica hyacinthina, et desup
humerale imposuit, quod astrin-
gens cingulo aptauit rationale, in
quo erat doctrina et veritas. Ci-
B dari quoq; texit caput, et super eũ
contra frontem posuit laminã au-
ream consecratam in sanctificati-
one, sicut preceperat ei dñs. Tulit
et vnctionis oleum, quo liniuit ta-
bernaculum cum omni supellecti-
li sua. Cumq; sanctificans asper-
sisset altare septem vicibus, vnxit
illud, et omnia vasa eius, labrũq;
Ec. 45.c cũ basi sua sãctificauit oleo. Quod
fundens super caput Aaron, vnxit
eum, et consecrauit. Filios quoq;
eius oblatos consecrauit, vesti-
uitq; tunicis lineis, et cinxit bal-
theis, imposuitq; mitras vt iusse-
C rat dominus. Obtulit et vitulũ
pro peccato. Cumq; super caput
eius posuisset Aaron, et filii eius
manus suas, immolauit eũ, & hau-
riens sanguinem, et tincto digito
tetigit cornua altaris per gyrum.
Quo expiato et sanctificato, fudit
reliquum sãguinem ad fundamẽ-
ta eius. Adipem vero qui erat sup
vitalia, et reticulum iecoris, du-
osq; renunculos cũ aruinulis suis
adoleuit super altare, vitulum cũ
pelle, et carnib⁹, et fimo, cremãs
extra castra, sicut preceperat do-
minus. Obtulit et arietem in ho-
locaustum, super cuius caput cũ
imposuissent Aaron et filii ei⁹ ma- D
nus suas, immolauit eum, et fu-
dit sanguinem eius per circuitũ
altaris. Ipsumq; arietem in fru-
sta concidens, caput eius, et ar-
tus, et adipem adoleuit igni, lotis
prius intestinis et pedibus. To-
tumq; simul arietem incendit sup
altare, eo quod esset holocaustum
suauissimi odoris domino, sicut p̃-
ceperat ei. Obtulit et arietem se-
cundum in consecrationem sacer-
dotum; posueruntq; super caput
eius Aaron et filii eius manus su-
as; quem cum immolasset Moy-
ses, sumens de sanguine eius, te-
tigit extremum auricule dextre A-
aron, et pollicem manus ei⁹ dex-
tre, similiter & pedis. Obtulit & fi-
lios Aaron. Cumq; de sanguine a- E
rietis immolati tetigisset extremũ
auricule singulorum dextre, & pol-
lices manus ac pedis dextri, reli-
quum fudit super altare per cir-
cuitum. Adipem vero, et caudã,
omnemq; pinguedinem, que operit
intestina, reticulumq; iecoris, et
duos renes cum adipibus suis, et
armo dextro separauit. Tollens
autẽ de canistro azymorum, quod
erat coram domino, panes absq;
fermẽto, et collyridã cõspersã ole-
o, laganũq; posuit sup adipes, et
armũ dextrũ, tradẽs simul omnia
Aaron

F Aaron et filiis eius. Qui postquā
leuauerūt ea corā domino, rur-
sum suscepta de manibus eorum,
adoleuit sup altare holocausti, eo
q̄ cōsecrationis esset oblatio in o-
dorē suauitatis sacrificii domini.
Tulitq; pectusculum eleuās illud
coram domino de ariete consecra-
tionis in partem suam, sicut pre-
ceperat ei dominus. Assumensq;
vnguentum, et sanguinem qui e-
rat in altari, aspersit super Aarō
et vestimenta eius, et super filios
illius ac vestes eorum. Cūq; sancti-
ficasset eos in vestitu suo, precepit
pit eis, dicens, Coquite carnes ā-
te fores tabernaculi, et ibi come-
G dite eas. Panes quoq; consecra-
tionis edite, qui positi sunt in ca-
nistro, sicut precepit mihi domin⁹,
Exo.29f dicens, Aaron et filii eius come-
dent eos: quicquid autem reliquū
fuerit de carne et panibus, ignis
absumet. De ostio quoq; taberna-
culi non exibitis septem diebus,
vsq; ad diem quo complebitur tē-
pus consecrationis vestre. Septē
enim diebus finitur consecratio:
sicut in presētiarum factum est, vt
ritus sacrificii compleretur. Die
ac nocte manebitis in tabernaculo
obseruantes custodias domini, ne
moriamini: sic enim mihi precep-
tum est. Feceruntq; Aaron et filii
eius cuncta que locutus est domi-
nus per manum Moysi.

A CAPVT. IX.

Facto autē octauo die, voca-
uit Moyses Aarō et filios e-
ius, ac maiores natu Israel,
Ex.29.a dixitq; ad Aarō, Tolle de armēto
vitulum pro peccato, et arietem in
holocaustum, vtrumq; immacula-
tum, et offer illos coram domino.
Et ad filios Israel loqueris, Tol
lite hircum pro peccato, et vitulū
atq; agnum āniculum, et sine ma-
cula in holocaustum, bouem et a-
rietem pro pacificis: et immolate
eos corā domino in sacrificio sin-
gulorum, similā conspersam oleo
offerētes. hodie enim dominus ap-
parebit vobis. Tulerūt ergo cun-
cta, que iusserat Moyses ad ostiū
tabernaculi: vbi cum omnis mul-
titudo astaret, ait Moyses, Iste
est sermo quem precepit dominus:
facite, et apparebit vobis gloria
eius. Et dixit ad Aaron, Accede B
ad altare, et immola pro peccato
tuo. offer holocaustum, et depre-
care pro te et pro populo. Cumq;
mactaueris hostiam populi, ora
pro eo, sicut precepit domin⁹. Sta-
timq; Aaron accedens ad altare,
immolauit vitulum pro peccato
suo: cuius sanguinem obtulerūt
ei filii sui. In quo tingens digitū,
tetigit cornua altaris, et fudit re-
siduum ad basim eius. Adipemq;
et renunculos, ac reticulum iecoc-
ris, que sunt pro peccato, adole-
uit super altare, sicut preceperat
dn̄s Moysi. Carnes vero et pellē
eius, extra castra combussit igni.
Immolauit et holocausti victimā:
obtuleruntq; ei filii sui sanguinē
eius, quem fudit per altaris cir-
cumitum. Ipsam etiam hostiam C
in frusta concisam, cum capite et
membris singulis obtulerunt: q̄
omnia sup altare cremauit igni,
lotis aqua prius intestinis et pe-
dibus. Et pro peccato populi of-
ferens, mactauit hircū: expiatoq;
altari, fecit holocaustum, addens
in sacrificio libamenta, que pari-
ter offeruntur, et adolens ea sup
altare, absq; ceremoniis holocau-
sti matutini. Immolauit et bouē
atq; arietem hostias pacificas po-
puli: obtuleruntq; ei filii sui san-
guinem, quem fudit super altare
in circumitum. Adipem autē bo-
uis, et caudam arietis, renuncu- D
losq; cum adipibus suis, et reticu-
lum iecoris posuerunt super pe-
ctora. Cūq; cremati essent adipes
super

super altare, pectora eorum et armos dextros separauit Aarō, eleuās corā dn̄o, sicut p̄ceperat Moyses. Et extendens manū ad populum, benedixit ei. Sicque completis hostiis p peccato, et holocaustis, et pacificis, descēdit. Ingressi aūt Moyses et Aaron in tabernaculū
2 mac. 2 c testimonii, et deinceps egressi, benedixerūt populo. Apparuitque gloria dn̄i omni multitudini: et ecce egressus ignis a domino, deuorauit holocaustū, et adipes qui erāt super altare. Quod cum vidissent turbe, laudauerunt dn̄m, ruentes in facies suas.

CAPVT. X.

A
Nū̃e. 3. a
26. g
1 pa 24 a
Arreptisque Nadab, et Abiu filii Aaron thuribulis, im posuerūt ignē, et incensum desuper offerentes coram domino ignē alienū, quod eis preceptū nō erat. Egressusque ignis a dn̄o, deuorauit eos, et mortui sunt corā domino. Dixitque Moyses ad Aaron, Hoc est quod locut⁹ est dominus, Sanctificabor in his q̄ appropinquant mihi, et in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audiens, tacuit Aaron. Uocatis autē Moyses Misahele, et Elisaphan filiis Oziel, patrui Aaron, ait ad eos, Ite, et tollite fratres vestros de cōspectu sanctuarii, et asportate extra castra. Confestimque pergentes, tulerūt eos sicut iacebāt, vestitos lineis tunicis, et eiecerūt foras,
B vt sibi fuerat imperatū. Locutusque est Moyses ad Aarō, et ad Eleazar, et Ithamar filios eius, Capita vestra nolite nudare, et vestimenta nolite scindere, ne forte moriamini, et super oēm cetū oriatur indignatio. Fratres vestri, et omnis domus Israel plangāt incendiū, quod dominus suscitauit: vos aūt nō egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis. oleū quippe sancte vnctionis est super vos. Qui fecerūt omnia iuxta preceptum Moysi. Dixitque dominus ad Aaron, Uinum et omne quod inebriare potest non bibetis tu et filii tui, quādo intrabitis in tabernaculū testimonii, ne moriamini: quia preceptum sempiternū est in generationes vestras, et vt habeatis scientiā discernendi inter sanctum et prophanum, inter pollutum et mundum: doceatisque filios Israel omnia legitima mea que locutus sum ad eos p manū Moysi. Locutusque est Moyses ad Aaron, et ad Eleazar, et Ithamar filios eius, qui erant residui, Tollite sacrificiū quod remansit de oblatione domini, et comedite illud absque fermento iuxta altare, quia sanctum sanctorū est. Comedetis autem in loco sancto, quod datum est tibi et filiis tuis de oblationibus domini, sicut preceptum est mihi. Pectusculū quoque quod oblatum est, et armū qui separatus est, edetis in loco mundissimo tu et filii tui, et filie tue tecum. Tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostiis salutarib⁹ filiorū Israel: eo q̄ armum et pectus, et adipes qui cremantur in altari, eleuauerunt coram domino, et pertineant ad te, et ad filios tuos lege perpetua, sicut precepit dn̄s. Inter hec hircum, qui oblat⁹ fuerat pro C
peccato cū quereret Moyses, exustum reperit: iratusque cōtra Eleazar et Ithamar filios Aaron qui remanserant, ait, Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, que sancta sanctorum est, et data vobis, vt portetis iniquitatem multitudinis, et rogetis pro ea in conspectu dn̄i, presertim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta, et comedere debueratis eam in sanctuario, sicut preceptum est mihi? Respondit Aaron, Oblata est hodie victima pro pec- D 2 mac. 2 c

cato et holocaustum coram domi-
no, mihi autē accidit quod vides.
quomodo potui comedere eam,
aut placere domino in ceremoniis
mente lugubri? Quod cum audis-
set Moyses, recepit satisfactionē.

CAPVT. XI.

A LOcutusq; est dñs ad Moy-
sen et Aaron, dicens, Dicite
filiis Israel, Custodite om-
Deu.14 a nia que scripsi vobis, vt sim deus
vester. Hec sunt animalia que cō-
edere debetis de cunctis animanti
bus terre. Omne quod habet di-
uisam vngulam et ruminat in pe-
coribus comedetis. Quicquid aūt
ruminat et habet vngulā, sed non
diuidit eā, sicut camelus & cetera,
non comedetis illud, et inter im-
munda reputabitis. Chirogrillus
qui ruminat, vngulamq; non diui
2 ma.6 d dit, immundus est. Lepus quoq;,
nam & ipse ruminat, sed vngulam
non diuidit: et sus qui cum vngu-
lam diuidat, non ruminat: horum
carnibꝰ non vescemini, nec cada-
uera contingetis, quia immunda
sunt vobis. Hec etiā sūt q̄ gignūt
in aquis, et vesci licitū est. Omne
B quod habet pinnulas & squamas,
tam in mari q̄ in fluminibꝰ & stag
nis, comedetis. Quicquid aūt pin
nulas et squamas non habet eorū
que in aquis mouentur & viuunt,
abominabile vobis execrandumq;
erit: carnes eorum nō comedetis,
et morticina vitabitis. Cūcta que
non habent pinnulas et squamas
in aquis, polluta erunt. Hec sunt
que de auibus comedere non debe
tis, et vitanda sunt vobis, Aqui-
lam, et gryphem, et halieetum, et
C miluum ac vulturem iuxta genus
suum, et omne coruini generis in
similitudinē suam, struthionem, &
noctuam, et larum, et accipitrem
iuxta genus suum, bubonem, et
mergulum, et ibin, et cygnum, et
onocrotalum, et porphyrionem,
herodionem, et charadrion iuxta
genus suum, vpupam quoq; et
vespertilionem. Omne de volucri-
bus quod graditur super quatuor
pedes, abominabile erit vobis.
Quicquid autem ambulat quidē D
super quatuor pedes, sed habet
longiora retro crura, per que salit
super terram, comedere debetis,
vt est bruchus in genere suo, et at-
tacus atq; ophiomachus, ac locu-
sta, singula iuxta genꝰ suū. Quic-
quid autem ex volucribus qua-
tuor tantum habet pedes, execra-
bile erit vobis: et quicunq; morti-
cina eorum tetigerit, polluetur, et
erit immundꝰ vsq; ad vesperum:
et si necesse fuerit vt portet quip-
piam horum mortuum, lauabit ve
stimenta sua, & immundꝰ erit vsq;
ad occasum solis. Omne animal
quod habet quidem vngulam, sed
non diuidit eam, nec ruminat, im-
mundum erit: et quicquid tetige-
rit illud, contaminabitur. Quod
ambulat super manus ex cunctis
animantibus, que incedunt qua-
drupedia, immundū erit: qui teti-
gerit morticina eorū, polluet̄ vsq;
ad vesperum. Et qui portauerit
huiuscemodi cadauera, lauabit
vestimenta sua, & immundus erit
vsq; ad vesperū, quia oīa hec im-
munda sunt vobis. Hec quoq; in- E
ter polluta reputabuntur de his
que mouentur in terra, mustela et
mus et crocodilus, singula iuxta
genus suū, migale, et chameleon,
et stellio, et lacerta, & talpa, omnia
hec immunda sunt. Qui tetigerit
morticina eorum, immundus erit
vsq; ad vesperum: et super quod
ceciderit quicquam de morticinis
eorum, polluetur tam vas ligneū
et vestimentum, q̄ pelles & cilicia:
et in quocunq; fit opus, tingentur
aqua, et polluta erunt vsq; ad ve-
sperum, & sic postea mundabūtur.
Vas autem fictile in quod horum
quic-

quicquam intro ceciderit, polluetur, et idcirco frangendum est.
F Omnis cibus quem comedetis, si fusa fuerit sup eum aqua, immundus erit: et omne liquens quod bibitur de vniuerso vase, immundũ erit. Et quicquid de morticinis huiuscemodi ceciderit super illud, immundum erit, siue clibani, siue chytropodes destruentur, et immundi erũt. Fontes vero ꝛ cisterne, et omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur. Si ceciderit super sementẽ, non polluet eam. Si autem quispiam aqua sementem perfuderit, ꝛ postea morticinis tacta fuerit, illico polluetur. Si mortuum fuerit animal, quod licet vobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit vsq; ad vesperum. et qui comederit ex eo quippiam siue portauerit: lauabit vestimenta sua, et immundus erit vsq; ad vesperum. Omne quod reptat super terram, abominabile erit, nec assume-
G tur in cibum. Quicquid super pectus quadrupes graditur, et multos habet pedes, siue per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile est. Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quicquam eorum, ne immundi sitis. Ego sum dominus deus vester. Sancti estote, quia ego san-
1 pet. 1. c ctus sum. Ne polluatis animas vestras in omni reptili, quod mouetur super terram. Ego enim sum dominus, qui eduxi vos de terra Egypti, vt essem vobis in deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum. Ista est lex animantium ac volucrum, et omnis anime viuẽtis, que mouetur in aqua, et reptat in terra, vt differentias noueritis mundi et immundi, et sciatis quid comedere et respuere debeatis.

CAPVT. XII.

Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere filiis Israel, ꝛ dices ad eos. A
Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus iuxta dies separationis menstrue, ꝛ die octauo circuncidetur infantulus, ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis sue. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium, donec impleantur dies purificationis sue. Luc. 2. e ioan. 7. c Luc. 2. d B
Sin autem feminã pepererit, immunda erit duabus hebdomadib⁹ iuxta ritum fluxus menstrui, et sexagintasex diebus manebit in sanguine purificationis sue. Cumq; expleti fuerint dies purificationis sue pro filio siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustũ, et pullum columbe siue turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonii, et tradet sacerdoti, q̃ offeret illa coram domino, ꝛ rogabit pro ea, et sic mundabitur a profluuio sanguinis sui. Ista est lex pariẽtis masculum aut feminam. Luc. 2. d C
Qđ si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbarũ, vnum in holocaustum, et alterum pro peccato, orabitq; pro ea sacerdos, et sic mundabitur. D

CAPVT. XIII.

Locutusq; est dñs ad Moysen et Aaron, dicens, Homo in cuius cute et carne ortus fuerit diuersus color siue pustula, aut quasi lucens quippiam, id est plaga lepre, adducetur ad Aaron sacerdotem vel ad vnum quemlibet filiorum eius. Qui cum viderit lepram in cute et pilos in album mutatos colorem, ipsamq; speciem lepre humiliorem cute et carne reliqua, plaga lepre est, et ad arabitrum eius separabitur. A

Sin autē lucens candor fuerit in
cute, nec humilior carne reliqua,
et pili coloris pristini, recludet eū
sacerdos septem diebus, et consi-
derabit die septimo. et si quidem
lepra vltra non creuerit, nec tran-
sierit i cute priores terminos, rur-
sum recludet eum septem diebus
aliis, et die septimo contempla-
B bitur. si obscurior fuerit lepra, et
non creuerit in cute, mundabit eā:
quia scabies est: lauabitq; homo
vestimenta sua, et mundus erit.
Quod si postquam a sacerdote vi-
sus est et redditus munditie, iterū
lepra creuerit: adducetur ad eum,
et immūditie cōdemnabitur. Pla-
ga lepre si fuerit in homine, addu-
cetur ad sacerdotem, ⁊ videbit eū.
Cumq; color albus in cute fuerit,
et capillorum mutauerit aspectū,
ipsa quoq; caro viua apparuerit:
lepra vetustissima iudicabitur at-
q; inolita cuti. Cōtaminabit itaq;
eum sacerdos, et non recludet, ꝗa
perspicue immunditie est. Sinau-
tem effloruerit discurrēs lepra in
cute, et operuerit omnē carnem a
capite vsq; ad pedes, quicquid sub
aspectu oculorum cadit, conside-
rabit eum sacerdos, ⁊ teneri lepra
mundissima iudicabit: eo ꝙ om-
nis in candorem versa sit, et idcir-
C co homo mundus erit. Quando
vero caro viuens in eo apparue-
rit, tunc sacerdotis iudicio pollue-
tur, et inter immundos reputabi-
tur. Caro enim viua si lepra as-
pergitur, immūda est. Qd̄ si rur-
sum versa fuerit in alborem, ⁊ to-
tum hominem operuerit, conside-
rabit eum sacerdos, et mundum
esse decernet. Caro autem et cutis
in qua vlcus natum est et sanatū,
et in loco vlceris cicatrix alba ap-
paruerit siue subrufa, adducetur
homo ad sacerdotem: qui cum vi-
derit locū lepre humiliorē carne re-
liqua, et pilos versos in candorē,
contaminabit eum. Plaga enim
lepre orta est in vlcere. Qd̄ si pi-
lus, coloris est pristini, et cicatrix
subobscura, et vicina carne nō est
humilior, recludet eum septem die-
bus. Et si quidē creuerit, adiudi-
cabit eū lepre. Sinautem steterit
in loco suo, vlceris est cicatrix, et
homo mundus erit. Caro autē et D
cutis quam ignis exusserit, et sa-
nata albā siue rufam habuerit ci-
catricem, considerabit eam sacer-
dos, et ecce versa est in alborem,
et locus eiꝰ reliqua cute est humi-
lior: contaminabit eū, quia plaga
lepre in cicatrice orta est. Qd̄ si pi-
lorū color nō fuerit immutatꝰ, nec
humilior plaga carne reliqua, et
ipsa lepre species fuerit subobscu-
ra: recludet eum septem diebus, et
die septimo contēplabitur. si cre-
uerit in cute lepra, contaminabit
eū. Sinautem in loco suo candor
steterit nō satis clarus, plaga cō-
bustionis est, et idcirco mundabi-
tur, quia cicatrix est combusture.
Vir siue mulier, in cuiꝰ capite vel
barba germinauerit lepra, videbit
eos sacerdos. Et si quidē humilior
fuerit locꝰ carne reliqua, et capillꝰ
flauus solitoq; subtilior, cōtami-
nabit eos, ꝗa lepra capitis ac bar- E
be est. Sinautē viderit locū ma-
cule equalē vicine carni, et capillū
nigrū: recludet eos septem diebꝰ,
et die septimo intuebitur. Si non
creuerit macula, et capillꝰ sui co-
loris est, et locus plage carni reli-
que equalis: radetur homo absq;
loco macule, et includetur septem
diebus aliis. Si die septimo visa
fuerit stetisse plaga i loco suo, nec
humilior carne reliqua, mundabit
eum, lotisq; vestibus suis mūdus
erit. Sinautem post emundatio-
nem rursus creuerit macula in cu-
te, non queret amplius vtrum ca-
pillꝰ in flauum colorem sit cōmu-
tatus, quia aperte immundus est.
Porro

Porro si steterit macula, et capilli nigri fuerint, nouerit hominē sanatum esse, et confidenter eū pronuntiet mundum. Uir siue mulier in cuius cute candor apparuerit,
F intuebitur eos sacerdos. Si deprehenderit subobscurum alborē lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi, et hominem mundum. Uir de cuius capite capilli fluunt, caluus et mundus est. Et si a fronte ceciderint pili, recaluaster et mund⁹ est. Sin autē in caluitio siue in recaluatione albus vel rufus color fuerit exortus, et hoc sacerdos viderit, condemnabit eum haud dubie lepre, que orta est i caluitio. Quicunqꝫ ergo maculatus fuerit lepra, et separatus est ad arbitrium sacerdotis, habebit vestimēta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum ac sordidū se clamabit. Omni tēpore quo leprosus est et immūdus, solus habitabit extra castra. Uestis lanea siue linea, que lepram habuerit in stamine atqꝫ subtegmine, aut certe pellis, vel quicquid ex pelle confectum est, si alba vel rufa macula fuerit, infecta lepra reputabitur,
G ostendeturqꝫ sacerdoti. qui cōsideratam recludet septem diebus: et die septimo rursus aspiciens si deprehenderit creuisse, lepra perseuerans est: pollutum iudicabit vestimentum, ⁊ omne in quo fuerit inuenta, et idcirco comburetur flāmis. Qd si eā viderit nō creuisse, precipiet, et lauabunt id inquo lepra est, recludetqꝫ illud septem diebus aliis. Et cum viderit faciem quidē pristinam non reuersā, nec tamen creuisse lepram, immūdum iudicabit, et igne comburet, eo ꝙ īfusa sit in supficie vestimēti vel per totum lepra. Sin autem obscurior fuerit locus lepre postꝙ vestis est lota, abrūpet eū et a solido diuidet. Qd si vltra apparuerit in his locis, que prius immaculata erant lepra volatilis et vaga: debet igne comburi. Si cessauerit, lauabit aqua ea q̄ pura sunt, secundo, et munda erunt. Ista est lex lepre vestimenti lanei et linei, staminis atqꝫ subtegminis, omisqꝫ supellectilis pellicee, quo modo mūdari debeat vel contaminari.

CAPVT. XIIII.

Locutusqꝫ est dn̄s ad Moysen, dicens, Hic est ritus leprosi quādo mūdandus est. A Matt. 8. a Marc. 1 d Luce. 5. c
Adducetur ad sacerdotem, qui egressus de castris cū inuenerit lepram esse mundatam, precipiet ei qui purificaꝛ, vt offerat duos passeres viuos pro se, quos vesci licitum est, ⁊ lignū cedrinū, vermiculumqꝫ et hyssopū. et vnū ex passeribus īmolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes: aliū autē viuum cum ligno cedrino, ⁊ cocco et hyssopo tinget in sanguine passeris immolati, quo asperget illū qui mūdandus est, septies, vt iure purgetur, et dimittet passerem viuum, vt in agrum auolet. Cūqꝫ lauerit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, et lauabitur aqua: purificatusqꝫ ingredietur castra, ita dumtaxat vt maneat extra tabernaculum suum septē diebus, ⁊ die septimo radat capillos capitis, barbāqꝫ et supercilia, B
ac totius corporis pilos. Et lotis rursum vestib⁹ ⁊ corpore, die octauo assumet duos agnos immaculatos, et ouem anniculā absqꝫ macula, et tres decimas simile in sacrificium, que conspersa sit oleo, et seorsum olei sextarium. Cumqꝫ sacerdos purificās hominem statuerit eum, et hec omnia coram domino in ostio tabernaculi testimonii, tollet agnum ⁊ offeret eum pro delicto, oleiqꝫ sextarium. Et oblatis ante dominum omnibus, unmolabit

immolabit agnū vbi solet immo-
lari hostia pro peccato et holocau-
stum, id est in loco sancto. Sicut
enim pro peccato, ita et pro delicto
ad sacerdotē pertinet hostia: san-
cta sanctorum est. Assumensq; sa-
C cerdos de sanguine hostie, q̃ im-
molata est pro delicto, ponet super
extremum auricule dextre eius qui
mundatur, et super pollices ma-
nus dextre et pedis, et de olei sex-
tario mittet in manum suam sini-
stram, tingetq; digitum dextrum
in eo, et asperget coram domino
septies. Quod autem reliquum est
olei in leua manu, fundet super
extremum auricule dextre eius qui
mundatur, et super pollices man⁹
ac pedis dextri, et super sanguinē
qui effusus est pro delicto, et super
caput eius. Rogabitq; pro eo sa-
cerdos coram domino, & faciet sa-
crificium pro peccato. Tunc im-
molabit holocaustum, et ponet il-
lud in altari cum libamētis suis,
et homo rite mundabitur. Qd' si
pauper est, et non potest manus
ei⁹ inuenire que dicta sunt pro de-
licto, assumet agnum ad oblatio-
nem vt roget pro eo sacerdos, de-
cimamq; partem simile consperse
oleo in sacrificium, et olei sextari-
um, duosq; turtures siue duos pul
los columbe, quorum vnus sit pro
peccato, et alter in holocaustum:
offeretq; ea die octauo purificati-
onis sue sacerdoti ad ostiū taber-
naculi testimonii coram domino.
D Qui suscipiens agnum pro delicto
et sextariū olei, leuabit simul im-
molatoq; agno, de sanguine eius
ponet super extremū auricule de-
xtre illius qui mundatur, et super
pollices manus eius ac pedis de-
xtri. Olei vero partē mittet ī ma-
num suam sinistram, in quo tin-
gens digitum dextre manus asp̃-
get septies coram domino, tāgetq;
extremum dextre auricule illi⁹ qui
mundatur, et pollices man⁹ ac pe-
dis dextri in loco sanguinis qui ef-
fusus est p̄ delicto: reliquā aūt par
tem olei, que est in sinistra manu,
mittet super caput purificati, vt
placet pro eo dominum, et turtu-
rem siue pullum columbe offeret,
vnum pro delicto, et alterū in ho-
locaustum cū libamentis suis. hoc
est sacrificium leprosi, qui habere
non potest omnia in emūdationē E
sui. Locutusq; est dn̄s ad Moysen
et Aaron, dicens, Cumq; ingressi
fueritis terram Chanaan, quam
ego dabo vobis in possessionem, si
fuerit plaga lepre in edibus, ibit
cuius est domus, nuntians sacer-
doti, & dicet, Quasi plaga lepre vi-
detur mihi esse in domo mea. At
ille precipiet vt efferātur vniuersa
de domo priusquā ingrediatur eā,
et videat vtrū leprosa sit, ne im-
munda fiant omnia que in domo
sunt. Intrabitq; postea vt consi-
deret lepram domus: et cum vide-
rit in parietibus illius quasi val-
liculas pallore siue rubore defor-
mes, et humiliores superficie re-
liqua, egredietur ostium domus,
et statim claudet illam septem die-
bus. Reuersusq; die septimo, con-
siderabit eam. Si inuenerit cre- F
uisse lepram, iubebit erui lapides
in quibus lepra est, et proiici eos
extra ciuitatem in locum immun-
dum: domum autem ipsam radi
intrinsecus per circumitū, & spar-
gi puluerem rasure extra vrbē in
locum immundum, lapidesq; alios
reponi pro his qui ablati fuerint,
et luto alio liniri domū. Sin au-
tem postquam eruti sunt lapides,
et puluis elatus, et alia terra lita,
ingressus sacerdos viderit reuer-
sam lepram, et parietes respersos
maculis, lepra est perseuerans, et
immūda dom⁹: quā stati destruēt,
et lapides ei⁹ ac ligna, atq; vniuer-
sum puluerē p̄iicient extra oppidū
in locum

in locum immundum. Qui intrauerit domū quando clausa est, immundus erit vsqꝫ ad vesperum: et qui dormierit in ea, et comederit quippiam, lauabit vestimēta sua.
G Qđ si introiens sacerdos viderit lepram non creuisse in domo, postquam denuo lita fuerit, purificabit eam reddita sanitate: et in purificatione ei⁹ sumet duos passeres, lignumqꝫ cedrinum, et vermiculum atqꝫ hyssopum: et immolato vno passere in vase fictili super aquas viuas, tollet lignum cedrinum, et hyssopum et coccū ⁊ passerem viuū, et tinget omnia in sanguine passeris immolati, atqꝫ in aquis viuētibus: ⁊ asperget domū septies, purificabitqꝫ eam tam in sanguine passeris, quam in aquis viuentibus, et in passere viuo lignoqꝫ cedrino et hyssopo atqꝫ vermiculo. Cumqꝫ dimiserit passerē auolare in agrū libere, orabit pro domo, et iure mundabitur. Ista est lex omnis lepre et percussure, lepre vestium et domorum, cicatricis et erumpentium papularum, lucētis macule et in varias species coloribus immutatis, vt possit sciri quo tempore mundum quid, vel immundum sit.

CAPVT. XV.

A LOcutusqꝫ est dñs ad Moysen et Aaron, dicēs, Loquimini filiis Israel, et dicite eis, Vir qui patit̃ fluxū seminis, immundus erit. Et tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cum p singula momenta adheserit carni eius, atqꝫ cōcreuerit fedus humor. Omne stratum in quo dormierit, immūdum erit, et vbicūqꝫ sederit. Si quis hominum tetigerit lectū eius, lauabit vestimenta sua, et ipse lotus aqua, immundus erit vsqꝫ ad vesperum. Si sederit vbi ille sederat, et ipse lauabit vestimenta sua, et lotus aqua immundus erit vsqꝫ ad vesperū. Qui tetigerit carnem eius, lauabit vestimenta sua, et ipse lotus aqua, immundus erit vsqꝫ ad vesperū. Si saliuā huiuscemodi homo iecerit super eum qui mund⁹ est, lauabit vestimenta sua, et lotus aqua immūdus erit vsqꝫ ad vesperū. Sagma super quod sederit, immundū erit: et quicquid sub eo fuerit qui fluxum seminis patitur, pollutum erit vsqꝫ ad vesperum. Qui portauerit horum aliquid, lauabit ves- B timenta sua, et ipse lotus aqua, immūdus erit vsqꝫ ad vesperum, Omnis quē tetigerit qui talis est, non lotis ante manibus, lauabit vestimenta sua: et lotus aqua, immūdus erit vsqꝫ ad vesperū. Vas fictile quod tetigerit, cōfringetur: vas autem ligneum lauabitur aqua. Si sanatus fuerit qui huiuscemodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emūdationem sui, et lotis vestibus et toto corpore in aquis viuentibus, erit mundus. Die autē octauo sumet duos turtures, aut duos pullos columbe, et veniet in cōspectu domini ad ostium tabernaculi testimonii, dabitqꝫ eos sacerdoti. qui faciet vnum pro peccato, et alterū in holocaustum, rogabitqꝫ pro eo coram domino, vt emundetur a fluxu seminis sui. Vir de quo egreditur semen coitus, lauabit aqua C omne corpus suum, et immundus erit vsqꝫ ad vesperum. Vestem et pellem quam habuerit, lauabit aqua, et immunda erit vsqꝫ ad vesperum. Mulier cum qua coierit, lauabitur aqua, et immunda erit vsqꝫ ad vesperum. Mulier que redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septē diebus separabitur. Omnis qui tetigerit eam, immūdus erit vsqꝫ ad vesperum: et locus in quo dormierit, vel sederit dieb⁹ separationis sue, polluetur.

Qui

Qui tetigerit lectum suum, lauabit vestimenta sua, et ipse lotus aqua immundus erit vsq; ad vesperũ. Omne vas super quod illa sederit, quisquis attigerit, lauabit vestimenta sua: et ipse lotus aqua, pollutus erit vsq; ad vesperum. Si coierit cum ea vir tempore sanguinis menstrualis, immũdus erit septem diebus: et omne stratum in quo dormierit, polluetur. Mulier q̃ patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tẽpore menstruali, vel que post mẽstruum sanguinem fluere non cessat, quamdiu subiacet huic passioni, immunda erit quasi sit in tẽpore menstruo. Omne stratum in quo dormierit, et vas in quo sederit, pollutum erit. Quicunq; tetigerit eam, lauabit vestimẽta sua: et ipse lotus aqua, immũdus erit vsq; ad vesperum. Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septẽ dies purificationis sue, & die octauo offeret pro se sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarum ad ostiũ tabernaculi testimonii: qui vnũ faciet pro peccato, et alterum in holocaustum, rogabitq; pro ea corã dño, et pro fluxu immũditie eius. Docebitis ergo filios Israel, vt caueant immunditias, et nõ moriãtur in sordibus suis, cum polluerint tabernaculum meũ, quod est inter vos. Ista est lex eius qui patitur fluxũ seminis, et qui polluitur coitu, et que menstruis temporib⁹ separat, vel que iugi fluit sanguine, et hominis qui dormierit cum ea.

D

CAPVT. XVI.

A

Locutusq; est dñs ad Moysẽ post mortem duorum filiorũ Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti sunt: et precepit ei, dicẽs, Loquere ad Aaron fratrẽ tuum ne omni tempore ingrediatur sanctuarium quod est intra velum coram propitiatorio, quo tegitur arca, vt nõ moriatur: quia in nube apparebo super oraculum, nisi hec ante fecerit. Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocaustum. Tunica linea vestietur, feminalibus lineis verenda celabit. Accingetur zona linea, cidarim lineã imponet capiti. Hec enim vestimenta sunt sancta, quibus cunctis, cum lotus fuerit, induetur. Suscipietq; ab vniuersa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, et vnum arietem in holocaustum. Cumq; obtulerit vitulum, et orauit pro se et pro domo sua, duos hircos stare faciet coram dño in ostio tabernaculi testimonii: mittensq; super vtrumq; sortem, vnam domino, et alteram capro emissario: cuius exierit sors domino, offeret illum pro peccato: cuius aũt in caprum emissarium, statuet eum viuũ coram domino, vt fundat preces super eũ, & emittat eum in solitudinẽ. His rite celebratis, offeret vitulum, et rogãs pro se & pro domo sua, immolabit eum. Assumptoq; thuribulo quod de prunis altaris impleuerit, et hauriens manu compositum thymiama in incensum, vltra velum intrabit in sancta, vt positis super ignem aromatib⁹, nebula eorum et vapor operiat oraculũ quod est supra testimonium, & non moriat. Tollet quoq; de sanguine vituli, et asperget digito septies contra propitiatoriũ ad orientẽ. Cumq; mactauerit hircũ pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velum, sicut preceptum est de sanguine vituli, vt aspergat e regione oraculi, & expiet sanctuariũ ab immunditiis filiorũ Israel, et a preuaricationib⁹ eorũ, cunctisq; peccatis. Iuxta hunc ritum faciet in tabernaculo testimonii, quod fixũ est inter eos in medio sordiũ habitationis

B

Heb.6.
et.10.

C

tationis eorũ. Nullus hominum
Luc. 1. a sit in tabernaculo quando ponti-
fex sanctuarium ingreditur, vt ro-
get pro se et pro domo sua, et pro
vniuerso cetu Israel, donec egre-
diatur tabernaculum. Cum autẽ
exierit ad altare quod coram do-
mino est, oret pro se, et sumptum
sanguinẽ vituli atq; hirci fundat
super cornua eiꝰ per gyrum, asper-
gẽsq; digito septies, expiet, et san-
ctificet illud ab immunditiis filio-
rum Israel. Postquam emunda-
uerit sanctuariũ et tabernaculum
et altare, tunc offerat hircũ viuen-
tem, et posita vtraq; manu super
E caput eius, confiteatur omnes in-
iquitates filiorum Israel, et vni-
uersa delicta atq; peccata eorum,
que imprecãs capiti eius, emittet
illum per hominem paratum, in
desertum. Cumq; portauerit hir-
cus omnes iniquitates eorum in
terram solitariam, & dimissus fue-
rit in deserto, reuertetur Aaron in
tabernaculum testimonii, et depo-
sitis vestibꝰ quibꝰ prius indutus
erat, cum intraret sanctuariũ, re-
lictisq; ibi, lauabit carnem suam in
loco sancto, induetur q; vestibꝰ su-
is. Et postquã egressus obtulerit
holocaustum suum ac plebis, ro-
gabit tam pro se q̃ pro populo: et
adipem qui oblatus est pro pecca-
tis, adolebit super altare. Ille ve-
F ro qui dimiserit caprum emissari-
um, lauabit vestimẽta sua et cor-
pus aqua, et sic ingredietur in ca-
stra. Vitulum autẽ et hircum qui
pro peccato fuerant immolati, et
quorũ sanguis illatus est in san-
ctuarium vt expiatio cõpleretur,
asportabunt foras castra, et com-
burent igni, tam pelles, q̃ carnes
eorum ac fimum: et quicumq; cõ-
busserit ea, lauabit vestimẽta sua
et carnem aqua, & sic ingredietur ca-
stra. Eritq; vobis hoc legitimum
sempiternũ. Mense autẽ septimo
decima die mensis affligetis aĩas
vestras, nullũq; opus facietis, si-
ue indigena siue aduena qui pe-
regrinatur inter vos. In hac die ex- G
piatio erit vestri atq; mũdatio, ab infra 23 e
omnibus peccatis vestris coram
domino mundabimini. sabbatũ e-
nim requietionis est, et affligetis
animas vestras religione ꝑpetua.
Expiabit autem sacerdos qui vn-
ctus fuerit, et cuiꝰ manus initiate
sunt vt sacerdotio fungatur pro
patre suo: induetur q; stola linea
et vestibꝰ sanctis, et expiabit san-
ctuariũ et tabernaculũ testimonii
atq; altare, sacerdotes quoq; et v-
niuersum populum. Eritq; vobis
hoc legitimum sempiternũ, vt o-
retis pro filiis Israel, & pro cũctis
peccatis eorum semel in anno. Fe-
cit igit sicut p̃ceperat dñs Moysi.

CAPVT. XVII.

F Et locutus est dominus ad A
Moysen, dicens, Loquere
Aaron et filiis eius et cũctis
filiis Israel, dicens ad eos, Iste
est sermo quẽ mãdauit dominus,
dicens, Homo quilibet de domo
Israel, si occiderit bouẽ aut ouẽ,
siue capram in castris vel extra ca-
stra, & non obtulerit ad ostium ta-
bernaculi oblationẽ domino, san-
guinis reus erit: quasi si sanguinẽ
fuderit, sic peribit de medio populi
sui. Ideo sacerdoti offerre debẽt
filii Israel hostias suas quas occi-
dunt in agro, vt sanctificentur do-
mino ante ostium tabernaculi te-
stimonii, et immolent eas hostias
pacificas domino. Fundetq; sa- B
cerdos sanguinẽ super altare do-
mini ad ostiũ tabernaculi testimo-
nii, et adolebit adipẽ in odorẽ sua-
uitatis dño, et nequaq̃ vltra im-
molabũt hostias suas demonibꝰ,
cũ quibꝰ fornicati sũt. Legitimum
sempiternũ erit illis et posteris e-
orũ. Et ad ipsos dices, Homo de
filiis Israel, et de aduenis q̃ pere-

grinantur apud vos, qui obtule-
rit holocaustũ siue victimam, & ad
ostium tabernaculi testimonii nõ
C adduxerit eam, vt offerat dño, in-
teribit de populo suo. Homo qui-
libet de domo Israel, et de adue-
nis qui peregrinantur inter vos,
si comederit sanguinem, obfirma-
bo faciem meam contra animam
illius, et disperdam eam de popu-
lo suo, quia anima carnis in san-
guine est: & ego dedi illũ vobis, vt
super altare meũ expietis pro ani-
mabus vestris, et sanguis pro a-
nime piaculo sit. Idcirco dixi fi-
liis Israel, Omnis anima ex vo-
bis non comedet sanguinem, nec
ex aduenis qui peregrinant apud
vos. Homo quicũq; de filiis Is-
rael et de aduenis qui peregrinan-
tur apud vos, si venatione atq; au-
cupio ceperit ferã vel auem, qui-
bus vesci licitum est, fundat san-
guinem eius, et operiat illum ter-
D ra. Anima enim omnis carnis in
sanguine est. Unde dixi filiis Is-
rael, Sanguinem vniuerse carnis
nõ comedetis, quia anima carnis
in sanguine est: et quicunq; come-
derit illum, interibit. Anima que
comederit morticinũ, vel captum
a bestia, tam de indigenis, q̃ de
aduenis, lauabit vestimenta sua
et semetipsum aqua, et contami-
natus erit vsq; ad vesperũ, et hoc
ordine mundus fiet. Qđ si non la-
uerit vestimenta sua vel corpus,
portabit iniquitatem suam.

CAPVT. XVIII.

A Locutus est dñs ad Moy-
sen, dicẽs, Loquere filiis Is-
rael, et dices ad eos, Ego
sum dñs deus vester: iuxta cõsue-
tudinẽ terre Egypti in qua habi-
tastis, nõ facietis: et iuxta morem
regionis Chanaan, ad quã ego in-
troducturus sum vos, non agetis,
Ro. 10.a nec in legitimis eorum ambulabi-
tis. Facietis iudicia mea, & precepta
mea seruabitis, et ambulabitis in Eze.20.b
eis. Ego dñs deus vester. Custo- Gala.3.b
dite leges meas atq; iudicia, que
faciens homo, viuet in eis. Ego
dominus deus vester. Omnis ho-
mo ad proximã sanguinis sui non
accedet, vt reuelet turpitudinem
eius. Ego dominus. Turpitudi-
nem patris tui, et turpitudinem
matris tue non discooperies. Ma-
ter tua est, non reuelabis turpitu-
dinem eius. Turpitudinem vxo-
ris patris tui non discooperies.
turpitudo enĩ patris tui est. Tur- B
pitudinẽ sororis tue ex patre siue
ex matre que domi, vel foris geni-
ta est, non reuelabis. Turpitudi-
nem filie filii tui vel neptis ex filia
nõ reuelabis: quia turpitudo tua
est. Turpitudinẽ filie vxoris pa-
tris tui, quã peperit patri tuo, et
est soror tua, non reuelabis. Tur-
pitudinem sororis patris tui, non
discooperies: quia caro est patris
tui. Turpitudinem sororis ma-
tris tue nõ reuelabis: eo q caro sit
matris tue. Turpitudinem pa-
trui tui non reuelabis, nec accedes
ad vxorem eius que tibi affinitate
coniungitur. Turpitudinem nu-
rus tue non reuelabis, quia vxor
filii tui est: nec discooperies igno-
miniam eius. Et vxorem fratris C
sui nullus accipiat. Turpitudinẽ
vxoris fratris tui non reuelabis: 1.Pe
q̃a turpitudo fratris tui est. Tur-
pitudinem vxoris tue et filie eius
non reuelabis. Filiam filii eius,
et filiam filie illius non sumes, vt
reueles ignominiam eius: quia ca
ro illius sunt, et talis coitus ince-
stus est. Sororẽ vxoris tue in pel-
licatũ illius non accipies, nec re-
uelabis turpitudinem eius adhuc
illa viuente. Ad mulierẽ que pati-
tur menstrua non accedes, nec re-
uelabis feditatem eius. Cũ vxore
proximi tui nõ coibis, nec seminis
commistione maculaberis. De se- 3.re.18
mine

mine tuo non dabis vt cõsecretur
idolo Moloch, nec pollues nomẽ
dei tui. Ego dominus. Cum ma-
sculo non cõmiscearis coitu femi-
neo, quia abominatio est. Cum
D omni pecore non coibis, nec macu-
laberis cum eo. Mulier non suc-
cumbet iumẽto, nec miscebitur ei:
quia scelus est. Nec polluamini in
omnibus his quibus contamina-
te sunt vniuerse gentes, quas ego
eiiciam ante conspectum vestrum,
et quibus polluta est terra: cuius
ego scelera visitabo, vt euomat
habitatores suos. Custodite legi-
tima mea atq; iudicia, et nõ facia-
tis ex omnibus abominationibus
istis, tam indigena q̃ colonus, qui
peregrinatur apud vos. Omnes
enim execrationes istas fecerunt
accole terre, q̃ fuerũt ante vos, et
polluerunt eã. Cauete ergo ne et
vos similiter euomat, cũ paria fe-
ceritis, sicut euomuit gentẽ q̃ fuit
ante vos. Ois anima q̃ fecerit de
abominationib⁹ his quippiã, pe-
ribit de medio populi sui. Custodi-
te mãdata mea. Nolite facere que
fecerũt hi qui fuerũt añ vos, et ne
polluamini in eis. ego dñs de⁹ vr̃.

CAPVT. XIX.

A LOcut⁹ est domin⁹ ad Moy-
sen, dicẽs, Loquere ad oẽm
cetum filiorũ Israel, & dices
ad eos, Sctí estote, q͞a ego sanctus
1.Pet.1 c sum dñs deus vester. Vnusquisq;
patrẽ suũ & matrẽ suã timeat. Sab
bata mea custodite. ego dñs deus
vester. Nolite cõuerti ad idola, nec
deos cõflatiles faciatis vobis. ego
dñs de⁹ vester. Si immolaueritis
hostiam pacificorũ dño vt sit pla-
cabilis, eo die quo fuerit imolata,
B comedetis eã, et die altero: quic-
quid autẽ residuũ fuerit in diem
tertium, igne cõburetis. Si quis
post biduum comederit ex ea, pro-
phan⁹ erit & impietatis reus: por-
tabitq; iniquitatẽ suã, quia sanctũ
domini polluit, et peribit anima
illa de medio populi sui. Cumq; infr.23d
messueris segetes terre tue, nõ to-
debis vsq; ad solum superficiẽ ter-
re: nec remanẽtes spicas colliges.
Neq; in vinea tua racemos & gra-
na decidẽtia cõgregabis, sed pau-
peribus et peregrinis carpẽda di-
mittes. ego dominus deus vester.
Non facietis furtũ. Nõ mẽtiemi- C
ni, nec decipiet vnusquisq; proximũ Exo.20b
suum. Non periurabis in nomine Deut.5 b
meo, nec pollues nomen dei tui: matt.5.c
ego dominus. Non facies calum- Ecc.10.a
niam proximo tuo, nec vi oppri-
mes eum. Non morabitur opus De.24.c
mercenarii tui apud te vsq; mane. Tob.4.
Non maledices surdo, nec coram
ceco pones offendiculũ: sed time-
bis dominũ deum tuum, quia ego
sum dominus. Non facies quod
iniquum est, nec iniusta iudicabis.
Non consideres personam paupe- Deut.1.c
ris, nec honores vultum potentis. et.16.d
Iuste iudica proximo tuo. Non Iaco.2.a
eris criminator, nec susurro i po- pro.24c
pulis. Non stabis contra sangui- D
nem proximi tui. ego dñs. Non Ecc.43a
oderis fratrẽ tuum in corde tuo, 1.io.2.b
sed publice argue eum, ne habeas et.3.c
super illo peccatum. Non queras Ecc.19.b
vltionem, nec memor eris iniurie mat.18 b
ciuium tuorum. Diliges amicum Lu.17.a
tuũ sicut te ipsum. ego dominus. Mat.5.g
Leges meas custodite. Iumenta et.22.d
tua non facies coire cum alterius mar.12 d
generis animantibus. Agrum tuũ rom.13 c
non seres diuerso semine. Veste galat.5 c
que ex duobus texta est, non indu Iaco.2.b
eris. Homo si dormierit cum mu- E
liere coitu seminis, que sit ancilla
etiam nobilis, & tamen pretio non
redempta, nec libertate donãta: va
pulabunt ambo, & non morientur,
quia nõ fuit libera. pro delicto aũt
suo offeret domino ad ostiũ taber-
naculi testimonii arietẽ, orabitq;
pro eo sacerdos et pro delicto eius
coram dño, et repropitiabitur ei,

dimitteturq; peccatum. Quando
ingressi fueritis terram et planta-
ueritis in ea ligna pomifera, aufe
retis preputia eorum. Poma que
germināt, immunda erūt vobis,
nec edetis ex eis. Quarto anno
oīs fructus eorum sanctificabitur
laudabilis domino. Quinto autē
anno comedetis fructus, congre-
gantes poma que proferunt. ego
dominus deus vester. Non come-
F detis carnem cum sanguine, Non
augurabimini, nec obseruabitis
somnia, neq; in rotundum atton-
debitis comā, nec radetis barbā.
Et sup mortuo non incidetis car-
nes vestras, neq; figuras aliquas
aut stigmata facietis vobis. ego
dominus. Ne prostituas filiā tuā,
ne contaminetur terra, et imple-
atur piaculo. Sabbata mea custo
dite, et sanctuarium meū metuite.
ego dominus. Non declinetis ad
magos, nec ab hariolis aliquid sci
scitemini, vt polluamini per eos.
ego dominus deus vester. Coram
cano capite consurge, & honora p-
G sonam senis, & time dominū deum
Exo.22.c tuum. ego sum dominus. Si habi
tauerit aduena in terra vestra, et
moratus fuerit inter vos, non ex-
probretis ei, sed sit inter vos qua-
si indigena, et diligetis eum quasi
vosmetipsos. fuistis enim et vos
aduene in terra Egypti. ego domi
nus deus vester. Nolite facere in-
iquū aliquid in iudicio, in regula,
in pondere, in mensura. Statera
iusta, et equa sint pondera, iustus
modius, equusq; sextarius. ego dñs
deus vester, qui eduxi vos de ter-
ra Egypti. Custodite omnia pre-
cepta mea, et vniuersa iudicia, et
facite ea. ego dominus.

CAPVT. XX.

A LOcutusq; est dñs ad Moy-
sen, dicens, Hec loqueris fi-
liis Israel, Homo de filiis
Israel, & de aduenis qui habitant
in Israel, si quis dederit de semine
suo idolo Moloch, morte moriat, Sup.18.c
populus terre lapidabit eū, et ego
ponam faciem meam cōtra illum,
succidāq; eū de medio populi sui,
eo q dederit de semine suo Mo-
loch, & contaminauerit sanctuariū
meum, ac polluerit nomen sanctū
meum. Qd si negligens populus
terre, & quasi paruipendens impe-
rium meum, dimiserit hominē qui
dederit de semine suo Moloch, nec
voluerit eum occidere, ponam fa-
ciem meam super hominē illum, et
cognationē eius, succidāq; & ipsum,
et oēs qui cōsenserunt ei vt forni-
caretur cū Moloch, de medio po-
puli sui. Anima q declinauerit ad
magos & hariolos, & fornicata fue-
rit cum eis, ponam faciē meā con- 1.Pet.1
tra eam, et interficiā illam de me-
dio populi sui. Sanctificamini, et B
estote sancti, qa & ego sanctus sum
dñs deus vester. Custodite pcepta
mea, et facite ea: ego dñs qui san-
ctifico vos. Qui maledixerit patri Exo.21
suo aut matri, morte moriat. patri prou.20
matriq; qui maledixerit, sanguis mat.15
eius sit sup eū. Si mechatus quis marc.7
fuerit cū vxore alterius, te adulte ioan.8
rium ppetrauerit cū coniuge pro- Deut.22
ximi sui, morte moriantur, et me-
chus et adultera. Qui dormierit
cū nouerca sua, & reuelauerit igno
miniam patris sui, morte moriā-
tur ambo. sanguis eorū sit super
eos. Si quis dormierit cum nuru
sua, vterq; moriatur, quia scelus
operati sunt. sanguis eorū sit sup
eos. Qui dormierit cum masculo
coitu feminio, vterq; operatus est
nefas, morte moriant: sit sanguis
eorum super eos. Qui supra vxo-
rem filiā, duxerit matrē eius, sce-
lus operatus est: viuus ardebit cū
eis, nec permanebit tantum nefas
in medio vestri. Qui cum iumen-
to et pecore coierit, morte moria- C
tur: pecus quoq; occidite. Mulier
que

que succubuerit cuilibet iumento,
simul interficietur cũ eo: sanguis
eorum sit sup eos. Qui acceperit
sororem suã filiam patris sui, vel
filiã matris sue, & viderit turpitu-
dinem eius, illaq; conspexerit fra-
tris ignominiam, nefariam rem
operati sunt, occidentur in conspe-
ctu populi, eo q turpitudinẽ suam
mutuo reuelauerint, et portabunt
iniquitatem suam. Qui coierit cũ
muliere in fluxu menstruo, et reue
lauerit turpitudinem eius, ipsaq;
aperuerit fontẽ sanguinis sui, in-
terficientur ambo de medio populi
sui. Turpitudinem matertere, et
amite tue nõ discooperies. qui hoc
fecerit, ignominiã carnis sue nu-
dauit, portabunt ambo iniquitatẽ
suam. Qui coierit cum vxore pa-
trui vel auunculi sui, et reuelaue-
rit ignominiam cognationis sue,
portabunt ambo peccatum suum:
absq; liberis morient. Qui duxerit
D vxorem fratris sui, rem facit illi-
citam, turpitudinẽ fratris sui re-
uelauit: absq; liberis erit. Custo-
dite leges meas, atq; iudicia, & fa-
cite ea, ne & vos euomat terra quã
intraturi estis & habitaturi. Noli-
te ambulare in legitimis nationũ,
quas ego expulsurus sũ ante vos.
Omnia enim hec fecerunt, et abo-
minatus sum eas. Vobis autem
loquor, Possidete terram eorum,
quam dabo vobis in hereditatem,
terram fluentẽ lacte et melle. Ego
dominus deus vester, qui separa-
ui vos a ceteris populis. Separa-
te ergo et vos iumentum mundũ
ab immundo, & auem mundam ab
immũda, ne polluatis animas ve-
stras in pecore et auibus, et cun-
ctis que mouentur in terra, et que
vobis ostendi esse polluta. Eritis
mihi sancti, quia sanctus sum ego
dominus, et separaui vos a cete-
ris populis, vt essetis mei. Vir
siue mulier, in quibus pythonicus,
vel diuinationis fuerit spiritus, Deu.18b
morte moriãtur, lapidibus obru- I.re.28b
ent eos: sanguis eorũ sit sup illos.

CAPVT. XXI.

DIxit quoq; dñs ad Moy- A
sen, Loquere ad sacerdo-
tes filios Aarõ, et dices ad
eos, Ne cõtaminetur sacerdos in
mortibus ciuium suorum, nisi tan
tum in consanguineis, ac propin-
quis, id est super patrẽ et matrem
et filium et filiam, fratrem quoq;
et sororem virginem, que non est
nupta viro, sed nec in principe po
puli sui contaminabitur. Non ra-
dent caput, nec barbam, neq; in
carnibus suis facient incissuras.
sancti erunt deo suo, & non polluẽt
nomen eius. Incensum enim do-
mini, et panes dei sui offerunt, et
ideo sancti erunt. Scortum, et vi- B
le prostibulum non ducet vxorem,
nec eam que repudiata est a mari-
to, quia consecratus est deo suo,
et panes propositionis offert. Sit
ergo sanctus, quia et ego sanctus
sum dominus, qui sanctifico vos.
Sacerdotis filia deprehensa si fu-
erit in stupro, & violauerit nomen
patris sui, flammis exuretur. Põ-
tifex, id est sacerdos maximus in-
ter fratres suos, super cuius ca-
put fusum est vnctionis oleum, et
cuius manus in sacerdotio conse-
crate sunt, vestitusq; est sanctis
vestibus, caput suum non discoo-
periet, vestimenta non scindet, et
ad omnem mortuum non ingre-
dietur omnino. super patre quo- C
q; suo, et matre non contamina-
bitur, nec egredietur de sanctis,
ne polluat sanctuarium domini,
quia oleum sancte vnctionis dei
sui super eum est. ego dominus.
Virginem ducet vxorem, vidu-
am autem et repudiatam, et sor- Eze.44f
didam, atq; meretricem non ac-
cipiet: sed puellam de populo suo,
ne commisceat stirpem generis sui

vulgo gẽtis sue: quia ego dñs qui
sanctifico eum. Locutusq; est dñs
ad Moysen, dicens, Loquere ad
Aaron, Homo de semine tuo per
familias qui habuerit maculã, nõ
offeret panes deo suo, nec accedet
D ad ministerium eius: si cecus fue-
rit, si claudꝰ, si vel paruo vel grã-
di vel torto naso, si fracto pede, si
manu, si gibbus, si lippus, si albu-
ginem habens in oculo, si iugẽ sca
biem, si impetiginẽ in corpore, vel
herniosus. omnis q̃ habuerit ma-
culam de semine Aaron sacerdotis,
non accedet offerre hostias domi-
no, nec panes deo suo: vescetur ta-
men panibꝰ qui offeruntur in san
ctuario, ita duntaxat vt intra ve-
lum non ingrediatur, nec accedat
ad altare, quia maculam habet, et
contaminare nõ debet sanctuariũ
meum. Ego dominus qui sanctifi-
co eos. Locutus est ergo Moyses
ad Aaron, et ad filios eius, et ad
omnem Israel cuncta que fuerant
sibi imperata.

CAPVT. XXII.

A Locutus quoq; est dominus
ad Moysen, dicẽs, Loquere
ad Aaron, et ad filios eius vt
caueãt ab his que consecrata sunt
filiorum Israel, et non contami-
nent nomen sanctificatorum mihi,
que ipsi offerunt. ego dñs. Dic ad
eos, & ad posteros eorum, Omnis
homo qui accesserit de stirpe ve-
stra ad ea q̃ cõsecrata sunt, et que
obtulerunt filii Israel domino, in
quo est immũditia, peribit coram
dño. ego sum dñs. Homo de semi-
ne Aaron qui fuerit leprosus, aut
patiens fluxũ seminis, non vesce-
tur de his q̃ sanctificata sunt mihi,
donec sanetur. Qui tetigerit im-
mundum super mortuo, et ex quo
egredit semen quasi coitus, et qui
tangit reptile, et quodlibet immũ-
dum, cuius tactꝰ est sordidus, im-
mundus erit vsq; ad vesperũ, & nõ
vescetur his que sãctificata sunt:
sed cum lauerit carnẽ suam aqua,
et occubuerit sol, tunc mundatus
vescetur de sanctificatis, quia cibꝰ
illius est. Morticinum et captum B
a bestia non comedent, nec pollu- Ex.22.d
entur in eis. ego sum dñs. Custo- eze.44.g
diant precepta mea, vt non subia-
ceant peccato & moriantur in san-
ctuario, cum polluerint illud. ego
dominus q̃ sanctifico eos. Omnis
alienigena non comedet de sancti-
ficatis, inquilinus sacerdotis, et
mercenarius non vescẽtur ex eis.
quem autem sacerdos emerit, et
qui vernaculus domus eius fue-
rit, hi comedent ex eis. Si filia sa-
cerdotis cuilibet ex populo nupta
fuerit, de his q̃ sanctificata sunt,
et de primitiis non vescetur. sin
autẽ vidua, vel repudiata, & absq;
liberis reuersa fuerit ad domũ pa-
tris sui, sicut puella consueuerat,
aletur cibis patris sui. Omnis alie-
nigena comedendi ex eis nõ habet
potestatẽ. Qui comederit de san-
ctificatis per ignorantiam, addet
quintam partẽ cum eo quod com-
edit, et dabit sacerdoti in sanctua-
rium. Nec contaminabunt sancti-
ficata filiorũ Israel, que offerun-
tur domino, ne forte sustineant in-
iquitatẽ delicti sui, cũ sanctificata
comederint. ego dñs qui sanctifico C
eos. Locutusq; est dñs ad Moysẽ,
dicẽs, Loquere ad Aaron, et filios
eius, & ad oẽs filios Israel, dicesq;
ad eos, Homo de domo Israel, et
de aduenis qui habitãt apud vos,
qui obtulerit oblationẽ suam, vel
vota soluens, vel sponte offerens,
quicquid illud obtulerit in holo-
caustum domini, vt auferatur per
vos, masculus immaculatꝰ erit ex
bobus, & ouibꝰ, et ex capris: si ma- Deu.15.d
culam habuerit, nõ offeretis, neq; Ecc.35.b
erit acceptabile. Homo qui obtu-
lerit victimam pacificorũ domino,
vel vota soluens, vel sponte offe-
rens

rens, tam de bobus q̃ de ouibus, immaculatum offeret, vt acceptabile sit: omnis macula non erit in eo. Si cecum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem, aut impetiginem: non offeretis ea domino, nec adolebitis

D ex eis super altare dñi. Bouem et ouẽ aure et cauda amputatis, voluntarie offerre potes: votum aũt ex his solui non potest. Omne animal quod vel cõtritis, vel tonsis, vel sectis ablatisq́ testiculis est, non offeretis dño. et in terra vestra hoc omnino ne faciatis. De manu alienigene nõ offeretis panes deo vestro, et quicquid aliud dare voluerit: quia corrupta, et maculata sunt omnia. non suscipietis ea. Locutusq́ est dominus ad Moysen, dicens, Bos, ouis, et capra cum genita fuerint, septẽ diebus erunt sub vbere matris sue: die aũt octauo, et deinceps offerri poterunt domino. Siue illa bos, siue ouis, non immolabũtur vna die cum fetibus suis. Si immolaueritis hostiam pro gratiarũ actione domino, vt possit esse placabilis, eodem die comedetis eam, non remanebit quicquam in mane alterius diei. ego dominus. Custodite mandata mea, et facite ea. ego dñs. Ne polluatis nomen meum sanctũ, vt sanctificer in medio filiorum Israel. Ego dñs, qui sanctifico vos, et eduxi de terra Egypti, vt essem vobis in deum. ego dñs.

CAPVT. XXIII.

A Locutusq́ est dñs ad Moysen, dicẽs, Loquere filiis Israel, et dices ad eos, He sunt ferie domini, quas vocabitis sanctas. Sex dieb⁹ facietis opus: dies septim⁹, quia sabbati requies est, vocabitur sanctus. omne opus nõ facietis in eo. sabbatũ domini est in cunctis habitacionibus vestris. He sunt ergo ferie domini sancte, quas celebrare debetis temporib⁹ suis. Mense primo, quartadecima die mensis ad vesperum, phase domini est: et quintadecima die mensis huius, solennitas azymorũ domini est. Septẽ diebus azyma cõmedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusq́: omne opus Exo. 12 c / nũe. 28. c

B seruile non facietis in eo, sed offeretis sacrificiũ in igne dño septem diebus. dies aũt septim⁹ erit celebrior et sanctior, nullũq́ seruile op⁹ facietis in eo. Locutusq́ est dñs ad Moysen dicens, Loquere filiis Israel, et dices ad eos, Cũ ingressi fueritis terrã quã ego dabo vobis, et messueritis segetẽ, feretis manipulos spicarũ, primitias messis vestre ad sacerdotẽ. qui eleuabit fasciculum coram domino, vt acceptabile sit pro vobis altero die sabbati, et sanctificabit illum. Atq́ in eodem die quo manipulus consecratur, cedetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum domini, et libamẽta offerentur cum eo due decime simile cõsperse oleo in incensum domini, odorẽq́ suauissimum: liba quoq́ vini quarta pars hin. Panem et polentam, et pultes nõ comedetis ex segete vsq́

C ad diẽ qua offeretis ex ea deo vestro. Preceptum est sempiternum in generationibus, cunctisq́ habitaculis vestris. Numerabitis ergo ab altero die sabbati in quo obtulistis manipulũ primitiarum septem hebdomadas plenas, vsq́ ad alteram diem expletionis hebdomade septime, id est quinquaginta dies: et sic offeretis sacrificium nouum domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis simile fermentate, quos coquetis in primitias domini. Offeretisq́ cũ panibus septẽ agnos immaculatos anniculos, et vitulum de armento vnum, et arietes duos, et

erunt

erunt in holocaustum cũ libamẽ-
tis suis, in odorem suauissimum
domino. Facietis et hircum pro
D peccato, duosq; agnos anniculos
hostias pacificorum. Cumq; ele-
uauerit eos sacerdos cũ panibus
primitiarum corã domino, cedet
in vsum eius. Et vocabitis hunc
diem celeberrimũ atq; sanctissimũ:
omne opus seruile non facietis in
eo. Legitimum sempiternum erit
in cunctis habitaculis, et genera-
tionibus vestris. Postquam aũt
Sup.19b messueritis segetem terre vestre,
non secabitis eam vsq; ad solum:
nec remanentes spicas colligetis,
sed pauperibus et peregrinis di-
mittetis eas. ego sum dominus de-
us vester. Locutusq; est dominus
ad Moysen, dicens, Loquere fili-
is Israel, Mense septimo prima
die mensis erit vobis sabbatũ me
moriale, clangentibus tubis, et
vocabitur sanctũ: omne opus ser-
uile non facietis in eo, et offere-
tis holocaustum domino. Locu-
E tusq; est dominus ad Moysen, di-
Sup.16g cens, Decimo die mensis huius
Infe.29b septimi, dies expiationum erit ce-
leberrimus, et vocabitur sanctus:
affligetisq; animas vestras in eo,
et offeretis holocaustum domino.
Omne opus seruile non facietis
in tempore diei huius, quia dies
propitiationis est, vt propitietur
vobis domin⁹ de⁹ vester. Omnis
anima que afflicta non fuerit die
hac, peribit de populis suis: et que
operis quippiã fecerit, delebo eam
de populo suo. Nihil ergo operis
facietis in eo: Legitimum sempi-
ternum erit vobis in cunctis gene
rationibus, et habitationibus ve-
stris. sabbatum requietionis est,
et affligetis animas vestras. Die
nono mẽsis septimi a vespere vsq;
ad vesperum celebrabitis sabba-
ta vestra. Et locutus est domin⁹
ad Moysen, dicens, Loquere filiis
Israel, A quintodecimo die men-
sis huius septimi erunt ferie taber-
naculorum, septẽ diebus domino:
dies primus vocabitur celeberri-
mus atq; sanctissim⁹. omne opus
seruile non facietis in eo, et septẽ
diebus offeretis holocausta domi-
no. dies quoq; octau⁹ erit celeber- F
rimus atq; sanctissimus, et offere-
tis holocaustum domino: est enim
cetus atq; collecte: omne opus ser-
uile non facietis in ea. He sunt fe-
rie domini, quas vocabitis cele-
berrimas atq; sanctissimas, offere-
tisq; in eis oblationes domino ho-
locausta et libamenta iuxta ritũ
vniuscuiusq; diei, exceptis sabba-
tis domini, donisq; vestris, et que
offeretis ex voto, vel q̃ sponte tri-
buetis domino. A quintodecimo
ergo die mensis septimi, quando
congregaueritis oẽs fructus ter-
re vestre, celebrabitis ferias domi-
ni septẽ diebus. Die primo et die G
octauo erit sabbatũ, id est requi-
es. Sumetisq; vobis die p̃mo fru-
ctus arboris pulcherrime, spatu-
lasq; palmarum, et ramos ligni
densarũ frondiũ, et salices de tor-
rente, et letabimini coram domino
deo vestro, celebrabitisq; solenni-
tatem eius septem diebus per an-
num. Legitimum sempiternum e-
rit in generationib⁹ vestris. Men-
se septimo festa celebrabitis, et ha
bitabitis in vmbraculis septẽ die-
bus. Omnis qui de genere est Is-
rael, manebit in tabernaculis, vt
discant posteri vestri q; in taberna
culis habitare fecerim filios Isra
el, cũ educerẽ eos de terra Egypti.
ego dñs deus vester. Locutusq; est
Moyses super solennitatibus do
mini ad filios Israel.

CAPVT. XXIIII.

Et locutus est dñs ad Moy
sen, dicẽs, Precipe filiis Is- xo.
rael, vt afferãt tibi oleum de
oliuis purissimũ ac lucidũ, ad cõ-
cinnandas

cinnandas lucernas iugiter extra
velum testimonii in tabernaculo
federis, ponetq; eas Aarō a vespe-
re vsq; in mane coram domino,
cultu rituq; ꝑpetuo ī generationi-
bus vestris. Super candelabrum
mundissimum ponentur semper in
conspectu domini. Accipies quoq;
similam, et coques ex ea duodecim
panes, qui singuli habebunt duas
decimas: quorum senos altrinse-
cus super mensam purissimam co-
rā domino statues, et pones super
eos thus lucidissimum, vt sit pa-
nis in monumētum oblationis do-
mini. Per singula sabbata muta-
B buntur coram domino suscepti a
filiis Israel federe sempiterno, e-
runtq; Aaron et filiorum eius, vt
comedant eos in loco sancto, quia
sanctum sanctorum est de sacrifi-
ciis dn̄i iure perpetuo. Ecce autē
egressus filius mulieris Israeliti-
dis, quē pepererat de viro Egyp-
tio inter filios Israel, iurgat⁹ est
in castris cū viro Israelite. Cūq;
blasphemasset nomen dn̄i et male-
dixisset ei, adduct⁹ est ad Moysen.
Vocabatur autē mater eius Sa-
lumith filia Dabri de tribu Dan.
Miseruntq; eum in carcerem, do-
nec nossent quid iuberet dominus.
Qui locut⁹ est ad Moysen, dicēs,
Educ blasphemum extra castra, ⁊
C ponent omnes qui audierunt, ma-
nus suas super caput eius, et lapi-
det eum populus vniuersus. Et
ad filios Israel loqueris, Homo
qui maledixerit deo suo, portabit
peccatum suū: et qui blasphema-
uerit nomen domini, morte mori-
atur. lapidibus opprimet eum oīs
multitudo populi, siue ille ciuis,
siue peregrin⁹ fuerit. Qui blasphe-
mauerit nomē domini, morte mo-
riatur. Qui percusserit et occiderit
Exo.21b hominē, morte moriatur. Qui per-
cusserit animal, reddet vicarium,
id est animā pro anima. Qui irro-
gauerit maculam cuilibet ciuium
suorū: sicut fecit, sic fiet ei, fractu- D
ram pro fractura, oculum pro ocu- matt.5.f
lo, dentē pro dente restituet. qua- Exo.21c
lem inflixerit maculam, talem su- Deu.19d
stinere cogetur. Qui percusserit
iumentum, reddet aliud. Qui per-
cusserit hominem, punietur. Equū
iudiciū sit inter vos, siue peregri-
nus, siue ciuis peccauerit: q̄a ego
sum dominus deus vester. Locu-
tusq; est Moyses ad filios Israel,
et eduxerunt eum qui blasphema-
uerat, extra castra, ac lapidibus
oppresserunt. Feceruntq; filii Is-
rael sicut preceperat dn̄s Moysi.

CAPVT. XXV.

Locutusq; est dn̄s ad Moy- A
sen in monte Sinai, dicens,
Loquere filiis Israel, ⁊ dices
ad eos, Quando ingressi fueritis
terram quā ego dabo vobis, sab-
batizet sabbatū domino. Sex an-
nis seres agrum tuum, et sex an-
nis putabis vineam tuam, colli-
gesq; fructus eius. septimo autem
anno sabbatū erit terre requieti-
onis domini, agrum non seres, et
vineam non putabis. Que sponte
gignet humus, nō metes: et vuas
primitiarum tuarum non colliges
quasi vindemiam: annus enim re-
quietionis terre est. sed erunt vo-
bis in cibum, tibi et seruo tuo,
ancille et mercenario tuo, et adue-
ne, qui peregrinatur apud te: iu-
mentis tuis et pecoribus omnia
que nascuntur, prebebunt cibum.
Numerabis quoq; tibi septē heb- B
domadas annorum, id est septies
septem, que simul faciunt quadra-
ginta nouem: et clanges buccina
mense septimo, decima die mēsis,
propitiationis tempore in vniuer-
sa terra vestra. Sanctificabisq; an-
num quinquagesimū, et vocabis
remissionem cunctis habitatorib⁹
terre vestre, ipse est enī iubileus.
Reuertetur homo ad possessionē

suam, et vnusquisq; rediet ad fa-
miliam pristinam: quia iubileus
est et quinquagesimus annus.
Non seretis atq; metetis sponte
in agro nascentia, et primitias
vindemie non colligetis, ob san-
ctificationem iubilei, sed statim
oblata comedetis. Anno iubilei
redient omnes ad possessiones su-
as. Quando vendes quippiam
ciui tuo, vel emes ab eo, ne con-
tristes fratrem tuum, sed iuxta
numerum annorum iubilei emes
ab eo, et iuxta supputationem
C frugum vendet tibi. Quanto
plures anni remanserint post iu-
bileum, tanto crescet et pretium:
quanto minus temporis nume-
raueris, tanto minoris et emp-
tio constabit. tempus enim fru-
gum vendet tibi. Nolite affli-
gere contribules vestros, sed ti-
meat vnusquisq; Deum suum,
quia ego dominus Deus vester.
Facite precepta mea, et iuditia
custodite, et implete ea, vt habi-
tare possitis in terra absq; vllo
pauore, et gignat vobis humus
fructus suos, quibus vescamini
vsq; ad saturitatem, nullius im-
petum formidantes. Qd si dixe-
ritis, Quid comedemus anno
septimo, si non seuerimus, neq;
colligerimus fruges nostras? Da
bo benedictionem meam vobis
anno sexto, et faciet fructus tri-
um annorum, seretisq; anno octa-
uo, et comedetis veteres fruges
vsq; ad nonum annum: donec
noua nascantur, edetis vetera.
D Terra quoq; non vendetur in
perpetuum: quia mea est, et vos
aduene et coloni mei estis. vnde
cuncta regio possessionis vestre
sub redemptionis conditione ven
detur. Si attenuatus frater tu-
us vendiderit possessiunculam su-
am, et voluerit propinquus e-
ius, potest redimere, quod ille
vendiderat. Sin autem non ha-
buerit proximum, et ipse preti-
um ad redimendum potuerit in-
uenire: computabuntur fructus
ex eo tempore quo vendidit: et
quod reliquum est, reddet emp-
tori, sicq; recipiet possessionem
suam. Qd si non inuenerit ma-
nus eius, vt reddat pretium, ha-
bebit emptor quod emerat vsq;
ad annum iubileum. In ipso e-
nim omnis venditio redibit ad do-
minum, et ad possessorem pristi-
num. Qui vendiderit domum in-
tra vrbis muros, habebit licen-
tiam redimendi, donec vnus im-
pleatur annus. Si non redeme- E
rit, et anni circulus fuerit euo-
lutus, emptor possidebit eam, et
posteri eius in perpetuum, et redi-
mi non poterit etiam in iubileo.
Sin autem in villa fuerit domus,
que muros non habet, agrorum
iure vendetur. Si ante redempta
non fuerit, in iubileo reuertetur
ad dominum suum. Edes Leuita-
rum que in vrbibus sunt, semper
possunt redimi: si redẽpte non fue-
rint, in iubileo reuertentur ad do-
minos, quia domus vrbium Leui-
tarum pro possessionibus sunt in-
ter filios Israel. Suburbana au-
tem eorũ nõ veneant, quia posses-
sio sempiterna est. Si attenuat9
fuerit frater tuus et infirmus ma-
nu, et susceperis eum quasi adue-
nam et peregrinum, et vixerit te-
cum, ne accipias vsuras ab eo, nec F
amplius q̃ dedisti. Time deum
tuum, vt viuere possit frater tuus
apud te. Pecuniam tuam non da-
bis ei ad vsuram, et frugum su-
perabũdantiam non exiges. Ego
dominus deus vester, qui eduxi
vos de terra Egypti, vt darem
vobis terram Chanaan, et essem
vester deus. Si paupertate com-
pulsus vẽdiderit se tibi frater tu-
us, non eum opprimes seruitute
famulorum

famulorum, sed quasi mercenari-
us et colonus erit. vsq; ad annum
iubileum operabitur apud te, et
postea egredietur cum liberis suis,
et reuertetur ad cognationē et ad
possessionem patrū suorum. mei
enim serui sunt, et ego eduxi eos
de terra Egypti. non veneant con
ditione seruorū: ne affligas eum
per potentiā, sed metuito Deum
tuum. Seruus et ancilla sint vo-
bis de nationibus que in circum-
itu vestro sunt. Et de aduenis qui
peregrinantur apud vos, vel qui
ex his nati fuerint in terra ve-
stra, hos habebitis famulos, et
hereditario iure transmittetis ad
G posteros, ac possidebitis in eter-
num. fratres autem vestros fili-
os Israel ne opprimatis per po-
tentiam. Si inualuerit apud vos
manus aduene atq; peregrini, et
attenuatus frater tuus vendide-
rit se ei, aut cuiquam de stirpe e-
ius: post venditionem potest re-
dimi. qui voluerit ex fratribus
suis, redimet eum, et patruus
et patruelis, et consanguineus,
et affinis. Sin autem et ipse potu-
erit, redimet se supputatis dun-
taxat annis a tempore venditio-
nis sue vsq; in annum iubileum,
et pecunia qua venditus fuerat,
iuxta annorum numerum et rati-
one mercennarii supputata. Si
plures fuerint anni qui remanent
vsq; ad iubileum, secundum hos
reddet et pretium. si pauci, po-
net rationem cum eo iuxta anno-
rum numerum, et reddet empto-
ri quod reliquum est annorum,
quibus ante seruiuit mercedibus
inputatis: non affliget eum vio-
lenter in conspectu tuo. Qđ si per
hec redimi non potuerit, anno iu-
bileo egredietur cum liberis suis.
Mei enim sunt serui filii Israel,
quos eduxi de tarra Egypti.

CAPVT. XXVI.

Ego dñs deus vester, Nō fa- A
cietis vobis idolū & sculptile, Ex.20.a
nec titulos erigetis, nec in- Deu. 5.a
signē lapidē ponetis i terra vestra psal.96b
vt adoretis eū. Ego enī sū dñs de-
us vester. Custodite sabbata mea,
et pauete ad sanctuarium meum.
ego dñs. Si in pceptis meis am-
bulaueritis, et mādata mea custo- De.28.b
dieritis, & feceritis ea, dabo vobis
pluuias temporibus suis, et terra
gignet germen suum, & pomis ar-
bores replebuntur. Apprehendet
messiū tritura vindemiā, et vinde-
mia occupabit sementem: et com-
edetis panem vestrum in saturi-
tate, et absq; pauore habitabitis
in terra vestra. Dabo pacem in
finibus vestris: dormietis, et non Iob.11.d
erit qui exterreat. Auferam ma-
las bestias, et gladius non tran-
sibit terminos vestros. Perseque-
mini inimicos vestros, et corru-
ent coram vobis. persequentur B
quinque de vestris centū alienos,
et centum de vobis decem millia:
cadent inimici vestri gladio in cō-
spectu vestro. Respiciam vos, et
crescere faciam, multiplicabimi-
ni, et firmabo pactum meum vo-
biscum. Comedetis vetustissima
veterum, et vetera nouis super-
uenientibus proiicietis. Ponam
tabernaculū meum in medio ve-
stri, et non abiiciet vos anima
mea. Ambulabo inter vos, et ero
deus vester, vosq; eritis popu-
lus meus. Ego dominus Deus 2.co.6.d
vester, qui eduxi vos de terra
Egyptiorum, ne seruiretis eis,
et qui confregi catenas ceruicum
vestrarum, vt incederetis erecti.
Qđ si non audieritis me, nec fe-
ceritis omnia mandata mea, sed Deu.28b
spreueritis leges meas, et iudi- Thre.2.f
cia mea contempseritis, vt non Mala.2.a
faciatis ea, que a me constituta
sunt, et ad irritum perducatis

pactum meum, ego quoqꝫ hec faci-
am vobis, Visitabo vos velociter
in egestate et ardore, qui conficiat
oculos vestros, ⁊ cõsumat animas
C vestras. Frustra seretis sementē,
que ab hostibus devorabitur. Po
nam faciem meam contra vos, et
corruetis coram hostibus vestris,
⁊ subiiciemini his qui oderūt vos.
Fugietis nemine persequēte. Sin
autē nec sic obedieritis mihi, ad-
dam correptiones vestras septu-
plū propter peccata vestra, ⁊ con-
teram superbiam duritie vestre.
Daboqꝫ vobis celum desuper sicut
ferrum, et terram eneam. Consu-
metur incassum labor vester, non
proferet terra germen, nec arbo-
D res poma prebebunt. Si ambula-
ueritis ex adverso mihi, nec volu-
eritis audire me, addā plagas ve-
stras vsqꝫ in septuplū propter pec-
cata vestra: emittamqꝫ in vos be-
stias agri, que consumant vos, et
pecora vestra, ⁊ ad paucitatē cun-
cta redigant, deserteqꝫ fiant vie
vestre. Qd si nec sic volueritis re-
cipere disciplinam, sed ambulave-
ritis ex adverso mihi, ego quoqꝫ
contra vos adversus incedam, et
percutiā vos septies propter pec-
cata vestra, inducamqꝫ super vos
gladiū vltorē federis mei. Cumqꝫ
confugeritis in vrbes, mittam pe-
stilentiam in medio vestri, et tra-
demini in manib⁹ hostium, postq̄
confregero baculum panis vestri,
ita vt decē mulieres in vno cliba-
no coquant panes, et reddant eos
ad pondus, ⁊ comedetis, ⁊ non sa-
turabimini. Sin autē nec per hec
E audieritis me, sed ambulaueritis
contra me, et ego incedā adversus
vos in furore cōtrario, et corripiā
vos septē plagis propter peccata
vestra, ita vt comedatis carnes fi-
liorum vestrorum ⁊ filiarū vestra-
rum. destruam excelsa vestra et si-
mulachra cōfringā. Cadetis inter
ruinas idolorum vestrorum, et ab-
ominabitur vos anima mea, in tā-
tum vt vrbes vestras redigam in
solitudinem, ⁊ deserta faciam san-
ctuaria vestra, nec recipiam vltra
odorem suauissimum. Disperdāqꝫ
terram vestram, ⁊ stupebunt super
ea inimici vestri, cum habitatores
illius fuerint. Vos autem disper-
gam in gentes, et euaginabo post
vos gladiū, eritqꝫ terra vestra de-
serta, et ciuitates vestre dirute.
Tunc placebūt terre sabbata sua
cunctis diebus solitudinis sue.
Quando fueritis in terra hostili,
sabbatizabit, et requiescet in sab- F
batis solitudinis sue, eo q᷑ non re-
quieuerit in sabbatis vestris, quā
do habitabatis ī ea. Et q̄ de vobis
remāserint, dabo pavorē ī cordib⁹
eor̄ ī regionib⁹ hostiū, terrebit eos
sonitus folii volantis, ⁊ ita fugiēt
quasi gladium. cadēt nullo perse-
quente, et corruent singuli super
fratres suos, quasi bella fugiētes.
nemo vestrum inimicis audebit re
sistere. Peribitis inter gentes, et
hostilis vos terra cōsumet. Qd si
et de his aliqui remanserint, tabe-
scent in iniquitatibus suis, in ter-
ra inimicorum suorum, et propter
peccata patrum suorum et sua af-
fligentur, donec confiteantur ini-
quitates suas, et maiorū suorum
recordētur, quib⁹ preuaricati sunt
in me, et ambulauerunt ex aduer-
so mihi. Ambulabo igitur et ego
contra eos, ⁊ inducam illos in ter-
ram hostilem, donec erubescat in-
circuncisa mens eorū. Tunc ora-
bunt pro impietatibus suis: et re- G
cordabor federis mei quod pepigi
cum Iacob, et Isaac, ⁊ Abraham.
Terre quoqꝫ memor ero: que cum
relicta fuerit ab eis, cōplacebit si-
bi in sabbatis suis, patiens solitu-
dinem propter illos. Ipsi vero ro-
gabunt pro peccatis suis, eo q᷑ ab-
iecerint iudicia mea, ⁊ leges meas
despe-

desperixerint. Attamen etiam cum essent in terra hostili, non penitus abieci eos, neq; sic desperi vt consumerentur, et irritum facerē pactum meū cum eis. Ego enim sum dominus deus eorū, et recordabor federis mei pristini, quando eduxi eos de terra Egypti in conspectu gentium, vt essem deus eorū. ego domin⁹ deus. Hec sunt iudicia atq; precepta et leges, quas dedit dñs inter se ꝛ inter filios Israel in mōte Sinai per manum Moysi.

CAPVT. XXVII.

A Locutusq; est dñs ad Moysen, dicēs, Loquere filiis Israel, et dices ad eos, Homo qui votū fecerit et spopōderit deo animam suā, sub estimatione dabit precium. Si fuerit masculus a vicesimo anno vsq; ad sexagesimū annum, dabit quiquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarii: si mulier, triginta. A quinto autē anno vsq; ad vicesimum, mascul⁹ dabit viginti siclos: femina decem. Ab vno mense vsq; ad annū quintum, pro masculo dabūtur quinq; sicli: pro femina tres. Sexagenarius ꝛ vltra masculus dabit quindecim siclos: femina decē. Si pauper fuerit, ꝛ estimationem reddere non valebit, stabit coram sacerdote: et quantum ille estimauerit, et viderit eum posse reddere, tantum dabit. Animal autem quod immolari potest dño, si quis vouerit, sanctum erit, et mutari non poterit, id
B
est nec melius malo, nec peius bono. q si mutauerit: et ipsum quod mutatum est, et illud pro quo mutatum est, consecratū erit domino. Animal immundū quod immolari domino non potest, si quis vouerit, adducetur ante sacerdotē: qui diiudicans vtrum bonum an malum sit, statuet pretium. q si dare voluerit is qui offert, addet super estimationem quintam partē. Homo si vouerit domum suam, et sanctificauerit domino, considerabit eam sacerdos vtrum bona an mala sit, et iuxta pretium quod ab eo fuerit cōstitutum, venundabitur. sinautē ille qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintā partem estimationis supra, ꝛ habebit domū. Qd si agrum possessionis sue vouerit, ꝛ consecrauerit domino, iuxta mensuram sementis esti- C
mabitur pretium. si triginta modiis hordei seritur terra: quinquaginta siclis venundetur argenti. Si statim ab anno incipientis iubilei vouerit agrū, quanto valere potest, tanto estimabitur. sinautē post aliquantulum temporis, supputabit sacerdos pecuniam iuxta annorum qui reliqui sunt numerum vsq; ad iubileum, et detrahetur ex pretio. q si voluerit redimere agrum ille qui vouerat, addet quintam partem estimate pecunie, et possidebit eum. sinautē noluerit redimere, sed alteri cuilibet fuerit venundatus, vltra eū qui vouerat, redimere non poterit: quia cum iubilei venerit dies, sanctificatus erit domino, ꝛ possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotū. Si ager emptus est, ꝛ non de possessione maiorū, sanctificatus fuerit domino, supputabit sacerdos iuxta annorum numerum vsq; ad iubileum, pretium: et dabit ille qui vouerat eum, domino. in iubileo autem reuertetur ad priorē dominum qui vendiderat eum, ꝛ habuerat in sortē possessionis sue. Omnis estimacio siclo sanctuarii ponderabitur. Siclus viginti obolos habet. Primogenita que ad deū pertinent, nemo sanctificare poterit ꝛ Ex. 30.d
vouere, siue bos siue ouis fuerit: Nu. 3. g
domini sunt. Qd si immundum est Ez. 45 d
animal, redimet qui obtulit iuxta D
estimationem suam, ꝛ addet quintam partem pretii. si redimere noluerit,

luerit, vendetur alteri quantumcunque fuerit ante estimatum. Omne quod domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, non veniet, nec redemi poterit. Quicquid semel fuerit cõsecratũ, sanctum sanctorũ erit domino. Et omnis consecratio que offertur ab homine, non redimetur, sed morte morietur. Omnes decime terre, siue de pomis arborum, siue de frugibus, domini sunt, et illi sanctificantur. Si quis autẽ voluerit redimere decimas suas, addet quintam partem earum. Omnium decimarum bouis et ouis et capre, que sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur domino. Non eligetur nec bonum nec malum, nec altero cõmutabitur. si quis mutauerit: et quod mutatum est, et pro quo mutatum est, sanctificabitur domino, et non redimetur. Hec sunt precepta, que mandauit dominus Moysi ad filios Israel in monte Sinai.

FINIS.

LIBER NVMERI, HEBRAICE VAIEDABBER.

A 
OCVTVSque est dñs ad Moysen in deserto Sinai in tabernaculo federis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum
Ex. 30.b ex Egypto, dicens, Tollite summam vniuerse congregationis filiorum Israel per cognationes et domos suas, et nomina singulorum quicquid sexus est masculini a vicesimo anno et supra, omnium virorum fortium ex Israel, et numerabitis eos per turmas suas, tu et Aaron. Eruntque vobiscũ principes tribuum ac domorum in cognationib⁹ suis, quorum ista sunt nomina, De tribu Ruben, Elisur filius Sedeur. de tribu Symeon, Salamihel filius Surisaddai. de tribu Iuda, Naasson filius Aminadab. de tribu Issachar, Nathanael filius Suar. de tribu Zabulon, Heliab filius Helon. filiorum autem Ioseph, de tribu Ephraim, Elisama filius Ammiud. de tribu Manasse, Gamaliel filius Phadasur. de tribu Beniamin, Abidan fili⁹ Gedeonis. de tribu Dan, Ahiezer fili⁹ Amisaddai. de tribu Aser Phegiel fili⁹ Ochrã. de tribu Gad B
Heliasaph fili⁹ Duel. de tribu Neptalim, Ahira filius Henan. Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus et cognationes suas, et capita exercitus Israel, quos tulerunt Moyses et Aaron cum omni vulgi multitudine, et congregauerunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes et domos ac familias et capita et nomina singulorũ a vicesimo anno et supra, sicut preceperat dñs Moysi. Numeratique sũt in deserto Sinai. De Ruben primogenito Israelis per generationes et familias ac domos suas, et nomina capitum singulorũ omne quod sexus est masculini a vicesimo anno et supra, procedentium ad bellum quadragintasex millia quingenti. De filiis Symeon per generationes et familias ac domos co- C
gnationum suarum recensiti sunt per nomina et capita singulorum, omne quod sexus est masculini a vicesimo anno et supra, procedentium ad bellũ quinquagintanouẽ millia trecenti. De filiis Gad per generationes et familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorũ a viginti annis et supra, oẽs qui ad bella

bella procederent, quadraginta-
quinque millia sexcenti quinqua-
ginta. De filiis Juda ꝑ generati-
ones ⁊ familias ac domos cogna-
tionum suarum per nomina sin-
gulorum a vicesimo anno et su-
pra, omnes qui poterant ad bella
procedere, recensiti sunt septua-
gintaquatuor millia sexcenti. De
D filiis Issachar per generationes
et familias ac domos cognationū
suarum per nomina singulorum a
vicesimo anno et supra, omnes
qui ad bella procederent, recensiti
sunt quinquaginta quatuor mil-
lia quadringenti. De filiis Zabu-
lon per generationes et familias
ac domos cognationum suarum
recēsiti sunt per nomina singulo-
rum a vicesimo anno ⁊ supra, om-
nes qui poterant ad bella procede-
re, quinquagintaseptē millia qua-
dringēti. De filiis Joseph filiorū
Ephraim per generationes et fa-
milias ac domos cognationū su-
arum recensiti sunt per nomina
singulorum a vicesimo anno ⁊ su-
pra, omnes qui poterant ad bella
procedere, quadragīta millia quin
genti. Porro filiorum Manasse
per generationes et familias ac
domos cognationum suarum re-
censiti sunt per nomina singulorū
a viginti annis et supra, omnes
qui poterant ad bella procedere,
trigintaduo millia ducenti. De fi-
E liis Beniamin per generationes ⁊
familias ac domos cognationum
suarum recensiti sunt nominibus
singulorum a vicesimo anno ⁊ su-
pra, omnes qui poterant ad bella
procedere, trigintaquinque millia
quadringenti. De filiis Dan per
generationes et familias ac do-
mos cognationum suarum recen-
siti sunt nominibus singulorum a
vicesimo anno et supra, omnes
qui poterant ad bella procedere,
sexaginta duo millia septingenti.
De filiis Aser per generationes F
et familias et domos cognatio-
num suarum recensiti sunt per no-
mina singulorum a vicesimo an-
no et supra, omnes qui poterant
ad bella procedere, quadraginta
millia et mille quingenti. De fi-
liis Neptalim per generationes ⁊
familias ac domos cognationum
suarum recensiti sunt nominibus
singulorum a vicesimo anno ⁊ su-
pra, omnes qui poterant ad bella
procedere, quinquagintatria mil-
lia quadringenti. Hi sunt quos
numerauerunt Moyses et Aaron
et duodecim principes Israel, sin-
gulos per domos cognationū su-
arum. Fueruntq; omnes filiorum
Israel per domos et familias su-
as a vicesimo anno et supra, qui
poterant ad bella procedere, sexcē-
tatria millia virorum quingenti
quinquaginta. Leuite autem in
tribub⁹ familiarum suarum non
sunt numerati cum eis. Locutusq;
est dominus ad Moysen, dicens,
Tribum Leui noli numerare, neq; G
pones summam eorum cum filiis
Israel: sed constitues eos super
tabernaculum testimonii et cun-
cta vasa eius, et quicquid ad cere-
monias pertinet. Ipsi portabunt
tabernaculum et omnia vtensilia
eius: et erunt in ministerio, ac per
gyrum tabernaculi metabuntur.
Cum proficiscendum fuerit, depo
nent Leuite tabernaculum: cum
castrametandum, erigent. Quis-
quis externorum accesserit, occide
tur. Metabuntur autem castra
filii Israel, vnusquisq; ꝑ turmas
et cuneos atq; exercitum suum.
Porro Leuite per gyrum taber-
naculi figent tentoria, ne fiat in-
dignatio super multitudinem fili-
orum Israel, et excubabunt in cu-
stodiis tabernaculi testimonii. Fe-
cerunt ergo filii Israel iuxta om-
nia que preceperat dn̄s Moysi.
Caput

CAPVT. II.

A Locutusq; est dñs ad Moysen et Aaron dicens, Singuli p turmas, signa atq; vexilla et domos cognationum suarum castrametabũtur filii Israel per gyrũ tabernaculi federis. Ad orientem Iudas figet tẽtoria per turmas exercitus sui, eritq; princeps filiorum eius Naasson filius Aminadab: et omnis de stirpe ei⁹ summa pugnantium septuaginta quatuor millia sexcenti. Iuxta eũ castrametati sunt de tribu Issachar, quorum princeps fuit Nathanael filius Suar, & omnis numerus pugnatorũ eius quinquaginta quatuor millia quadringẽti. In tribu Zabulon princeps fuit Heliab filius Helon: omnisq; de stirpe eius exercitus pugnatorum quinquaginta septem millia quadringenti. Uniuersi qui in castris Iude annumerati sunt, fuerunt centũ octogitasex millia quadringenti, et per turmas suas primi e-
B gredientur. In castris filiorũ Ruben ad meridianam plagam erit princeps Elisur filius Sedeur: et cunctus exercitus pugnatorũ eius qui numerati sunt, quadragintasex millia quingenti. Iuxta eum castrametati sũt de tribu Symeõ, quorum princeps fuit Salamihel filius Surisaddai, et cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quinquaginta nouẽ millia trecenti. In tribu Gad princeps fuit Heliasaph filius Duel: et cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta quinq; millia sexcenti quinquaginta. Oẽs qui recensiti sunt in castris Ruben, centũ quinquaginta millia et mille quadringenti quinquaginta per turmas suas, in secũdo loco proficiscentur. Leuabitur autem tabernaculum testimonii per officia Leuitarum et turmas eorũ. quomodo erigetur, ita et deponetur. Singuli per lo-
ca et ordines suos proficiscentur. C
Ad occidentalem plagã erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Helisama filius Ammiud. cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, quadraginta millia quingenti. Et cũ eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel fili⁹ Phadassur: cunctusq; exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, trigintaduo millia ducenti. In tribu filiorum Beniamin princeps fuit Abidã filius Gedeonis: et cunctus exercitus pugnatorum ei⁹, qui recẽsiti sunt, trigintaquinq; millia quadringenti. Omnes qui numerati sũt in castris Ephraim, centumocto millia centum per turmas suas, tertii proficiscẽtur. Ad
aquilonis partẽ castrametati sunt D
filii Dan, quorũ princeps fuit Ahiezer filius Amisaddai: cunctusq; exercitus pugnatorũ eius, qui numerati sunt, sexagintaduo millia septingenti. Iuxta eum fixere tentoria de tribu Aser, quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran: cunctusq; exercitus pugnatorum eius, q̃ numerati sunt, quadraginta millia et mille quingẽti. De tribu filiorum Neptalim princeps fuit Ahira filius Henan: cunctus exercit⁹ pugnatorum eius, quinquagintatria millia quadringẽti. Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquagintaseptem millia sexcenti, & nouissimi proficiscentur. Hic numerus filiorum Israel, per domos cognationum suarum et turmas diuisi exercitus sexcẽtatria millia quingenti quinquaginta. Leuite autem non sunt numerati inter filios Israel. Sic enim preceperat dominus Moysi. Feceruntq; filii Israel iuxta omnia que mandauerat

nerat dñs. Castrametati sunt per
turmas suas, et profecti per fami-
lias ac domos patrum suorum.

CAPVT. III.

A HEc sunt generationes Aa-
ron & Moysi in die qua lo-
cutus est dñs ad Moysen
in monte Sinai. Et hec nomina
filiorū Aarō, Primogenitus eius
Nadab, deinde Abiu & Eleazar et
Ithamar. Hec nomina filiorum
Aaron sacerdotum qui vncti sunt,
et quorū replete et consecrate ma-
nus vt sacerdotio fungerentur.
Leu. 10. a Mortui sunt enim Nadab & Abiu
1. pa. 24 a cum offerrent ignem alienū in cō-
spectu dñi in deserto Sinai, absq;
liberis, functiq; sunt sacerdotio
Eleazar et Ithamar corā Aaron
patre suo. Locutusq; est dominus
ad Moysen, dicens, Applica tribū
Leui, et fac stare in conspectu Aa-
B ron sacerdotis, vt ministrent ei, &
excubent et obseruēt quicquid ad
cultū pertinet multitudinis corā
tabernaculo testimonii, & custodi-
ant vasa tabernaculi, seruientes
in ministerio eius. Dabisq; dono
Leuitas Aaron & filiis eius quib⁹
traditi sunt a filiis Israel. Aaron
autem & filios eius constitues sup
cultum sacerdotii. Externus qui
ad ministrandū accesserit, morie-
tur. Locutusq; est dominus ad
Moysen, dicens, Ego tuli Leui-
tas a filiis Israel p omni primo-
genito qui aperit vuluam in filiis
C Israel, eruntq; Leuite mei. Meū
Inf. 8. c est enim omne primogenitum, ex
Ex. 13. a quo percussi primogenita in terra
Egypti, sāctificaui mihi quicquid
primum nascitur in Israel, ab ho-
mine vsq; ad pecus, mei sunt. ego
dñs. Locutusq; est dñs ad Moysē
in deserto Sinai, dicens, Nume-
ra filios Leui per domos patrum
suorum et familias, omnē mascu-
lum ab vno mense et supra. Nu-
merauit Moyses vt preceperat do-
minus, et inuenti sunt filii Leui p
nomina sua, Gerson et Caath et
Merari. Filii Gerson: Lobni, et
Semei. Filii Caath: Amram, et
Isaar, Hebron, et Ozihel. Filii
Merari: Moholi, et Musi. De
Gerson fuere familie due, Lobni-
tica, et Semeitica: quarū nume-
ratus est populus sexus masculini
ab vno mense et supra, septē mil-
lia quingentorū. Hi post taberna-
culū metabūtur ad occidentē. sub D
principe Heliasaph filio Lahel, et
habebūt excubias in tabernaculo
federis, ipsum tabernaculū & ope-
rimētum eius, tentoriū quod tra-
hitur ante fores tecti federis, & cor-
tinas atrii: tentoriū quoq; quod
appenditur in introitu atrii taber
naculi, et quicquid ad ritū altaris
pertinet, funes tabernaculi et oīa
vtensilia eius. Cognatio Caath
habebit populos Amramitas & Je-
saaritas et Hebronitas et Ozihe-
litas. He sunt familie Caathitarū,
recensite per nomina sua, oēs ge-
neris masculini ab vno mēse & su-
pra, octo millia sexcenti. habebunt
excubias sanctuarii, & castrameta-
bunt ad meridianā plagā. Prin-
cepsq; eorum erit Helisaphan fili⁹
Ozihel. et custodient arcam, men-
samq; et candelabrū, altaria & va-
sa sanctuarii, in quibus ministra-
tur, et velum, cunctamq; huiusce-
modi supellectilem. Princeps aūt
principū Leuitarū Eleazar filius E
Aaron sacerdotis erit super excu-
bitores custodie sāctuarii. At vero
de Merari erūt populi Moholite
et Musite recensiti p nomina sua
omnes generis masculini ab vno
mense et supra, sex millia ducenti.
Princeps eorū Suriel filius Abi-
aiel: in plaga septētrionali castra-
metabuntur. Erunt sub custodia
eorū tabule tabernaculi et vectes,
et columne ac bases earum, et oīa
que ad cultum huiuscemodi perti-

nēt: colūneq; atrii p circuitum cū
basib⁹ suis, ⁊ paxilli cū funib⁹. Ca-
F strametabunt ante tabernaculū fe-
deris, id est ad orientalē plagā, Moy-
ses et Aarō cū filiis suis, habētes
custodiā sanctuarii in medio filiorū
Israel. Quisquis alienus acces-
serit, morietur. Oēs Leuite quos nu-
merauerūt Moyses et Aarō iuxta
preceptū dñi per familias suas in
genere masculino a mēse vno ⁊ su-
pra, fuerunt vigintiduo millia. Et
ait dñs ad Moysen, Numera pri-
mogenitos sex⁹ masculini de filiis
Israel ab vno mēse et supra, ⁊ ha-
bebis summā eorū. Tollesq; Leui-
tas mihi p oi primogenito filiorū
Israel. ego sum dñs. et pecora eorū
pro vniuersis pmogenitis pecorū
filiorū Israel. Recēsuit Moyses si-
cut preceperat dñs primogenitos fi-
liorū Israel, et fuerunt masculi p
noīa sua a mēse vno ⁊ supra, vigi-
tiduo millia ducenti septuaginta-
G tres. Locutusq; est dñs ad Moysē,
dicēs, Tolle leuitas p primogeni-
tis filiorū Israel, ⁊ pecora Leuita-
rū pro pecorib⁹ eorū: eruntq; Leuite
mei. Ego sum dñs. In pretio autē
ducentorum septuagintatriū, qui
excedunt numerū Leuitarū de pri-
mogenitis filiorū Israel, accipies
quinq; siclos p singula capita ad
mensurā sanctuarii. Siclus habet
Ex. 30.b viginti obolos. Dabisq; pecuniā
Leu. 27c Aarō et filiis eius pretiū eorū qui
eze. 45 d supra sunt. Tulit igitur Moyses
pecuniā eorū qui fuerāt amplius,
et quos redemerat a Leuitis pro
primogenitis filiorū Israel, mille
trecentorū sexaginta quinq; siclorū
iuxta pondus sanctuarii, et dedit
eam Aarō et filiis eius iuxta ver-
bum quod preceperat sibi domin⁹.

CAPVT. IIII.

A LOcutusq; est dñs ad Moy-
sen et Aaron, dicens, Tolle
summā filiorū Caath de me-
dio Leuitarum per domos ⁊ fami-
lias suas, a tricesimo anno et su-
pra, vsq; ad quinquagesimū annū
omniū qui ingrediūtur, vt stent et
ministrent in tabernaculo federis.
Hic est cultus filiorū Caath, Ta-
bernaculū federis et sanctum san-
ctorum ingredientur Aaron et filii
eius, quando mouēda sunt castra:
et deponēt velū quod pendet ante
fores, inuoluentq; eo arcam testi-
monii, ⁊ operiēt rursum velamine
hyacinthinarū pelliū, extendentq;
desuper palliū totū hyacinthinū,
et inducent vectes. Mēsam quoq;
propositionis inuoluēt hyacinthi-
no pallio, et ponent cum ea thuri-
bula et mortariola, cyathos ⁊ cra-
teras ad liba fundēda: panes semp
in ea erūt. extendentq; desup pal-
lium coccineū, quod rursum operi-
ent velamento hyacinthinarū pel-
lium, et inducēt vectes. Sument
et pallium hyacinthinū quo operi-
ent candelabrum cū lucernis ⁊ for-
cipibus suis, et emunctoriis ⁊ cun-
ctis vasis olei, q̄ ad cōcinnandas
lucernas necessaria sunt: et super
oīa ponent operimentum hyacin-
thinarū pellium, et inducēt vectes.
Necnon ⁊ altare aureū inuoluent
hyacinthino vestimento, et exten-
dent desuper operimentū hyacin-
thinarum pellium, inducentq; ve-
ctes. Oīa vasa quibus ministratur
in sanctuario inuoluent hyacin- B
thino pallio, et extendent desuper
operimentum hyacinthinarū pelli-
um, inducētq; vectes. Sed ⁊ altare
mundabunt cinere, et inuoluent
illud purpureo vestimēto, ponētq;
cum eo omnia vasa, quib⁹ in mini-
sterio eius vtuntur, id est ignium
receptacula, fuscinulas ac triden-
tes, vncinos et batilla. Cūcta va-
sa altaris operiēt simul velamine
hyacinthinarū pelliū, et inducēt ve-
ctes. Cūq; inuoluerint Aarō et fi-
lii ei⁹ sanctuariū et oīa vasa eius
in cōmotione castrorū, tunc intra-
bunt

bunt filii Caath vt portent inuoluta, et non tangent vasa sanctuarii, ne moriantur. Ista sunt onera filiorū Caath in tabernaculo federis, super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis, ad cuius pertinet curam oleum ad concinnandas lucernas & compositionis incensum et sacrificiū quod semper offertur, et oleū vnctionis, & quicquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniūque vasorū que in sanctuario sunt. Locutusque est dn̄s ad Moysen et Aaron, dicens, Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum, sed hoc facite eis, vt viuāt et non moriātur, si tetigerint sancta sanctorum. Aaron & filii eius intrabunt, ipsique disponēt opera singulorum, et diuident quid portare quis debeat. Alii nulla curiositate videāt que sunt in sanctuario priusque inuoluantur, alioquin morientur. Locutusque est dn̄s ad Moysen, dicēs,
C Tolle summam etiam filiorum Gerson per domos ac familias et cognationes suas a triginta annis & supra, vsque ad annos quinquagita. Numera oēs qui ingrediuntur et ministrant in tabernaculo federis. Hoc est officium familie Gersonitarum, vt portent cortinas tabernaculi et tectū federis operimentū aliud, et sup omnia velamen hyacinthinum, tentoriūque quod pendet in introitu tabernaculi federis, cortinas atrii, et velū i introitu quod est ante tabernaculū. Oīa que ad altare ptinent, funiculos et vasa ministerii, iubente Aarō & filiis eius, portabūt filii Gerson: et scient singuli cui debeāt oneri māncipari. Hic est cult⁹ familie Gersonitarum in tabernaculo federis. eorūque sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis. Filios quoque Merari per familias et domos patrū suorū recensebis a trigita annis et supra, vsque ad annos quiquagita, oēs qui ingrediuntur ad officium ministerii sui et cultum federis testimonii. Hec sunt onera eorum, Portabunt tabulas tabernaculi, et vectes eius, columnas ac bases earū, colūnas quoque atrii per circuitum cū basibus et paxillis et funibus suis. Oīa vasa et supellectilem ad numerū accipient, sicque portabunt. hoc est officium familie Meraritarum et ministeriū in tabernaculo federis: erūtque sub manu Ithamar filii Aarō sacerdotis.
Recensuerunt igitur Moyses et Aaron et principes synagoge filios Caath per cognationes et domos patrum suorū a triginta annis et supra, vsque ad annū quinquagesimum, oēs qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi federis: et inuenti sunt duo millia septingenti quinquagita. Hic est numer⁹ populi Caath, qui intrāt tabernaculum federis. Hos numerauit Moyses et Aaron iuxta sermonem dn̄i per manū Moysi. Numerati sunt et filii Gerson per cognationes et domos patrum suorum a triginta annis & supra, vsque ad quinquagesimum annū, oēs qui ingrediuntur vt ministrent in tabernaculo federis: et inuenti sunt duo millia sexcenti triginta. Hic est popul⁹ Gersonitarum, quos numerauerunt Moyses et Aaron iuxta verbū domini. Numerati sunt et filii Merari per cognationes & domos patrum suorum a triginta annis et supra, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explēdos rit⁹ tabernaculi federis: et inuenti sunt tria millia ducenti. Hic est numer⁹ filiorum Merari, quos recensuerūt Moyses & Aarō iuxta imperiū dn̄i p manū Moysi. Oēs q̄ recensiti sunt de Leuitis, et quos recēseri fecit ad nomē Moyses & Aarō, & pricipes Israel p cognationes et domos patrū suorum a

triginta annis et supra, vsq; ad
annū quinquagesimū, ingredien-
tes ad ministerium tabernaculi, et
onera portāda, fuerūt simul octo
millia quingenti octoginta. Juxta
verbū dñi recensuit eos Moyses,
vnumquēq; iuxta officiū, et onera
sua, sicut preceperat ei dominus.

CAPVT. V.

A Locutusq; est dñs ad Moy-
sen, dicēs, Precipe filiis Is-
rael, vt eiiciant de castris
oēm leprosum, & qui semine fluit,
pollutusq; est super mortuo, tam
masculum q̄ feminā eiicite de ca-
stris, ne contaminent ea cū habi-
tauerint vobiscum. Fecerūtq; ita
filii Israel, & eiecerūt eos extra ca-
stra, sicut locutus erat dñs Moy-
si. Locutusq; est dñs ad Moysen,
dicens, Loquere ad filios Israel,
Vir siue mulier cū fecerint ex om-
nibus peccatis, que solēt hominib9
accidere, et per negligentiā trans-
gressi fuerint mandatum dñi, atq;
deliquerint, confitebuntur pecca-
tum suum, & reddent ipsum caput,
quintāq; partē desuper ei, in quem
peccauerint. sin autem non fuerit
qui recipiat, dabunt dño, & erit sa-
cerdotis, excepto ariete qui offer-
tur pro expiatione, vt sit placabi-
lis hostia. Omnes quoq; primitie
B quas offerūt filii Israel, ad sacer-
dotē pertinent: et quicquid in san-
ctuariū offertur a singulis, et tra-
ditur manibus sacerdotis, ipsius
erit. Locutusq; est dñs ad Moysē,
dicens, Loquere ad filios Israel,
& dices ad eos, Vir cuius vxor er-
rauerit, maritūq; contemnēs dor-
mierit cum altero viro, et hoc ma-
ritus deprehendere non quiuerit,
sed latet adulteriū, et testibus ar-
gui non potest, quia nō est inuēta
in stupro: si spiritus zelotypie cō-
citauerit virū contra vxorē suam,
que vel polluta est, vel falsa suspi-
tione appetitur, adducet eā ad sa-
cerdotem, et offeret oblationē pro
illa, decimā partē sati farine hor-
deacee. nō fundet super eam oleū,
nec imponet thus: quia sacrificiū
zelotypie est, et oblatio inuestigās
adulteriū. Offeret igitur eam sa-
cerdos, et statuet coram dño, as-
sumetq; aquā sanctam in vase fi-
ctili, et pauxillū terre de pauimēto
tabernaculi mittet in eam. Cumq;
steterit mulier in conspectu domi- C
ni, discooperiet caput eius, et po-
net super manus illius sacrificiū
recordationis, & oblationem zelo-
typie: ipse aūt tenebit aquas ama-
rissimas, in quibus cū execratione
maledicta cōgessit, adiurabitq; eā,
et dicet, Si non dormiuit vir alie-
nus tecum, & si non polluta es de-
serto mariti thoro, nō te nocebūt
aque iste amarissime, in quas ma-
ledicta cōgessi. Sin aūt declinasti
a viro tuo, atq; polluta es, & cōcu-
buisti cū altero viro, his maledi-
ctionibus subiacebis, det te domi-
nus in maledictiones, exēplumq;
cunctorū in populo suo. putrescere
faciat femur tuū, & tumēs vterus
tuus dirumpatur. ingrediantur
aque maledicte in ventrem tuum,
et vtero tumescente putrescat fe-
mur. Et respondebit mulier, Amē
amen. Scribetq; sacerdos in libel-
lo ista maledicta, et delebit ea a-
quis amarissimis, in quas maledi
cta cōgessit, & dabit ei bibere. Quas
cum exhauserit, tollet sacerdos de D
manu eius sacrificium zelotypie, &
eleuabit illud corā dño, imponetq;
illud super altare: ita duntaxat vt
prius pugillum sacrificii tollat de
eo quod offertur, & incendat super
altare, et sic potum det mulieri a-
quas amarissimas. Quas cū bibe-
rit, si polluta est, et contēpto viro
adulterii rea, pertransibunt eam
aque maledictionis, & inflato ven-
tre cōputrescet femur. eritq; muli-
er in maledictionē et in exemplum
omni

omni populo. Quod si polluta non
fuerit, erit innoxia, et faciet libe-
ros. Ista est lex zelotypie. Si decli-
nauerit mulier a viro suo, et si pol-
luta fuerit, maritusque zelotypie
spiritu concitatus, adduxerit eam
in conspectu dñi, et fecerit ei sacer-
dos iuxta omnia que scripta sunt,
maritus absque culpa erit, et illa re-
cipiet iniquitatem suam.

CAPVT. VI.

A Locutusque est dñs ad Moy-
sen, dicēs, Loquere ad filios
Israel, et dices ad eos, Vir
siue mulier cum fecerint votū, vt
sanctificētur, et se voluerint domi-
no cōsecrare, a vino, et omni quod
inebriare potest, abstinebūt. Acetū
ex vino, et ex qualibet alia potione,
et quicquid de vua exprimitur, nō
bibent: vuas recētes siccasque non
comedent cunctis diebus quibus ex
voto dño cōsecrant: quicquid ex vi-
nea esse potest, ab vua passa vsque
ad acinū, non comedēt. Omni tē-
B pore separationis sue nouacula
non transibit per caput eius vsque
ad completum diem quo dño con-
secratur. Sanctus erit crescente ce-
sarie capitis eius. Omni tempore
cōsecrationis sue super mortuum
non ingredietur, nec super patris
quidem et matris et fratris soro-
risque funere contaminabitur, quia
cōsecratio dei sui super caput eius
est. Omnibus diebus separationis
sue sanctus erit dño. Sin aūt mor-
tuus fuerit subito quispiā corā eo,
polluet caput cōsecrationis eius:
quod radet ilico in eadem die pur-
gationis sue, et rursum septima. in
octaua aūt die offeret duos turtu-
res, vel duos pullos colūbe sacer-
doti in introitu federis testimonii:
facietque sacerdos vnū pro peccato,
et alterū in holocaustū, et deprecã-
bitur pro eo, quia peccauit super
mortuo: santificabitque caput eius
in die illo, et cōsecrabit dño die se-
parationis illius, offerens agnum
anniculum pro peccato: ita tamen
vt dies priores irriti fiant, quoniā
polluta est sanctificatio eius. Ista
est lex cōsecrationis. Cū dies quos
ex voto deuote decreuerat, cōple- C
buntur: adducet eum ad ostiū ta-
bernaculi federis, et offeret oblati-
onem eius domino, agnū anniculū
immaculatū in holocaustū, et ouē
anniculā immaculatā pro peccato,
et arietē immaculatū, hostiā pacifi-
cam, canistrū quoque panū azymo-
rum, qui cōspersi sint oleo, et laga-
na absque fermēto vncta oleo, ac li-
bamina singulorū: que offeret sa-
cerdos corā dño, et faciet tam pro
peccato, quam in holocaustum. Arietē
vero immolabit hostiam pacificā
domino, offerens simul canistrum
azymorū, et libamenta que ex more
debētur. Tunc radetur Nazareus
ad ostiū tabernaculi federis cesarie
cōsecrationis sue: tolletque capillos
eius, et ponet super ignem, qui est
suppositus sacrificio pacificorū: et
armum coctū arietis, tortāque absque
fermento vnam de canistro, et la-
ganū azymū vnū, et tradet in ma- D
nus Nazarei, postquam rasum fuerit
caput eius. Susceptaque rursum
ab eo eleuabit in cōspectu domini:
et santificata, sacerdotis erunt, si-
cut pectusculū quod separari ius-
sum est, et femur. post hec potest bi-
bere Nazareus vinum. Ista est lex
Nasarei, cum vouerit oblationem
suam domino tempore cōsecratio-
nis sue, exceptis his que inuenerit
manus eius. iuxta quod mente de-
uouerat, ita faciet ad perfectionē
sanctificationis sue. Locutusque est
dominus ad Moysen, dicens, Lo-
quere Aaron et filiis eius, Sic be-
nedicetis filiis Israel, et dicetis
eis, Benedicat tibi dñs, et custodi-
at te. Ostendat dñs faciē suā tibi,
et misereatur tui. Cōuertat domi-
nus vultum suum ad te, et det tibi
pacem

pacem. Inuocabũtq; nomen meũ
super filios Israel, et ego benedi-
cam eis.

CAPVT. VII.

A Ex.40.b Factum est aũt in die qua com-
pleuit Moyses tabernaculũ,
et erexit illud: Unxitq; ⁊ san-
ctificauit cum omnib9 vasis suis,
altare similiter ⁊ omnia vasa eius.
Obtulerũt principes Israel, ⁊ ca-
pita familiarũ, que erãt per singu-
las trib9, prefecti eorũ qui nume-
rati fuerãt, munera corã domino,
sex plaustra tecta cũ duodecim bo-
bus. Unũ plaustrũ obtulere duo
duces, ⁊ vnum bouẽ singuli, obtu-
leruntq; ea in cõspectu tabernacu-
li. Ait autẽ dominus ad Moysen,
Suscipe ab eis vt seruiãt in mini-
sterio tabernaculi, ⁊ trades ea Le-
uitis iuxta ordinem ministerii sui.
Itaq; cũ suscepisset Moyses plau
stra, et boues, tradidit ea Leuitis.
Duo plaustra et quatuor boues
dedit filiis Gerson, iuxta id quod
habebant necessariũ. quatuor alia
plaustra, et octo boues dedit filiis
Merari secũdũ officia et cultũ suũ
sub manu Itamar filii Aaron sa-
cerdotis. filiis aũt Caath non de-
dit plaustra et boues: quia in san-
ctuario seruiunt, ⁊ onera propriis
portant humeris. Igitur obtule-
runt duces in dedicationẽ altaris,
die qua vnctũ est, oblationẽ suam
ante altare. Dixitq; dñs ad Moy-
sẽ, Singuli duces p singulos dies
offerant munera in dedicationem
altaris. Primo die obtulit oblati-
B onem suã Naasson filius Amina-
dab de tribu Iuda: fuerũtq; in ea
acetabulum argenteũ pondo cen-
tum triginta siclorum, phiala ar-
gentea habens septuaginta siclos
iuxta pondus sanctuarii, vtrumq;
plenum simila conspersa oleo in
sacrificium. mortariolũ ex decem
siclis aureis plenum incenso, bo-
uem de armento, ⁊ arietẽ, et agnũ
anniculum in holocaustum, hir-
cumq; pro peccato: et in sacrificio
pacificorum boues duos, arietes
quinque, hircos quinque, agnos
anniculos quinque. hec est oblatio
Naasson filii Aminadab. Secun-
do die obtulit Nathanael filius
Suar dux de tribu Issachar, ace-
tabulum argenteũ appendens cen-
tum triginta siclos, phialam ar-
genteam habẽtem septuaginta si-
clos, iuxta pondus sanctuarii, v-
trumq; plenum simila conspersa
oleo in sacrificium. mortariolum
aureum habens decem siclos ple-
num incenso, bouem de armento,
et arietem, ⁊ agnum anniculum in
holocaustum, hircumq; pro pecca-
to: et in sacrificio pacificorum bo-
ues duos, arietes quinque, hircos
quinque, agnos aniculos quin-
que. hec fuit oblatio Nathanael
filii Suar. Tertio die princeps fi-
liorum Zabulon Heliab filius He-
lon, obtulit acetabulum argenteũ
appendẽs centum triginta siclos,
phialam argenteam habentẽ sep-
tuaginta siclos ad pondus sanctu
arii, vtrumq; plenum simila con-
spersa oleo in sacrificium. morta-
riolũ aureũ appendens decẽ siclos
plenũ incenso, bouẽ de armento,
et arietem, ⁊ agnum anniculum in
holocaustum, hircumq; pro pec-
cato: et in sacrificio pacificorũ bo-
ues duos, arietes quinque, hircos
quĩque, agnos anniculos quĩque.
hec est oblatio Heliab filii Helon.
Die quarto princeps filiorum Ru
ben, Elisur filius Sedeur, obtulit C
acetabulum argenteum appendẽs
centum triginta siclos, phialã ar-
genteam habẽtem septuaginta si-
clos ad pondus sanctuarii, vtrũq;
plenum simila conspersa oleo in
sacrificium. mortariolum aureum
appendens decem siclos plenum
incenso, bouem de armento, et a-
rietem, ⁊ agnum anniculum in ho-
locaustum

locaustum, hircumq; pro peccato:
et in hostias pacificorũ boues du-
os, arietes quinque, hircos quin-
que, agnos anniculos quinque.
hec fuit oblatio Elisur filii Sede-
ur. Die quinto princeps filiorum
Symeon, Salamihel filius Sur-
issaddai, obtulit acetabulũ argen-
teum appendens centum triginta
siclos, phialam argenteam haben-
tem septuaginta siclos ad pondus
sanctuarii, vtrumq; plenum simila
conspersa oleo in sacrificium: mor-
tariolum aureum appendens de-
cem siclos plenum incenso, bo-
uem de armento, et arietem, et a-
gnum anniculum in holocaustum,
hircumq; pro peccato: et in hostias
pacificorum boues duos, arietes
quinque, hircos quinque, agnos
anniculos quinque. hec fuit ob-
latio Salamihel filii Surissad-
dai. Die sexto princeps filiorum
Gad, Heliasaph filius Duel, ob-
tulit acetabulum argenteum ap-
pendens centum triginta siclos,
phialam argenteam habentem sep
tuaginta siclos ad pondus sanctu-
arii, vtrumq; plenum simila con-
spersa oleo in sacrificium: morta-
riolum aureum appendens decem
siclos plenum incenso, bouem de
armento, ⁊ arietem, et agnum an-
niculum in holocaustum, hircumq;
pro peccato: et in hostias pacifico-
rum boues duos, arietes quique,
hircos quinque, agnos anniculos
quinque. hec fuit oblatio Helia-
saph filii Duel. Die septimo prin-
D ceps filiorum Ephraim Helisama
filius Ammiud, obtulit acetabulũ
argenteum appendens centum tri
ginta siclos, phialam argenteam
habentem septuaginta siclos ad
pondus sanctuarii, vtrumq; ple-
num simila conspersa oleo in sa-
crificium: mortariolum aureum
appendens decem siclos plenum
incenso, bouem de armento, et a-
rietem, et agnum anniculum in
holocaustum, hircumq; pro pecca-
to: et in hostias pacificorum, bo-
ues duos, arietes quinque, hir-
cos quinque, agnos anniculos
quinque. hec fuit oblatio Heli-
sama filii Ammiud. Die octauo
princeps filiorum Manasse Ga-
maliel filius Phadassur, obtulit
acetabulum argenteum appen-
dens centum triginta siclos, phi-
alam argenteam habentem septu-
aginta siclos ad pondus sanctu-
arii, vtrumq; plenum simila con-
spersa oleo in sacrificium. morta-
riolum aureum appendens decem
siclos plenum incenso, bouem de
armento, et arietem, ⁊ agnum an-
niculum in holocaustũ, hircumq;
pro peccato: et in hostias pacifico-
rum boues duos, arietes quinque,
hircos quinque, agnos anniculos
quinque. hec fuit oblatio Gama-
liel filii Phadassur. Die nono pri-
ceps filiorum Beniamin Abidan E
filius Gedeonis, obtulit acetabu-
lum argenteum appendens centũ
triginta siclos, phialam argenteã
habentẽ septuaginta siclos ad põ-
dus sãctuarii, vtrũq; plenũ simila
cõspersa oleo in sacrificiũ: morta-
riolum aureum appendens decem
siclos plenum incenso, bouem de
armento, et arietem, ⁊ agnum an-
niculum in holocaustum, hircũq;
pro peccato: et in hostias pacifi-
corum boues duos, arietes quin-
que, hircos quinque, agnos anni-
culos quinqne. hec fuit oblatio
Abidan filii Gedeonis. Die deci-
mo princeps filiorum Dan, Ahie-
zer filius Amisaddai, obtulit ace-
tabulum argenteũ appendens cen
tum triginta siclos, phialam ar-
genteam habentem septuaginta
siclos ad pondꝰ sanctuarii, vtrũq;
plenum simila conspersa oleo in
sacrificũ: mortariolũ aureũ appen-
dens decem siclos plenum incenso,
bouem

boue͂ de arme͂to, et ariete͂, et agnu͂ anniculum in holocaustu͂. hircu͂qꝫ pro peccato: ⁊ in hostias pacificorũ boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hec fuit oblatio Ahiezer
F filii Amisaddai. Die vndecimo princeps filiorum Aser, Phegiel filius Ochran, obtulit acetabulũ argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteã habente͂ septuaginta siclos ad pond⁹ sanctuarii, vtrumqꝫ plenũ simila conspersa oleo in sacrificiũ: mortariolum aureũ appendens dece͂ siclos plenum incenso, boue͂ de armento, et arietem, ⁊ agnũ anniculũ in holocaustum, hircumqꝫ pro peccato: et in hostias pacificorũ boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quique. Hec fuit oblatio Phegiel filii Ochran. Die duodecimo princeps filiorum Neptalim, Ahira fili⁹ Henan, obtulit acetabulum argenteũ appendens centum triginta siclos, phialam argenteã habente͂ septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumqꝫ plenũ simila oleo cõspersa in sacrificiũ: mortariolũ aureũ appende͂s decem siclos plenũ ince͂so, boue͂ de armento, ⁊ ariete͂, et agnũ anniculum in holocaustũ, hircũqꝫ pro peccato: et in hostias pacificorum boues duos, arietes quique, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hec fuit oblatio Ahira fi-
G lii Henã. Hec in dedicatione altaris oblata sunt a principib⁹ Israel, in die qua consecratũ est, acetabula arge͂tea duodecim, phiale argentee duodecim, mortariola aurea duodecim: ita vt centũ triginta siclos argenti haberet vnum acetabulum, ⁊ septuaginta siclos arge͂ti haberet vna phiala, id est in cõmune vasorũ oim͂ ex argento sicli duo millia quadringenti, pondere sãctuarii. mortariola aurea duodecim plena incenso, denos siclos appende͂tia pondere sanctuarii, id est simul auri sicli centum viginti. boues de arme͂to in holocaustũ duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, et libamenta eorum. hirci duodecim pro peccato: hostie pacificorum, boues viginti quatuor, arietes sexaginta, hirci sexaginta, agni anniculi sexagita. Hec oblata sunt in dedicatione altaris, quando vnctũ est. Cumqꝫ ingrederetur Moyses tabernaculum federis, vt consuleret oraculũ, audiebat voce͂ loque͂tis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonii inter duos Cherubim, vnde et loquebatur ei.

CAPVT. VIII.

Locutusqꝫ est dn̄s ad Moysen, dicens, Loquere Aaron, A
et dices ad eum, Cum posueris septem lucernas, candelabrũ in australi parte erigat. Hoc igitur precipe vt lucerne contra boream e regione respiciant ad mensam panũ propositionis: cõtra eã partem quam candelabrũ respicit, lucere debebunt. Fecitqꝫ Aaron, ⁊ imposuit lucernas super candelabrum, vt preceperat dn̄s Moysi. Hec aũt erat factura cãdelabri, ex auro ductili, tam medius stipes q̃ cuncta que ex vtroqꝫ calamorũ latere nascebantur: iuxta exemplum quod ostendit dn̄s Moysi, ita operatus est candelabrũ. Et locutus est dn̄s ad Moysen, dicens, Tolle
Leuitas ex medio filiorũ Israel, et B
purificabis eos iuxta hunc ritum, Aspergantur aqua lustrationis, et radant oe͂s pilos carnis sue. Cũqꝫ lauerint vestimenta sua, ⁊ mundati fuerint, tollent bouem de arme͂tis, et libamentũ eius similã oleo cõspersam, boue͂ aũt alterũ de armento tu accipies pro peccato: et applicabis Leuitas corã tabernaculo federis, conuocata oi͂ multitudine

tudine filiorũ Israel. Cumq; Leuite fuerint coram domino, ponẽt filii Israel manus suas super eos, et offeret Aaron Leuitas, munus in conspectu dñi a filiis Israel, vt seruiant in ministerio eius. Leuite quoq; ponent manus suas sup capita boũ, e quibus vnũ facies pro peccato, et alterũ in holocaustum dñi, vt depreceris pro eis. Statuesq; Leuitas in conspectu Aaron et filior; eius, et consecrabis oblatos dño, ac separabis de medio filiorum Israel vt sint mei: ⁊ postea ingrediantur tabernaculũ federis vt seruiãt mihi. Sicq; purificabis et consecrabis eos in oblationem dñi, quoniã dono donati sunt mihi a filiis Israel. Pro primogenitis que aperiunt omnẽ vuluã in Israel, accepi eos. Mea sunt enim oĩa primogenita filiorum Israel, tam ex hominib⁹ q̃ ex iumentis. Ex die quo percussi omne primogenitum in terra Egypti, sanctificaui eos mihi: et tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorũ Israel, tradidiq; eos dono Aaron et filiis eius de medio populi, vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo federis, et orẽt pro eis ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuarium. Feceruntq; Moyses et Aaron et omnis multitudo filiorũ Israel super Leuitis, que preceperat dominus Moysi, purificatiq; sunt, et lauerunt vestimenta sua. Eleuauitq; eos Aaron in cõspectu domini, et orauit pro eis, vt purificati ingrederẽtur ad officia sua in tabernaculum federis corã Aaron ⁊ filiis eius. Sicut preceperat dñs Moysi de Leuitis, ita factum est. Locutusq; est dñs ad Moysen, dicens, Hec est lex Leuitarum, A viginti quinq; annis, et supra, ingredientur vt ministrent in tabernaculo federis. Cumq; quinquagesimum annum etatis impleuerint, seruire cessabunt, erũtq; ministri fratrum suorũ in tabernaculo federis, vt custodiãt que sibi fuerint commendata, opera autẽ ipsa nõ faciãt. sic dispones Leuitas in custodiis suis.

C

Sup. 3. c
Ex. 13. a
Luc. 2. d

D

CAPVT. IX.

A Locutus est dñs ad Moysen in deserto Sinai anno secundo, postquã Egressi sunt de terra Egypti mense primo, dicens, Faciant filii Israel phase in tempore suo, quartadecima die mẽsis huius ad vesperã iuxta omnes ceremonias ⁊ iustificationes eius. Precepitq; Moyses filiis Israel, vt facerent phase. Qui fecerũt tẽpore suo, quartadecima die mensis ad vesperã in mõte Sinai. Iuxta omnia que mandauerat dominus Moysi, fecerunt filii Israel. Ecce autem quidam immũdi super anima hominis, qui non poterant facere phase in die illo, accedẽtes ad Moysen et Aaron, dixerunt eis, B Immundi sumus super anima hominis, quare fraudamur, vt nõ valeam⁹ oblationem offerre domino in tẽpore suo inter filios Israel? Quib⁹ respõdit Moyses, State, vt consulam quid precipiat dominus de vobis. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Loquere filiis Israel, Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procul in gente vestra, faciat phase domino in mense secundo, quartadecima die mensis, ad vesperã: cum azymis et lactucis agrestibus comedẽt illud. non relinquẽt ex eo quippiam vsq; mane, et os ei⁹ nõ confringent, omnem ritum phase obseruabunt. Si quis autẽ et mũdus est, et in itinere non fuit, ⁊ tamen non fecit phase, exterminabitur anima illa de populis suis, q̃a sacrificium domino non obtulit tempore suo: peccatum suum ipse portabit. Peregrin⁹ quoq; et ad-

Ex. 12. g
Ioã. 19. f

uena si fuerint apud vos, facient
phase domino iuxta ceremonias,
et iustificationes suas. Preceptū
idem erit apud vos tam aduene, q̃
Ex.40.b indigene. Igitur die qua erectum
est tabernaculū, operuit illud nu-
bes. A vespere autem super tento-
rium erat quasi species ignis vsq;
mane. sic fiebat iugiter: per diem
operiebat illud nubes, & per noctē
quasi species ignis. Cumq; abla-
ta fuisset nubes que tabernaculū
protegebat, tunc proficiscebantur
filii Israel, et in loco vbi stetisset
nubes, ibi castrametabantur. Ad
imperiū domini proficiscebantur,
et ad imperium illius figebant ta-
D bernaculum. Cūctis diebus quib⁹
1.co.10 a stabat nubes sup̄ tabernaculum,
manebant in eodem loco: et si eue-
nisset vt multo tēpore maneret su-
per illud, erāt filii Israel in excu-
biis domini, et non proficiscebant
quotquot diebus fuisset nubes su-
per tabernaculum. Ad imperiū do-
mini erigebant tentoria, et ad im-
perium illius deponebant. Si fu-
isset nubes a vespere vsq; ad ma-
ne, et statim diluculo tabernaculū
reliquisset, proficiscebantur: et si
post diē et noctem recessisset, dissi-
pabāt tētoria. Si vero biduo aut
vno mense vel lōgiori tempore fu-
isset super tabernaculū, manebant
filii Israel in eodem loco, et non
proficiscebantur: statim autem vt
recessisset, mouebant castra. Per
verbum domini figebant tētoria,
et per verbum illius proficisceban
tur, erantq; in excubiis dñi iuxta
imperium eius per manū Moysi.

CAPVT. X.

A LOcutusq; est dñs ad Moy-
sen, dicēs, Fac tibi duas tu-
bas argenteas ductiles, qui-
bus cōuocare possis multitudinē,
quando mouēda sunt castra. Cūq;
increpueris tubis, congregabitur
ad te omnis turba ad ostiū taber-
naculi federis. Si semel clāgueris,
venient ad te principes, et capita
multitudinis Israel. Sin autē pro-
lixior atq; concisus clangor incre-
puerit, mouebunt castra primi qui
sunt ad orientalem plagam. In se-
cundo autem sonitu et pari vlula-
tu tube, leuabunt tentoria qui ha-
bitant ad meridiem. et iuxta hunc
modum reliqui facient vlulantib⁹
tubis in profectionem. Quando
autem congregandus est popul⁹,
simplex tubarū clangor erit, et nō
concise vlulabunt. Filii autem A-
aron sacerdotis clangent tubis, e-
ritq; hoc legitimum sempiternum
in generationibus vestris. Si ex-
ieritis ad bellum de terra vestra
contra hostes, qui dimicant aduer
sum vos, clangetis vlulantibus
tubis, et erit recordatio vestri co-
rā domino deo vestro, vt eruami-
ni de manib⁹ inimicorum vestro-
rū. Si quando habebitis epulum, B
et dies festos, et calendas, canetis
tubis super holocaustis, et pacifi-
cis victimis, vt sint vobis ī recor-
dationem dei vestri. ego dominus
deus vester. Anno secundo, mēse
secundo, vicesima die mensis ele-
uata est nubes de tabernaculo fe-
deris. p̄fectiq; sunt filii Israel per
turmas suas de deserto Sinai, et
recubuit nubes ī solitudine Pha-
ran. Moueruntq; castra primi iu-
xta imperium domini per manum
Moysi. Filii Iuda p̄ turmas su-
as, quorum princeps erat Naasson
filius Aminadab. In tribu filio-
rū Issachar fuit princeps Natha-
nael filius Suar. In tribu Zabu-
lon erat princeps Heliab fili⁹ He-
lon. Depositumq; est tabernaculū,
quod portantes egressi sunt, filii C
Gersō et Merari. Profectiq; sunt
et filii Ruben, per turmas et ordi-
nem suum, quorum princeps erat fa.6
Helisur fili⁹ Cedeur. In tribu au-
tem filiorum Symeon, princeps
fuit

fuit Salamihel filiꝰ Surisaddai.
Porro in tribu Gad erat princeps
Heliasaph filius Duel. Profectiq;
sunt ⁊ Caathite portantes sanctu-
arium. Tamdiu tabernaculū por-
tabatur, donec venirent ad erectio-
nis locum. Mouerunt castra ⁊ fi-
lii Ephraim per turmas suas, in
quoꝝ exercitu princeps erat Heli-
sama filiꝰ Ammiud. In tribu aūt
filioꝝ Manasse princeps fuit Ga-
maliel filiꝰ Phadassur. Et in tri-
bu Beniamin erat dux Abidan fi-
lius Gedeonis. Nouissimi castroꝝ
omniū profecti sunt filii Dan per
turmas suas, ī quoꝝ exercitu pri-
ceps fuit Ahiezer filiꝰ Amisaddai.
In tribu aūt filiorū Aser erat prin
ceps Phegiel filiꝰ Ochran. Et in
tribu filiorum Neptalim princeps
fuit Ahira filius Henan. Hec sunt
castra, ⁊ profectiones filioꝝ Israel
per turmas suas quando egredie-
bant̄. Dixitq; Moyses Obab filio
D Raguel Madianite cognato suo,
Proficiscimur ad locū quem dn̄s
daturus est nobis, veni nobiscū vt
benefaciamus tibi, quia dn̄s bona
promisit Israeli. Cui ille respōdit,
Non vadam tecum, sed reuertar
in terram meā, in qua natus sum.
Et ille, Noli, inquit, nos relinque-
re. tu enim nosti in quibus locis ꝑ
desertū castra ponere debeamus, ⁊
eris ductor noster. Cūq; nobiscum
veneris, q̄cquid optimū fuerit ex
opibus quas nobis traditurus est
dn̄s, dabimus tibi. Profecti sunt
ergo de monte domini viam trium
dierum, arcaq; federis dn̄i precede-
bat eos, ꝑ dies tres ꝓuidēs castro-
rum locū. Nubes quoq; dn̄i super
eos erat per diem cum incederent.
Cūq; eleuaret̄ arca, dicebat Moy
ses, Surge domine, et dissipentur
Psa.67 a inimici tui, et fugiant qui oderunt
te a facie tua. Cum autem depone-
retur, aiebat, Reuertere domine
ad multitudinē exercitus Israel.

CAPVT. XI.

INterea ortum est murmur po- A
puli, quasi dolentium pro labo-
re, contra dominum. Qđ cum
audisset, iratus est. Et accensus in
eos ignis domini, deuorauit extre-
mam castrorū partem. Cūq; cla-
masset populus ad Moysen, ora-
uit Moyses ad dominum, et ab-
sorptus est ignis. Vocauitq; nomē
loci illius Incensio: eo q̄ succēsus
fuisset contra eos ignis dn̄i. Vul-
gus quippe promiscuum, quod a-
scenderat cum eis, flagrauit desi-
derio carnium sedens ⁊ flens, iun-
ctis sibi pariter filiis Israel, et ait,
Quis dabit nobis ad vescendum
carnes? Recordamur pisciū quos 1.co.10 a
comedebamus in Egypto gratis: B
in mentem nobis veniūt cucume-
res, ⁊ pepones, porriq;, ⁊ cepe, ⁊ al-
lia. Aia nostra arida est, nihil aliud
respiciunt oculi nostri nisi man.
Erat autem man quasi semen co-
riandri coloris bdellii. Circūibatq; Ex.16.c
populus, ⁊ colligens illud, frange- Sap.16.c
bat mola, siue terebat ī mortario, psa.77 c
coquens in olla, et faciēs ex eo tor- Ioā.6.d
tulas saporis quasi panis oleati.
Cumq; decenderet nocte super ca-
stra ros, descēdebat pariter et mā.
Audiuit ergo Moyses flentem po-
pulum per familias, singulos per
ostia tentorii sui. Iratusq; est fu- C
ror domini valde, sed et Moysi in-
toleranda res visa est, et ait ad do-
minum, Cur afflixisti seruū tuū?
quare non inuenio gratiam coram
te? et cur imposuisti pondus vni-
uersi populi huius super me? Nū-
quid ego concepi omnē hanc mul-
titudinem, vel genui eam, vt dicas
mihi, Porta eos in sinu tuo sicut
portare solet nutrix infantulum, ⁊
defer in terram pro qua iurasti pa-
tribus eorum? Unde mihi carnes
vt dem tante multitudini? Flent
corā me, dicētes, Da nobis carnes
vt comedamus. Non possum solꝰ

sustinere omnē hunc populū, quia
grauis est mihi. Sin aliter tibi vi-
detur, obsecro vt interficias me, et
inueniam gratiam in oculis tuis,
ne tantis afficiar malis. Et dixit
D dominus ad Moysen, Congrega
mihi septuaginta viros de senib⁹
Israel, quos tu nosti, q senes po-
puli sint ac magistri, et duces eos
ad ostium tabernaculi federis, fa-
ciesq; ibi stare tecū, et descendam
et loquar tibi, et auferā de spiritu
tuo, tradāq; eis, vt sustentent te-
cum onus populi, et non tu solus
graueris. Populo quoq; dices, Sā-
ctificamini: cras cōedetis carnes.
Ego enī audiui vos dicere, Quis
dabit nobis escas carnium? bene
nobis erat in Egypto. Ut det vo-
bis dominus carnes, ⁊ comedatis:
non vno die nec duobus, vel quin-
que aut decem, nec viginti quidē,
sed vsq; ad mensem dierum, donec
exeat per nares vestras, et verta-
tur in nauseā, eo q repuleritis do-
minū qui in medio vestri est, et fle-
E ueritis coram eo, dicentes, Quare
egressi sumus ex Egypto, vt peri-
remus in solitudine? Et ait Moy-
ses, Sexcenta millia peditū huius
populi sunt: et tu dicis. Dabo eis
Ioā. 6. b esum carneū mense integro? Nū-
quid ouium ⁊ boum multitudo ce-
detur, vt possit sufficere ad cibum?
Esa. 59 a vel omnes pisces maris in vnū cō-
gregabuntur, vt eos satient? Cui
respondit dn̄s, Nunquid manus
domini inualida est? Iam nunc vi-
debis, vtrum meus sermo opere cō-
pleatur. Uenit igitur Moyses, et
narrauit populo verba domini, cō-
gregās septuaginta viros de seni-
bus Israel, quos stare fecit circa
tabernaculum. Descenditq; domi-
nus per nubē, et locutus est ad eū,
auferēs de spiritu, q erat in Moy-
F se, ⁊ dans septuaginta viris. Cūq;
requieuisset in eis spiritus, pphe-
tauerūt, nec vltra cessauerūt. Re-
manserant aūt in castris duo viri,
quorū vnus vocabatur Heldad, et
alter Medad, sup quos requieuit
spiritus. nam et ipsi descripti fue-
rant, ⁊ nō exierāt ad tabernaculū.
Cumq; prophetarēt in castris, cu-
currit puer et nūtiauit Moysi, di-
cens, Heldad ⁊ Medad prophetāt
in castris. Statī Iosue fili⁹ Nun,
minister Moysi, et electus e pluri-
b⁹, ait, Domine mi Moyses, pro-
hibe eos. At ille, Quid inquit, emu-
laris pro me? quis tribuat, vt oīs
populus prophetet, et det eis dn̄s
spiritū suū? Reuersusq; est Moy- G
ses, et maiores natu Israel in ca-
stra. Uentus aūt egrediens a dn̄o psa. 77
arreptas trās mare coturnices de-
tulit, ⁊ dimisit ī castra itinere quā-
tum vno die confici pteſt, ex omni
parte castrorū p circumitū, vola-
bantq; in aere duobus cubitis al-
titudine super terrā. Surgēs ergo
popul⁹ toto die illo, ⁊ nocte, ac die
altero, cōgregauit coturnices: qui
parum, decē choros: et siccauerūt
eas per gyrū castrorū. Adhuc car- psa. 77
nes erant in dentib⁹ eorū, nec de-
fecerat huiuscemodi cibus: et ecce
furor domini cōcitatus in ppulū,
percussit eū plaga magna nimis.
Uocatusq; est ille loc⁹, Sepulchra
concupiscentie: ibi enim sepelierūt
populum q desiderauerat. Egressi
autem de sepulchris cōcupiscentie,
venerūt in Aseroth, ⁊ māserūt ibi.

CAPVT. XII.

A Locutaq; est Maria ⁊ Aaron
contra Moysen ppter vxorē
eius Ethiopissam, ⁊ dixerūt,
Num per solum Moysen locutus
est dn̄s? nōne et nobis similiter est
locutus? Qd cum audisset domi-
nus, iratus est. Erat enim Moy-
ses vir mitissimus super oēs homi
nes qui morabātur in terra. Sta-
tim locutus est dominus ad eum,
et ad Aaron, et Mariam, Egredi-
mini vos tantum tres ad taberna-
culum

culum federis. Cumq; fuissent egres-
B si, descẽdit dñs in columna nubis,
& stetit in introitu tabernaculi vo-
cans Aaron & Mariam. Qui cum
issent, dixit ad eos, Audite sermo-
nes meos, Si quis fuerit inter vos
propheta domini, in visione appa-
rebo ei, vel per somniũ loquar ad
Heb. 3. a illũ. At nõ talis seruus meꝰ Moy-
ses, qui in omni domo mea fidelis-
simꝰ est. ore enim ad os loquor ei:
palam et nõ per enigmata et figu-
ras dñm videt. Quare ergo nõ ti-
muistis detrahere seruo meo Moy
C si? Iratusq; contra eos, abiit. Nu-
bes quoq; recessit q̃ erat super ta-
bernaculũ: Et ecce Maria apparu-
it candens lepra quasi nix. Cumq;
respexisset eã Aarõ, et vidisset per-
fusam lepra, ait ad Moysen, Ob-
secro domine mi, ne imponas no-
bis hoc peccatũ, quod stulte cõmi-
simus, ne fiat hec quasi mortua, et
vt abortiuũ quod ꝓiicitur de vul-
ua matris sue. ecce iam mediũ car-
D nis eius deuoratũ est a lepra. Cla-
mauitq; Moyses ad dñm dicens,
Deus obsecro sana eã. Cui respõ-
dit dominus, Si pater eius spuis-
set in faciem illius, nõne debuerat
saltẽ septẽ diebꝰ rubore suffundi?
Separetur septẽ diebus extra ca-
stra, et postea reuocabitur. Exclu-
sa est itaq; Maria extra castra se-
ptẽ diebꝰ: & populꝰ non est motꝰ de
loco illo donec reuocata est Maria.

CAPVT. XIII.

A PRofectusq; est populꝰ de A-
seroth fixis tẽtoriis in deser-
to Pharã. Ibiq; locutus est
dominꝰ ad Moysen dicẽs, Mitte
viros qui considerent terrã Cha-
naan, quã daturus sum filiis Is-
rael, singulos de singulis tribubꝰ
ex principibꝰ. Fecit Moyses quod
dominus imperauerat, de deserto
Pharã mittens principes viros,
quorum ista sunt nomina. De tri-
bu Ruben, Sammua filiũ Zecur.
De tribu Symeon, Saphat filiũ
Huri. De tribu Iuda, Caleb fili-
um Iephone. De tribu Issachar,
Igal filium Ioseph. De tribu E-
phraim, Osee filiũ Nun. De tri-
bu Beniamin, Phalti filium Ra-
phu. De tribu Zabulon, Geddi-
hel filiũ Zodi. De tribu Ioseph,
sceptri Manasse, Gaddi filiũ Zu-
si. De tribu Dan, Amihel filium
Gemalli. De tribu Aser, Zathur
filium Michael. De tribu Nepta-
lim, Naabi filium Napsi. De tri-
bu Gad, Guhel filium Machi. hec
sunt nomina virorum, quos misit
Moyses ad cõsiderãdã terrã, vo-
cauitq; Osee filium Nun, Iosue.
Misit ergo eos Moyses ad con- B
syderandam terram Chanaan, et
dixit ad eos, Ascendite ad meridi-
anam plagam. Cumq; veneritis
ad montes, considerate terrã qua-
lis sit, et populum qui inhabitator
est eius, vtrum fortis sit an infir-
mꝰ, pauci numero an plures, ipsa
terra bona an mala, vrbes quales,
murate an absq; muris, humꝰ pin-
guis an sterilis, nemorosa an abs-
q; arboribus. Confortamini et af-
ferte nobis de fructibus terre. E-
rat autẽ tempus quando iam pre-
coque vue vesci possunt. Cumq; a-
scendissent, explorauerunt terram
a deserto Sin, vsq; Roob intran-
tibus Emath. Ascenderuntq; ad
meridiem, et venerunt in Hebron,
vbi erant Achiman et Sisai, et
Tolmai filii Enach. Nam Hebrõ
septem annis ante Thanim vrbẽ Deu. 1. a
Egypti condita est. Pergentesq;
vsq; ad torrentem botri, absciden-
rũt palmitem cum vua sua, quem
portauerunt in vecte duo viri. De
malis quoq; granatis, et de ficis
loci illius tulerunt, qui appellatꝰ
est Nehel eschol, id est Torrens
botri, eo ꝙ botrũ portassent inde
filii Israel. Reuersiq; explorato-
res terre post quadraginta dies,
omni

omni regione circumita, venerūt
ad Moysen ⁊ ad Aaron et ad oēm
cetum filiorum Israel, in desertū
Pharan quod est in Cades. Lo-
D cutiq; eis et oī multitudini ostēde-
runt fructus terre, et narrauerūt,
dicentes, Venimus in terram ad
quā misistis nos, que reuera fluit
lacte et melle, vt ex his fructib⁹ co-
gnosci potest: sed cultores fortissi-
mos habet, et vrbes grandes atq;
muratas. Stirpem Enach vidi-
mus ibi: Amalech habitat in me-
ridie, et Etheus, et Hiebuseus, et
Amorrheus in montanis. Chana-
neus vero moratur iuxta mare, et
circa fluenta Iordanis. Inter hec
Caleb cōpescens murmur ꝑpuli q̄
oriebatur contra Moysen, ait, A-
scendamus, et possideamus terrā,
quoniā poterimus optinere eam.
Alii vero qui fuerāt cum eo, dice-
bant, Nequaquā ad hunc populū
valemus ascendere, quia fortior
nobis est. Detraxerūtq; terre quā
inspexerāt, apud filios Israel, di-
cētes, Terra quam lustrauimus,
deuorat habitatores suos. popu-
lus quē aspeximus procere stature
est. ibi vidimus monstra quedam
filiorum Enach de genere giganteo,
quibus cōparati, quasi locuste vi-
debamur.

CAPVT. XIIII.

A Igitur vociferās oīs turba fle-
uit nocte illa, et murmurati sūt
contra Moysen et Aaron cūcti
filii Israel, dicentes, Vtinā mor-
tui essemus in Egypto, et non in
hac vasta solitudine. Vtinam pe-
reamus, et nō inducat nos domi-
nus in terram istam, ne cadamus
gladio, ⁊ vxores ac liberi nostri du-
cantur captiui. Nonne melius est
reuerti in Egyptum? Dixeruntq;
alter ad alterum, Constituamus
nobis ducē, et reuertamur in E-
gyptum. Quo audito Moyses et
Aaron ceciderunt proni in terram
coram omni multitudine filiorum
Israel. At vero Iosue fili⁹ Nun,
et Caleb fili⁹ Iephone, qui et ipsi Ecc.46.b
lustrauerūt terram, sciderunt ve-
stimenta sua, et ad omnem multi-
tudinem filiorum Israel locuti sunt, I.ma.2.f
Terra quā circumiuimus, valde B
bona est. si propitius fuerit dn̄s,
inducet nos in eam, ⁊ tradet humū
lacte et melle manantem. Nolite
rebelles esse cōtra dominum, neq;
timeatis populū terre huius, quia
sicut panem ita eos possumus de-
uorare. Recessit ab eis omne pre-
sidium, dominus nobiscū est, noli-
te metuere. Cūq; clamaret omnis
multitudo, et lapidibus eos vellet
opprimere, apparuit gloria domi-
ni super tectum federis cunctis vi-
dentibus filiis Israel. Et dixit do-
minus ad Moysen, Vsquequo de-
trahet mihi popul⁹ iste? Quousq;
non credent mihi in omnibus si-
gnis que feci coram eis? Feriam
igitur eos pestilētia atq; cōsumā,
te aūt faciam principem sup gen-
tem magnā, et fortiorem q̄ hec est.
Et ait Moyses ad dominum, Vt C
audiāt Egyptii de quorum medio Ex.32.c
eduxisti populum istum, et habita-
tores terre huius qui audierunt q̄
tu domine in populo isto sis, ⁊ fa-
cie videaris ad faciē, et nubes tua
protegat illos, et in colūna nubis
precedas eos per diem, et in colū- Ex.13.d
na ignis per noctem: q̄ occideris
tātam multitudinem quasi vnum
hominem, et dicant, Non poterat
introducere populum in terram
pro qua iurauerat: idcirco occidit
eos in solitudine. Magnificetur
ergo fortitudo domini sicut iura-
sti, dicens, Dominus patiens et
multe misericordie, auferens ini- psa 102.b
quitatem ⁊ scelera, nullumq; inno-
xium derelinquēs, qui visitas pec-
cata patrum in filios, in tertiam
et quartam generationē. Dimitte D
obsecro peccatum populi tui hui⁹

secun

secundum magnitudinem misericordie tue, sicut propitius fuisti egredientib⁹ de Egypto usque ad locum istum. Dixitque dominus, Dimisi iuxta verbum tuū. Uiuo ego: et implebitur gloria domini universa terra. Attamē omnes homines qui viderunt maiestatem meam, et signa que feci in Egypto et in solitudine, et tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci mee, non videbūt terram pro qua iuraui patribus eorum, nec quisque ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. Seruum meū Caleb qui
Iosu.14.b plen⁹ alio spiritu secutus est me, inducam in terram hanc quam circumiuit, et semen eius possidebit eam, quoniā Amalechites et Chananeus habitāt in vallibus. Cras mouete castra, et reuertimini in solitudinem per viam maris rubri. Locutusque est dominus ad Moysen et Aaron, dicens, Usquequo
psa.105 c multitudo hec pessima murmurat cōtra me? Querelas filiorum Israel audiui. Dic ergo eis, Uiuo ego ait dominus, sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis. In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Omnes qui numerati estis
Deu. 1. f a viginti annis et supra, et murmurastis contra me, non intrabitis terram super quam leuaui manū meam ut habitare vos facerē, preter Caleb filium Jephone, et Jo-
Iosu. 3. c sue filium Nun. Paruulos autē vestros de quibus dixistis quod prede hostibus forēt, introducam, ut videāt terram que vobis displicuit.
F Uestra cadauera iacebunt in solitudine. filii vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, et portabūt fornicationem vestram, donec consumantur cadauera patrū in deserto, iuxta numerum quadraginta dierum quibus considerastis terram, annus pro die im-
psa.94 d putabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, et scietis ultionem meam: quoniam sicut locut⁹ sum, ita faciam omni multitudini huic pessime, que consurrexit aduersum me, in solitudine hac deficiet et morietur. Igitur omnes viri quos miserat Moyses ad contemplandam terram, et qui reuersi murmurare fecerant cōtra eum oēm multitudinē, detrahētes terre quod esset mala, mortui sunt atque percussi in conspectu domini. 2.co.10 b
Josue autem fili⁹ Nun, et Caleb G
filius Jephone vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerā- Heb. 3. d
dam terram. Locutusque est Moy- Iude.1. b
ses universa verba hec ad omnes filios Israel, et luxit populus nimis. Et ecce mane primo surgentes ascenderunt verticem montis atque dixerūt. Parati sumus ascendere ad locum de quo dominus locutus est: quia peccauimus. Quibus Moyses, Cur, inquit, transgredimini verbum domini, quod vobis non cedet in prosperū? Nolite ascendere, non enim est dominus vobiscum: ne corruatis corā inimicis vestris. Amalechites et Chananeus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eo quod nolueritis acquiescere domino, nec erit dominus vobiscum. At illi cōtenebrati ascenderunt in verticē montis. Arca autem testamenti domini et Moyses non recesserunt de castris. Descenditque Amalechites et Chananeus qui habitabant in monte: et percutiens eos atque concidens persecutus est eos usque
Horma. A

CAPVT. XV.

Locutus est dn̄s ad Moysen, dicens, Loquere ad filios Israel, et dices ad eos, Cum ingressi fueritis terram habitationis vestre quam ego dabo vobis, et feceritis oblationē dn̄o in holocaustū aut victimā pacificam vota

vota soluẽtes, vel sponte offeren-
tes munera, aut in solennitatibus
vestris adolentes odorem suauita-
tis domino, de bobus siue de oui-
bus: offeret quicunqꝫ immolaue-
rit victimam, sacrificium simile de-
cimam partem ephi cõspersam o-
leo, quod mensurã habebit quar-
tam partem hin: et vinum ad liba
fundenda eiusdem mensure dabit
in holocaustũ siue in victimã. Per
B agnos singulos, et arietes erit sa-
crificium simile duarum decima-
rum, que conspersa sit oleo tertie
partis hin: et vinum ad libamentũ
tertie partis eiusdem mẽsure offe-
ret in odorem suauitatis domino.
Quando vero de bobus feceris
holocaustum aut hostiam, vt im-
pleas votũ et pacificas victimas,
dabis ꝑ singulos boues simile tres
decimas consperse oleo, quod ha-
beat medium mensure hin, et vinũ
ad liba fundenda eiusdem mẽsure
in oblationẽ suauissimi odoris do-
mino. Sic facies per singulos bo-
ues et arietes, et agnos et hedos.
Tam indigene q̃ peregrini eodem
ritu offerent sacrificia. Vnum pre-
ceptum erit atqꝫ iudicium tam vo-
bis q̃ aduenis terre. Locutus est
dominus ad Moysen, dicens, Lo-
quere filiis Israel, ⁊ dices ad eos,
Cum veneritis in terram quã da-
bo vobis, et comederitis de pani-
bus regionis illiꝰ, separabitis pri-
mitias dño de cibis vestris. Sicut
C de areis primitias separabitis, ita
⁊ de pulmẽtis dabitis primitias do-
mino. Qđ si per ignorantiam pre-
terieritis quicquam horum que lo
cutus est dominus ad Moysen, et
mandauit per eum ad vos, a die
qua cepit iubere et vltra, oblitaqꝫ
fuerit facere multitudo, offeret vi-
tulum de armẽto holocaustũ in o-
dorem suauissimum domino, et sa-
crificium eiꝰ, ac liba vt ceremonie
postulant, hircumqꝫ pro peccato,
et rogabit sacerdos pro oĩ multi-
tudine filiorum Israel: et dimit-
tetur eis, quoniam non sponte pec
cauerunt, nihilominus offerentes
incensum domino pro se et pro pec
cato atqꝫ errore suo: et dimittetur
vniuerse plebi filiorum Israel, et
aduenis qui peregrinãtur inter eos,
quoniam culpa est omnis populi ꝑ
ignorantiam. Qđ si anima vna
nesciens peccauerit, offeret caprã
anniculam pro peccato suo, et de-
precabitur pro ea sacerdos, q̃ in-
scia peccauerit coram domino, im-
petrabitqꝫ ei veniam, ⁊ dimittetur
illi. Tam indigenis, q̃ aduenis
vna lex erit omnium qui peccaue-
rint ignorantes. Anima vero que D
per superbiam aliquid commiserit,
siue ciuis sit ille, siue peregrinus,
quoniam aduersus dominũ rebel-
lis fuit, peribit de populo suo. ver-
bum enim domini contẽpsit, ⁊ pre-
ceptum illius fecit irritum: idcirco
delebitur et portabit iniquitatem
suam. Factum est autem cũ essent
filii Israel in solitudine, ⁊ inuenis-
sent hominem colligentem ligna
in die sabbati, obtulerũt eũ Moy-
si et Aaron et vniuerse multitudĩ-
ni. Qui recluserunt eum in carce-
rem, nesciẽtes quid super eo facere
deberẽt. Dixitqꝫ dñs ad Moysen,
Morte moriatur homo iste, obru-
at eum lapidibus omnis turba ex-
tra castra. Cumqꝫ eduxissent eum
foras, obruerunt eum lapidibus,
et mortuus est sicut preceperat do-
minus. Dixit quoqꝫ dñs ad Moy-
sen, Loquere filiis Israel, et dices
ad eos, vt faciant sibi fimbrias per
angulos palliorum, ponẽtes in eis
vittas hyacinthinas, quas cũ vi-
derint, recordentur omnium mã-
datorum domini, ne sequãtur co-
gitationes suas, et oculos per res
varias fornicãtes, sed magis me-
mores preceptorum domini faciãt
ea, sintqꝫ sancti deo suo. Ego dñs
deus

deus vester, qui eduxi vos de ter-
ra Egypti, vt essem deus vester.

CAPVT. XVI.

A E Cce autē Core filius Isaar,
Ecc. 45 c filii Caath, filii Leui, et Da-
Iude. 1. d than atq; Abiron fili Eliab,
1. co. 10 b Hon quoq; fili⁹ Pheleth, de filiis
Ruben, surrexerunt contra Moy-
sen, aliiq; filiorum Israel ducenti
quinquaginta viri proceres syna-
goge: et qui tēpore concilii per no-
mina vocabantur. Cumq; stetissēt
aduersum Moysen & Aaron dixe-
rūt, Sufficiat vobis, quia omnis
multitudo sanctorum est et in ipsis
est dominus: cur eleuamini super
populum domini? Quod cum au-
disset Moyses, cecidit pronus in
faciē: locutusq; ad Core & ad om-
nem multitudinē, Mane (inquit)
notū faciet dominus qui ad se per-
tineant, et sanctos applicabit sibi,
et quos elegerit, appropinquabūt
ei. Hoc igitur facite, Tollat vnus-
quisq; thuribulum suum, tu Core
et omme cōcilium tuum: et hausto
cras igne ponite desup thymiama
coram domino, et quemcunq; ele-
gerit, ipse erit sanctus. multū eri-
gimini filii Leui. Dixitq; rursum
ad Core, Audite filii Leui, Num
B parum vobis est ꝙ separauit vos
deus Israel ab oī populo, et iun-
xit sibi vt seruiretis ei in cultu ta-
bernaculi, & staretis corā frequen-
tia populi et ministraretis ei? id-
circo ad se fecit accedere te et om-
nes fratres tuos filios Leui, vt
vobis etiam sacerdotium vendice-
tis, & omnis globus tuus stet con-
tra dominum? quis est enim Aarō
vt murmuretis cōtra eum? Misit
ergo Moyses vt vocaret Dathā
et Abirō filios Eliab. Qui respon
derunt, Non venimus: nunquid
parū est tibi ꝙ eduxisti nos de ter-
ra Egypti, que lacte & melle mana-
bat, vt occideres in deserto, nisi et
dominatus fueris nostri? Reuera
induxisti nos in terrā que fluit ri-
uis lactis et mellis, et dedisti nobis
possessiones agrorū et vinearum:
an et oculos nostros vis eruere?
Non venimus. Iratusq; Moyses C
valde, ait ad dominum, Ne respi-
cias sacrificia eorum. tu scis ꝙ nec
asellum quidē vnquam acceperim
ab eis, nec afflixerim quempiam e-
orum. Dixitq; ad Core, Tu et oīs
congregatio tua state seorsum co-
ram domino, et Aaron die crastino
separatim. tollite singuli thuribu-
la vestra, et ponite super ea incen-
sum offerentes dn̄o ducenta quin-
quaginta thuribula. Aaron quoq;
teneat thuribulum suum. Quod
cum fecissent, stantibus Moyse et
Aaron, & coaceruassent aduersum
eos omnem multitudinem ad osti-
um tabernaculi, apparuit cunctis
gloria domini. Locutusq; dminus
ad Moysen et Aaron, ait, Sepa-
ramini de medio congregationis
huius, vt eos repente disperdam.
Qui ceciderunt proni in faciem,
atq; dixerunt, Fortissime deus spi-
ritum vniuerse carnis, num vno
peccante cōtra omnes ira tua de-
seuiet? Et ait domin⁹ ad Moysen,
Precipe vniuerso populo vt sepa- D
retur a tabernaculis Core et Da-
than et Abiron. Surrexitq; Moy-
ses et abiit ad Dathan & Abiron,
et sequētibus eum senioribus Is-
rael, dixit ad turbā, Recedite a ta-
bernaculis hominum impiorū, et
nolite tāgere que ad eos pertinēt,
ne inuoluamini in peccatis eorū.
Cumq; recessissent a tētoriis eorū
per circumitum, Dathan et Abi-
ron egressi stabant in introitu pa-
pilionum suorum, cum vxoribus
et liberis, omniq; frequentia. Et
ait Moyses, In hoc scietis ꝙ dn̄s
miserit me vt facerē vniuersa que
cernitis, & non ex proprio ea corde
protulerim, Si cōsueta hominum
morte interierit, & visitauerit eos

plaga qua & ceteri visitari solent,
E non misit me dominus. Sin autem
nouam rem fecerit dominus, vt a-
periens terra os suum deglutiat
eos & omnia que ad illos pertinēt,
descenderintq; viuentes in infer-
num, scietis ꝙ blasphemauerint
dominum. Cōfestim igitur vt ces-
Psa 105 b sauit loqui, dirupta est terra sub
Deu. 11 a pedibus eorum: et aperiens os su-
um deuorauit illos cum taberna-
culis suis et vniuersa substantia
eorum. descenderuntq; viui in in-
fernum operti humo, et perierunt
de medio multitudinis. At vero
omnis Israel qui stabat per gyrū
fugit a clamore pereūtium, dicēs,
Ne forte et nos terra deglutiat.
Sed et ignis egressus a domino,
interfecit ducentos quinquaginta
viros, qui offerebant incēsum. Lo-
cutusq; est dominus ad Moysen,
dicens, Precipe Eleazaro filio A-
aron sacerdoti vt tollat thuribula
que iacent in incendio, et ignem
huc illucq; dispergat: quoniam sā-
ctificata sunt in mortibus peccato-
rum: producatq; ea in laminas et
affigat altari, eo ꝙ oblatum sit in
eis incensum domino, et sanctifi-
cata sint, vt cernant ea pro signo
et monimento filii Israel. Tulit
ergo Eleazar sacerdos thuribula
F enea in quibus obtulerāt hi quos
incendium deuorauit, et produxit
ea in laminas affigens altari, vt
haberent postea filii Israel quib9
commonerentur, ne quis accedat
alienigena, & qui non est de semine
Aaron ad offerendū incensum do-
mino, ne patiatur sicut passus est
Core, et omnis congregatio eius
loquente dño ad Moysen. Mur-
murauit autem omnis multitudo
filiorum Israel sequenti die cōtra
Moysen et Aaron, dicens, Vos
interfecistis populum dñi. Cumq;
oriretur seditio et tumultus incre-
sceret, Moyses et Aaron fugerūt
ad tabernaculum federis. Quod G
postquā ingressi sunt, operuit nu-
bes, & apparuit gloria dñi. Dixitq;
dominus ad Moysen, Recedite de
medio huius multitudinis, etiam
nunc delebo eos. Cūq; iacerent in
terra, dixit Moyses ad Aaron,
Tolle thuribulum, et hausto igne
de altari mitte incensum desuper,
pergens cito ad populū vt roges
pro eis. iam enim egressa est ira a Sap. 18. a
domino, et plaga deseuit. Quod
cū fecisset Aaron, et cucurrisset ad
mediam multitudinem quam iam
vastabat incendiū, obtulit thymi-
ama: & stans inter mortuos ac vi-
uentes, pro populo deprecatus est,
et plaga cessauit. Fuerunt autem
qui pcussi sunt quatuordecim mil-
lia hominū et septingēti, absq; his
qui perierāt in seditione Core. Re-
uersusq; est Aaron ad Moysen ad
ostiū tabernaculi federis postquā
quieuit interitus.

CAPVT. XVII.

ET locutus est dñs ad Moy- A
sen, dicēs, Loquere ad filios
Israel, & accipe ab eis virgas
singulas per cognationes suas a
cunctis principibus tribuū virgas
duodecim, et vniuscuiusq; nomen
superscribes virge sue: nomen autē
Aarō erit in tribu Leui, & vna vir-
ga cunctas eorū familias contine-
bit: ponesq; eas in tabernaculo fe-
deris coram testimonio vbi loquar
ad te. quem ex his elegero, germi- B
nabit virga eius, & cohibebo a me
querimonias filiorum Israel, quib9
contra vos murmurāt. Locutusq;
est Moyses ad filios Israel. et de-
derunt ei omnes principes virgas
per singulas trib9. fuerūtq; virge
duodeci absq; virga Aarō. Quas C
cum posuisset Moyses coram dño
in tabernaculo testimonii, sequēti
die regressus inuenit germinasse
virgā Aarō in domo Leui: et tur-
gentibus gēmis eruperant flores,
qui

qui foliis dilatatis, in amigdalas
defoꝛmati sũt. Pꝛotulit ergo Moy
ses oẽs virgas de conspectu domi=
ni ad cunctos filios Israel: vide=
runtqꝫ et receperũt singuli virgas
suas. Dixitqꝫ dominꝰ ad Moysen,
Refer virgã Aaron in tabernacu=
D lum testimonii, vt seruetur ibi in
signum rebellium filioꝝ Israel, et
quiescant querele eoꝝ a me, ne mo
riant. Fecitqꝫ Moyses sicut pꝛe=
ceperat dominus. Dixerunt autẽ
filii Israel ad Moysen, Ecce con=
sumpti sumus, omnes peribimus.
quicũqꝫ accedit ad tabernaculũ do
mini moꝛitur. Num vsqꝫ ad inter=
necionem cuncti delendi sumus?

CAPVT. XVIII.

A Dixitqꝫ dominus ad Aaron,
Tu et filii tui, ⁊ domus pa
tris tui tecũ poꝛtabitis ini=
quitatẽ sanctuarii, et tu et filii tui
simul sustinebitis peccata sacerdo=
tii vestri. sed et fratres tuos de tri=
bu Leui, ⁊ sceptro patris tui sume
tecum, pꝛestoqꝫ sint et ministrent
tibi. Tu autem et filii tui mini=
strabitis i tabernaculo testimonii.
Excubabuntqꝫ Leuite ad pꝛecepta
tua, ⁊ ad cuncta opera tabernaculi:
ita dũtaxat vt ad vasa sanctuarii,
et altare nõ accedant, ne ⁊ illi mo=
riantur, et vos pereatis simul. Sint
autem tecum, et excubent in custo=
diis tabernaculi, et in omnibus ce=
remoniis eius. Alienigena nõ mi=
scebitur vobis. Excubate in custo
dia sanctuarii, ⁊ in ministerio alta=
ris: ne oꝛiatur indignatio super fi=
lios Israel. Ego dedi vobis fra=
tres vestros Leuitas de medio fi=
lioꝛum Israel, et tradidi donũ do=
mino, vt seruiant in ministeriis
tabernaculi eius. Tu autem et fi=
lii tui custodite sacerdotiũ vestrũ:
B et omnia que ad cultũ altaris per=
tinent, et intra velum sunt, per sa=
cerdotes administrabũtur. si quis
externus accesserit, occidetur. Lo=
cutusqꝫ est dominꝰ ad Aarõ, Ecce
dedi tibi custodiam pꝛimitiaꝝ me=
arum. Omnia que sanctificantur
a filiis Israel, tradidi tibi et filiis
tuis pꝛo officio sacerdotali legiti=
ma sempiterna. hec ergo accipies
de his que sanctificantur, et obla=
ta sunt domino. Omnis oblatio,
et sacrificium, et quicquid pꝛo pec=
cato atqꝫ delicto reddit mihi, et ce=
dit in sancta sanctoꝝ, tuum erit, et
filioꝛum tuoꝝ. in sanctuario come=
des illud. mares tantum edent ex
eo, quia consecratum est domino.
Pꝛimitias autẽ quas vouerint, et
obtulerint filii Israel, tibi dedi, et
filiis tuis, ac filiabꝰ tuis iure per=
petuo. qui mũdus est in domo tua,
vescetur eis. Omnem medullam
olei, et vini, ac frumenti quicquid
offerunt pꝛimitiarũ dño, tibi dedi.
Uniuersa frugum initia, que gig=
nit humus, et domino depoꝛtant,
cedent in vsus tuos. qui mundꝰ est
in domo tua, vescetur eis. Omne
quod ex voto reddiderint filii Is=
rael, tuum erit. Quicquid pꝛimum C
erumpet e vulua cũcte carnis, quã
offerunt domino, siue ex hominibꝰ,
siue de pecoꝛibus fuerit, tui iuris
erit: ita duntaxat, vt pꝛo hominis
pꝛimogenito pꝛetium accipias, et
omne animal quod immũdum est,
redimi facias, cuiꝰ redemptio erit
post vnum mensem, siclis argenti
quinqꝫ pondere sanctuarii. Siclus
vigiti obolos habet. Pꝛimogeni= Sup. 3. g
ta aũt bouis ⁊ ouis ⁊ capꝛe nõ faci
es redimi, qꝛ sanctificata sũt dño.
sanguinẽ tantũ eoꝝ fundes sup al
tare, ⁊ adipes adolebis in suauissi=
mũ odoꝛẽ dño. Carnes vero i vsũ
tuũ cedẽt, sicut pectusculũ cõsecra
tũ, ⁊ armꝰ dexter tua erũt. Oẽs pꝛi
mitias sãctuarii quas offerũt filii
Israel dño, tibi dedi ⁊ filiis, ac fili=
abꝰ tuis iure ꝑpetuo. Pactũ salis
est sempiternũ coꝛã dño tibi ac fi=
liis tuis. Dixitqꝫ dominꝰ ad Aarõ,

Deu.18 a In terra eorum nihil possidebitis,
nec habebitis partē inter eos. Ego
pars et hereditas tua in medio fi-
liorū Israel. Filiis autē Leui dedi
omnes decimas Israelis in posses-
sionē pro ministerio, quo seruiunt
mihi in tabernaculo federis: vt nō
accedāt vltra filii Israel ad taber-
naculum, nec cōmittant peccatum
mortiferū, solis filiis Leui mihi in
tabernaculo seruientibꝰ, et portā-
tibꝰ peccata populi. legitimū sem-
D piternum erit in generationibꝰ ve-
Deu.18 a stris. Nihil aliud possidebūt, deci-
marum oblatione contēti, quas in
vsus eorum ⁊ necessaria separaui.
Locutusqꝫ est dñs ad Moysen, di-
cens, Precipe Leuitis, atqꝫ denū-
tia, Cum acceperitis a filiis Israel
decimas quas dedi vobis, primiti-
as earū offerte dño, id est decimam
partē decime, vt reputetur vobis
in oblationē primitiuorū: tam de
areis ꝙ de torcularibus. Et de vni-
uersis, quorū accipitis primitias,
offerte dño, ⁊ date ea Aaron sacer-
doti. Oia ꝙ offeretis ex decimis, ⁊ i
donaria dñi separabitis, optima
⁊ electa erūt cūcta. Dicesqꝫ ad eos,
Si preclara ⁊ meliora queqꝫ obtu-
leritis ex decimis, reputabitur vo-
bis, quasi de area ⁊ torculari dede-
ritis primitias: ⁊ comedetis eas in
omnibus locis vestris, tam vos ꝙ
familie vestre, quia pretiū est pro
ministerio quo seruitis i taberna-
culo testimonii: et non peccabitis
sup hoc, egregia vobis ⁊ pinguia
reseruantes, ne polluatis oblatio-
nes filiorum Israel, et moriamini.

CAPVT. XIX.

A Locutusqꝫ est dñs ad Moy-
sen ⁊ Aaron, dicens, Ista est
religio victime, quā cōstituit
dñs. Precipe filiis Israel, vt addu
cant ad te vaccā rufam etatis inte
gre, i qua nulla sit macula, nec por
tauerit iugū, tradetisqꝫ eam Elea-
Heb.13 b zaro sacerdoti. qui eductā extra ca-
stra, immolabit in conspectu oīm, ⁊
tingēs digitum in sanguine eius,
asperget contra fores tabernaculi
septem vicibꝰ, cōburetqꝫ eam cun-
ctis videntibus, tam pelle et carni-
bus eius ꝙ sanguine ⁊ fimo flam-
me traditis. Lignū quoqꝫ cedrinū,
et hyssopū, coccumqꝫ bis tinctū sa-
cerdos mittet in flāmam, que vac-
cam vorat. Et tunc demū lotis ve- B
stibus ⁊ corpore suo, ingredietur in
castra, cōmaculatusqꝫ erit vsqꝫ ad
vesperum. Sed et ille qui cōbusse-
rit eam, lauabit vestimenta sua et
corpus, et immundus erit vsqꝫ ad
vesperū. Colliget aūt vir mundus
cineres vacce, ⁊ effundet eos extra
castra i loco purissimo, vt sint mul
titudini filiorū Israel in custodiā,
et in aquam aspersionis: quia pro
peccato vacca cōbusta est. Cumqꝫ
lauerit qui vacce portauerat cine-
res vestimenta sua, immūdus erit
vsqꝫ ad vesperum. Habebunt hoc
filii Israel, et aduene, qui habitāt
inter eos sanctum iure perpetuo.
Qui tetigerit cadauer hominis, et
propter hoc septē diebꝰ fuerit im-
mundus, aspergetur ex hac aqua
die tertio et septimo, et sic munda-
bitur. Si die tertio aspersus non
fuerit, septimo non poterit emun-
dari. Omnis qui tetigerit huma- C
ne anime morticinum, et aspersus
hac cōmixtione non fuerit, polluet
tabernaculū dñi, ⁊ peribit ex Isra-
el: quia aqua expiationis non est
aspersus, immundus erit, et ma-
nebit spurcitia eius super eū. Ista
est lex hominis, qui moritur in ta-
bernaculo, Omnes qui ingrediū-
tur tentoriū illius, et vniuersa va-
sa que ibi sunt, polluta erunt septē
diebus. Vas quod non habuerit
operculum, nec ligaturā desuper,
immundū erit. Si quis in agro te-
tigerit cadauer occisi hominis, aut
per se mortui, siue os illius, vel se-
pulchrum, immundus erit septem

diebus. Tollétq; de cinerib⁹ cōbu-
stionis atq; peccati, & mittēt aquas
viuas super eos in vas: in quibus
cum homo mundus tinxerit hysso
pum, asperget ex eo omne tentori-
um, et cunctam supellectilem, & ho-
mines huiuscemodi cōtagione pol-
lutos: atq; hoc modo mundus lu-
strabit immundū tertio et septimo
D die. Expiatusq; die septimo, laua-
bit se & vestimenta sua, et immun-
dus erit vsq; ad vesperū. Si quis
hoc ritu non fuerit expiatus, peri-
bit anima illius de medio ecclesie:
quia sanctuariū domini polluit, et
nō est aqua lustrationis aspersus.
Erit hoc preceptum legitimū sem-
piternum. Ipse quoq; qui aspergit
aquas, lauabit vestimēta sua. Ois
q̄ tetigerit aquas expiationis, im-
mund⁹ erit vsq; ad vesperā. Quic-
quid tetigerit immūdus, immūdū
faciet: & aīa q̄ horū quippiā tetige-
rit immūda erit vsq; ad vesperam.

CAPVT. XX.

A Veneruntq; filii Israel, & ois
multitudo in desertū Sin,
mense primo: et mansit po-
pulus in Cades. Mortuaq; est ibi
Maria, et sepulta in eodem loco.
Cumq; indigeret aqua popul⁹, cō-
uenerūt aduersum Moysen & Aa-
ron, & versi in seditionem, dixerūt,
Utinam periissemus inter fratres
Ex. 17.b nostros corā dño. Cur eduxistis
ecclesiam domini in solitudinē, vt
et nos & nostra iumēta moriamur?
quare nos fecistis ascendere de E-
gypto, & adduxistis in locū istū pes-
simum, qui seri non potest, qui nec
ficū gignit, nec vineas, nec mala
granata, insup et aquā non habet
ad bibendum? Ingressusq; Moy-
ses et Aarō dimissa multitudine in
tabernaculum federis, corruerunt
proni in terram, clamauerūtq; ad
dominum, atq; dixerunt, Domine
deus audi clamorē huius populi, &
aperi eis thesaurum tuum fontem
aque viue, vt saciati cessent murmu
ratio eorū. Et apparuit gloria dñi
super eos. Locutusq; est dominus
ad Moysen, dicēs, Tolle virgam,
et congrega populum tu et Aaron
frater tuus, et loquimini ad petrā
corā eis, et illa dabit aquas. Cūq;
eduxeris aquā de petra, bibet ois
multitudo et iumenta eius. Tulit B
igitur Moyses virgam, q̄ erat in Sap. 11.a
conspectu domini, sicut preceperat
ei, cōgregata multitudine ante pe-
tram, dixitq; eis, Audite rebelles &
increduli, Num de petra hac vobis
aquam poterimus eiicere? Cumq; psa. 77 b
eleuasset Moyses manum, percu- 1. co. 10 a
tiens virga bis silicē, egresse sunt
aque largissime, ita vt popul⁹ bibe-
ret & iumenta. Dixitq; domins ad
Moysen et Aaron, Quia non cre-
didistis mihi, vt sanctificaretis me
coram filiis Israel, nō introduce-
tis hos populos in terrā quā dabo
eis. Hec est aqua contradictionis,
vbi iurgati sunt filii Israel cōtra C
dominū, et sanctificatus est in eis.
Misit interea nuntios Moyses de Nu. 11. c
Cades ad regē Edom, qui dicerēt,
Hec mandat frater tuus Israel,
Nosti omnem laborē qui apprehē-
dit nos, quo modo descēderint pa-
tres nostri in Egyptum, & habita-
uerimus ibi multo tēpore: afflixe-
rintq; nos Egyptii, et patres no-
stros: et quo modo clamauerimus
ad dominū, & exaudierit nos, mise-
ritq; angelum qui eduxerit nos de
Egypto. Ecce in vrbe Cades, que
est in extremis finibus tuis, positi,
obsecramus vt nobis trāsire liceat D
per terram tuam. Non ibimus p
agros, nec per vineas, non bibe-
mus aquas de puteis tuis, sed gra
diemur via publica, nec ad dextrā,
nec ad sinistram declinātes, donec
transeamus terminos tuos. Cui
respondit Edom, Non transibis
per me, alioquin armatus occur-
ram tibi. Dixeruntq; filii Israel,

Per

Per tritam gradiemur viam: et si
biberimus aquas tuas nos et pe-
cora nostra, dabimus quod iustum
est. nulla erit in pretio difficultas,
tantum velociter transeamus. At
D ille respōdit, Non trāsibitis. Sta-
timq; egressus est obuius, cum in-
finita multitudine, et manu forti,
nec voluit acquiescere deprecanti,
vt concederet transitum per fines
suos. Quamobrem diuertit ab eo
Israel. Cumq; castra mouissent de
Cades, venerunt in montem Hor,
qui est in finibus terre Edom: vbi
locutus est dominus ad Moysen,
dicens, Pergat, inquit, Aaron ad
populos suos. Non enim intrabit
terram, quam dedi filiis Israel, eo
q incredulus fuerit ori meo ad a-
Inf. 33.e quas contradictionis. Tolle Aarō
De. 32.g et filium eius cum eo, et duces eos
in montē Hor. Cumq; nudaueris
patrem veste sua, indues ea Ele-
azarū filiū eius, et Aaron collige-
tur, et morietur ibi. Fecit Moyses
vt preceperat dominus, & ascende-
Deu.10b runt in montem Hor coram omni
multitudine. Cumq; Aaron spoli-
asset vestibus suis, induit eis Ele-
azarum filiū eius. Illo mortuo in
montis supercilio, descēdit cū Ele-
azaro. Omnis autē multitudo vi-
dens occubuisse Aaron, fleuit su-
per eo triginta diebus per cunctas
familias suas.

CAPVT. XXI.

A QVod cum audisset Chana
neus rex Arad, qui habita
bat ad meridiē, venisse sci-
licet Israel per exploratorū viam,
pugnauit contra illū, et victor exi-
stens, duxit ex eo predam. At Isra-
el voto se dño obligās, ait, Si tra-
dideris populū istū in manu mea,
delebo vrbes ei9. Exaudiuitq; dñs
preces Israel, et tradidit Chana-
neum, quē ille interfecit subuersis
vrbibus eius, et vocauit nomē lo-
ci illius, Horma, id est anatema.

Profecti sunt autē de monte Hor,
per viā que ducit ad mare rubrū,
vt circumirent terram Edom. Et
tedere cepit populū itineris ac la- B
boris: locutusq; contra dominū et
Moysen, ait, Cur eduxisti nos de
Egypto, vt moreremur in solitu-
dine? Deest panis, non sunt aque,
anima nostra iam nauseat sup ci-
bo isto leuissimo. Quamobrē misit Sap.16.a
dominus in populum ignitos ser- 1.co.10b
pentes, ad quorum plagas, & mor-
tes plurimorū venerunt ad Moy-
sen, atq; dixerūt, Peccauim9, quia
locuti sumus contra dominum et
te, ora vt tollat a nobis serpentes.
Orauit Moyses pro populo, & lo-
cutus est dominus ad eū, Fac ser- C
pentem eneū, & pone eū pro signo.
qui percussus aspexerit eū, viuet.
Fecit ergo Moyses serpentē eneū, Ioan.3.b
et posuit eum pro signo: Quē cum
percussi aspicerēt, sanabant. Pro-
fectiq; filii Israel castrametati sūt
in Oboth. Vnde egressi fixere ten-
toria in Jeabarim, in solitudine q
respicit Moab contra orientalem
plagam. Et inde mouentes, vene-
runt ad torrentem Zareth. Quem
relinquētes castrametati sunt cō-
tra Arnō, que est in deserto, & pro-
minet in finib9 Amorrhei. Siqui-
dem Arnon termin9 est Moab, di-
uidens Moabitas et Amorrheos.
Vnde dicitur in libro bellorum do- D
mini, Sicut fecit in mari rubro, sic Iud.11.c
faciet in torrentibus Arnon. Sco-
puli torrētium inclinati sūt, vt re-
quiescerent in Arnon, et recumbe-
rent in finibus Moabitarum. Et
ex eo loco apparuit puteus, super
quo locutus est dominus ad Moy
sen, Congrega populum, et dabo
ei aquā. Tunc cecinit Israel car-
men istud: Ascendat puteus. Con-
cinebant, Puteus quem foderunt
principes, & parauerūt duces mul-
titudinis in datore legis, et in ba-
culis suis. Profectiq; sunt de soli-
tudine.

tudine, Mathana: de Mathana
in Nahaliel: de Nahaliel in Ba-
E moth. Bamoth vallis est in regio-
ne Moab i vertice Phasga, quod
Deut.2.f respicit contra desertū. Misit aūt
Iudit.1.d Israel nūtios ad Seō regē Amor-
rheorum, dicens, Obsecro vt trā-
sire mihi liceat per terrā tuam: nō
declinabimus in agros et vineas,
non bibemus aquas ex puteis. via
regia gradiemur, donec transea-
mus terminos tuos. Qui cōcedere
noluit, vt transiret Israel p fines
suos, quin potius exercitu congre-
gato egressus est obuiā in desertū,
et venit in Iasa, pugnauitqȝ cōtra
Amos 2.c eum. A quo pcussus est in ore gla-
Psa 134.c dii, et possessa est terra eius ab Ar-
non vsqȝ Ieboc, et filios Ammon:
quia forti presidio tenebantur ter-
F mini Ammonitarū. Tulit ergo Is-
rael oēs ciuitates eius, et habita-
uit in vrbib⁹ Amorrhei, in Esebon
scilicet, et viculis eius. Urbs Ese-
bon fuit Seon regis Amorrhei, q̄
pugnauit contra regem Moab, et
tulit omnem terram, q̄ ditionis il-
lius fuerat, vsqȝ Arnō. Idcirco di-
citur in prouerbio, Uenite in Ese-
bon, edificetur et construatur ciui-
tas Seon. Ignis egressus est de
Esebon, flamma de oppido Seon, ꝛ
deuorauit Arnō Moabitarū, ꝛ ha-
bitatores excelsorū Arnō. Ue tibi
Moab, peristi popule Chamos.
Iud.11.c Dedit filios eius i fugā, ꝛ filias in
captiuitatē regi Amorrheoꝝ Seō.
Iugum ipsoꝝ disperiit ab Esebon
vsqȝ Dibō, lassi puenerūt i Iophe,
et vsqȝ Medaba. Habitauit itaqȝ
G Israel in terra Amorrhei. Misitqȝ
Moyses q̄ explorarēt Iazer: cuius
ceperūt viculos, ꝛ possederūt habi-
tatores. Uerterūtqȝ se, ꝛ ascēderūt
Deut.3.a p viā Basan, ꝛ occurrit eis Og rex
et.29.b Basan cum omni populo suo, pu-
gnaturus in Edrai. Dixitqȝ domi-
nus ad Moysen, Ne timeas eum,
quia in manu tua tradidi illum, et

omnem populum, ac terram eius:
faciesqȝ illi, sicut fecisti Seon regi
Amorrheorū habitatori Esebon.
Percusserunt igitur et hunc cū fi-
lis suis, vniuersūqȝ populū eius
vsqȝ ad internecionē, et possederūt
terram illius.

CAPVT. XXII.

PRofectiqȝ castrametati sūt in
cāpestribus Moab, vbi trās A
Iordanem Hiericho sita est.
Uidēs aūt Balach filius Sephor Ios.24.b
oia que fecerat Israel Amorrheo,
et ꝙ pertimuissent eum Moabite,
et impetū eius ferre nō possent, di-
xit ad maiores natu Madian, Ita
delebit hic populus omnes qui in
nostris finibus cōmorantur, quo-
modo solet bos herbas vsqȝ ad ra-
dices carpere. Ipse autem erat eo
tempore rex in Moab. Misit ergo
nuntios ad Balaam, filium Beor
ariolum, qui habitabat super flu-
men terre filiorū Ammon, vt voca-
rent eum, et dicerēt, Ecce egressus
est popul⁹ ex Egypto, qui operuit B
superficiē terre, sedens contra me.
Ueni igitur, ꝛ maledic populo hu-
ic, q̄ fortior me est, si quo modo pos-
sim percutere et eiicere eū de terra
mea. noui enim ꝙ benedict⁹ sit, cui
benedixeris: ꝛ maledictus in quem
maledicta cōgesseris. Perrexerūtqȝ
seniores Moab, et maiores natu
Madiā habētes diuinationis pre-
tium in manib⁹. Cumqȝ venissent
ad Balaam, ꝛ narrassent ei omnia
verba Balach, ille respondit, Ma-
nete hic nocte, et respondebo quic-
quid mihi dixerit dominus. Ma-
nentib⁹ autē illis apud Balaam,
venit deus, et ait ad eū, Quid sibi
volunt homines isti apud te? Re- C
spondit, Balach filius Sephor
rex Moabitarum misit ad me, di-
cens, Ecce populus qui egressus
est de Egypto, operuit superficiē
terre: veni ꝛ maledic ei, si quo mo-
do possim pugnans abigere eum.
Dixitqȝ

Dixitq; deus ad Balaam, Noli ire
cū eis, neq; maledicas populo, q̄a
benedictus est. Qui mane consur=
gens dixit ad principes, Ite in ter=
ram vestram, quia prohibuit me
deus venire vobiscū. Reuersi prin=
cipes dixerunt ad Balach, Noluit
Balaam venire nobiscū. Rursum
ille multo plures et nobiliores q̄
ante miserat, misit. Qui cum ve=
nissent ad Balaam dixerunt, Sic
dicit Balach filius Sephor, Ne
D cuncteris venire ad me, paratus
sum honorare te, & quicquid volu=
eris dabo tibi. veni, et maledic po=
pulo isti. Respondit Balaam, Si
Inf,24.c dederit mihi Balach plenā domū
suam argenti et auri, non potero
immutare verbū domini dei mei,
vt vel plus vel minꝰ loquar. Ob=
secro vt hic maneatis etiā hac no=
cte, vt scire queam quid mihi rur=
sum respondeat dominus. Venit
ergo deus ad Balaam nocte, et ait
ei, Si vocare te venerint homines
isti, surge, et vade cū eis: ita dun=
taxat, vt qd̄ tibi precepero facias.
2.Pe.2.c Surrexit Balaam mane, et strata
Iude.1.d asina profectus est cum eis. Et ira=
tus est deus. Stetitq; angelus do=
mini in via contra Balaam, qui
insidebat asine et duos pueros ha=
bebat secum. Cernens asina ange=
lum stantem in via euaginato gla
dio, auertit se de itinere, & ibat per
agrum. Quā cum verberaret Ba=
laam, et vellet ad semitam redu=
E cere, stetit angelꝰ in angustiis du=
arum maceriarum, quibus vinee
cingebantur. Quem videns asina
iunxit se parieti, et attriuit seden=
tis pedem. At ille iterum verbera=
bat eam, et nichilominus angelus
ad locum angustum transiēs, vbi
nec ad dextram nec ad sinistrā po=
terat deuiari, obuius stetit. Cūq;
vidisset asina stantem angelum cō
cidit sub pedibus sedētis. Qui ira=
tus, vehemētius cedebat fuste la=
tera eius. Aperuitq; dominus os
asine et locuta est, Quid feci tibi?
cur percutis me, ecce iam tertio?
Respondit Balaam, Quia com=
meruisti et illusisti mihi, vtinā ha=
berem gladium vt te percuterem.
Dixit asina, Nonne animal tuum
sum, cui semper insidere cōsueuisti F
vsq; in presentem diem? Dic quid
simile vnquā fecerim tibi? At ille
ait, Nunquam. Protinus aperuit
dominus oculos Balaam: et vidit
angelum stātem in via euaginato
gladio, adorauitq; eum pronus in
terram. Cui angelꝰ, Cur, inquit,
tertio verberas asinam tuā? Ego
veni vt aduersarer tibi, quia per=
uersa est via tua, mihiq; cōtraria,
et nisi asina declinasset de via, dās
locum resistēti, te occidissem, et illa
viueret. Dixit Balaam, Peccaui,
nesciens q̄ tu stares cōtra me. Et
nunc si displicet tibi vt vadam, re=
uertar. Ait angelus, Vade cū istis,
et caue ne aliud q̄ precepero tibi lo
quaris. Iuit igitur cū principibꝰ.
Qd̄ cum audisset Balach egressus G
est in occursum eiꝰ in oppido Mo=
abitar, quod sitū est in extremis fi
nibꝰ Arnon. Dixitq; ad Balaam,
Misi nūtios vt vocarēt te, cur nō
statī venisti ad me? an q̄a mercedē
aduētui tuo reddere nequeo? Cui
ille respōdit, Ecce adsum: nūquid
loqui potero aliud, nisi qd̄ deꝰ po=
suerit in ore meo? Perrexerūt ergo
simul et venerūt in vrbē que in ex=
tremis regni eiꝰ finibꝰ erat. Cūq;
occidisset Balach boues et oues,
misit ad Balaā, et prīcipes qui cū
eo erāt, munera. Mane aūt facto,
duxit eū ad excelsa Baal, et intui=
tus est extremam partem populi.

CAPVT. XXIII.

Dixitq; Balaā ad Balach,
Edifica mihi hic septem a= A
ras, & para totidē vitulos,
eiusdemq; numeri arietes. Cumq;
fecisset iuxta sermonem Balaam,
impo=

imposuerũt simul vitulũ et arietẽ
sup aram. Dixitq; Balaã ad Ba-
lach, Sta paulisper iuxta holocau
stum tuum donec vadam, si forte
occurrat mihi dominus, et quod-
cũq; mihi imperauerit, loquar tibi.
Cumq; abiisset velociter, occurrit
illi deus. Locutusq; ad eum Bala-
am, Septem, inquit, aras erexi, et
imposui vitulũ et arietem desup.
Dominus autẽ posuit verbum in
ore eius, et ait, Reuertere ad Ba-
lach, et hec loqueris. Reuersus in-
uenit stantem Balach iuxta holo-
caustum suum, ⁊ omnes principes
Moabitarũ: assumtaq; parabola
sua, dixit, De Aram adduxit me
Balach rex Moabitaꝝ, de mõtib9
orientis. Ueni, inquit, et maledic
B Jacob, propera et detestare Jsra-
el. Quo modo maledicam, cui nõ
maledixit deus? Qua ratione de-
tester, quẽ dominus non detestatur?
De summis silicibus videbo eum,
et de collibus considerabo illum.
Populus solus habitabit, et inter
gentes non reputabitur. Quis di-
numerare possit puluerem Jacob,
et nosse numerum stirpis Jsrael?
Moriatur anima mea morte iusto-
rum, et fiant nouissima mea horũ
similia. Dixitq; Balach ad Bala-
am, Quid est hoc quod agis? Ut
malediceres inimicis meis vocaui
te: et tu econtrario benedicis eis.
Cui ille respõdit, Num aliud pos-
sum loqui nisi quod iusserit domi-
nus? Dixit ergo Balach ad Bala
am, Ueni mecum in alterum locũ,
vnde partem Jsrael videas, et to-
tum videre non possis, et inde ma-
C ledicito ei. Cumq; duxisset eum in
locum sublimẽ super verticẽ mon-
tis Phasga, edificauit Balaam
septem aras, ⁊ impositis supra vi-
tulis atq; arietibus, dixit ad Ba-
lach, Sta hic iuxta holocaustum
tuum, donec ego obuius pergam.
Cui cum dominus occurrisset, po-
suissetq; verbũ in ore eius, ait, Re-
uertere ad Balach, et hec loqueris
ei. Reuersus inuenit eũ stantẽ iu-
xta holocaustũ suum, et principes
Moabitaꝝ cũ eo. Ad quẽ Balach,
Quid, inquit, locutus est dñs? At
ille assumpta parabola sua, ait,
Sta Balach et ausculta, audi fili
Sephor, Nõ est deus quasi homo
vt mentiatur, nec vt fili9 hominis
vt mutetur. Dixit ergo et nõ faciet?
locut9 est et nõ implebit? Ad bene-
dicendũ adduct9 sum, benedictionẽ
prohibere nõ valeo. Non est idolũ
in Jacob, nec videtur simulachrũ in
Jsrael. Dñs deus eius cũ eo est, et
clãgor victorie regis in illo. Deus Inf. 24 b
eduxit illũ de Egypto, cuius forti- D
tudo similis est rhinocerotis. Nõ
est auguriũ in Jacob, nec diuina-
tio in Jsrael. Tẽporibus suis dice
tur Jacob et Jsraeli quid operat9
sit deus. Ecce popul9 vt leena cõ-
surget, ⁊ quasi leo erigetur. Non ac-
cubabit donec deuoret predã: et oc-
cisoꝝ sanguinẽ bibat. Dixitq; Ba
lach ad Balaã, Nec maledicas ei,
nec benedicas. Et ille ait, Nonne
dixi tibi, quod quicquid mihi deus
imperaret, hoc facerẽ? Et ait Ba-
lach ad eũ, Ueni et ducã te ad ali-
um locum, si forte placeat deo, vt
inde maledicas eis. Cũq; duxisset
eum super verticem montis Pho-
gor, qui respicit solitudinem, di-
xit ei Balaã, Edifica mihi hic sep-
tem aras, et para totidẽ vitulos,
eiusdemq; numeri arietes. Fecit
Balach vt Balaam dixerat, im-
posuitq; vitulos, ⁊ arietes per sin-
gulas aras.

CAPVT. XXIIII.

Cumq; vidisset Balaã q; pla A
ceret domino vt benediceret
Jsraeli, nequaquã abiit vt
ante preerat, vt augurium que-
reret, sed dirigens contra desertũ
vultum suum, et eleuans oculos
vidit Jsrael in tentoriis commo-

rantem per tribus suas: et irruēte
in se spiritu dei assumpta parabo-
la ait. Dixit Balaam filius Beor,
dixit homo cuius obturatus est o-
culus, dixit auditor sermonū dei,
qui visionem omnipotentis intui-
tus est, qui cadit et sic aperiuntur
oculi eius. Quam pulchra taber-
nacula tua Jacob, et tentoria tua
Jsrael, vt valles nemorose, vt hor
ti iuxta fluuios irrigui, vt taber-
nacula que fixit dominus, quasi ce-
dri prope aquas. Fluet aqua de si-
tula eius, et semen illius erit in a-
B quas multas. Tolletur propter A-
gag rex eius, et auferetur regnum
Sup.23 d illius. Deus eduxit illū de Egyp-
to, cuius fortitudo similis est rhi-
nocerotis. Deuorabunt gētes ho-
stes illius, ossaq; eorū confringent
et perforabunt sagittis. Accubans
dormiuit vt leo, ⁊ quasi leena, quā
suscitare nullus audebit. Qui be-
nedixerit tibi, erit ⁊ ipse benedict⁹,
qui maledixerit tibi, in maledictio-
ne reputabitur. Iratusq; Balach
contra Balaam complosis mani-
bus ait, Ad maledicendum inimi-
cis meis vocaui te, quibus ecōtra-
rio tertio benedixisti: reuertere ad
C locum tuum. Decreueram quidē
magnifice honorare te, sed domi-
nus priuauit te honore disposito.
Respondit Balaam ad Balach,
Sup.22d Nonne nuntiis tuis, quos misisti
ad me, dixi, Si dederit mihi Ba-
lach plenam domum suam argēti
et auri, non potero preterire ser-
monem domini dei mei, vt vel bo-
ni quid vel mali proferam ex corde
meo, sed quicquid dñs dixerit, hoc
loquar? Veruntamen pergens ad
populum meum, dabo tibi consi-
lium, quid populus tuus populo
huic faciat extremo tempore. Sū-
pta igitur parabola, rursum ait,
Dixit Balaam filius Beor, dixit
homo cuius obturatus est ocul⁹,
Dixit auditor sermonum dei, qui
nouit doctrinam altissimi, et visio-
nes omnipotētis videt, qui cadēs
apertos habet oculos, Videbo eū,
sed non modo: intuebor illum, sed
non prope. Orietur stella ex Ja- Matt.2
cob, et consurget virga de Jsrael,
et percutiet duces Moab, vasta-
bitq; oēs filios Seth. Et erit J-
dumea possessio ei⁹: hereditas Se-
ir cedet inimicis suis, Jsrael vero
fortiter aget. De Jacob erit q̄ do- D
minetur, et perdat reliquias ciui-
tatis. Cūq; vidisset Amelech, assu
mens parabolam ait, Principium
gentium Amelech, cuius extrema
perdentur. Vidit quoq; Cineum,
et assumpta parabola, ait, Robu-
stum quidem est habitaculum tuū:
sed si in petra posueris nidum tu-
um, et fueris electus de stirpe Cin,
quādiu poteris permanere? Assur
enim capiet te. Assumptaq; para-
bola iterum locutus est, Heu quis
victurus est quando ista faciet de-
us? Venient in trieribus de Jta-
lia, superabunt Assyrios, vasta-
buntq; Hebreos, et ad extremum
etiā ipsi peribunt. Surrexitq; Ba
laā, ⁊ reuersus est in locū suū: Ba-
lach quoq; via qua venerat rediit.

CAPVT. XXV.

Morabatur autem eo tem- A
pore Jsrael in Sethim, et
fornicatus est populus cū
filiabus Moab, que vocauerunt
eos ad sacrificia sua. At illi cōede-
runt et adorauerunt deos earum.
initiatusq; est Jsrael Beelphegor.
Et iratus dominus, ait ad Moy-
sen, Tolle cunctos principes po-
puli, et suspende eos contra solem
in patibulis, vt auertatur furor
meus ab Jsrael. Dixitq; Moyses
ad iudices Jsrael, Occidat vnus-
quisq; proximos suos, qui initiati
sūt Beelphegor. Et ecce vn⁹ de fi- B
liis Jsrael, intrauit corā fratrib⁹
suis ad scortum Madianitidē vi-
dente Moyse, ⁊ omni turba filior
Jsrael,

Israel, qui flebant ante fores tabernaculi. Quod cũ vidisset Phi-
1. Mach. nees filius Eleazari filii Aaron sa
2.c cerdotis, surrexit de medio multi-
psa.105 c tudinis, & arrepto pugione ingressus est post virum Israelitẽ in lupanar, et perfodit ambos simul, virum scilicet et mulierem in locis genitalibus. Cessauitq; plaga a fi-
1.co.10 b liis Israel, et occisi sunt viginti quatuor millia hominum. Dixitq;
D dominus ad Moysen, Phinees filius Eleazari filii Aaron sacerdotis auertit iram meam a filiis Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem fi-
1. Mach. lios Israel in zelo meo. Idcirco lo
2. f quere ad eum, Ecce do ei pacẽ fe-
Ecc.45 d deris mei, et erit tam ipsi q̃ semini eius pactũ sacerdotii sempiternũ, quia zelatus est pro deo suo, et expiauit scelus filiorũ Israel. Erat autẽ nomen viri Israelite, qui occisus est cũ Madianitide, Zambri filius Salumi, dux de cognatione et tribu Symeonis. Porro mulier Madianitis, que parit interfecta est, vocabat Cozbi filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. Locutusq; est dñs ad Moysen, dicẽs,
Inf. 31.a Hostes vos sentiãt Madianite, et percutite eos: q̃a & ipsi hostilit egerũt cõtra vos, & deceperũt insidiis per idolũ Phogor & Cozbi filiã ducis Madiã sororẽ suã, q̃ pcussa est in die plage p sacrilegio Phogor.

CAPVT. XXVI.

A Postquã noxiorum sanguis effusus est, dixit dñs ad Moysen et Eleazarũ filiũ Aaron sacerdotem, Numerate omnẽ summam filiorum Israel, a vigiti annis et supra, per domos et cognationes suas, et cũctos qui possunt ad bella procedere. Locuti sunt itaq; Moyses, et Eleazar sacerdos in campestribus Moab super Jordanem contra Hierico ad eos qui erãt a viginti annis et supra, sicut dñs iperauerat, quorũ iste est numerus: Rubẽ primogenit9 Israel. Ge.46 b
hui9 filius, Enoch, a quo familia Exo.6.b
Enochitarum: & Phallu, a quo fami 1.Pa.5.a
lia Phalluitarum: et Esrõ, a quo familia Esromitarum: & Charmi, a quo familia Charmitarum. he sunt familie de stirpe Rubẽ, quarum numer9 inuent9 est quadraginta tria millia et septingẽti triginta. Fili9 Phallu,
Eliab. hui9 filii, Namuhel & Da- B
than et Abiron. isti sunt Dathan Sup.16 a
et Abirõ principes populi qui surrexerunt contra Moysen et Aarõ in seditione Core, quando aduersus dominum rebellauerunt: et aperiens terra os suum deuorauit Core morientib9 plurimis, quãdo combussit ignis ducentos quiquaginta viros. Et factum est grande miraculum, vt Core pereunte filii illius non perirent. Filii Symeon per cognationes suas, Namuhel, ab hoc familia Namuhelitarum: et Jamin, ab hoc familia Jaminitarum: Jachin, ab hoc familia Jachinitarum: Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum. He sunt familie de stirpe Symeõ, quarum oĩs numer9 fuit vigintiduo millia ducenti. Filii Gad per cognationes suas: Sephõ, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: Ozni, ab hoc familia Oznitarũ: Her, ab hoc familia Heritarum: Arod, ab hoc familia Aroditarum: Arihel, ab hoc familia Arihelitarum. iste sũt familie Gad, quarum oĩs numer9
fuit quadraginta millia quingẽti. C
Filii Juda, Her et Onã, q̃ ambo
mortui sũt in terra Chanaã. Fue- ge.38 a b
rũtq; filii Iuda p cognatiões suas: Sela, a q̃ familia Selaitarum: Phares, a q̃ familia Pharesitarum: Zare, a quo familia Zareitarum. Porro filii Phares, Esrõ, a quo familia Esromitarum: & Amul, a quo familia

Amulitarum. iste sunt familie Ju-
da, quarum omnis numerus fuit
septuaginta sex millia quingenti.
Filii Issachar per cognationes su-
as: Thola, a quo familia Tholai-
tarũ: Phua, a quo familia Phu-
aitarũ: Jasub, a quo familia Ja-
subitaꝝ, Semrã, a quo familia Sẽ-
ramitarũ. he sũt cognationes Is-
sachar, quarũ numerus fuit sexa-
gintaquatuor millia trecenti. Filii
Zabulõ ꝑ cognationes suas: Sa-
red, a quo familia Sareditarum:
Helon, a quo familia Helonitarũ:
D Jalel, a quo familia Jalelitarum.
he sunt cognationes Zabulõ, qua-
rum numerus fuit sexagĩta millia
quingenti. Filii Joseph per cogna
tiones suas, Manasse ⁊ Ephꝛaim.
De Manasse oꝛtus est Machir, a
quo familia Machiritaꝝ. Machir
genuit Galaad, a quo familia Ga-
laaditarũ. Galaad habuit filios:
Jezer, a quo familia Jezeritarũ: et
Elech, a quo familia Elechitarũ: ⁊
Asrihel, a quo familia Asrihelitaꝝ:
et Sechem, a quo familia Seche-
mitarũ: et Semida, a quo familia
Semidaictarũ: ⁊ Epher, a quo fa-
Inf.27.a milia Epheritaꝝ. Fuit aũt Epher
pater Salphaad, q̃ filios nõ habe-
bat, sed tantũ filias, quarũ ista sũt
nomina, Maala, et Noa, et Egla,
et Melcha, et Thersa. he sunt fa-
milie Manasse, ⁊ numerus earum
quinquagintaduo millia septingẽ-
ti. Filii aũt Ephꝛaim per cognati-
ones suas fuerunt hi: Suthala, a
quo familia Suthalaitaꝝ: Becher,
a quo familia Becheritaꝝ: Theẽ,
a quo familia Theenitarũ. Poꝛro
filius Suthala fuit Heran, a quo
familia Heranitarum. he sunt co-
gnationes filioꝛũ Ephꝛaim: quaꝝ
numerus fuit trigintaduo millia
quingentoꝛũ. Isti sũt filii Joseph
per familias suas. Filii Beniamin
E in cognationib⁹ suis: Bale, a quo
familia Baleitarum: Azbel, a quo
familia Azbelitarum: Achiram, a
quo familia Achiramitarum: Su-
pham, a quo familia Suphamita-
rum: Uphã, a quo familia Upha-
mitarũ. Filii Bale, Hered ⁊ Noe-
man. de Hered, familia Hereditaꝝ:
de Noeman, familia Noemanita-
rum. hi sunt filii Beniamin per co-
gnationes suas, quoꝛum numerus
fuit quadꝛagtiaquique millia sex-
centi. Filii Dan per cognationes
suas: Suhan, a quo familia Su-
hanitaꝝ. he sũt cognationes Dan
per familias suas. oẽs fuere Su-
hanite, quoꝛũ numerus erat sexa-
gintaquatuoꝛ millia quadꝛingẽti.
Filii Aser ꝑ cognationes suas: Jẽ-
na, a quo familia Jemnaitaꝝ: Jes-
sui, a quo familia Jessuitaꝝ: Brie,
a quo familia Brieitaꝝ. Filii Brie
Heber, a quo familia Heberitarũ:
et Melchiel, a quo familia Mel-
chielitarũ. Nomen autẽ filie Aser,
fuit Sara. he sunt cognationes fi-
lioꝛũ Aser, et numerus eoꝛũ quin-
quagintatria millia quadꝛingenti.
Filii Neptalim ꝑ cognationes su-
as: Jessiel, a quo familia Jessieli- F
tarũ: Guni, a quo familia Gunita
rum: Jeser, a quo familia Jeseri-
tarũ: Sellẽ, a quo familia Sellẽ-
itarũ. he sunt cognationes filioꝛũ
Neptalim ꝑ familias suas, quoꝛũ
numerus quadꝛagintaquique mil
lia quadꝛingẽti. Ista est summa fi-
lioꝛũ Israel, q̃ recẽsiti sunt, sexcẽta
millia, et mille septingẽti triginta.
Locutusq; est dñs ad Moysen, di-
cens, Istis diuidet terra iuxta nu-
merum vocabuloꝛũ in possessiones
suas. Pluribus maioꝛem partem
dabis, et paucioꝛibus minoꝛẽ: sin-
gulis sicut nunc recensiti sunt tra-
detur possessio, ita dũtaxat vt soꝛs
terram tribubus diuidat et fami-
liis. Quicquid soꝛte cõtigerit, hoc
vel plures accipiãt, vel paucioꝛes.
Hic quoq; est numerus filioꝝ Leui
per familias suas: Gerson, a quo
familia

familia Gersonitarum: Caath, a quo familia Caathitarum: Merari, a quo familia Meraritarũ. he sunt
C familie Leui. Familia Lobni, familia Hebroni, familia Mooli, familia Musi, familia Core. At vero Caath genuit Amram, qui habuit vxorem Iochabeth filiã Leui, que nata est ei in Egypto. hec genuit Amrã viro suo, filios Aarõ & Moysen, et Mariam sororem eorũ. De
Sup. 3. a Aaron orti sunt Nadab et Abiu et
Leu. 10 a Eleazar & Ithamar: quorum Nadab
1 pa. 24 a et Abiu mortui sunt, cũ obtulissent ignem alienũ corã dño. Fueruntque oẽs qui numerati sunt, vigintitria millia generis masculini ab vno mense et supra, qui nõ sunt recensiti inter filios Israel: nec eis cum ceteris data possessio est. Hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt a Moyse & Eleazaro sacerdote, in cãpestrib9 Moab supra Jor-
1. co. 10 a danem cõtra Hiericho: inter quos nullus fuit eorũ qui ante numerati sunt a Moyse et Aaron in deserto Sinai. Predixerat enim dñs, quod oẽs morerẽtur in solitudine. Nullusque remansit ex eis, nisi Caleb filius Jephone, et Josue fili9 Nun.

CAP. XXVII.

A
Sup. 26 d Accesserunt autẽ filie Salphaat, filii Epher, filii Ga-
Inf. 36. a laad, filii Machir, filii Ma-
Jos. 17. a nasse, qui fuit filius Joseph: quarum sunt nomina, Maala & Noa & Egla et Melcha & Thersa: steterũtque corã Moyse & Eleazaro sacerdote, et cũctis principib9 populi ad ostiũ tabernaculi federis, atque dixerunt,
Sup. 16 c Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit in seditione que cõcitata est cõtra dominũ sub Core, sed in peccato suo mortuus est: hic nõ habuit mares filios. Cur tollitur
B nomen illius de familia sua, quia non habet filiũ? Date nobis possessionẽ inter cognatos patris nostri. Retulitque Moyses causam earũ ad iudiciũ dñi. Qui dixit ad eũ, Justã rem postulãt filie Salphaat. Da eis possessionẽ inter cognatos patris sui, & ei in hereditatẽ succedãt. Ad filios aũt Israel loqueris hec, Homo cũ mortu9 fuerit absque filio, ad filiã ei9 trãsibit hereditas. si filiã non habuerit, habebit successores fratres suos. quod si fratres nõ fuerint, dabitis hereditatẽ fratrib9 patris eius. Sin autẽ nec pa-
truos habuerit, dabitur hereditas his qui ei proximi sunt. Eritque hoc C
filiis Israel sanctũ lege perpetua, sicut precepit Dominus Moysi.
Dixit quoque domin9 ad Moysen, Ascẽde in montem istum Abarim, et contemplare inde terram quã daturus sum filiis Israel. Cumque videris eam, ibis et tu ad populũ tuum, sicut iuit frater tuus Aarõ, quia offẽdistis me in deserto Sin Sup. 20 b
in cõtradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas. he sunt aque contradictionis i Cades deserti Sin. Cui respõdit Moyses, Prouideat dñs de9 spirituũ oĩs carnis, hominẽ qui sit super multitudinẽ hanc: & possit exire et intrare ante eos, et educere eos vel introducere, ne sit populus domini sicut oues absque pastore. Dixitque dñs ad eũ, Tolle Jo- D
sue filium Nun virum in quo est Deu. 3. d
spiritus dei, et pone manũ tuã super eum. qui stabit corã Eleazaro sacerdote & oĩ multitudine, & dabis ei precepta cũctis vidẽtib9, & partẽ glorie tue, vt audiat eũ oĩs synagoga filiorũ Israel. Pro hoc si quid agendũ erit, Eleazar sacerdos cõsulet dñm. Ad verbũ eius egredietur et ingredietur ipse, et oẽs filii Israel cum eo, et cetera multitudo. Fecit Moyses vt preceperat dñs. Cũque tulisset Iosue, statuit eũ corã Eleazaro sacerdote & oĩ frequẽtia populi, et impositis capiti eius manib9, cũcta replicauit que mãdauerat dñs.

CAP. XXVIII.

A DIxit quoq; dñs ad Moysē,
Precipe filiis Israel, et di=
ces ad eos, Oblationē meā
et panes et incensum odoris sua=
uissimi offerte per tēpora sua. Hec
Mat.12 a sunt sacrificia que offerre debetis,
Agnos anniculos īmaculatos du=
os quotidie in holocaustū sempi=
ternū, vnū offeretis mane, & alterū
ad vesperum, decimam partē ephi
simile, que cōspersa sit oleo puris=
simo, & habeat quartam partē hin.
holocaustum iuge est quod obtuli=
stis in monte Sinai in odorē sua=
uissimū incensi dñi. et libabitis vi=
ni quartam partem hin per agnos
singulos in sanctuario domini. Al=
terumq; agnum similiter offeretis
ad vesperam iuxta oēm ritum sa=
crificii matutini, et libamentorum
eius, oblationem suauissimi odoris
domino. Die aūt sabbati offeretis
B duos agnos anniculos immacu=
latos, et duas decimas simile oleo
consperse in sacrificio, et liba que
rite funduntur per singula sabba=
ta in holocaustum sempiternū. In
calendis aūt, id est in mensium ex=
ordiis, offeretis holocaustum dño,
vitulos de armento duos, arietem
vnum, agnos anniculos septē im=
maculatos, et tres decimas simile
oleo consperse in sacrificio per sin=
gulos vitulos: & duas decimas si=
mile oleo cōsperse p singulos arie=
tes, et decimā decime simile ex oleo
in sacrificio per agnos singulos.
holocaustū suauissimi odoris atq;
incensi est dño. Libamēta aūt vini
que per singulas fundēda sunt vi=
ctimas ista erūt, Media pars hin
per singulos vitulos, tertia per a=
C rietem, quarta per agnū. Hoc erit
holocaustū per omnes menses, qui
sibi anno vertente succedunt. Hir=
cus quoq; offeretur dño pro pecca=
tis in holocaustum sempiternum
cum libamentis suis. Mense autē
primo, quartadecima die mensis, Exo.12 c
phase domini erit, & quintadecima Leu.23 a
die solennitas. Septem diebꝰ ve=
scentur azymis, quarū dies prima
venerabilis et sancta erit. omne o=
pus seruile non facietis in ea. offe=
retisq; incensum holocaustum do=
mino vitulos de armento duos, a=
rietem vnū, agnos anniculos im=
maculatos septem, & sacrificia sin=
gulorū ex simila que conspersa sit
oleo, tres decimas per singulos vi=
tulos, et duas decimas per arietē,
et decimam decime per agnos sin=
gulos, id est per septem agnos. et
hircum pro peccato vnum, vt expi
etur pro vobis, preter holocaustū
matutinū, quod semper offeretis.
Ita facietis p singulos dies septē
dierum in fomitē ignis, et in odorē
suauissimū domino, qui surget de
holocausto & de libationibꝰ singu=
lorum. Dies quoq; septimus cele= D
berrimus et sanctus erit vobis: oē
opꝰ seruile nō facietis in eo. Dies
etiam primitiuorū quando offere=
tis nouas fruges domino, expletis
hebdomadibus venerabilis et san=
cta erit. omne opus seruile non fa=
cietis in ea. offeretisq; holocaustū
in odorē suauissimū dño, vitulos
de armento duos, arietem vnum,
agnos anniculos īmaculatos sep=
tem: atq; in sacrificiis eorū simile
oleo consperse, tres decimas p sin=
gulos vitulos, per arietes duos, p
agnos decimā decime, q̄ simul sunt
agni septem: hircū quoq; qui ma=
ctatur pro expiatione, preter holo=
caustum sempiternum & liba eius.
Immaculata offeretis omnia cum
libationibus suis.

CAP. XXIX.

MEnsis etiā septimi prima B
dies venerabilis et sancta
erit vobis. omne opꝰ ser=
uile non facietis in ea, quia dies
clangoris est et tubarum. offere=
tisq; holocaustum in odorem sua=
uissimum

uiſſimum domino, vitulum de ar=
mento vnum, arietem vnum, et a=
gnos anniculos immaculatos ſep=
tem, et in ſacrificiis eoꝛum ſimile
oleo cõſperſe tres decimas per ſin=
gulos vitulos, duas decimas ꝑ ari
etẽ, vnã decimã ꝑ agnũ, q̃ ſimul ſũt
agni ſeptẽ: et hircũ ꝓ peccato, q̃ of=
fertur in expiationẽ populi, pꝛeter
holocauſtũ calendaꝝ cũ ſacrificiis
ſuis, ⁊ holocauſtũ ſempiternũ cum
libationibꝰ ſolitis. Eiſdẽ ceremo=
niis offeretis in odoꝛẽ ſuauiſſimum
incenſum dño. Decima quoqꝫ dies
Leu.16.g mensis huius ſeptimi erit vobis
Le.23.e ſancta atqꝫ venerabilis, et affige=
B tis animas veſtras: omne opꝰ ſer=
uile nõ facietis in ea. offeretiſqꝫ ho
locauſtum domino in odoꝛem ſua=
uiſſimum, vitulũ de armento vnũ,
arietẽ vnũ, agnos anniculos im=
maculatos ſeptem: et in ſacrificiis
eoꝛum ſimile oleo cõſperſe tres de=
cimas per ſingulos vitulos, duas
decimas per arietem, decimam de=
cime per agnos ſingulos, qui ſunt
ſimul agni ſeptẽ: ⁊ hircum pꝛo pec=
cato, abſqꝫ his que offerri pꝛo deli=
cto ſolent in expiationem et holo=
cauſtum ſempiternũ, in ſacrificio
et libaminibus eoꝛum. Quintade=
cima vero die menſis ſeptimi, que
vobis ſancta erit atqꝫ venerabilis:
omne opus ſeruile non facietis in
ea: ſed celebꝛabitis ſolennitatẽ do=
mino ſeptem diebus. offeretiſqꝫ ho
locauſtum in odoꝛem ſuauiſſimum
domino, vitulos de armento tre=
decim, arietes duos, agnos anni=
culos immaculatos quatuoꝛdeci, ⁊
in libamẽtis eoꝛum ſimile oleo cõ=
ſperſe tres decimas ꝑ vitulos ſin=
gulos, qui ſunt ſimul vituli trede=
cim: et duas decimas arieti vno, id
eſt ſimul arietibus duobus, ⁊ deci=
mam decime agnis ſingulis, qui
ſunt ſimul agni quatuoꝛdecim: et
hircum pꝛo peccato, abſqꝫ holocau=
ſto ſempiterno, ⁊ ſacrificio et liba=
mine eius. In die altero offeretis
vitulos de armento duodecim, ari= C
etes duos, agnos anniculos im=
maculatos quatuoꝛdecim: ſacrifi=
ciaqꝫ et libamina ſinguloꝛũ per vi=
tulos et arietes et agnos rite cele=
bꝛabitis, et hircũ pꝛo peccato. abſqꝫ
holocauſto ſẽpiterno, ſacrificioqꝫ
et libamine eius. Die tertio offere=
tis vitulos vndecim, arietes duos,
agnos anniculos ĩmaculatos qua=
tuoꝛdecim: ſacrificiaqꝫ et libamina
ſinguloꝛum per vitulos et arietes,
et agnos rite celebꝛabitis, et hircũ
pꝛo peccato. abſqꝫ holocauſto ſem=
piterno, ſacrificioqꝫ et libamine e=
ius. Die quarto offeretis vitulos
decẽ, arietes duos, agnos annicu=
los immaculatos quatuoꝛdecim:
ſacrificiaqꝫ et libamina ſinguloꝛũ
per vitulos ⁊ arietes, et agnos rite
celebꝛabitis, ⁊ hircum pꝛo peccato.
abſqꝫ holocauſto ſempiterno, ſacri
ficioqꝫ eius ⁊ libamine. Die quinto
offeretis vitulos nouẽ, arietes du=
os, agnos anniculos ĩmaculatos
quatuoꝛdecim: ſacrificiaqꝫ et liba=
mina ſinguloꝛũ per vitulos et ari=
etes, et agnos rite celebꝛabitis, et
hircum pꝛo peccato. abſqꝫ holocau=
ſto ſempiterno, ſacrificioqꝫ eius et
libamine. Die ſexto offeretis vitu=
los octo, arietes duos, agnos anni
culos ĩmaculatos quatuoꝛdecim:
ſacrificiaqꝫ et libamina ſinguloꝛũ
per vitulos ⁊ arietes, et agnos rite
celebꝛabitis, et hircum pꝛo peccato.
abſqꝫ holocauſto ſempiterno, ſa=
crificioqꝫ eius ⁊ libamine. Die ſep= D
timo offeretis vitulos ſeptem, ⁊ a=
rietes duos, agnos anniculos im=
maculatos quatuoꝛdecim: ſacrifi=
ciaqꝫ et libamina ſinguloꝛũ per vi=
tulos et arietes et agnos rite cele=
bꝛabitis, ⁊ hircũ pꝛo peccato. abſqꝫ
holocauſto ſempiterno ſacrificioqꝫ
eius ⁊ libamine. Die octauo qui eſt
celeberrimꝰ, oẽ opꝰ ſeruile nõ faci=
etis, offerẽtes holocauſtũ in odoꝛẽ
ſuauiſſimũ

suauissimum domino, vitulum vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: sacrificiaq; eius et libamina singulorũ per vitulos et arietes, et agnos rite celebrabitis, et hircum pro peccato: absq; holocausto sẽpiterno, sacrificioq; eius et libamine. Hec offeretis dño in solennitatib⁹ vestris, preter vota et oblationes spõtaneas ĩ holocausto, in sacrificio, in libamine, et in hostiis pacificis.

CAPVT. XXX.

A Narrauitq; Moyses filiis Israel omnia que ei domin⁹ imperauerat, et locutus est ad principes tribuum filiorũ Israel, Iste est sermo quẽ precepit dominus, Si quis virorũ votum domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, nõ faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit implebit. Mulier si quippiam vouerit, et se cõstrinxerit iuramẽto que est in domo patris sui, et in etate adhuc puellari: si cognouerit pater votum quod pollicita est, et iuramentum quod obligauit animam suam, et tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita est et iurauit, opere complebit.

B Sinautem statim vt audierit contradixerit pater: et vota et iuramẽta eius irrita erũt, nec obnoxia tenebitur spõsioni, eo q contradixerit pater. Si maritũ habuerit, et vouerit aliquid, et semel de ore eius verbum egrediens animam eius obligauerit iuramẽto: quo die audierit vir, et non cõtradixerit, voti rea erit, reddetq; quodcũq; promiserat. Sinautem audiẽs statim contradixerit, et irritas fecerit pollicitationes eius,

C verbaq; quibus obstrinxerat animam suam: propitius erit ei dominus. Uidua et repudiata quicquid vouerint, reddent. Uxor in domo viri cum se voto constrinxerit, et iuramento, si audierit vir, et tacuerit, nec cõtradixerit sponsioni, reddet quodcunq; promiserat. Sinautẽ extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea: quia maritus contradixit, et dominus ei propitius erit. Si vouerit, et iuramento se cõstrinxerit, vt per ieiunium, vel ceterarum rerum abstinentiam affligat animã suã: in arbitrio viri erit siue faciat, siue nõ faciat. Quod si audiẽs vir tacuerit, D
et in alteram diem distulerit sentẽtiam, quicquid vouerat atq; promiserat, reddet: quia statim vt audiuit tacuit. Sinaũt cõtradixerit postquam resciuit, portabit ipse iniquitatem eius. Iste sunt leges quas constituit dñs Moysi inter virum et vxorem, inter patrem et filiam, que in puellari adhuc etate est, vel q̃ manet in parẽtis domo.

CAPVT. XXXI.

Locutusq; est dñs ad Moysen, dicens, Ulciscere prius A
filios Israel de Madianitis, et sic colligeris ad populum tuũ. Statimq; Moyses, Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnã, qui Sup.25.d
possint vltionem domini expetere de Madianitis. mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel, qui mittantur ad bellum. Dederuntq; millenos de singulis tribubus, id est duodecim millia expeditorũ ad pugnã: quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasaq; sancta et tubas ad clangendum tradidit eis. Cumq; pugnassent contra Madianitas, atq; vicissent, omnes mares occiderunt, et reges eorũ Eui et Recem et Sur et Ur et Rebe, quinq; principes gentis: B
Balaam quoq; filiũ Beor interfecerunt gladio, ceperuntq; mulieres eorũ et paruulos, omniaq; pecora et cunctam supellectilẽ, quicquid habere potuerãt, depopulati sunt. tam vrbes q̃ viculos et castella flãma cõsumpsit. Et tule-

Et tulerunt predã, & vniuersa que
ceperant, tam ex hominibus ꝙ ex
iumentis, & adduxerunt ad Moy-
sen et Eleazarũ sacerdotem, et ad
oẽm multitudinem filiorũ Israel.
reliqua autem vtẽsilia portauerũt
ad castra in campestribus Moab,
iuxta Jordanem contra Hierico.
Egressi sunt autem Moyses & E-
leazar sacerdos, et omnes princi-
pes synagoge in occursum eorũ ex-
tra castra. Iratusq; Moyses prin-
cipibus exercitus, tribunis & cen-
turionibꝰ qui venerãt de bello, ait,
Cur feminas reseruastis? Nonne
iste sunt que deceperunt filios Is-
rael ad suggestionem Balaam, et
preuaricari vos fecerunt in domi-
no super peccato Phogor, vnde et
percussus est populus? Ergo cun-
ctos iterficite quicquid est generis
masculini etiã in paruulis: et mu-
lieres que nouerũt viros in coitu,
iugulate: puellas autem et oẽs fe-
minas virgines reseruate vobis,
et manete extra castra septem die-
bus. Qui occiderit hominem, vel
occisum tetigerit, lustrabitur die
tertio & septimo. Et de omni preda
siue vestimentum fuerit siue vas,
et aliquid in vtẽsilia preparatum,
de caprarum pellibus et pilis & lig-
no expiabitur. Eleazar quoq; sa-
cerdos ad viros exercitꝰ, qui pug-
nauerãt, sic locutꝰ est, Hoc est pre-
D ceptum legis quod mandauit do-
minus Moysi, Aurum et argen-
tum et es et ferrum & plumbum et
stannũ, et omne quod potest tran-
sire per flãmas, igne purgabitur.
quicquid autem ignem non potest
sustinere, aqua expiationis sancti-
ficabit: et lauabitis vestimẽta ve-
stra die septimo, & purificati postea
castra intrabitis. Dixitq; dominꝰ
ad Moysen, Tollite summã eorũ
que capta sunt ab homine vsq; ad
pecus, tu et Eleazar sacerdos et
omnes principes vulgi: diuidesq;
ex equo predam inter eos qui pu-
gnauerũt, egressiq; sunt ad bellũ,
& inter omnem reliquam multitu-
dinem, et separabis partem domi-
no ab his qui pugnauerunt & fue-
rũt in bello, vnam animã de quin-
gentis, tã ex hominibus ꝙ ex bobꝰ
et asinis et ouibus, et dabis eã E-
leazaro sacerdoti, quia primitie do-
mini sunt. Ex media quoq; parte E
filiorũ Israel accipies quinquage-
simum caput hominum & boum et
asinorum et ouium, cunctorumq;
animantium: et dabis ea Leuitis,
qui excubant in custodiis taberna-
culi domini. Feceruntq; Moyses
& Eleazar, sicut preceperat domi-
nus. Fuit autem preda quam ex-
ercitus ceperat, ouiũ sexcenta sep-
tuagintaquinq; millia, boum sep-
tuagitaduo millia, asinorum sexa-
ginta millia et mille: anime homi-
num sexus feminei, que nõ cogno-
uerant viros, trigintaduo millia.
Dataq; est media pars his qui in
prelio fuerãt, ouium trecenta tri-
gintaseptẽ millia quingente: e qui-
bus in partem domini supputate
sunt oues sexcente septuaginta-
quinq;. et de bobus trigitasex mil-
libus, boues septuagita et duo. de
asinis trigita millibus quingẽtis,
asini sexaginta vnus. de animabꝰ
hominum sedecim milibus, cesse-
runt in partem domini trigitadue
anime. Tradiditq; Moyses nume F
rum primitiarũ domini Eleazaro
sacerdoti, sicuti fuerat ei impera-
tum ex media parte filiorũ Israel,
quã separauerat his qui in prelio
fuerant. De media vero parte que
contigerat relique multitudini, id
est de ouibꝰ trecentis trigintasep-
tem millibꝰ quingentis, et de bobꝰ
trigintasex millibꝰ, et de asinis tri-
ginta millibꝰ quingentis, et de ho-
minibꝰ sedecim millibꝰ, tulit Moy-
ses quinquagesimũ caput, et dedit
Leuitis, qui excubabant in taber-

naculo dñi, sicut preceperat dominus. Cumque accessissent principes exercitus ad Moysen et tribuni, centurionesque dixerunt, Nos serui tui
G recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra: et ne vnus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donariis dñi singuli, quod in preda auri potuimus inuenire: periscelides et armillas, annulos et dextralia ac murenulas, vt depreceris pro nobis dominum. Susceperuntque Moyses et Eleazar sacerdos omne aurum in diuersis speciebus pondo sedecim millia septingentos quinquaginta siclos a tribunis et centurionibus. Unusquisque enim quod in preda rapuerat, suum erat. Et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonii, in monumentum filiorum Israel coram domino.

CAPUT. XXXII.

A FIlii autem Ruben et Gad habebant pecora multa, et erat illis in iumentis infinita substantia. Cumque vidissent Jazer et Galaad aptas animalibus alendis terras, venerunt ad Moysen et Eleazarum sacerdotem, et ad principes multitudinis, atque dixerunt, Astaroth, et Dibon, et Jazer, et Nemra, et Esebon, et Eleale, et Sabam, et Nebo, et Beon: terra quam percussit dominus in conspectu filiorum Israel, regionis vberrime est ad pastum animalium: et nos serui tui habemus iumenta plurima, precamurque si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Jordanem. Quibus respondit
B Moyses, Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, et vos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum quem eis daturus est dñs? nonne ita egerunt patres vestri, quando misi de Cades barne ad explorandam terram? Cumque venissent vsque ad vallem Botri, lustrata omni regione, subuerterunt cor filiorum Israel, vt non intrarent fines quos eis dñs dedit. quibus iratus iurauit, dicens, Si videbunt homines isti qui ascenderunt ex Egypto a viginti annis et supra, terram quam sub iuramento pollicitus sum Abraham, Isaac, et Jacob: et noluerunt sequi me, preter Caleb filium Jephone, Cenezeum, et Josue filium Nun, isti impleuerunt voluntatem meam. Iratusque dominus aduersum Israel, circumduxit eum per desertum quadragita annis, donec consumeretur vniuersa generatio que fecerat malum in conspectu eius. Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris incrementa, et alumni hominum peccatorum, vt augeretis furorem domini contra Israel. Quod si nolueritis sequi eum, in solitudine populum derelinquet, et vos causa eritis necis omnium. At ille prope accedentes, dixerunt, Caulas ouium fabricabimus, et stabula iumentorum, paruulis quoque nostris vrbes munitas: nos autem ipsi armati et accincti pergemus ad prelium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri et quicquid habere possumus, erunt in vrbibus munitis, propter habitatorum insidias. Non reuertemur in domos nostras, vsquedum possideant filii Israel hereditatem suam: nec quicquam queremus trans Jordanem, quia iam habemus nostram possessionem in orientali eius plaga. Quibus Moyses ait, Si facitis quod promittitis, expediti pergite coram dño ad pugnam, et omnis vir bellator armatus Jordanem transeat, donec subuertat dñs inimicos suos, et subiiciat ei oĩs terra: tunc eritis inculpabiles apud deum et apud Israel, et obtinebitis regiones quas vultis, coram domino.

Sup.14
C
D
Iosu.1

Si autem

E Sin autem quod dicitis nō feceri-
tis, nulli dubium est quin peccetis
in deum: et scitote quoniam pecca-
tum vestrū apprehēdet vos. Edifi
cate ergo vrbes paruulis vestris,
p.14 et caulas et stabula ouibus ac iu-
mentis: et quod polliciti estis, im-
plete. Dixeruntq; filii Gad et Ru-
ben ad Moysen, Serui tui sumus,
faciemus quod iubet dñs noster.
Paruulos nostros et mulieres, et
pecora, ac iumēta relinquemus in
vrbibus Galaad: nos autē famuli
tui oēs expediti pergemus ad bel-
lum, sicut tu domine loqueris. Pre
cepit ergo Moyses Eleazaro sa-
cerdoti, et Iosue filio Nun, et pri-
Iosu.4.c cipibus familiaꝝ per tribus Isra-
F el, et dixit ad eos, Si transierint
filii Gad, et filii Ruben vobiscū
Iordanem, oēs armati ad bellum
corā domino, et vobis fuerit terra
subiecta: date eis Galaad ī posses-
sionem. Sin autem noluerint trā-
sire vobiscum in terram Chanaā,
inter vos habitandi accipiāt loca.
Responderuntq; filii Gad, et filii
Ruben, Sicut locutus est domi-
nus seruis suis, ita faciemus: ipsi
armati pergemus coram domino
in terram Chanaan, ⁊ possessionē
iam suscepisse nos cōfitemur trās
Iordanem. Dedit itaq; Moyses
Ios.22.a filiis Gad et Rubē, et dimidie tri-
Deu.3.b bui Manasse filii Ioseph regnum
Seon regis Amorrhei, et regnum
G Og regis Basan, et terram eorū
cum vrbibus suis per circumitum.
Igitur extruxerunt filii Gad, Di-
bon, et Astaroth, ⁊ Aroer, ⁊ Roth,
et Sophan, et Iazer, et Iechaa, et
Bethnemra, et Betharan vrbes
su.14 munitas, ⁊ caulas pecoribus suis.
Filii vero Rubē edificauerūt Ese-
bon, ⁊ Eleale, ⁊ Cariathaī, et Na-
bo, ⁊ Baalmeon versis nominib⁹,
Sabbama quoq;, imponētes vo-
Ge.50.d cabula vrbibus quas extruxerant.
Porro filii Machir, filii Manasse
perrexerunt in Galaad, et vasta-
uerunt eā interfecto Amorrheo ha
bitatore ei⁹. Dedit ergo Moyses
terrā Galaad Machir filio Ma-
nasse, q̄ habitauit in ea. Iair autē
filius Manasse abiit, et occupauit
vicos ei⁹, quos appellauit Auoth
Iair, id est villas Iair. Nobe quoq;
perrexit, ⁊ apprehendit Canath cū
viculis suis, vocauitq; eam ex no-
mine suo Nobe.

CAPVT. XXXIII.

HE sunt māsiones filiorum A
Israel, qui egressi sunt de
Egypto ꝑ turmas suas in
manu Moysi et Aaron, quas de-
scripsit Moyses iuxta castrorū lo-
ca, que domini iussione mutabant.
Profecti igitur de Ramesse mense
primo, quītadecima die mēsis pri-
mi, altera die phase, filii Israel in
manu excelsa, videntibus cunctis
Egyptiis, et sepelientibus primo-
genitos quos ꝑcusserat dñs (nā et
in diis eoꝝ exercuerat vltionē) ca-
strametati sunt in Socoth. Et de
Socoth venerūt in Etham, q̄ est in
extremis finib⁹ solitudinis. Inde
egressi venerūt contra Phi hahi-
roth, que respicit Beel sephon, et
castrametati sunt ante Magdalū.
Profectiq; de Phi hahiroth tran-
sierūt per mediū mare in solitudi-
nem: et ambulantes tribus dieb⁹
per desertū Etham, castrametati
sunt in Mara. Profectiq; de Mara
venerūt in Heli, vbi erāt duodeci B
fōtes aquaꝝ, et palme septuagita: Ex.15.d
ibiq; castrametati sūt. Sed et inde
egressi fixerunt tentoria super ma-
re rubrum. Profectiq; de mari ru-
bro, castrametati sunt in deserto
Sin. Vnde egressi venerūt in Da-
phca. Profectiq; de Daphca ca-
strametati sunt in Alus. Egressiq;
de Alus, in Raphidim fixere ten-
toria, vbi populo defuit aqua ad
bibendum. Profectiq; de Raphidī,
castrametati sūt in deserto Sinai.

Sed ⁊ de solitudine Sinai egressi,
venerūt ad Sepulchra cōcupiscē-
tie. Profectiqꝫ de Sepulchris cōcu
piscētie, castrametati sunt in Ase-
roth. Et de Aseroth venerūt ī Reth
ma. Profectiqꝫ de Rethma, castra-
metati sūt ī Remon Phares. Un-
de egressi venerunt in Lebna. De
Lebna castrametati sunt in Ressa.
Egressiqꝫ de Ressa, venerūt in Ce-
elatha. Unde profecti, castrametati
sunt in monte Sepher. Egressi de
monte Sepher, venerūt in Arada.
D Inde proficiscentes, castrametati
sunt ī Maceloth. Profectiqꝫ de Ma-
celoth, venerūt ī Thaath. De Tha
ath castrametati sūt ī Thare. Un-
de egressi, fixere tentoria in Meth-
ca. Et de Methca castrametati sūt
in Esmona. Profectiqꝫ de Esmo-
na, venerunt in Moseroth. Et de
Moseroth castrametati sūt in Be-
ne iachan. Profectiqꝫ de Bene ia-
chan venerunt in montē Gadgad.
Unde profecti, castrametati sūt in
Jethebatha. Et de Jethebatha ve
nerūt in Hebrona. Egressiqꝫ de He
brona, castrametati sunt in Asion
gaber. Inde profecti venerūt in de-
E sertū Sin, hec est Cades. Egres-
Sup.20 b siqꝫ de Cades, castrametati sunt in
Deu.32 g montē Hor in extremis finib⁹ ter-
re Edom. Ascenditqꝫ Aaron sacer-
dos in montē Hor iubente dn̄o: et
ibi mortu⁹ est anno quadragesimo
egressionis filiorꝫ Israel ex Egypto,
mense quinto, prima die mēsis, cū
esset annorum cētum vigintitriū.
Audiuitqꝫ Chananeus rex Arad, q̄
habitabat ad meridiem, in terram
Chanaan venisse filios Israel. Et
profecti de mōte Hor, castrametati
sunt in Salmona. Unde egressi,
F venerūt in Phunon. Profectiqꝫ de
Phunon, castrametati sūt in Ob-
oth. Et de Oboth venerūt in Jea-
barim, que est in finibus Moabi-
tarum. Profectiqꝫ de Jeabarim fi-
xere tētoria in Dibon gad. Unde
egressi, castrametati sūt in Helmō
deblathaim. Egressiqꝫ de Helmon
deblathaim, venerūt ad mōtes A-
barim contra Nabo. Profectiqꝫ de
montibus Abarim, transierunt ad
cāpestria Moab, supra Jordanē
cōtra Hierico. Ibiqꝫ castrametati
sunt de Bethsimon vsqꝫ ad Belsa-
thim in planioribus locis Moabi-
tarū, vbi locutus est dn̄s ad Moy- G
sen, Precipe filiis Israel, et dic ad
eos, Quando trāsieritis Jordanē,
intrātes terrā Chanaā, disperdite
cunctos habitatores terre illius: cō
fringite titulos, et statuas cōminui-
te, atqꝫ oīa excelsa vastate, mūdan-
tes terrā, et habitantes in ea. ego
enim dedi vobis istā in possessionē,
quā diuidetis vobis sorte. Pluri-
bus dabitis latiorē, ⁊ paucioribus
angustiorē. Singulis vt sors ceci-
derit, ita tribuetur hereditas. Per
tribus et familias possessio diuide-
tur. Sin aūt nolueritis interficere
habitatores terre, qui remāserint,
erunt vobis quasi claui in oculis, ⁊
lancee in lateribus, ⁊ aduersabunt
vobis in terra habitationis vestre:
et quicquid illis cogitaueram fa-
cere, vobis faciam.

CAP. XXXIIII.

Locutusqꝫ est dn̄s ad Moy- A
sen, dicēs, Precipe filiis Is-
rael, ⁊ dices ad eos, Cum in-
gressi fueritis terram Chanaan, ⁊
in possessionē vobis sorte ceciderit,
his finib⁹ terminabit, Pars meri-
diana incipiet a solitudine Sin, q̄
est iuxta Edō, et habebit terminos
contra orientē mare salsissimū: qui
circumibunt australē plagam per
ascensum scorpionis, ita vt transe-
ant in Senna, et perueniāt ad me-
ridiem vsqꝫ ad Cades barne, vnde
egredientur cōfinia ad villam no-
mine Adar, et tendent vsqꝫ ad Ase-
mona. ibitqꝫ per gyrū terminus ab B
Asemona vsqꝫ ad torrētem Egyp-
ti, et magni maris litore finietur.

Plaga

Plaga autem occidentalis a mari
magno incipiet, & ipso fine claude-
tur. Porro ad septentrionalē pla-
gam a mari magno termini incipi
ent, peruenientes vsq; ad montem
altissimū, a quo venient in Emath
vsq; ad terminos Sedada, ibuntq;
confinia vsq; ad Zephrona, et vil-
lam Henā. Hi erūt termini in par-
te aquilonis. Inde metabuntur fi-
nes cōtra orientalē plagam, de vil-
la Henā vsq; Sephama, et de Se-
phama descendēt termini in Reb-
C lata contra fontē Daphnim: inde
peruenient contra orientē ad mare
Cenereth, & tendēt vsq; ad Jorda-
nem, et ad vltimū salsissimo clau-
dentur mari. Hanc habebitis ter-
ram p fines suos in circuitu. Pre-
cepitq; Moyses filiis Israel, dicēs,
Hec erit terra quā possidebitis sor-
te, et quam iussit dñs dari nouem
tribubus, et dimidie tribui. Tribꝰ
enim filiorum Ruben per familias
suas, et tribus filiorum Gad iuxta
cognationū numerū: media quoq;
tribꝰ Manasse, id est due semis tri
bus, acceperunt partē suam trans
Jordanem contra Hiericho ad ori
D entalē plagā. Et ait dñs ad Moy-
Ios.14.a sen, Hec sunt nomina virorū, qui
terram vobis diuidēt, Eleazar sa-
cerdos, & Josue filius Nun, et sin-
guli principes de tribubꝰ singulis,
quorū ista sunt vocabula, De tri-
bu Juda, Caleb filiꝰ Jephone. De
tribu Symeon, Samuel filius A-
miud. De tribu Beniamin, Heli-
dat filius Caselon. De tribu filior
Dan, Bocci filius Jogli. Filiorū
Joseph de tribu Manasse, Hanni-
hel filiꝰ Ephot. De tribu Ephra-
im, Camuhel filius Septhan. De
tribu Zabulon, Helisaphan filius
Pharnath. De tribu Issachar dux
Phaltihel filius Ozan. De tribu
Aser, Abiud filiꝰ Salomi. De tri-
bu Neptalim, Phedahel filius A-
miud. Hi sunt quibus preceperat
dominus vt diuideret filiis Israel
terram Chanaan.

CAP. XXXV.

Hec quoq; locutꝰ est dñs ad A
Moysen in cāpestribꝰ Mo-
ab supra Jordanem contra
Hiericho, Precipe filiis Israel vt Ios. 21.a
dent Leuitis de possessionibus suis
vrbes ad habitandū, et suburbana
earum per circumitū, vt ipsi in op-
pidis maneant, et suburbana sint
pecoribꝰ ac iumentis, que a muris
ciuitatū forinsecus per circumitū
mille passuum spacio tendētur. cō-
tra orientē duo millia erūt cubiti,
et contra meridiem similiter erunt
duo millia. ad mare quoq; qđ re-
spicit ad occidentē, eadē mensura
erit, et septētrionalis plaga equali
termino finietur. eruntq; vrbes in
medio, et fores suburbana. De ip- Ios. 20.a
sis autē oppidis, que Leuitis dabi- Deu. 4.g
tis, sex erunt in fugitiuorū auxilia
separata, vt fugiat ad ea qui fude-
rit sanguinem: et exceptis his alia
quadragintaduo oppida, id est si-
mul quadragintaocto cū suburba-
nis suis. Ipseq; vrbes que dabun- B
tur de possessionibꝰ filiorū Israel,
ab his qui plus habent, plures au-
ferentur: et qui minus, pauciores.
singuli iuxta mensurā hereditatis
sue dabūt oppida Leuitis. Ait dñs
ad Moysen, Loquere filiis Israel,
et dices ad eos. Quādo transgressi
fueritis Jordanem in terram Cha Deu. 19.a
naan, decernite q̄ vrbes esse debeāt Ios. 20.a
in presidia fugitiuorū, qui nolētes
sanguinem fuderint: in quibus cū
fugerit profugus, cognatus occisi
non poterit eū occidere, donec stet
in conspectu multitudinis, & causa
illius iudicetur. De ipsis autē vr-
bibus, que ad fugitiuorū subsidia
separantur, tres erunt trans Jor-
danem, et tres in terra Chanaan,
tam filiis Israel, q̄ aduenis atq;
peregrinis, vt cōfugiat ad eas qui
nolens, sanguinē fuderit. Si quis
ferro

C ferro percusserit, ⁊ mortuus fuerit
qui percussus est: reus erit homici-
dii, ⁊ ipse morietur. Si lapidē iece-
rit, ⁊ ictus occubuerit, similiter pu-
nietur. Si ligno percussus interi-
erit: percussoris sanguine vindica-
bitur. Propinquus occisi, homici-
dam interficiet: statim vt apprehē-
derit eum interficiet. Si ꝑ odium
Deu.19c quis hominē impulerit, vel iecerit
quippiam in eum per insidias, aut
cum esset inimic⁹, manu ꝑcusserit,
et ille mortuus fuerit, ꝑcussor ho-
micidii reus erit. cognatus occisi
statim vt inuenerit eū, iugulabit.
Qd si fortuitu, et absq; odio, et in-
imicitiis quicquam horū fecerit, et
hoc audiente populo fuerit cōpro-
batum, atq; inter percussorē ⁊ pro-
pinquum sanguinis questio vēti-
lata: liberabitur innocens de vlto-
ris manu, et reducetur per senten-
tiam in vrbem ad quā confugerat,
manebitq; ibi, donec sacerdos ma-
gnus, q̄ oleo sancto vnct⁹ est, mori-
D atur. Si interfector extra fines vr-
bium, que exulibus deputate sunt,
fuerit inuentus, et percussus ab eo
qui vltor est sanguinis, absq; noxa
erit qui eum occiderit. debuerat e-
nim profugus vsq; ad mortē pon-
tificis in vrbe residere. postq̄ autē
ille obierit, homicida reuertetur in
terrā suam. Hec sempiterna erūt,
et legitima in cunctis habitationi-
bus vestris. Homicida sub testib⁹
punietur, ad vnius testimoniū nul
lus condēnabitur. Non accipietis
pretium ab eo qui reus est sangui-
nis, statim ⁊ ipse morietur. Exules
et profugi ante mortem pontificis
nullo modo in vrbes suas reuerti
poterunt, ne polluatis terram ha-
bitationis vestre q̄ insontium cru-
ore maculat: nec aliter expiari po-
test, nisi per eius sanguinē, qui al-
terius sanguinem fuderit. Atq; ita
emundabitur vestra possessio me
cōmorante vobiscum. Ego enim
sum dominus, qui habito inter fi-
lios Israel.

CAP. XXXVI.

ACcesserunt aūt ⁊ principes A
familiarū Galaad filii Ma-
chir, filii Manasse de stir-
pe filiorum Joseph, locutiq; sunt
Moysi coram principibus Israel,
atq; dixerunt, Tibi domino nostro
precepit dominus, vt terram sorte
diuideres filiis Israel, et vt filiab⁹ Sup.29a
Salphaat fratris nostri dares pos-
sessionem debitā patri: quas si al-
terius tribus homines vxores ac- B
ceperint, sequetur possessio sua, et
translata ad aliā tribum de nostra
hereditate minuetur: atq; ita fiet,
vt cum iubileus, id est quinquage-
simus annus remissionis aduene-
rit, cōfundatur sortiū distributio,
et aliorū possessio ad alios trāseat.
Respondit Moyses filiis Israel, ⁊
domino precipiente ait, Recte tri- C
bus filiorū Joseph locuta est, ⁊ hec
lex super filiabus Salphaat a do-
mino promulgata est. Nubāt qui-
bus volunt, tantum vt sue tribus
hominib⁹, ne cōmisceatur posses-
sio filiorū Israel de tribu in tribū.
Omnes enim viri ducēt vxores de
tribu ⁊ cognatione sua: et cūcte fe-
mine de eadem tribu maritos acci-
pient: vt hereditas permaneat in
familiis, nec sibi misceantur trib⁹,
sed ita maneant vt a domino sepa-
rate sunt. Fecerūtq; filie Salpha- D
at vt sibi fuerat imperatū: et nup-
serunt Maala, et Thersa, ⁊ Egla,
et Melcha, ⁊ Noa filiis patrui sui
de familia Manasse, qui fuit filius
Joseph: et possessio que illis fue-
rat attributa, mansit in tribu ⁊ fa-
milia patris earū. Hec sunt māda-
ta atq; iudicia que mandauit dn̄s
per manū Moysi ad filios Israel,
in campestrib⁹ Moab supra Jor-
danem contra Hiericho.

FINIS.

LIBER DEVTERONOMII, HEBRAICE ELLE HADDEBARIM.

A 
HAEC SVNT
verba q̃ locut⁹ est
Moyses ad omnẽ
Jsrael trans Jor-
danẽ in solitudine
campestri, contra
mare rubrũ, inter
Pharan ⁊ Thofel ⁊ Laban ⁊ Ase-
roth, vbi auri est plurimum, vnde-
cim diebus de Oreb per viã mõtis
Seir vsq; ad Cades barne. Qua-
dragesimo anno, vndecimo mense,
prima die mẽsis locutus est Moy-
ses ad filios Jsrael oĩa que prece-
perat illi dominus, vt diceret eis:
postq̃ percussit Seon regẽ Amor-
rheorum, qui habitauit in Esebõ:
et Og regem Basan, qui mãsit in
Aseroth, et in Edrai trans Jorda-
nẽ in terra Moab. Cepitq; Moy-
ses explanare legem et dicere, Do-
minus Deus noster locutus est ad
nos in Oreb, dicẽs, Sufficit vobis
q̃ in hoc monte mansistis. reuerti-
mini et venite ad montẽ Amorrhe-
orum, et ad cetera que ei proxima
sunt cãpestria atq; montana ⁊ hu-
miliora loca contra meridiẽ, et iu-
xta litus maris, terram Chanane-
B orũ, et Libani vsq; ad flumen ma-
gnum Euphraten. En, inquit, tra-
didi vobis. Jngredimini et possi-
dete eam, super qua iurauit domi-
nus patribus vestris Abraham,
Jsaac, ⁊ Jacob, vt daret illam eis,
Exo. 18 a et semini eorum post eos. Dixiq;
vobis illo in tẽpore, Non possum
solus sustinere vos, quia dominus
deus vester multiplicauit vos, et
estis hodie sicut stelle celi plurimi.
Dominus deus patrũ vestrorum
addat ad hunc numerũ multa mil-
lia, et benedicat vobis sicut locu-
tus est. Non valeo solus negotia
vestra sustinere, et pondus ac iur-
gia. Date ex vobis viros sapien-
tes et gnaros, et quorum cõuersa-
tio sit probata in tribub⁹ vestris,
vt ponã eos vobis principes. Tũc
respondistis mihi, Bona res est
quam vis facere. Tuliq; de tribu-
bus vestris viros sapientes et no-
biles, et constitui eos principes,
tribunos et cẽturiones ⁊ quinqua-
genarios ac decanos, qui docerent
vos singula. Precepiq; eis, dicẽs,
Audite illos, et quod iustum est iu- C
dicate. Siue ciuis sit ille, siue pere- Ioan. 7 d
grinus, nulla erit distantia perso-
narum. Jta paruum audietis, vt Inf. 16. d
magnum: nec accipietis cuiusquã Leu. 19 c
personam, quia dei iudicium est. q̃ Pro 24 c
si difficile vobis visum aliquid fu- Ecc. 42 a
erit, referte ad me, et ego audiam. Iaco. 2. a
Precepiq; eis omnia q̃ facere de-
beretis. Profecti aũt de Oreb trã-
siuimus per eremum terribilem et
maximam solitudinẽ, quam vidi-
stis per viam montis Amorrhei, si-
cut preceperat dñs deus noster no-
bis. Cumq; venissemus in Cades
barne, dixi vobis, Venistis ad mõ-
tem Amorrhei, quẽ dominus deus
noster daturus est nobis. Vide ter-
ram quam dominus deus tuus da-
bit tibi. ascẽde et posside eam, sicut
locutus est dominus deus noster
patrib⁹ tuis. Noli timere, nec q̃c- D
quam paueas. Et accessistis ad me
omnes, atq; dixistis, Mittamus
viros qui considerent terram, et
renuntiẽt per quod iter debeamus
ascendere, et ad quas pergere ciui-
tates. Cumq; mihi sermo placuis-
set, misi ex vobis duodecim viros,
singulos de tribub⁹ suis. Qui cum Nu. 13 c d
perrexissent, et ascendissent in mõ-
tana, venerũt vsq; ad Vallẽ botri:
et cõsiderata terra sumẽtes de fru-
ctibus eius, vt ostenderẽt vberta-
tẽ, attulerũt ad nos, atq; dixerũt,
Bona

Bona est terra, quã domin⁹ deus
noster datur⁹ est nobis. Et nolu-
istis ascẽdere, sed increduli ad ser-
monem domini dei nostri murmu-
rastis in tabernaculis vestris, atq̃
dixistis, Odit nos dñs, et idcirco
eduxit nos de terra Egypti, vt tra
deret nos in manu Amorrhei, atq̃
E deleret. Quo ascendemus? nuntii
terruerunt cor nostrum, dicentes,
Maxima multitudo est, et nobis
statura procerior: vrbes magne, et
ad celum vsq̃ munite. filios Ena-
chim vidimus ibi. Et dixi vobis,
Nolite metuere, nec timeatis eos.
domin⁹ deus qui ductor est vester,
pro vobis ipse pugnabit, sicut fe-
cit in Egypto cunctis vidẽtibus, et
in solitudine ipsi vidistis. Porta-
uit te domin⁹ deus tuus, vt solet
homo gestare paruulũ filium suũ,
in omni via per quã ambulastis,
donec veniretis ad locũ istum. Et
nec sic quidem credidistis dño deo
vestro, qui precessit vos in via, et
metatus est locum in quo tentoria
Exo.13d figere deberetis, nocte ostendẽs vo
bis iter per ignem, et die per colũ-
F nam nubis. Cumq̃ audisset domi-
nus vocem sermonum vestrorum,
iratus iurauit et ait, Non videbit
Nu.14.e quispiam de hominibus generati-
onis hui⁹ pessime terram bonam,
quam sub iuramẽto pollicit⁹ sum
patribus vestris, preter Caleb fi-
lium Jephone. ipse enĩ videbit eã,
et ipsi dabo terrã quam calcauit,
et filiis eius, quia secutus est do-
minum. Nec miranda indignatio
in populum, cum mihi quoq̃ irat⁹
dominus propter vos dixerit, Nec
tu ingredieris illuc, sed Josue fili⁹
Nun minister tuus, ipse intrabit
pro te. Hunc exhortare et robora,
et ipse sorte terrã diuidet Israeli.
Paruuli vestri, de quibus dixistis
q̃ captiui ducerent, et filii qui ho-
die boni ac mali ignorant distan-
tiã, ipsi ingredientur, et ipsis dabo
terram, et possidebunt eam. Uos G
autem reuertimini, et abite in soli-
tudinem per viam maris rubri. Et
respondistis mihi, Peccauim⁹ do-
mino, ascendemus et pugnabim⁹,
sicut precepit domin⁹ deus noster.
Cumq̃ instructi armis pergeretis
in montem, ait mihi dominus, Dic
ad eos, Nolite ascendere, neq̃ pu-
gnetis, non enim sum vobiscũ: ne
cadatis corã inimicis vestris. Lo-
cutus sum, et non audistis, sed ad-
uersantes imperio domini, et tu-
mentes superbia ascẽdistis in mõ-
tẽ. Itaq̃ egressus Amorrhe⁹, qui
habitabat in montibus, et obuiã
veniens persecutus est vos, sicut
solent apes persequi: et cecidit de
Seir vsq̃ Horma. Cumq̃ reuersi
ploraretis coram domino, non au-
diuit vos, nec voci vestre voluit ac
quiescere. Sedistis ergo in Cades
barne multo tempore.

CAPVT. II.

Profectiq̃ inde venim⁹ in so-
litudinem, que ducit ad mare A
rubrũ, sicut mihi dixerat do-
minus, et circumiuimus montem
Seir longo tempore. Dixitq̃ do-
minus ad me, Sufficit vobis cir-
cumire montem istum, ite contra
aquilonem, et populo precipe, di-
cens, Transibitis p̃ terminos fra-
trum vestrorũ filiorum Esau, qui
habitant in Seir, et timebũt vos.
Uidete ergo diligenter ne mouea-
mini contra eos. Neq̃ enim dabo
vobis de terra eorum quantũ po-
test vni⁹ pedis calcare vestigium:
quia in possessionẽ Esau dedi mõ-
tem Seir. Cibos emetis ab eis pe-
cunia, et comedetis: aquam emp-
tam haurietis, et bibetis. Domi- B
nus deus tuus benedixit tibi in oĩ
opere manuum tuarũ. Nouit iter
tuum quomodo transieris solitu-
dinem hanc magnam per quadra-
ginta annos, habitans tecum do-
min⁹ deus tu⁹, et nihil tibi defuit.

Cumq̃

Cũq; transissemus fratres nostros
filios Esau, qui habitabãt in Se-
ir, per viam campestrẽ de Helath,
et de Asion gaber, venimus ad iter
quod ducit in desertũ Moab. Di-
xitq; dominus ad me, Nõ pugnes
contra Moabitas, nec ineas ad-
uersus eos prelium: nõ enim dabo
tibi quicquã de terra eorum, quia
filiis Loth tradidi Ar in possessio-
nem. Emim primi fuerũt habita-
tores eius, populus magnus, et va-
lidus, et tam excelsus, vt de Ena-
chim stirpe quasi gigantes crede-
rentur, et essent similes filiorum
C Enachim. Deniq; Moabite ap-
pellant eos Emim. In Seir autẽ
prius habitauerũt Horrhei, quibus
expulsis atq; deletis habitauerãt
filii Esau, sicut fecit Israel ĩ terra
possessionis sue quam dedit illi do-
minus. Surgentes ergo vt tran-
siremus torrentem Zareth, veni-
mus ad eum. Tempus autem quo
ambulauimus de Cades barne vsq;
ad transitũ Zareth, trigita et octo
annorum fuit, donec cõsumeretur
omnis congregatio hominũ bella-
torum de castris, sicut iurauerat
dominus, cuius manus fuit aduer-
sum eos, vt interirent de castrorũ
D medio. Postquam autẽ vniuersi
ceciderunt pugnatores, locutus est
dominus ad me, dicens, Tu tran-
sibis hodie terminos Moab vrbẽ
nomine Ar: et accedens in vicina
filiorum Ammon, caue ne pugnes
cõtra eos, nec mouearis ad preliũ.
Non enim dabo tibi de terra filio-
rum Ammõ, quia filiis Loth dedi
eam in possessionem. Terra gigã-
tum reputata est, et in ipsa olĩ ha-
bitauerunt gigãtes, quos Ammo-
nite vocant Zomzommim, populus
magnus et multus, et procere lon-
gitudinis, sicut Enachim: quos
deleuit dominus a facie eorum, et
fecit illos habitare pro eis, sicut
fecerat filiis Esau, qui habitãt in
Seir, delens horreos, et terram
eorum illis tradẽs, quam possidẽt
vsq; in presens. Eueos quoq; qui E
habitabant in Asarim, vsq; Gazã
Cappadoces expulerunt: q̃ egressi
de Cappadocia deleuerunt eos, et
habitauerũt pro illis. Surgite et
transite torrẽtem Arnon. ecce tra-
didi in manu tua Seon regem E-
sebon Amorrheorum, et terram eius
incipe possidere, et cõmitte aduer-
sus eũ preliũ. Hodie incipiã mitte-
re terrorẽ atq; formidinẽ tuam in
populos qui habitant sub oĩ celo,
vt audito nomine tuo paueant, et
in morem parturientium contre-
miscant, et dolore teneantur. Misi
ergo nuntios de solitudine Cade- Nu. 21. e
moth ad Seon regẽ Esebon ver-
bis pacificis, dicens, Transibimus
per terram tuam, publica gradie- F
mur via, non declinabimus, neq;
ad dexteram, neq; ad sinistram. A-
limenta pretio vende nobis vt ves-
camur: aquam pecunia tribue, et
sic bibemus. Tantum est vt nobis
concedas transitum, sicut fecerũt
filii Esau, qui habitant in Seir,
et Moabite qui morantur in Ar,
donec veniamus ad Jordanem, et
transeamus ad terram quam dñs
deus noster daturus est nobis. No-
luitq; Seon rex Esebõ dare nobis
transitum, quia indurauerat dñs
deus tuus spiritum eius, et obfir-
mauerat cor illius, ita vt tradere-
tur in manus tuas, sicut nunc vi-
des. Dixitq; dominus ad me, Ecce
cepi tibi tradere Seon et terram
eius, incipe possidere eam. Egres- Amos 2 c
susq; est Seon obuiam nobis cum
omni populo suo ad preliũ in Ja- G
sa. Et tradidit eum dominus deus
noster nobis, percussimusq; eum cũ
filiis suis, et omni populo suo.
cunctasq; vrbes in tempore illo ce-
pimus, interfectis habitatoribus
earum, viris ac mulieribus et par-
uulis. Nõ reliquimus in eis quic-

quam, absq̃ iumētis, que in partē venere predantiū, & spoliis vrbiū, quas cepimus ab Aroer, q̃ est sup ripā torrentis Arnō, oppido, quod in valle sitū est vsq̃ Galaad. Non fuit vic⁹ et ciuitas que nostras effugeret manus. Omnes tradidit dn̄s deus noster nobis, absq̃ terra filiorū Ammon, ad quā nō accessimus, et cunctis que adiacent torrenti Jeboch, & vrbib⁹ montanis, vniuersisq̃ locis, a quib⁹ nos prohibuit dominus deus noster.

CAPVT. III.

A Inf. 29 b Nu, 21. g
Itaq̃ conuersi ascēdimus per iter Basan. Egressusq̃ est Og rex Basan in occursum nobis cū populo suo ad bellandū in Edrai. Dixitq̃ dn̄s ad me, Ne timeas eum, quia in manu tua tradit⁹ est cum omni populo ac terra sua: faciesq̃ ei sicut fecisti Seō regi Amorrheorum, qui habitauit in Esebō. Tradidit ergo dn̄s deus noster in manib⁹ nostris etiā Og regem Basan, et vniuersum populū eius: percussimusq̃ eos vsq̃ ad internecionem, vastātes cūctas ciuitates illius vno tempore: non fuit oppidū quod nos effugeret: sexaginta vrbes, et oēm regionem Argob regni Og ĩ Basan. Cūcte vrbes erāt munite muris altissimis, portisq̃ et vectibus, absq̃ oppidis innumeris q̃ non habebāt muros. Et deleuim⁹ eos, sicut feceramus Seon regi Esebon, disperdentes omnem ciuitatem, virosq̃ ac mulieres et paruulos, iumenta autē et spolia vrbium diripuim⁹.
B Tulimusq̃ illo in tēpore terram de manu duorū regum Amorrheorū, qui erant trans Jordanem, a torrente Arnon vsq̃ ad montem Hermon, quem Sidonii Sarion vocant, et Amorrhei Sanir: omnes ciuitates que site sunt in planitie, & vniuersam terram Galaad & Basan vsq̃ ad Selcha, & Edrai ciuitates regni Og in Basan. Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe Gigantū. Et monstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabath filiorū Ammō, nouem cubitos habens lōgitudinis, et quatuor latitudinis ad mēsuram cubiti virilis man⁹. Terramq̃ possedimus in tempore illo ab Aroer, que est sup ripā torrentis Arnō, vsq̃ ad mediam partem montis Galaad, et ciuitates illius dedi Ruben et Gad. reliquā autem partem Galaad, et omnem Basan regni Og, tradidi medie tribui Manasse, oēm regionem Argob. Cunctaq̃ Basan vocabatur terra gigantum. Jair filius Manasse possedit oēm regionē Argob vsq̃ ad terminos Gessuri, & Machati. Vocauitq̃ ex noīe suo Basā Auoth Jair, id est villas Jair, vsq̃ in presentē diē. Machair quoq̃ dedi Galaad. et tribubus Ruben et Gad dedi de terra Galaad vsq̃ ad torrentem Arnō medium torrētis et confinium vsq̃ ad torrētem Jeboch, q̃ est termin⁹ filiorū Ammō, et planitiē solitudinis atq̃ Iordanē, et terminos Cenereth vsq̃ ad mare deserti, quod est salsissimū ad radices mōtis Phasga cōtra orientē. Precepiq̃ vobis in tēpore illo, dicēs, Dn̄s deus vester dat vobis terram hāc in hereditatē, expediti precedite fratres vestros filios Israel oēs viri robusti, absq̃ vxorib⁹ et paruulis atq̃ iumentis. Noui eni q̄ plura habeatis pecora, et in vrbibus remanere debebunt, quas tradidi vobis, donec requiem tribuat dn̄s fratrib⁹ vestris sicut vobis tribuit, & possideant ipsi etiam terrā quā datur⁹ est eis trās Jordanē, tūc reuertetur vnusquisq̃ in possessionem suam quā dedi vobis.
D Iosue quoq̃ in tēpore illo precepi, dicēs, Oculi tui viderūt que fecit dn̄s deus vester duob⁹ his regib⁹, sic faciet oibus regnis, ad q̃ transiturus

Margin notes (right column): Nu. 32. f — C — Nu. — Nu. 27

situr⁹ es. Ne timeas eos: dñs enĩ
de⁹ vester pugnabit ꝓ vobis. Pre-
catusq; sum dñm in tẽpore illo, di-
cens, Dñe deus tu cepisti ostẽdere
seruo tuo magnitudinẽ tuam, ma
nũq; fortissimã. neq; enim est alius
deus vel in celo, vel in terra, q̃ pos-
sit facere opera tua, ꝛ cõparari for
titudini tue. Trãsibo igiť, ꝛ videbo
terrã hãc optimã trãs Jordanẽ, ꝛ
montẽ istũ egregiũ, et Libanũ. J-
ratusq; est dñs michi propter vos,
nec exaudiuit me, sed dixit mihi,
Sufficit tibi, nequaquã vltra lo-
Infra. 31 quaris de hac re ad me. Ascẽde ca-
et.34.a cumẽ Phasge, et oculos tuos cir-
cũfer ad occidentẽ, ꝛ aquilonẽ, au-
strũq;, et orientẽ, et aspice. nec enĩ
trãsibis Iordanẽ istũ. Precipe Io-
sue, et corrobora eũ atq; conforta,
q̃a ipse p̃cedet ꝑpulũ istũ, ꝛ diuidet
eis terrã quã visur⁹ es. Mãsimus-
q; in valle cõtra Phanũ Phogor.

CAPVT. IIII.

A ET nũc Jsrael audi precepta
et iudicia q̃ ego doceo te, vt
faciẽs ea viuas: ꝛ ingrediẽs
possideas terrã quã dñs de⁹ patrũ
vestroꝝ datur⁹ est vobis. Nõ ad-
detis ad ꝟbum q̃d vobis loquor,
nec auferetis ex eo. custodite mã-
data dñi dei vestri q̃ ego p̃cipio vo
bis. Oculi vestri viderũt oĩa q̃ fe-
Nu.25.a cit dñs cõtra Beelphegor, quomõ
cõtriuerit oẽs cultores eius de me-
dio vestri. Uos aũt qui adheretis
dño deo vestro, viuitis vniuersi
vsq; in presentẽ diẽ. Scitis q̃ do-
cueri vos p̃cepta atq; iustitias, si-
cut mãdauit mihi dñs de⁹ me⁹: sic
facietis ea in terra quã possessuri
estis, ꝛ obseruabitis, et implebitis
opere. Hec est enĩ vestra sapiẽtia,
et intellect⁹ corã populis, vt audi-
entes vniuersi precepta hec, dicãt,
En populus sapiens ꝛ intelligẽs,
gẽs magna. Nec est alia natio tam
grandis, que habeat deos appro-
pinquantes sibi, sicut deus noster
adest cunctis obsecrationibus no-
stris. Que est enim alia gẽs sic in-
clyta, vt habeat ceremonias, iusta-
q; iudicia, ꝛ vniuersam legem, quã
ego proponam hodie ante oculos
vestros? Custodi igitur temetip- B
sum, et animã tuã solicite. Ne ob-
liuiscaris verboꝝ que viderunt o-
culi tui, et ne excidant de corde tuo
cunctis diebus vite tue. Docebis
ea filios ac nepotes tuos, diem in
quo stetisti corã dño deo tuo in O-
reb, quando dñs locutus est mihi, Ex. 19. c
dicẽs, Congrega ad me populum,
vt audiant sermones meos, et dis-
cãt timere me oĩ tẽpore quo viuũt
in terra, doceantq; filios suos. Et
accessistis ad radices montis q̃ ar-
debat vsq; ad celum, erantq; in eo
tenebre, et nubes, et caligo. Locu-
tusq; est dñs ad vos de medio ig-
nis. Uocem verboꝝ eius audistis,
et formã penitus non vidistis. Et
ostendit vobis pactum suum quod
precepit vt faceretis, ꝛ decẽ verba
que scripsit in duabus tabulis la-
pideis. Mihiq; mãdauit in illo tẽ-
pore, vt docerem vos ceremonias
et iudicia que facere deberetis in
terra quam possessuri estis. Custo-
dite igiť solicite animas vestras. C
Nõ vidistis aliquam similitudinẽ
in die qua locut⁹ est vobis dñs in
Oreb de medio ignis: ne forte de-
cepti faciatis vobis sculptã simi-
litudinem, aut imaginem masculi
vel femine, similitudinem omniũ
iumentoꝝ que sunt super terram,
vel auium sub celo volãtium, atq;
reptilium que mouentur in terra,
siue piscium qui sub terra morant̃
in aquis: ne forte eleuatis oculis
ad celũ videas solẽ ꝛ lunam, et oĩa
astra celi, et errore decept⁹ adores
ea ꝛ colas, que creauit dñs de⁹ tu⁹
in ministerium cũctis gentib⁹ que
sub celo sunt. Uos autẽ tulit dñs,
ꝛ eduxit de fornace ferrea Egypti,
vt haberet populum hereditariũ,

sicut est in presenti die. Iratusq; est
dominus cōtra me propter sermo=
nes vestros, et iurauit vt non trā=
sirem Jordanē, nec ingrederer ter=
ram optimā quam daturus est vo=
bis. Ecce morior in hac humo, non
transibo Jordanem, vos transibi=
tis et possidebitis terram egregiā.
D Caue ne quando obliuiscaris pacti
domini dei tui, quod pepigit tecū: et
facias tibi sculptam similitudinem
eorū que fieri dn̄s prohibuit, quia
Heb.12g dn̄s deus tuus ignis cōsumēs est,
deus emulator. Si genueritis filios
ac nepotes, et morati fueritis i ter=
ra, deceptiq; feceritis vobis aliquā
similitudinē, patrantes malū corā
domino deo vestro, vt eum ad ira=
cundiam prouocetis: testes inuoco
hodie celum et terram, cito peritu=
ros vos esse de terra, quā transito
Jordane possessuri estis. non habi=
tabitis in ea longo tēpore, sed de=
lebit vos dn̄s, atq; disperget in oēs
gētes, et remanebitis pauci i nati=
onibus ad quas vos ducturus est
dn̄s. ibiq; seruietis diis q̄ hominū
manu fabricati sūt ligno et lapide,
qui non vident, nec audiūt, nec cō=
edunt, nec odorantur. Cumq; que=
sieris ibi dn̄m deum tuū, inuenies
eum: si tamen toto corde quesieris,
et tota tribulatione aie tue, postq̄
te inuenerit oia que predicta sunt.
E Nouissimo autē tēpore reuerteris
ad dn̄m deum tuū, et audies vocē
eius: qa deus misericors dn̄s deus
tuus est. Non dimittet te, nec om=
nino delebit, neq; obliuiscet pacti
in quo iurauit patribus tuis. In=
terroga de diebus antiquis, qui fu=
erūt ante te ex die quo creauit dn̄s
deus hominē super terram, a sum=
mo celo vsq; ad summū eius, si facta
est aliquādo huiuscemodi res, aut
vnq̄ cognitū est, vt audiret popu=
lus vocem dn̄i dei loquētis de me=
dio ignis, sicut tu audisti et vidisti:
si fecit deus, vt ingrederetur, et tol=
leret sibi gentem de medio nationū
per tentationes, signa, atq; portē=
ta, per pugnam et robustā manum,
extentumq; brachiū, et horribiles
visiones iuxta omnia que fecit pro
nobis dn̄s deus noster in Egypto,
videntibus oculis tuis: vt scires
quoniam dn̄s ipse est deus, et non
est alius preter vnū. De celo te fe= F
cit audire vocē suam vt doceret te:
et in terra ostēdit tibi ignem suum
maximū, et audisti verba illius de
medio ignis, qa dilexit patres tu=
os, et elegit semen eorum post eos.
Eduxitq; te p̄cedens in virtute sua Exo.13d
magna ex Egypto, vt deleret nati=
ones maximas et fortiores te in in=
troitu: et introduceret te, daretq;
tibi terrā earū in possessionē, sicut
cernis in presenti die. Scito ergo
hodie, et cogitato i corde tuo, q̄ dn̄s
ipse est deus in celo sursum, et in ter=
ra deorsum, et nō est alius. Custodi
precepta eius atq; mandata q̄ ego
precipio tibi: vt bene sit tibi, et fi=
liis tuis post te, et permaneas mul=
to tempore super terram, quā dn̄s
deus tuus daturus est tibi. Tunc Nu.35.a
G separauit Moyses tres ciuitates
trās Jordanē ad orientalē plagā,
vt cōfugiat ad eas qui occiderit no
lens proximū suum, nec sibi fuerit
inimicus ante vnum et alterū diē,
et ad harum aliquā vrbium possit
euadere: Bosor in solitudine q̄ sita
est in terra cāpestri de tribu Rubē:
et Ramod in Galaad, q̄ est in tribu
Gad: et Golā in Basan, que est in
tribu Manasse. Ista est lex quā p=
posuit Moyses corā filiis Israel, et
hec testimonia et ceremonie atq; iu=
dicia q̄ locutus est ad filios Israel,
quādo egressi sunt de Egypto trās
Jordanem in valle cōtra phanum
Phogor in terra Seō regis Amor=
rhei, qui habitauit in Esebon, quē
percussit Moyses. Filii quoq; Is=
rael egressi ex Egypto possederunt
terrā eius, et terrā Og regis Basan
duorum

duorū regū Amorrheorū, qui erāt
trans Jordanē ad solis ortum, ab
Aroer que sita est super ripam tor-
rētis Arnō vsq ad montē Sanir,
qui est ⁊ Hermō, oēm planitiē trās
Jordanē ad orientalē plagam vsq
ad mare solitudinis, et vsq ad ra-
dices montis Phasga.

CAPVT. V.

A Vocauitq Moyses omnem
Israelē, ⁊ dixit ad eū, Audi
Israel ceremonias atq iu-
dicia que ego loquor in auribꝰ ve-
stris hodie, discite ea, ⁊ opere com-
plete. Dn̄s deus noster pepigit no-
biscum fedꝰ in Oreb. Non cū pa-
tribꝰ nostris iniit pactū, sed nobi-
scum qui in presentiarum sumus ⁊
Ex. 19.b viuimus. Facie ad faciem locutus
est nobis in monte de medio ignis.
Ego sequester et medius fui inter
deum ⁊ vos in tempore illo, vt an-
nuntiarē vobis verba eius. timu-
istis enim ignē, et non ascēdistis in
Ex. 20.a montē. Et ait, Ego dn̄s deꝰ tuus,
qui eduxi te de terra Egypti de do-
mo seruitutis. Non habebis deos
alienos in cōspectu meo. Non fa-
Ex. 20.a cies tibi sculptile, nec similitudinē
Leu.26a omniū que in celo sunt desuper, et
psa.96 b que in terra deorsum, et q̄ versant
in aquis sub terra. Non adorabis
ea, et nō coles: Ego enim sum dn̄s
Ex. 34.a deus tuus, deus emulator, reddēs
iniquitatē patrū sup filios in ter-
tiam ⁊ quartā generationē his qui
oderunt me, et faciēs misericordiā
in multa millia diligentibus me, et
B custodientibꝰ precepta mea. Non
Ex. 20.b vsurpabis nomen dei tui frustra:
Leu.19 c quia non erit impunitus, qui super
Matt.5.e re vana nomen eius assumpserit.
Obserua diem sabbati, vt sanctifi-
Eze.20b ces eum sicut precepit tibi dn̄s deꝰ
tuus. Sex diebus operaberis, ⁊ fa-
cies oīa opera tua. Septimus dies
sabbati est, id est requies domini
dei tui. Non facies in eo quicquam
operis, tu et filiꝰ tuus ⁊ filia, seruꝰ
et ancilla, bos ⁊ asinus, ⁊ oē iumē-
tum tuū, et peregrinꝰ qui est intra
portas tuas: vt requiescat seruus
et ancilla tua, sicut et tu. Memēto
ꝙ et ipse seruieris in Egypto, et e-
duxerit te inde dn̄s deus tuus in
manu forti, ⁊ brachio extento. Id-
circo pcepit tibi vt obseruares diē
sabbati. Honora patrē tuū et ma- Ex. 20. c
trem, sicut precepit tibi dn̄s deus Eccle.3 b
tuus, vt longo viuas tempore, et Mat.15 a
bene sit tibi in terra quā dn̄s deus Mar.7.b
tuus daturus est tibi. Nō occides. Ephe.6 a
Neq mechaberis. Furtum nō fa- Mat.5 c d
cies. Nec loqueris contra proximū
tuū falsum testimoniū. Nō cōcu- Rom.7b
pisces vxorē proximi tui, nō domū,
non agrū, nō seruū, nō ancillā, nō
bouē, nō asinū, et vniuersa que il-
lius sunt. Hec verba locutꝰ est dn̄s C
ad oēm multitudinē vestrā in mō-
te de medio ignis et nubis, et cali-
ginis voce magna, nihil addēs am-
plius, et scripsit ea ī duabꝰ tabulis
lapideis quas tradidit mihi. Vos
aūt postq̄ audistis vocē de medio
tenebrarū, et mōtē ardere vidistis,
accessistis ad me oēs principes tri-
buū et maiores natu, atq dixistis,
Ecce ostendit nobis dn̄s deus no-
ster maiestatē et magnitudinē suā.
vocē enim eius audiuimus de me-
dio ignis, et probauimus hodie ꝙ
loquēte deo cū homine, vixerit ho-
mo. Cur ergo moriemur, ⁊ deuora-
bit nos ignis hic maximꝰ? Si enim
audierimus vltra vocē dn̄i dei no-
stri, moriemur. Quid est oīs caro,
vt audiat vocē dei viuentis, qui de
medio ignis loquitur sicut nos au-
diuimus, et possit viuere? Tu ma- D
gis accede, ⁊ audi cūcta que dixerit
dn̄s deus noster tibi, loquerisq ad
nos, ⁊ nos audientes faciemus ea.
Quod cū audisset dn̄s, ait ad me, Au-
diui vocem verborū populi huius
que locuti sunt tibi: bene omnia sūt
locuti. Quis det talem eos habere
mentem vt timeāt me, et custodiāt
vniuersa

vniuersa mādata mea in omni tē-
pore, vt bene sit eis et filiis eorū in
sempiternū? Vade ergo et dic eis,
Reuertimini in tētoria vestra. Tu
vero hic sta mecū, & loquar tibi oīa
mādata mea, & ceremonias atq; iu-
dicia: que docebis eos vt faciāt in
terra quā dabo illis in possessionē.
Custodite igitur et facite ea q̄ pre-
cepit dn̄s deus vobis. Non decli-
nabitis neq; ad dexterā, neq; ad se-
nistrā, sed ꝑ viā quā precepit dn̄s
deus vester ambulabitis, vt viua-
tis, & bene sit vobis, & ꝓtelent dies
vestri in terra possessionis vestre.

CAPVT. VI.

HEc sunt precepta & ceremo-
A nie atq; iudicia, q̄ mādauit
dn̄s deus vester, vt docerē
vos, vt faciatis ea in terra ad quā
trāsgredimini possidendam, vt ti-
meas dominū deū tuū, & custodias
oīa mandata et precepta eius, que
ego ꝑcipio tibi et filiis ac nepotib⁹
tuis cunctis dieb⁹ vite tue, vt pro-
longentur dies tui. Audi Israel et
obserua, vt facias que ꝑcepit tibi
dn̄s, & bene sit tibi, & multipliceris
amplius, sicut pollicitus est domi-
nus deus patrū tuorꝫ tibi terrā la-
cte et melle manantē. Audi Israel,
dn̄s de⁹ noster, de⁹ vnus est. Dili-
Mat.22d ges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo,
Mar.12 c et ex tota aīa tua, & ex tota fortitu-
Luc.10 e dine tua. Eruntq; verba hec q̄ ego
B ꝑcipio tibi hodie, ī corde tuo, & nar-
Inf. 11. c rabis ea filiis tuis, et meditaberis
sedens in domo tua, & ambulans in
itinere, dormiens atq; consurgens.
Et ligabis ea quasi signū in manu
tua, erūtq; et mouebunt inter ocu-
los tuos, scribesq; ea in limine & o-
stiis domus tue. Cūq; introduxerit
te dn̄s de⁹ tu⁹ in terrā, ꝓ qua iura-
uit patrib⁹ tuis Abrahā, Isaac, et
Jacob, & dederit tibi ciuitates ma-
gnas & optimas quas non edifica-
sti, domos plenas cunctarū opum
quas nō extruxisti, cisternas quas
nō fodisti, vineta & oliueta q̄ nō plā-
tasti, et cōederis, et saturatus fue-
ris: caue diligenter ne obliuiscaris
domini dei tui, q̄ eduxit te de terra C
Egypti, de domo seruitutis. Do- Matt.4.b
minū deum tuū timebis, et illi soli Luc.4.b
seruies, ac ꝑ nomen illius iurabis.
Non ibitis post deos alienos cun-
ctarum gentiū, que in circūitu ve-
stro sunt: quoniam deus emulator
dn̄s de⁹ tuus in medio tui: ne quā-
do irascatur furor dn̄i dei tui con-
tra te, & auferat te de superficie ter- Mat. 4.b
re. Non tentabis dominū deū tuū, Luc. 4.b
sicut tētasti in loco tētationis. Cu- Nu. 21.b
stodi precepta dn̄i dei tui, ac testi-
monia et ceremonias quas ꝑcepit
tibi, et fac quod placitū est et bonū
in cōspectu domini, vt bene sit tibi:
et ingressus possideas terram opti-
mam, de qua iurauit dn̄s patribus
tuis, vt deleret oēs inimicos tuos D
coram te, sicut locutus est. Cū in-
terrogauerit te fili⁹ tuus cras, di-
cens, Quid sibi volunt testimonia
hec et ceremonie atq; iudicia, que
precepit dn̄s de⁹ noster vobis? di-
ces ei, Serui eramus Pharaonis
in Egypto, & eduxit nos domin⁹ de
Egypto ī manu forti, fecitq; signa
atq; prodigia magna et pessima in
Egypto contra Pharaonē, & om-
nem domum illius in cōspectu no-
stro, & eduxit nos inde, vt introdu-
ctis daret terrā super qua iurauit
patrib⁹ nostris. Precepitq; nobis
dominus, vt faciamus omnia legi-
tima hec, & timeamus dominū deū
nostrū, vt bene sit nobis cūctis die-
bus vite nostre sicut est hodie. E-
ritq; nostri misericors, si custodie-
rimus et fecerimus omnia precep-
ta eius corā dn̄o deo nostro, sicut
mandauit nobis.

CAPVT. VII. A

CUm vero introduxerit te do-
minus deus tuus in terram
quam possessurus ingredie-
ris, & deleuerit gentes multas corā
te Etheum

te Etheum ⁊ Gergezeum et Amor-
rheū, Chananeum ⁊ Pherezeū et
Eueū ⁊ Jebuseū, septē gētes mul-
to maioris numeri ꝙ tu es, ⁊ robu-
stiores te: tradideritq; eas dn̄s de⁹
tu⁹ tibi, ꝑcuties eas vsq; ad inter-
necionē. Non inibis cū eis fedus, Ex. 23.d
nec misereberis earum, neq; socia- et.14.b
bis cum eis cōiugia. Filiā tuā non
dabis filio eius, nec filiā illius ac-
cipies filio tuo: q̄a seducet filiū tu-
um ne sequat̄ me, et vt magis ser-
uiat diis alienis. irasceturq; furor
dn̄i, ⁊ delebit te cito. Quin potius
hec facietis eis, Aras eor̄ subuer-
tite, et confringite statuas, lucosq;
succidite, et sculptilia cōburite: q̄a
popul⁹ sanct⁹ es dn̄o deo tuo. Te
elegit dn̄s deus tu⁹, vt sis ei popu- Inf.14.a
lus peculiaris de cūctis populis q̄ et.26.d
sunt sup̱ terrā. Non q̄a cūctas gē- B
tes numero vincebatis, vobis iū-
ctus est dn̄s, ⁊ elegit vos, cū oībus
sitis populis pauciores: sed q̄a di-
lexit vos dn̄s, ⁊ custodiuit iuramē-
tum quod iurauit patrib⁹ vestris.
Eduxitq; vos in manu forti, et re-
demit de domo seruitutis, de ma-
nu Pharaonis regis Egypti. Et
scies q̄a dominus deus tuus, ipse
est deus fortis ⁊ fidelis, custodiēs
pactum et misericordiam diligen-
tibus se, et his qui custodiunt pre-
cepta eius in mille generationes: ⁊
reddens odientibus se statim, ita
vt disperdat eos, ⁊ vltra non diffe-
rat, protinus eis restituens quod
merentur. Custodi ergo precepta
⁊ ceremonias atq; iudicia, que ego
mando tibi hodie, vt facias. Si
postq̄ audieris hec iudicia, custodi
eris ea et feceris, custodiet ⁊ domi-
nus deus tuus pactum tibi ⁊ mise-
ricordiam quam iurauit patribus
tuis, et diliget te ac multiplicabit,
benedicetq; fructui ventris tui, et
fructui terre tue, frumēto tuo atq;
vindemie, oleo, et armentis, gre-
gib⁹ ouiū tuarū super terrā, ꝓ qua
iurauit patrib⁹ tuis vt daret eam
tibi. Benedictus eris inter omnes
populos. Non erit apud te sterilis
vtriusq; sexus, tam in hominibus
ꝙ in gregibus tuis. Auferet domi-
nus a te omnem languorem, et in- Ex, 23.d
firmitates Egypti pessimas quas C
nouisti, nō inferet tibi, sed cunctis
hostibus tuis. Deuorabis omnes
populos quos dominus deus tu⁹
daturus est tibi. Non parcet eis
oculus tuus, nec seruies diis eorū,
ne sint in ruinā tui. Si dixeris in
corde tuo, Plures sunt gentes iste
ꝙ ego, quomodo potero delere eas:
noli metuere, sed recordare q̄ fece-
rit dominus deus tu⁹ Pharaoni ⁊
cūctis Egyptiis, plagas maximas
quas viderunt oculi tui, et signa
atq; portēta, manumq; robustā, ⁊
extentum brachium vt educeret te
dn̄s deus tu⁹, sic faciet cūctis po-
pulis quos metuis. Insuper ⁊ cra-
brones mittet dn̄s deus tuus in e-
os, donec deleat oēs atq; disperdat
qui te fugerint, ⁊ latere non pote- Ex.23.c
rint. Non timebis eos, quia dn̄s et.33.a
deus tu⁹ in medio tui est, de⁹ ma- Iof.24.c
gnus ⁊ terribilis. ipse cōsumet na-
tiones has in cōspectu tuo paula-
tim atq; per partes. Non poteris
eas delere pariter, ne forte multi-
plicentur cōtra te bestie terre. Da-
bitq; eos dn̄s deus tuus in cōspe-
ctu tuo, ⁊ interficiet illos donec pe-
nitus deleant̄. Tradetq; reges eor̄
in manus tuas, et disperdes noīa
eor̄ sub celo. Nullu s poterit resi-
stere tibi, donec cōteras eos. Scul-
ptilia eorū igne cōbures. Non cō- 2. Mach.
cupisces argentū ⁊ aurū, de quib⁹ 12.g
facta sunt, neq; assumes ex eis tibi
q̄cquā, ne offēdas, ꝓpterea q̄a ab-
ominatio est dn̄i dei tui. Nec infe-
res quippiā ex idolo in domū tuā,
ne fias anathema, sicut ⁊ illud est.
Quasi spurcitiā detestaberis, ⁊ ve-
lut inq̄namentū ac sordes abomi-
nationi habebis, q̄a anathema est.

Caput

CAPVT. VIII.

A Omne mandatum quod ego præcipio tibi hodie caue diligenter vt facias, vt possitis viuere, et multiplicemini, ingressique possideatis terrã, pro qua iurauit dñs patribus vestris. Et recordaberis cũcti itineris per quod adduxit te dñs deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te atque tentaret: et nota fierent quæ in tuo animo versabantur, vtrum custodires mandata illius, an nõ. Afflixit te penuria, et dedit tibi cibum mãna, quod ignorabas tu et patres tui: vt ostenderet tibi quod nõ in solo pane viuat homo, sed
Mat.4.a Luc.4.a Inf.29.a in omni verbo quod egreditur de ore domini. Vestimentum tuũ quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, et pes tuus non est subtritus. En quadragesimus annus est, vt
B recogites in corde tuo quia sicut erudit filiũ suum homo, sic dñs deus tuus erudiuit te, vt custodias mãdata dñi dei tui, et ambules in viis eius, et timeas eum. Dñs enim deus tuus introducet te in terram bonã, terram riuorũ, aquarumque, et fontium, in cuius campis et montibus erumpũt fluuiorum abyssi, terrã frumẽti, hordei, ac vinearũ, in qua ficus et mala granata et olíueta nascuntur, terram olei ac mellis, vbi absque vlla penuria comedes panẽ tuũ, et rerũ omniũ abundãtia perfrueris, cuius lapides ferrũ sunt, et de montibus eius æris metalla fodiuntur: vt cũ comederis et satiatus fueris, benedicas dño deo tuo pro terra optima quã dedit tibi. Obserua et caue ne quando obliuiscaris
C dñi dei tui, et negligas mandata eius atque iudicia et ceremonias quas ego præcipio tibi hodie, ne postquam comederis et satiatus fueris, domos pulchras edificaueris, et habitaueris in eis, habuerisque armenta boũ, et ouium greges, argenti et auri, cunctarumque rerũ copiam, eleuetur cor tuum, et non reminiscaris dñi dei tui, qui eduxit te de terra Egypti, de domo seruitutis: et ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, in qua erat Nu.21.b serpens flatu adurens, et scorpio et.20.b ac dipsas, et nulle omnino aque: qui Ex.17.a eduxit riuos de petra durissima, et et.16.d cibauit te mãna ĩ solitudine, quod nescierunt patres tui. Et postquã D afflixit ac probauit te, ad extremũ misertus est tui, ne diceres in corde tuo, Fortitudo mea, et robur manus mee hec mihi oia præstiterunt. sed recorderis dñi dei tui, quod ipse vires tibi præbuerit, vt impleret pactum suum, super quo iurauit patribus tuis, sicut præsens indicat dies. Sin autẽ oblitus dñi dei tui, secutus fueris deos alienos, colueris que illos et adoraueris: ecce nunc prædico tibi quod omnino dispereas. Sicut gẽtes quas deleuit dominus in introitu tuo, ita et vos peribitis, si inobediẽtes fueritis voci domini dei vestri.

CAPVT. IX.

A Audi Israel, Tu transgredieris hodie Jordanẽ, vt possideas nationes maximas et fortiores te, ciuitates ingẽtes, et ad celũ vsque muratas, populũ magnum atque sublimẽ, filios Enachim quos ipse vidisti et audisti, quibus nullus potest ex aduerso resistere. Scies ergo hodie quod dñs deus tuus ipse transibit ante te ignis deuorans atque cõsumens, qui cõterat eos et deleat atque disperdat ante faciẽ tuã velociter, sicut locutus est tibi. Ne dicas in corde tuo cũ deleuerit eos dñs deus tuus in cõspectu tuo, Propter iusticiã meã introduxit me dñs, vt terrã hãc possiderẽ, cũ propter impietates suas iste delete sint nationes. Neque enim propter iustitias tuas, et equitatẽ cordis tui ingredieris, vt possideas terras eorum: sed quia

quia ille egerunt impie, introeũte
te delete sunt, et vt compleret ver=
bũ suum dñs, quod sub iuramẽto
pollicitus est patrib⁹ tuis Abrahã,
B Isaac, et Iacob. Scito ergo ꝙ nõ
ꝑpter iustitias tuas dñs de⁹ tu⁹
dederit tibi terram hãc optimã in
possessionem, cũ durissime ceruicis
sis populus. Memento, et ne obli=
uiscaris quomõ ad iracundiã pro=
uocaueris dñm deũ tuũ in solitu=
dine: ex eo die quo egressus es ex
Egypto vsq₃ ad locũ istũ, semper
Ex. 17.b aduersum dñm contendisti. Nã et
et. 19. in Oreb prouocasti eũ, et irat⁹ de=
et. 31. lere te voluit, quãdo ascẽdi in mõ=
tẽ, vt acciperẽ duas tabulas lapi=
deas pacti quod pepigit vobiscum
de⁹, et ꝑseueraui in mõte quadra=
ginta dieb⁹ ac noctib⁹, panem non
comedens, et aquã non bibẽs. De=
Ex, 31. d ditq₃ mihi dñs duas tabulas lapi=
deas scriptas digito dei, et conti=
nẽtes oĩa verba, que vobis locut⁹
est in mõte de medio ignis, quãdo
concio populi cõgregata est. Cũq₃
transissent quadragita dies, et to=
tidem noctes, dedit mihi dñs duas
tabulas lapideas, tabulas federis,
dixitq₃ mihi, Surge, ⁊ descẽde hinc
cito, quia populus tu⁹ quẽ eduxisti
de Egypto, deseruerunt velociter
viã, quã demõstrasti eis, fecerũtq₃
C sibi conflatile. Rursumq₃ ait dñs
ad me, Cerno ꝙ populus iste dure
ceruicis sit: dimitte me, vt conterã
eũ, et deleã nomẽ eius de sub celo,
et constituã te super gentẽ que hac
maior ⁊ fortior sit. Cumq₃ de mõte
ardente descenderẽ, et duas tabu=
las federis vtraq₃ tenerem manu,
vidissemq₃ vos peccasse domino deo
vestro, et fecisse vobis vitulũ con=
flatilem, ac deseruisse velociter viã
eius quam vobis ostenderat: pro=
ieci tabulas de manibus meis, cõ=
fregiq₃ eas in cõspectu vestro. Et
procidi ante dñm sicut prius, qua=
dragista diebus ac noctibus panẽ
non comedens, ⁊ aquã non bibẽs,
ꝓpt̃ oĩa peccata vestra que ges=
sistis contra dñm, et eũ ad iracun=
diã prouocastis. timui enim indi=
gnationem et iram illius, qua ad=
uersum vos concitatus, delere vos
voluit. Et exaudiuit me dñs etiã
hac vice. Aduersum Aaron quoq₃
vehement̃ iratus, voluit eũ conte=
rere, et pro illo similiter deprecat⁹
sum. Peccatũ aũt vestrũ quod fe=
ceratis, id est vitulũ, arripiẽs igne
combussi, et in frusta cõminuens,
omninoq₃ in puluerẽ redigẽs, pro=
ieci in torrentẽ qui de monte descẽ=
dit. In incendio quoq₃, ⁊ in tẽtati= D
one, ⁊ in Sepulchris cõcupiscentie Num. 1.a
prouocastis dñm: et quando misit 16.a 21.a
vos de Cades barne, dicens, Ascẽ=
dite, ⁊ possidete terrã quã dedi vo=
bis: ⁊ contẽpsistis imperiũ dñi dei
vestri, ⁊ non credidistis ei: neq₃ vo=
cem ei⁹ audire voluistis, sed semꝑ
fuistis rebelles a die qua nosse vos
cepi. Et iacui coram dño quadra=
ginta dieb⁹ ac noctibus, quib⁹ eũ
supplicit̃ deꝑcabar, ne deleret vos,
vt fuerat cõminatus, et orãs dixi,
Dñe de⁹, ne disꝑdas populũ tuũ,
et hereditatẽ tuã quã redemisti in
magnitudine tua, quos eduxisti de
Egypto in manu forti. Recordare
seruor tuor Abrahã, Isaac, ⁊ Ia=
cob. Ne aspicias duritiã populi
huius, ⁊ impietatẽ atq₃ peccatũ, ne
forte dicant habitatores terre, de
qua eduxisti nos, Nõ poterat dñs
introducere eos in terrã quã polli=
cit⁹ est eis, ⁊ oderat illos: idcirco e=
duxit, vt interficeret eos in solitu=
dine. Qui sunt popul⁹ tuus et he=
reditas tua, quos eduxisti in for=
titudine tua magna, et in brachio
tuo extẽto.

CAPVT. X.

IN tempore illo dixit dominus A
ad me, Dola tibi duas tabulas Ex. 34.a
lapideas, sicut priores fuerũt,
et ascẽde ad me in montẽ: faciesq₃

arcam ligneã, et scribam in tabu-
lis verba que fuerunt in his quas
ante cõfregisti, ponesq; eas in ar-
ca. Feci igitur arcam de lignis se-
thim. Cumq; dolassem duas tabu-
las lapideas instar priorũ, ascendi
in montem habẽs eas in manib⁹.
Scripsitq; in tabulis iuxta id quod
prius scripserat, verba decem, que
locutus est dñs ad vos in mõte de
medio ignis, quando populus cõ-
gregat⁹ est, et dedit eas mihi. Re-
uersusq; de mõte descendi, et posui
tabulas in arcã quam fecerã, que
B hucusq; ibi sunt, sicut mihi p̃cepit
dñs. Filii aũt Israel mouerũt ca-
stra ex Beroth filiorũ Iachan in
Nu.20.d Mosera, vbi Aarõ mortuus et se-
pult⁹ est, p quo sacerdotio funct⁹
est Eleazar fili⁹ eius. Inde vene-
rũt in Gadgad: de quo loco pfecti,
castrametati sunt in Iethabatha
in terra aquarũ atq; torrentiũ. Eo
tẽpore separaui tribũ Leui, vt por-
taret arcã federis dñi, & staret corã
eo in ministerio, ac benediceret in
nomine illi⁹ vsq; in presentẽ diem.
Quãobrem nõ habuit Leui partẽ,
neq; possessionem cũ fratrib⁹ suis,
C quia ipse dñs possessio ei⁹ est, sicut
promisit ei dñs deus tuus. Ego
autẽ steti in monte, sicut pri⁹ qua-
draginta diebus ac noctib⁹: exau-
diuitq; me dñs etiã hac vice, et te
perdere noluit. Dixitq; mihi, Vade,
et precede populum, vt ingrediat,
et possideat terrã quam iuraui pa-
tribus eorũ, vt traderẽ eis. Et nũc
Israel quid dñs deus tuus petit a
te, nisi vt timeas dñm deum tuũ,
et ambules in viis eius, et diligas
eũ, ac seruias dño deo tuo in toto
corde tuo, & in tota anima tua: cu-
stodiasq; mandata dñi, et ceremo-
nias eius quas ego hodie precipio
tibi, vt bene sit tibi. En dñi dei tui
celũ est, et celũ celi, terra & oĩa que
in ea sunt: & tamẽ patrib⁹ tuis cõ-
glutinat⁹ est dñs, et amauit eos,
elegitq; semen eorũ post eos, id est
vos de cũctis gentibus, sicut hodie
cõprobatur. Circũcidite igit pre- D
putium cordis vestri, & ceruicẽ ve-
strã ne induretis amplius: qa dñs
deus vester ipse est de⁹ deorũ, & dñs
dominantiũ, deus magn⁹ & potẽs
et terribilis, q personã nõ accipit,
nec munera. Facit iudiciũ pupillo 2. Paral.
et vidue, amat peregrinũ, et dat ei 19.c
victũ atq; vestitũ. Et vos ergo a- Iob 34.b
mate peregrinos, qa et ipsi fuistis Sap.6.b
aduene ĩ terra Egypti. Dñm deũ Ecc.35.b
tuũ timebis, et ei soli seruies: ipsi Ro.2.b
adherebis, iurabisq; in noĩe illius. Gal.2.b
Ipse est laus tua, et deus tu⁹, qui Mat.4.b
fecit tibi hec magnalia & terribilia Luc.4.b
que viderunt oculi tui. In septua- Ge.46.c
gita animab⁹ descenderũt patres
tui in Egyptũ: & ecce, nũc multipli-
cauit te dñs de⁹ tu⁹ sicut astra celi.

CAPVT. XI.

AMa itaq; dñm deũ tuũ, et A
obserua precepta ei⁹ et ce-
remonias, iudicia atq; mã-
data oĩ tẽpore. Cognoscite hodie q
ignorãt filii vestri, q non viderunt
disciplinã dñi dei vestri, magnalia
eius et robustã manũ, extentumq;
brachiũ, signa & opera que fecit in
medio Egypti Pharaoni regi, et
vniuerse terre eius, omniq; exerci-
tui Egyptiorum, & equis ac curri-
bus: quomodo operuerit eos aque
maris rubri, cum vos persequerẽ-
tur, et deleuerit eos dominus vsq;
in presentem diem: vobisq; que fe-
cerit in solitudine, donec veniretis
ad hunc locum. Et Dathan atq; Nu.16.c
Abiron filiis Eliab, qui fuit filius
Ruben, quos aperto ore suo terra
absorbuit cum domibus et taber-
naculis, & vniuersa substãtia eorũ,
quam habebãt in medio Israelis. B
Oculi vestri viderunt omnia ope-
ra domini magna que fecit, vt cu-
stodiatis vniuersa mandata illi⁹,
que ego hodie precipio vobis: et
possitis introire, et possidere terrã
ad quam

ad quam ingredimini, multoq; in ea viuatis tempore: quam sub iuramento pollicitus est dñs patrib⁹ vestris, & semini eorum, lacte et melle manantem. Terra enim ad quam ingrederis possidendā, non est sicut terra Egypti de qua existi, vbi iacto semine in hortorū morē aque ducunt irrigue: sed montuosa est, et campestris, de celo expectās pluuias, quam dñs deus tuus semper inuisit, et oculi illius in ea sunt a principio anni vsq; ad finem eius. Si ergo obedieritis mādatis meis, que ego hodie precipio vobis, vt diligatis dñm deum vestrū, et seruiatis ei in toto corde vestro, et in tota anima vestra, dabit pluuiam terre vestre temporaneā et serotinam, vt colligatis frumentū, & vinū, et oleū, fenūq; ex agris ad pascenda iumenta, et vt ipsi comedatis ac saturemini. Cauete ne forte decipiatur cor vestrū, et recedatis a dño, seruiatisq; diis alienis, & adoretis eos: iratusq; dñs claudat celū, et pluuie non descendant, nec terra det germē suū, pereatisq; velociter de terra optima quam dñs datur⁹ est vobis. Ponite hec vba mea i cordib⁹ & in animis vestris, et suspēdite ea pro signo in manibus, et inter oculos vestros collocate. Docete filios vestros, vt illa meditentur, quādo sederis in domo tua, & ambulaueris i via, & accubueris atq; surrexeris. Scribes ea super postes et ianuas domus tue, vt multiplicentur dies tui, et filiorū tuorū in terra quā iurauit dominus patrib⁹ tuis, vt daret eis quādiu celum immineret terre. Si enim custodieritis mandata q̄ ego p̄cipio vobis, et feceritis ea, vt diligatis dñm deum vestrū, & ambuletis in omnib⁹ viis eius, adherētes ei, disperdet dñs oēs gētes istas ante faciem vestrā, et possidebitis eas que maiores & fortiores vobis sunt. Oīs locus quem calcauerit pes vester, vester erit. A deserto, & a Libano, a flumine magno Eufrate vsq; ad mare occidētale erūt termini vestri. Nullus stabit contra vos: terrorem vestrū et formidinem dabit dñs deus vester sup oēm terram quam calcaturi estis, sicut locutus est vobis. En propono in conspectu vestro hodie benedictionē, & maledictionē: benedictionē, si obedieritis mādatis dñi dei vestri, q̄ ego hodie precipio vobis: maledictionē, si nō obedieritis mādatis dñi dei vestri, sed recesseritis de via quam ego nunc ostēdo vobis, et ambulaueritis post deos alienos, quos ignoratis. Cum vero introduxerit te dñs de⁹ tu⁹ in terrā, ad quā pergis habitādam, pones benedictionem sup montē Garizim, maledictionem super montē Hebal: qui sunt trans Jordanem post viā que vergit ad solis occubitum in terra Chananei, qui habitat in campestribus contra Galgalam, que est iuxta vallē tendentem et intrantem procul. Vos eni trāsibitis Jordanē, vt possideatis terram quam dñs deus vester daturus est vobis, vt habeatis & possideatis illam. Uidete ergo vt impleatis ceremonias atq; iudicia q̄ ego hodie ponā i cōspectu vestro.

Sup.6.d C

D Num.1.a 16.a 21.a

CAPVT. XII.

HEc sunt precepta atq; iudicia que facere debetis i terra quā dñs de⁹ patrū tuorum datur⁹ est tibi, vt possideas eā cūctis dieb⁹ quib⁹ sup humū gradieris. Subuertite oīa loca in quib⁹ coluerunt gentes quas possessuri estis, deos suos super mōtes excelsos & colles, et subter oē lignū frōdosum. Dissipate aras earum, et cōfringite statuas, et lucos igne cōburite, et idola comminuite: disperdite nomina eorū de locis illis. Non facietis ita dño deo vestro,

Ex.34.a

sed ad locum quē elegerit dominus deus vester de cunctis tribub⁹ vestris, vt ponat nomen suum ibi, et habitet in eo, venietis: et offeretis in loco illo holocausta et victimas vestras, decimas et primitias manuum vestrarū, et vota atq; donaria, primogenita boū et ouiuū. Et cōedetis ibi in cōspectu dñi dei vestri, ac letabimini in cūctis ad que miseritis manum vos ⁊ domus vestre ī quib⁹ benedixerit vobis dñs deus vester. Non facietis ibi que nos hic facimus hodie, singuli qđ sibi rectū videtur. Neq; enim vsq; in presens tempus venistis ad requiem, ⁊ possessionē, quā dñs deus

B vester daturus est vobis. Transibitis Jordanem, et habitabitis in terra quam dñs deus vester daturus est vobis, vt requiescatis a cūctis hostibus p circumitū: et absq; vllo timore habitetis in loco quem elegerit dñs deus vester, vt sit nomen eius in eo. Illuc oīa que precipio, conferetis, holocausta, ⁊ hostias, ac decimas, et primitias manuū vestrarū: ⁊ quicquid precipuū est in munerib⁹ que vouistis dño. Ibi epulabimini corā dño deo vestro, vos et filii ac filie vestre, famuli ⁊ famule atq; Leuites, qui in vrbibus vestris cōmorantur. neq; enim habet aliam partem ⁊ possessionem inter vos. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo quē elegerit dñs, in vna tribuū tuarū offeres hostias, et facies quecūq; precipio tibi. Sin autē comedere volueris, et te esus carniū delectauerit, occide et comede iuxta benedictionē dñi dei tui, quā dedit tibi in vrbibus tuis: siue immundū fuerit, hoc est maculatū, et debile: siue mundū, hoc est integrū ⁊ sine macula, quod offerri licet, sicut capream ⁊ ceruū comedes, absq; esu dūtaxat sanguinis, quē sup terrā quasi aquā effundes.

Non poteris comedere in oppidis tuis decimā frumenti, ⁊ vini, ⁊ olei tui, primogenita armētorū ⁊ pecorum, ⁊ omnia que voueris, ⁊ spōte offerre volueris, et primitias manuum tuarū: sed corā dño deo tuo comedes ea in loco quem elegerit dñs deus tuus, tu et filius tuus et filia, seruus ⁊ famula, atq; Leuites qui manēt in vrbibus tuis: et letaberis, ⁊ reficieris corā dño deo tuo in cunctis ad que extenderis manū tuam. Caue ne derelinquas Leuitem in omni tempore quo versaris in terra. Quando dilatauerit dñs deus tuus terminos tuos, sicut locutus est tibi, ⁊ volueris vesci carnibus quas desiderat anima tua: locus aūt quem elegerit dñs deus tuus, vt sit nomē eius ibi, si procul fuerit, occides de armentis ⁊ pecoribus que habueris, sicut precepi tibi, ⁊ comedes in oppidis tuis, vt tibi placet. Sicut cōeditur caprea et ceruus, ita vesceris eis. et mundus et immūdus in cōmune vescētur. Hoc solū caue ne sanguinē cōedas. sanguis enim eorum pro anima est, ⁊ idcirco nō debes animā comedere cum carnibus, sed super terram fundes quasi aquam, vt bene sit tibi et filiis tuis post te, cum feceris quod placet in conspectu dñi. Que aūt sanctificaueris ⁊ voueris dño, tolles, ⁊ venies ad locū quem elegerit dñs, et offeres oblationes tuas carnem et sanguinē super altare dñi dei tui. sanguinē hostiarū fundes in altari: carnibus aūt ipse vesceris. Obserua ⁊ audi omnia q̄ ego precipio tibi, vt bene sit tibi et filiis tuis post te in sempiternū, cū feceris quod bonū est et placitū in cōspectu dñi dei tui. Quādo disperdiderit dñs deus tuus ante faciem tuam gentes ad quas ingredieris possidendas, ⁊ possederis eas, atq; habitaueris in terra earū, caue ne imiteris eas, postq̄ te fuerit introeunte

Margin: C; Ge. 28.c; Inf. 19.c; D

eunte subuerse, ⁊ requiras ceremo-
nias earũ, dicens, Sicut coluerũt
gẽtes iste deos suos, ita ⁊ ego colã.
Non facies similiter dño deo tuo.
Oẽs enim abominationes quas a-
uersatur dñs, fecerũt diis suis, of-
ferentes filios et filias, et combu-
rentes igni. Qđ pꝛecipio tibi, hoc
tantum facito domino, nec addas
quicquam, nec minuas.

CAPVT. XIII.

A SI surrexerit in medio tui pꝛo-
phetes, aut qui somniũ vidisse
se dicat, et pꝛedixerit signum
atq; poꝛtentũ, et euenerit quod lo-
cutus est, et dixerit tibi, Eamus et
sequamur deos alienos quos igno
ras ⁊ seruiam⁹ eis: nõ audies ver-
ba pꝛophete illi⁹ aut somniatoꝛis,
quia tẽtat vos dñs deus vester, vt
palam fiat vtrũ diligatis eum an
non, in toto coꝛde, ⁊ in tota anima
vestra. Dominũ deũ vestrũ sequi-
mini, et ipsum timete, et mandata
illius custodite, ⁊ audite vocẽ eius:
ipsi seruietis, et ipsi adherebitis.
Pꝛopheta autẽ ille aut fictoꝛ som-
B nioꝛum interficietur, quia locutus
est vt vos auerteret a dño deo ve-
stro, q̃ eduxit vos de terra Egypti,
et redemit vos de domo seruitutis,
vt errare te faceret de via quã tibi
p̃cepit dñs deus tu⁹: ⁊ auferes ma-
lum de medio tui. Si tibi voluerit
persuadere frater tuus filius ma-
tris tue, aut fili⁹ tu⁹ vel filia, siue
vxoꝛ q̃ est in sinu tuo, aut amicus
quẽ diligis vt animã tuã, clam di-
cẽs, Eamus ⁊ seruiamus diis alie-
nis, quos ignoꝛas tu ⁊ patres tui,
cunctarũ in circũitu gentiũ q̃ iuxta
vel pꝛocul sũt, ab initio vsq; ad fi-
nẽ terre: non acquiescas ei, nec au-
dias, neq; parcat ei oculus tuus vt
miseriaris et occultes eum, sed sta-
C tim interficies. sit pꝛimum manus
tua super eum, ⁊ post te omnis po-
pulus mittat manũ. Lapidib⁹ ob-
rut⁹ necabitur, quia voluit te ab-
strahere a dño deo tuo, qui eduxit
te de terra Egypti de domo serui-
tutis, vt omnis Israel audiens ti-
meat, ⁊ nequaq̃ vltra faciat quip-
piam huius rei simile. Si audieris
in vna vꝛbiũ tuarũ, quas dñs de⁹
tu⁹ dabit tibi ad habitandũ, dicẽ-
tes aliquos, Egressi sũt filii Beli-
al de medio tui, ⁊ auerterunt habi-
tatoꝛes vꝛbis tue, atq; dixerũt, Ea
mus et seruiam⁹ diis alienis quos
ignoꝛatis: quere solicite, et diligẽ-
ter, rei veritate pspecta, si inuene-
ris certũ esse quod dicit, et abomi-
nationẽ hãc opere perpetratã, sta-
tim percuties habitatoꝛes vꝛbis il-
lius in oꝛe gladii, ⁊ delebis eã, oĩaq;
que in illa sũt vsq; ad pecoꝛa. quic-
quid etiam supellectilis fuerit, cõ- D
gregabis in medio platearũ eius, ⁊
cum ipsa ciuitate succendes, ita vt
vniuersa cõsumas dño deo tuo, et
sit tumulus sempiternus. non edi-
ficabit ampli⁹, et non adherebit de
illo anathemate quicquã in manu
tua, vt auertatur dñs ab ira furo-
ris sui, et misereatur tui, multipli-
cetq; te, sicut iurauit patrib⁹ tuis,
quando audieris vocẽ dñi dei tui,
custodiẽs omnia pꝛecepta eius que
ego p̃cipio tibi hodie, vt facias qđ
placitũ est in conspectu dñi dei tui.

CAPVT. XIIII.

FIlii estote dñi dei vestri. Non A
vos incidetis, nec facietis cal-
uitium super moꝛtuo. quoniã Sup. 7. a
populus sanctus es dño deo tuo, ⁊ Inf. 26 d
te elegit vt sis ei in populũ pecul-
iarem de cunctis gentibus que sunt
super terrã. Ne comedatis que im-
munda sunt. Hoc est animal quod Leu. 11. a
comedere debetis, Bouẽ, et ouem,
et capꝛã, ceruum, ⁊ capꝛeam, buba-
lum, tragelaphũ, pygargũ, oꝛygẽ,
camelopardalũ. Omne animal qđ
in duas partes findit vngulam et
ruminat, comedetis. De his autẽ
que ruminãt, et vngulam non fin-
dunt, hec comedere non debetis,
camelum,

camelum, leporẽ, chirogryllũ: quia ruminant, ꝛ non diuidunt vngulã, immunda erunt vobis. sus quoqꝫ quoniam diuidit vngulam, et non ruminat, immunda erit. carnibus eorum non vescemini, et cadauera non tangetis. Hec cõedetis ex omnibus que morãtur in aquis, Que
B habent pinnulas, ꝛ squamas, comedite: q̃ absqꝫ pinnulis, et squamis sunt, ne comedatis, quia immunda sunt. Oẽs aues mũdas comedite, immundas ne cõedatis, aquilam scilicet, ꝛ gryphẽ, et halieetũ, ixion, et vulturem ac miluũ iuxta genus suum, et omne coruini generis, et struthionem ac noctuã et larũ atqꝫ accipitrẽ iuxta genus suum, herodium ac cygnũ, et ibin, ac mergulũ porphyrionẽ ꝛ nicticoracẽ, onocrotalũ, et caradriũ, singula in genere suo: vpupã quoqꝫ et vespertilionẽ. Et oẽ qđ reptat ꝛ pinnulas habet, immũdũ erit, nec cõedetur. Omne
C quod mundũ est comedite. Quicquid autẽ morticinũ est, ne vescamini ex eo. Peregrino q̃ intra portas tuas est, da vt cõedat, aut vẽde ei. quia tu populus sanctus dñi dei
Ex. 23. c tui es. Non coques hedum in lacte
et. 34. d matris sue. Decimã partẽ separa-
Ex. 23. c bis de cunctis frugib⁹ tuis que nascũtur in terra p annos singulos, et comedes in conspectu dñi dei tui in loco quẽ elegerit, vt in eo nomẽ illius inuocetur: decimam frumẽti tui, et vini, ꝛ olei, ꝛ primogenita de armentis et ouibus tuis, vt discas timere dñm deum tuũ in omni tẽ-
D pore. Cum aũt longior fuerit via, et locus quẽ elegerit dominus deus tuus, tibiqꝫ benedixerit, nec poteris ad eum hec cuncta portare, vẽdes omnia ꝛ in pretiũ rediges, portabisqꝫ manu tua, et proficisceris ad locum quem elegerit dominus deus tuus: et emes ex eadem pecunia quicquid tibi placuerit, siue ex armẽtis, siue ex ouib⁹, vinũ quoqꝫ et siceram, et omne quod desyderat anima tua: et comedes coram dño deo tuo, et epulaberis tu et domus tua, et Leuita q̃ intra portas tuas est. caue ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in possessione tua. Anno tertio separabis aliam decimam ex omnib⁹ que nascuntur tibi eo tempore, ꝛ repones intra ianuas tuas, venietqꝫ Leuites qui aliam non habet partẽ nec possessionem tecum, et peregrinus ac pupillus ꝛ vidua, qui intra portas tuas sunt, ꝛ comedent, et saturabuntur, vt benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum que feceris.

CAPVT. XV.

Septimo anno facies remissionem, que hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab a- A
mico vel proximo ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est domini. A peregrino et aduena exiges: ciuem et propinquum repetẽdi non habebis potestatem. Et omnino indigens ꝛ mẽdicus non erit inter vos: vt benedicat tibi dñs deus tuus in terra quam traditurus est tibi in possessionem. si tamẽ audieris vocẽ dñi dei tui, et custodieris vniuersa que iussit, ꝛ que ego hodie precipio tibi, benedicet tibi, vt pollicitus est. Fenerabis gentibus multis, et ipse a nullo accipies mutuum. Domi-
naberis nationib⁹ plurimis, et tui B
nemo dominabit. Si vnus de fratribus tuis qui morãtur intra portas ciuitatis tue in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi, ad paupertatẽ deuenerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi, et dabis mutuũ quo eum indigere perspexeris. Caue ne forte subrepat tibi impia cogitatio, et dicas in corde tuo, Appropinquat septimus annus remissionis: et auertas

tas oculos tuos a paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat, mutuum cõmodare: ne clamet contra te ad dominum, et fiat tibi in peccatum. sed dabis ei: nec ages quippiam callide in eius necessitatibus subleuãdis, vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni tempore, et in cunctis ad que manum miseris. Non deerũt pauperes in terra habitationis tue: idcirco ego precipio tibi vt aperias manum fratri tuo
C egeno et pauperi, qui tecum versa-
Ex. 21. a tur in terra. Cum tibi vẽditus fu-
Hie. 34. c erit frater tuus Hebreus aut Hebrea, et sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum: et quem libertate donaueris, nequaquam vacuũ abire patieris, sed dabis viaticum de gregibus, et de area ꝛ torculari tuo, quibus dominus deus tuus benedixerit tibi. Memẽto ꝙ et ipse seruieris in terra Egypti, ꝛ liberauerit te dominus deus tuus: et idcirco ego nunc precipio tibi. Sin autem dixerit, Nolo egredi: eo ꝙ diligat te, ꝛ domũ tuam, ꝛ bene sibi apud te esse sentiat, assumes subulã, ꝛ perforabis aurẽ eius in ianua domus tue, ꝛ seruiet tibi vsqꝫ in eternum. ancille quoqꝫ similiter facies. Nõ auertas ab eis oculos tuos quando dimiseris eos liberos, quoniam iuxta mercedem mercenarii per sex annos seruiuit tibi: vt benedicat tibi dominꝰ deus
D tuus in cunctis operibus que agis. De primogenitis que nascũtur in armentis, ꝛ ouibus tuis, quicquid est sexus masculini, sãctificabis domino deo tuo. Non operaberis in primigenito bouis, et nõ tondebis primogenita ouium. In conspectu
Leu. 22 c domini dei tui comedes ea per an-
Ecc. 35 b nos singulos in loco quẽ elegerit dominus, tu ꝛ domus tua. Sin autẽ habuerit maculam, et vel claudum fuerit vel cecũ, aut in aliqua parte deforme vel debile: non immolabitur domino deo tuo, sed intra portas vrbis tue comedes illud: tam mundus ꝙ immũdus similiter vescentur eis quasi caprea, et ceruo. Hoc solũ obseruabis vt sanguinẽ eorum non comedas, sed effundas in terram quasi aquam.

CAPVT. XVI.

Obserua mensem nouarum frugum, ꝛ verni primũ temporis, vt facias phase dño deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te dñs deus tuus de Egypto nocte. Immolabisqꝫ phase domino deo tuo de ouibus, et de bobus in loco quem elegerit dñs deus tuus, vt habitet nomẽ eius ibi. Non cõedes in eo panẽ fermentatũ. Septem diebꝰ comedes absqꝫ fermẽto afflictionis panẽ, quoniam in pauore egressus es de Egypto: vt memineris diei egressionis tue de Egypto omnibꝰ diebus vite tue. Nõ apparebit fermentatum in omnibꝰ terminis tuis septem diebus, et nõ remanebit de carnibus eius quod immolatũ est vespere in die primo
vsqꝫ ad mane. Non poteris immo- B
lare phase in qualibet vrbium tuarum, quas dominus deus tuus daturus est tibi, sed in loco quem elegerit dominus deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. Immolabisqꝫ phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Egypto. et coques, et comedes in loco quem elegerit dominus deus tuus, maneqꝫ cõsurgens vades in tabernacula tua. Sex diebꝰ comedes azyma, et in die septima, quia collecta est domini dei tui, nõ facies opus. Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetẽ miseris, et celebrabis diem festum hebdomadarũ dño deo tuo, oblationem spontaneã manus tue, quam offeres iuxta benedictionem dñi dei tui: et epulaberis corã domino deo tuo, tu et filius tuus, et filia tua,

et seruus

et seruus tuus, et ancilla tua, et
Leuites qui est intra portas tuas,
et aduena ac pupillꝰ et vidua, qui
morantur vobiscum, in loco quem
elegerit dominus deus tuus, vt
habitet nomē eius ibi: et recorda-
beris quoniam seruꝰ fueris in Æ-
gypto, custodiesq; ac facies que ti-
bi precepta sunt. Solennitatem
C quoq; tabernaculorum celebrabis
per septem dies quando collegeris
de area et torculari fruges tuas,
et epulaberis in festiuitate tua tu
et filius tuus et filia, ⁊ seruus tuꝰ
et ancilla, Leuites quoq;, et adue-
na, et pupillus ac vidua, qui in-
tra portas tuas sunt. Septem di-
ebus domino deo tuo festa celebra-
bis in loco quem elegerit dominꝰ,
benedicetq; tibi dominus deus tu-
us in cunctis frugibus tuis, et in
omni opere manuum tuarum, e-
risq; in letitia. Tribus vicibus per
annū apparebit omne masculinū
tuum in conspectu domini dei tui
in loco quem elegerit, in solenni-
tate azymorum, et in solennitate
hebdomadarum, et in solennitate
tabernaculorum. Non apparebit
D ante dominum vacuus, sed offeret
Ex.23.b vnusquisq; secundum quod habu-
et.34.c erit iuxta benedictionē domini dei
Ecc.16 d sui, quam dederit ei. Judices et
magistros constitues in omnibus
portis tuis, quas dominus deus
tuus dederit tibi, per singulas tri-
bus tuas, vt iudicent populum iu-
sto iudicio, nec in alteram partem
declinēt. Non accipies personam,
Sup.1.c nec munera: quia munera excecāt
Leu.19 c oculos sapientum, et mutant ver-
Ex.23.a ba iustorum. Juste quod iustum
Ecc.20 d est persequeris, vt viuas, et possi-
deas terram quam dominus deus
tuus dederit tibi. Non plantabis
lucum, et omnem arborē iuxta al-
tare domini dei tui. Nec facies ti-
bi atq; cōstitues statuam, que odit
dominus deus tuus.

CAPVT. XVII.

Non imolabis dn̄o deo tuo
bouē et ouē in quo est ma- A
cula aut quippiā vitii: quia
abominatio est dn̄o deo tuo. Cūq;
reperti fuerint apud te intra vnā
portarum tuarum, quas dominus
deus tuus dabit tibi, vir aut mu-
lier qui faciant malum in cōspectu
domini dei tui, et transgrediantur
pactum illius vt vadant et serui-
ant diis alienis et adorent eos, so-
lem et lunam, et omnem militiam
celi, que non precepi, ⁊ hoc tibi fu-
erit nuntiatum, audiensq; inquisi-
eris diligenter, et verum esse repe-
reris, et abominatio facta est ī Js-
rael: educes virum ac mulierē qui
rem sceleratissimam perpetrarūt,
ad portas ciuitatis tue, et lapidi-
bus obruentur. Jn ore duorū aut B
trium testium peribit qui interfici- Inf.19.d
etur. Nemo occidatur vno contra Mat.18 b
se dicente testimoniū. Manus te- Ioan.8.c
stium prima interficiet eum, ⁊ ma- 2.co.13 a
nus reliqui populi extrema mitte- Ioan.8.a
tur: vt auferas malum de medio
tui. Si difficile ⁊ ambiguum apud
te iudicium esse prospexeris inter
sanguinem et sanguinem, causam
et causam, lepram et non lepram,
et iudicū intra portas tuas vide-
ris verba variari: surge, et ascēde
ad locum quem elegerit dominus
deus tuus, veniesq; ad sacerdotes
Leuitici generis, et ad iudicem qui
fuerit illo tēpore, queresq; ab eis,
qui iudicabunt tibi iudicii verita-
tem. et facies quodcunq; dixerint
qui presunt loco quem elegerit do-
minus, et docuerint te iuxta legem
eius, sequerisq; sentētiam eorum,
nec declinabis ad dexterā, neq; ad
sinistram. Qui autem superbierit C
nolēs obedire sacerdotis imperio,
qui eo tempore ministrat domino
deo tuo: ex decreto iudicis morie-
tur homo ille, ⁊ auferes malum de
Jsrael: cunctusq; populus audiēs
timebit,

timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Cũ ingressus fueris terram quam dñs deus tuus dabit tibi, et possederis eam, habitaueris q́ in illa, et dixeris, Cõstituam super me regem, sicut habẽt omnes per circumitum nationes: eum constitues quẽ dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui nõ
D sit frater tuus. Cumq́ fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Egyptum, equitatus numero subleuatus, presertim cũ dominus preceperit vobis vt nequaquam amplius per eandem viã reuertamini. Nõ habebit vxores plurimas que alliciant animũ eius, neq́ argenti et auri immẽsa pondera. Postquã aũt sederit ĩ solio regni sui, describet sibi Deuteronomiũ legis huius in volumine, accipiẽs exẽplar a sacerdotibus Leuitice tribus, et habebit secum, legetq́ illud omnibus dieb⁹ vite sue, vt discat timere dominum deum suum, et custodire verba et ceremonias eius que in lege precepta sunt. Nec eleuetur cor eius in superbiam sup fratres suos, neq́ declinet in partem dexteram vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse ꝛ filii eius super Israel.

CAPVT. XVIII.

Nu 18 cd Non habebũt sacerdotes et Leuite, ꝛ oẽs qui de eadem tribu sunt, partẽ ꝛ hereditatem cum reliquo populo Israel:
I.co.9.b quia sacrificia dñi, et oblationes ei⁹ comedẽt, et nihil aliud accipiẽt de possessione fratrũ suorum. dñs enĩ ipse est hereditas eorum, sicut locutus est illis.
Nu.18.c Hoc erit iudiciũ sacerdotũ a populo, et ab his q̃ offerũt victimas, siue bouẽ, siue ouem immolauerint, dabũt sacerdoti armum ac ventriculũ, pmitias frumenti, vini et olei, et lanarũ partẽ ex ouiũ tonsione. Ipsum enim elegit dñs deus tuus de cũctis tribubus tuis, vt stet, ꝛ ministret nomini dñi dei tui, et ipse et filii eius in sempiternũ. Si exierit Leuites ex B
vna vrbium tuarũ ex oi Israel in qua habitat, ꝛ voluerit venire, desiderãs locum quem elegerit dñs, ministrabit in noie dñi dei sui, sicut oẽs fratres ei⁹ Leuite, qui stabunt eo tempore corã dño. Partem ciborum eandem accipiet quã et ceteri, excepto eo quod in vrbe sua ex paterna ei successione debetur. Quando ingressus fueris terram quã dñs deus tu⁹ dabit tibi, caue ne imitari velis abominationes illarũ gentiũ: nec inueniatur in te qui lustret filiũ suũ, aut filiã Le.20.d
ducens per ignem, aut qui ariolos I.R.18.a
sciscitetur, ꝛ obseruet somnia atq́ auguria. nec sit maleficus, nec incãtator, neq́ q̃ pythones cõsulat', nec diuinos, et querat a mortuis veritatem. oĩa enim hec abominatur dñs, et propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo: p- C
fectus eris, ꝛ absq́ macula cũ dño deo tuo. Gẽtes iste quarum possidebis terram, augures et diuinos audiunt: tu autẽ a dño deo tuo aliter institutus es. Prophetam de Ioan.1.g
gẽte tua et de fratribus tuis sicut Act.3.d
me, suscitabit tibi dñs deus tuus: &.7.e
ipsum audies vt petisti a dño deo tuo in Oreb, quando cõcio cõgregata est, atq́ dixisti, Vltra nõ au- Ex.20.e
diam vocem dñi dei mei, et ignem hũc maximũ ampli⁹ nõ videbo ne moriar. Et ait dñs mihi. Bene oĩa Ioan.1.g
sunt locuti, Prophetam suscitabo D
eis de medio fratrũ suorum similem tui, et ponam vba mea in ore eius, loqueturq́ ad eos oĩa q̃ precepero illi. qui autem vba eius que loquetur ĩ noie meo, audire noluerit, ego vltor existam. Propheta autem qui arrogãtia deprauatus

voluerit loqui i nomine meo, que ego non precepi illi vt diceret, aut ex noie alienorum deorum, interficietur. Qd si tacita cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbum quod dñs nõ est locut⁹? hoc habebis signũ, Quod in nomine dñi propheta ille predixerit, et non euenerit, hoc dñs non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta cõfinxit, et idcirco non timebis eum.

CAPVT. XIX.

A Cum disperdiderit dñs deus tuus gentes, quaꝝ tibi traditurus est terram, et possederis eam, habitaueriſq; in vrbib⁹
Nu.35.b earum ⁊ in edib⁹, tres ciuitates se-
Ios.20.a parabis tibi in medio terre, quam dñs deus tuus dabit tibi in possessionem, sternens diligenter viam, et i tres equaliter partes totã terre tue puinciã diuides, vt habeat e vicino q̃ propter homicidiũ profugus est, quo possit euadere. Hec
B erit lex homicide fugientis, cuius vita seruanda est, Qui percusserit proximum suũ nesciens, ⁊ qui heri et nudiustertius nullum cõtra eũ odium habuisse comprobatur, sed abiisse cum eo simpliciter in syluã ad ligna cedenda, et in succisione lignorum securis fugerit manum, ferrũq; lapsum de manubrio amicum eius percusserit, et occiderit: hic ad vnam supradictarũ vrbium confugiet, et viuet: ne forsitã proximus eius cuius effusus est sanguis, dolore stimulat⁹ persequat, et apprehendat eum si longior via fuerit, ⁊ percutiat animã eius qui non est re⁹ mortis: quia nullũ cõtra eum qui occisus est, odiũ pri⁹ habuisse monstrat. Idcirco pcipio
C tibi, vt tres ciuitates equalis inter se spacii diuidas. Cũ aũt dilatauerit dominus de⁹ tu⁹ terminos tuos, sicut iurauit patrib⁹ tuis, et dederit tibi cũctam terrã quam eis pollicitus est (si tamen custodieris mandata eius, ⁊ feceris que hodie precipio tibi, vt diligas dñm deum tuũ, et ambules in viis eius omni tẽpore) addes tibi tres alias ciuitates et supradictarũ triũ vrbium numerũ duplicabis, vt non effundatur sanguis innoxius in medio terre quam dñs deus tu⁹ dabit tibi possidendam, ne sis sanguinis
reus. Si quis autem odio habens Nu.35.c
proximũ suũ insidiatus fuerit vite eius, surgensq; percusserit illũ, et mortu⁹ fuerit, fugeritq; ad vnã de supradictis vrbibus, mittent seniores ciuitatis illius, et arripient eũ de loco effugii, tradentq; in ma-
nus proximi, cui⁹ sanguis effusus D
est: et morietur. Non misereberis eius, et auferes noxium sanguinẽ de Israel, vt bene sit tibi. Non assumes, et trãsferes terminos proximi tui quos fixerunt priores in possessione tua, quã dñs deus tu⁹ dabit tibi in terra quam acceperis possidendã. Non stabit testis vn⁹ contra aliquẽ, quicquid illud peccati, et facinoris fuerit, sed in ore
duoꝝ aut triũ testiũ stabit oẽ vbũ. Sup 17b
Si steterit testis mẽdax cõtra ho- Mat 18b
minẽ, accusans eũ puaricationis, Ioan.8.c
stabunt ambo quoꝝ causa est, ante 2.co 13
dñm in conspectu sacerdotũ et iu- Heb.10.c
dicum qui fuerint in diebus illis. Cũq; diligentissime perscrutantes inuenerit falsum testẽ dixisse cõtra
fratrẽ suũ mẽdaciũ, reddẽt ei sicut Dan 13
fratri suo facere cogitauit, et auferes malũ de medio tui, vt audiẽtes ceteri timorẽ habeãt, ⁊ nequa-
quã talia audeãt facere. Nõ mise-
reberis ei⁹, sed animã p anima, o- Mat.5.f
culũ p oculo, dentẽ p dente, manũ Ex.21.c
pro manu, pedem pro pede exiges.

CAP. XX.

SI exieris ad bellum cõtra ho- A
stes tuos, et videris equitatus et currus, ⁊ maiorem q̃ tu habeas, aduersarii exercit⁹ multitudinẽ,

dinē, nō timebis eos: quia dn̄s deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Egypti. Appropinquāte aūt iam prelio, stabit sacerdos ante aciem, et sic loquetur ad populum, Audi Israel, vos hodie cōtra inimicos vestros pugnā cōmittitis, nō pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos: quia dn̄s deus vester in medio vestri est, & pro vobis cōtra aduersarios dimicabit, vt eruat vos de periculo. Duces quoq; per singulas turmas audiēte exercitu
1 Mac 3 g proclamabūt, Quis est homo qui
B edificauit domū nouā, et non dedicauit eam? vadat et reuertatur in domū suā, ne forte moriatur in bello, et alius dedicet eam. Quis est homo qui plantauit vineam, et necdum fecit eā esse cōmunem, et de qua vesci omnib⁹ liceat? vadat et reuertat᷑ in domum suā, ne forte moriatur in bello, et ali⁹ homo ei⁹ fungatur officio. Quis est homo qui despondit vxorem, et non accepit eā? vadat et reuertatur in domū suā, ne forte moriat᷑ in bello, et alius homo accipiat eā. His dictis addent reliqua, et loquent᷑ ad
Iudi. 7. a populū, Quis est homo formidolosus, et corde pauido? vadat & reuertat᷑ in domum suā, ne pauere faciat corda fratrū suor̄, sicut ipse timore perterrit⁹ est. Cūq; siluerint duces exercit⁹, et finē loquēdi
C fecerint, vnusquisq; suos ad bellandū cuneos pparabit. Si quādo accesseris ad expugnādā ciuitatē, offeres ei primū pacē. Si receperit et aperuerit tibi portas, cunct⁹ popul⁹ qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. Sin autē fed⁹ inire noluerit, et ceperit contra te bellū, oppugnabis eā. Cūq; tradiderit dn̄s deus tuus illā in manu tua, pcuties oē qd̄ i ea generis masculini est, in ore gladii, absq; mulierib⁹, & infantib⁹, iumentis & ceteris q̄ in ciuitate sunt. Oēm predam exercitui diuides, et comedes de spoliis hostiū tuor̄, que dn̄s deus tu⁹ dederit tibi. Sic facies cūctis ciuitatib⁹, que a te procul valde sunt, et non sunt de his vrbib⁹ quas i possessionem acceptur⁹ es.
De his autem ciuitatibus que dabunt᷑ tibi, nullū omnino permittes viuere, sed interficies i ore gladii, Etheum videlicet, & Amorrheum, et Chananeū, Pherezeū, & Eueū, et Jebuseū, sicut precepit tibi dn̄s deus tuus, ne forte doceāt vos facere cunctas abominationes quas ipsi operati sunt diis suis, et peccetis in dn̄m deum vestrū. Quādo obsederis ciuitatem multo tēpore, et munitionibus circundederis, vt expugnes eā, nō succides arbores de quib⁹ vesci potest, nec securib⁹ per circumitū debes vastare regionē, quoniā lignū est, et nō homo, nec potest bellantiū cōtra te augere numerum. Si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, & in ceteros apta vsus, succide et instrue machinas, donec capias ciuitatem que contra te dimicat. D

CAPVT. XXI.

Quādo inuentum fuerit in terra quam dn̄s deus tu⁹ daturus est tibi, hominis cadauer occisi, et ignorabit᷑ cedis reus, egredientur maiores natu, et iudices tui, et metientur a loco cadaueris singularum per circūitum spatia ciuitatum: et quam viciniorē ceteris esse perspexerint, seniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento, que non traxit iugum, nec terram scidit vomere, et ducent eam ad vallem asperam atq; saxosam, que nunquam arata est, nec sementem recepit, et cedent in ea ceruices vitule. accedētq; sacerdotes filii Leui, quos elegerit dominus deus tuus vt ministrent ei, et benedicant in noīe eius, & ad

verbum eorum omne negotiũ pen-
det: et quicquid mundum vel im-
B mundum est, iudicetur. Et venient
maiores natu ciuitatis illi⁹ ad in-
terfectum, lauabũtq; manus suas
super vitulam que in valle percus-
sa est, et dicent, manus nostre non
effuderũt sanguinē hunc, nec oculi
viderũt. propitius esto populo tuo
Israel, quem redemisti domine, et
ne reputes sanguinem innocētem
in medio populi tui Israel. Et au-
feretur ab eis reat⁹ sanguinis, tu
aũt alienus eris ab innocētis cru-
ore qui fusus est, cum feceris quod
precepit dominus. Si egressus fu-
eris ad pugnam contra inimicos
tuos, et tradiderit eos dñs deus
tuus in manu tua, captiuosq; duxe
ris, et videris in numero captiuo-
rum mulierem pulchram, & adama-
ueris eã, voluerisq; habere vxorē,
C introduces eam in domũ tuã, que
radet cesariē, & circũcidet vngues,
et deponet vestē in qua capta est,
sedensq; in domo tua, flebit patrē
et matrē suam vno mense: & postea
intrabis ad eam, dormiesq; cũ illa,
et erit vxor tua. Si autē postea nõ
sederit animo tuo, dimittes eam li-
beram, nec vendere poteris pecu-
nia, nec opprimere per potentiam:
quia humiliasti eam. Si habuerit
homo vxores duas, vnã dilectã, et
alteram odiosam, genueritq; ex eis
liberos, et fuerit filius odiose pri-
mogenitus, volueritq; substantiã
inter filios suos diuidere, non po-
terit filium dilecte facere primoge-
nitum, et preferre filio odiose, sed
filium odiose agnoscet primogeni-
tum, dabitq; ei de his que habuerit
cuncta duplicia. iste est enim prin-
cipium liberorũ eius, & huic deben-
tur primogenita. Si genuerit ho-
D mo filium contumacē et proteruũ,
qui non audierit patris ac matris
imperium, et coercitus obedire cõ-
tempserit, apprehendēt eum, et du-
cent ad seniores ciuitatis illi⁹ & ad
portam iudicii, dicētq; ad eos, Fi-
lius noster iste proteruus et cõtu-
max est, monita nostra audire cõ-
temnit, comessationibus vacat, et
luxurie atq; cõuiuiis: lapidibus eũ
obruet populus ciuitatis, et morie-
tur, vt auferatis malum de medio
vestri, & vniuersus Israel audiens
pertimescat. Quãdo peccauerit ho-
mo quod morte plectendũ est, & ad-
iudicatus morti appēsus fuerit in
patibulo, nõ permanebit cadauer
eius in ligno, sed in eadem die sepe-
lietur: quia maledictus a deo est q̃ Gal.3.b
pendet in ligno, et nequaquam cõ-
taminabis terrã tuã quã dñs deus
tuus dederit tibi in possessionem.

CAPVT. XXII.

Non videbis bouem fratris A
tui, aut ouem errantem et Ex.23.a
preteribis, sed reduces fra-
tri tuo, etiamsi non est propinqu⁹
frater tuus, nec nosti eum: duces
in domum tuam, et erunt apud te
quandiu querat ea frater tuus, et
recipiat. Similiter facies de asino,
et de vestimento, et de omni re fra-
tris tui q̃ perierit, si inueneris eã,
ne negligas quasi alienam. Si vi-
deris asinum fratris tui aut bouē
cecidisse in via, non despicies, sed
subleuabis cum eo. Non induetur
mulier veste virili, nec vir vtetur ve-
ste feminea. abominabilis enĩ apud
deũ est qui facit hec. Si ambulãs
per viã, in arbore vel in terra nidũ
auis inueneris, et matrē pullis vel
ouis desuper incubantē, non tene-
bis eam cum filiis, sed abire patie-
ris, captos tenēs filios, vt bene sit
tibi, et longo viuas tempore. Cum B
edificaueris domũ nouam, facies
murũ tecti per circuitũ, ne effun-
datur sanguis in domo tua, et sis
reus labente alio, et in preceps ru-
ente. Nõ seres vineã tuam altero
semine, ne & sementis quã seuisti, &
que nascuntur ex vinea, pariter san-
ctificentur.

dificentur. Non arabis in boue si-
mul et asino. Non indueris vesti-
mēto quod ex lana linoq; contextū
Nu. 15.d est. Funiculos in fimbriis facies per
quatuor angulos pallii tui, quo o-
periris. Si duxerit vir vxorem, et
postea odio habuerit eam, quesie-
ritq; occasiones quib9 dimittat eā,
obiiciens ei nomen pessimū, & dixe-
rit, Vxorē hanc accepi, & ingressus
ad eam non inueni virginē, tollent
eā pater & mater eius, & ferent secū
signa virginitatis ei9 ad seniores
vrbis qui in porta sunt, & dicet pa-
ter, Filiā meam dedi huic vxorem,
C quam quia odit, imponit ei nomen
pessimum, vt dicat, Non inueni fi-
liam tuam virginē: et ecce hec sunt
signa virginitatis filie mee. Et ex-
pādent vestimentū corā senioribus
ciuitatis, apprehēdētq; senes vrbis
illius virum, et verberabūt illum,
condemnantes insuper centū siclis
argenti, quos dabit patri puelle,
quoniā diffamauit nomen pessimū
super virginē Israel, habebitq; eā
vxorē, & non poterit dimittere eam
omnib9 dieb9 vite sue. Qd si verū
est quod obiicit, et non est in puella
inuēta virginitas, eiicient eā extra
fores domus patris sui, & lapidib9
obruent viri ciuitatis illius, & mo-
rietur: quoniā fecit nefas in Isra-
el, vt fornicaretur in domo patris
D sui, et auferes malū de medio tui.
Leu. 20 b Si dormierit vir cum vxore alteri-
us, vterq; morietur, id est adulter et
adultera, & auferes malū de Israel.
Si puellā virginē despōderit vir,
et inuenerit eā aliquis in ciuitate,
et cōcubuerit cū ea, educes vtrūq;
ad portā ciuitatis illius, & lapidib9
obruētur: puella, quia non clama-
uit cū esset in ciuitate: vir, quia hu-
miliauit vxorē proximi sui. et aufe-
res malum de medio tui. Sin autē
in agro repererit vir puellā que de-
sponsata est, et apprehendens con-
cubuerit cū ea, ipse morietur sol9:
puella nihil patietur, nec est rea mor-
tis, quoniam sicut latro consurgit
contra fratrem suū, et occidit ani-
mam eius, ita & puella perpessa est.
sola erat in agro, clamauit, & null9
affuit qui liberaret eā. Si inuene-
rit vir puellā virginē, que non ha-
bet sponsum, et apprehendens cō-
cubuerit cum illa, et res ad iudiciū
venerit, dabit qui dormiuit cū ea,
patri puelle quinquagita siclos ar-
genti, et habebit eam vxorem, quia
humiliauit illā: non poterit dimit-
tere eā cunctis dieb9 vite sue. Non
accipiet homo vxorem patris sui,
nec reuelabit operimentum eius.

CAPVT. XXIII.

NOn intrabit eunuchus at- A
tritis vel amputatis testi-
culis, & abscisso veretro ec-
clesiā dñi. Nō ingredietur Mamzer,
hoc est de scorto natus, in ecclesiam
dñi vsq; ad decimam generationē. Neem.
Ammonites et Moabites etiā post 13.a
decimā generationē non intrabūt Nu. 22.a
ecclesiam dñi in eternū: quia nolu-
erunt vobis occurrere cum pane &
aqua in via quando egressi estis de
Egypto, et quia conduxerūt cōtra
te Balaam filium Beor de Meso-
potamia Syrie, vt malediceret ti-
bi: et noluit dñs deus tuus audire
Balaā, vertitq; maledictionē eius
in benedictionē tuā, eo ꝙ diligeret
te. Non facies cum eis pacem, nec
queras eis bona cunctis dieb9 vite
tue in sempiternū. Non abomina-
beris Idumeū, quia frater tu9 est:
nec Egyptium, quia aduena fuisti
in terra eius. Qui nati fuerint ex B
eis, tertia generatione intrabūt in
ecclesiā domini. Quando egressus
fueris aduersus hostes tuos ī pu-
gnam, custodies te ab omni re ma-
la. Si fuerit inter vos homo q̄ no-
cturno pollutus sit somnio, egredi-
etur extra castra, et non reuertetur
priusquā ad vesperā lauetur aqua, &
post solis occasum regredietur in
castra.

castra. Habebis locum extra castra
ad quem egrediaris ad requisita
C natura, gerens paxillum in bal-
theo, cumque sederis, fodies per cir-
cuitum, et egesta humo operies
quo reuelatus es. Dominus enim
Deus tuus ambulat in medio ca-
strorum, vt eruat te, et tradat tibi
inimicos tuos, et sint castra tua
sancta: et nihil in eis appareat fe-
ditatis, ne derelinquat te. Nõ tra-
das seruũ dño suo, qui ad te cõfu-
gerit. habitabit tecũ in loco qui ei
placuerit, ⁊ in vna vrbiũ tuarũ re-
quiescet, ne cõtristes eũ. Non erit
meretrix de filiab⁹ Israel, nec scor-
tator de filiis Israel. Non offeres
mercedem prostibuli, nec pretiũ ca-
nis in domo domini dei tui, quic-
quid illud est quod vouerint: quia
abominatio est vtrumque apud do-
D minum deum tuũ. Non fenerabis
fratri tuo ad vsuram pecuniã, nec
fruges, nec quãlibet aliã rẽ, sed ali-
eno. Fratri autẽ tuo absque vsura id
quo indiget cõmodabis, vt benedi-
cat tibi dominus deus tuus in om-
ni opere tuo in terra ad quam in-
grederis possidendam. Cum votũ
voueris domino deo tuo, non tar-
dabis reddere: quia requiret illud
dominus deus tuus. et si moratus
fueris, reputabit tibi in peccatum.
Si nolueris polliceri, absque pecca-
to eris. Quod autẽ semel egressum
est de labiis tuis, obseruabis, ⁊ fa-
cies sicut promisisti dño deo tuo, et
propria voluntate et ore tuo locu-
tus es. Ingressus vineam proximi
tui, comede vuas quantũ tibi pla-
cuerit, foras aũt ne efferas tecum.
Si intraueris segetem amici tui,
franges spicas, et manu conteres,
falce autem non metes.

CAPVT. XXIIII.

Mat. 5. b et. 19. a Mar 10 a SI acceperit homo vxorẽ, ⁊ ha-
buerit eam, et non inuenerit
gratiã ante oculos ei⁹ propter
aliquam feditatẽ, scribet libellũ re-
pudii, et dabit in manu illius, ⁊ di-
mittet eã de domo sua. Cũque egres-
sa alterum maritum duxerit, et ille
quoque oderit eam, dederitque ei libel-
lum repudii, et dimiserit de domo
sua, vel certe mortuus fuerit, non
poterit prior maritus recipere eam
in vxorem: quia polluta est, et ab-
ominabilis facta est coram dño, ne
peccare facias terram tuam quam
dñs deus tuus tradiderit tibi pos-
sidendã. Cum acceperit homo nu-
per vxorem, non procedet ad bellũ,
nec ei quippiã necessitatis iniunget
publice, sed vacabit absque culpa do- B
mui sue, vt vno anno letetur cum
vxore sua. Nõ accipies loco pigno-
ris inferiorem ⁊ superiorem molã,
quia animam suam apposuit tibi.
Si deprehensus fuerit homo soli-
citans fratrẽ suũ de filiis Israel, ⁊
vendito eo acceperit pretiũ: inter-
ficietur: et auferes malũ de medio
tui. Obserua diligẽter ne incurras
plagã lepre, sed facias quecũque do-
cuerit te sacerdotes Leuitici gene-
ris iuxta id quod precepi eis, et im-
ple solicite. Memẽtote que fecerit Nu. 12.
dñs deus vester Marie in via cum
egrederemini de Egypto. Cum re-
petes a proximo tuo rem aliquam,
quam debet tibi, nõ ingredieris do-
mum eius, vt pignus auferas, sed
stabis foris, et ille tibi proferet qđ C
habuerit. si autẽ pauper est, non
pernoctabit apud te pign⁹, sed sta-
tim reddes ei ante solis occasum,
vt dormiẽs in vestimẽto suo, bene-
dicat tibi, et habeas iustitiam corã
dño deo tuo. Non negabis merce- Leu 19
dem indigẽtis, et pauperis fratris Tob 4
tui siue aduene qui tecum moratur
in terra ⁊ intra portas tuas est: sed
eadem die reddes ei pretiũ laboris
sui ante solis occasum, quia pau-
per est, et ex eo sustẽtat animã suã,
ne clamet contra te ad dñm, et re-
putetur tibi in peccatũ. Non occi- 4. Reg.
dent patres pro filiis, nec filii pro 4. b
patribus,

2. Paral. patrib⁹, sed vnusquisq; pro pecca=
25. b to suo morietur. Nō peruertes iu=
D dicium aduene et pupilli, nec aufe=
Eze. 18. c res pignoris loco vidue vestimen=
tū. Memēto q seruieris in Egyp=
to, & eruerit te dñs deus tuus inde.
Idcirco precipio tibi vt facias hāc
rem. Quando messueris segetē in
agro tuo, et oblitus manipulū re=
liqueris, non reuerteris vt tollas
illum, sed aduenam et pupillum, et
viduam auferre patieris, vt bene=
dicat tibi dñs deus tuus in omni
opere manuū tuarum. Si fruges
collegeris oliuarū, quicquid remā=
serit in arboribus, non reuerteris
vt colligas, sed relinques aduene,
pupillo, ac vidue. Si vindemiaue=
ris vineam tuam, non colliges re=
manentes racemos, sed cedent in
vsus aduene, pupilli, ac vidue.
Memento q et tu seruieris in E=
gypto, et idcirco precipio tibi vt
facias hanc rem.

CAPVT. XXV.

A SI fuerit causa inter aliquos &
interpellauerint iudices: quē
iustū esse perspexerit, illi iusti=
tie palmam dabunt: quem impiū,
condemnabūt impietatis. Sin autē
eum qui peccauit, dignum vide=
rint plagis, prosternēt, et coram se
facient verberari. Pro mēsura pec=
cati, erit & plagarū mod⁹: ita dun=
taxat vt quadragenariū numerū
non excedāt, ne fede lacerat⁹ ante
B oculos tuos abeat frater tuus. Nō
1. co. 19 a ligabis os bouis triturātis in area
1. Ti. 5. c fruges tuas. Quādo habitauerint
Mat. 22 c fratres simul, et vnus ex eis absq;
Mar. 12 b liberis mortu⁹ fuerit, vxor defūcti
Lu. 20. d nō nubet alteri, sed accipiet eā fra=
ter eius, et suscitabit semen fratris
Ruth. sui, & primogenitum ex ea filiū no=
4. b mine illius appellabit, vt non dele=
atur nomen eius ex Israel. Sin
autē noluerit accipere vxorem fra=
tris sui que ei lege debetur, perget
mulier ad portā ciuitatis, et inter=
pellabit maiores natu, dicetq;, Nō
vult frater viri mei suscitare semē
fratris sui in Israel, nec me in cōiu=
gem sumere. Statimq; accersiri C
eum facient, et interrogabunt. Si
responderit, Nolo eam vxorem ac=
cipere, accedet mulier ad eum corā
senioribus, et tollet calciamentum
de pede eius, spuetq; in faciē illi⁹,
et dicet, Sic fiet homini q non edi=
ficat domum fratris sui. Et voca=
bitur nomen illius in Israel, Do=
mus discalceati. Si habuerint in=
ter se iurgium viri duo, & vnus cō=
tra alterum rixari ceperit: volēsq;
vxor alterius eruere virū suum de
manu fortioris, miseritq; manum,
et apprehenderit verenda eius, ab=
scindes manū illi⁹, nec flecteris sup
eam vlla misericordia. Non habe= D
bis in sacculo diuersa pōdera, ma=
ius et minus: nec erit in domo tua
modius maior & minor. pōdus ha=
bebis iustum et verum, et modius
equalis & verus erit tibi: vt multo
viuas tempore super terrā quā do=
minus deus tuus dederit tibi. ab=
ominatur enim dñs deus tuus eū
qui facit hec, et auersat̃ oēm iniu=
stitiam. Memento que fecerit tibi Ex. 17. c
Amalech in via quādo egredieba=
ris ex Egypto, quomodo occurre=
rit tibi, et extremos agminis tui, q
lassi residebant, ceciderit, quādo tu
eras fame et labore confectus, & nō
timuerit deū. Cum ergo dñs deus
tuus dederit tibi requiem, et subie=
cerit cunctas per circumitum nati=
ones in terra quam tibi pollicitus
est, delebis nomen eius sub celo.
Caue ne obliuiscaris.

CAPVT. XXVI.

CUmq; intraueris terrā quā A
dñs deus tuus tibi daturus
est possidendam, et obtinue=
ris eam, atq; habitaueris i ea, tol=
les de cunctis frugibus tuis primi=
tias, et pones in cartalo, pergesq;
ad locum quem Dominus Deus
tuus

tuus elegerit, vt ibi inuocetur no-
men eius: accedesq; ad sacerdotem
qui fuerit in diebus illis, et dices
ad eum, Profiteor hodie corã dño
deo tuo, ꝙ ingressus sum in terrã
ꝓ qua iurauit dñs patribꝰ nostris
vt daret eam nobis. Suscipiensq;
B sacerdos cartallum de manu tua,
ponet ante altare dñi dei tui, & lo-
queris in cõspectu dñi dei tui, Sy-
rus persequebat patrem meũ, qui
descẽdit in Egyptũ, et ibi peregri-
natus est in paucissimo numero,
creuitq; in gẽtem magnã ac robu-
stam & infinite multitudinis. Affli-
xeruntq; nos Egyptii, & persecuti
sunt, imponentes onera grauissi-
ma: et clamauimus ad dñm deum
patrũ nostrorum, qui exaudiuit nos,
et respexit humilitatẽ nostram, et
laborem, atq; angustias: et eduxit
nos de Egypto in manu forti, et
brachio extento, ĩ ingenti pauore,
in signis atq; portẽtis, & introdu-
xit ad locum istum, et tradidit no-
bis terram lacte & melle manantẽ.
C Et idcirco nũc offero ꝓmitias fru-
gum terre quã dñs deus dedit mi-
hi. Et dimittes eas in cõspectu dñi
dei tui: et adorato dño deo tuo, e-
pulaberis in omnibus bonis que
dñs deus tuus dederit tibi, et do-
mui tue, tu et Leuites, et aduena
qui tecum est. Quando compleue-
ris decimã cunctarum frugum tuarum,
anno decimarum tertio dabis Le-
uite et aduene, & pupillo et vidue,
vt comedant intra portas tuas, et
saturent: loquerisq; in conspectu
dñi dei tui, Attuli quod sanctifica-
tum est de domo mea, et dedi illud
Leuite, et aduene, et pupillo ac vi-
due, sicut iussisti mihi. Non pre-
teriui mandata tua, nec sum obli-
tus imperii tui. Non comedi ex eis
in luctu meo, nec separaui ea in
qualibet immunditia, nec expendi
D ex his quicquã in re funebri. Obe-
diui voci dñi dei mei, et feci omnia

sicut ꝓcepisti mihi. Respice de san- Esa.63.d
ctuario tuo, et de excelso celorum Baruch.
habitaculo, et benedic populo tuo 2.d
Israel, et terre quã dedisti nobis,
sicut iurasti patribus nostris, ter-
re lacte et melle manãti. Hodie do-
minus deus tuus precepit tibi vt
facias mãdata hec, atq; iudicia, et
custodias et impleas ex toto corde
tuo, & ex tota anima tua. Dominũ
elegisti hodie, vt sit tibi deꝰ, et am-
bules in viis eius, et custodias ce-
remonias illius, et mandata atq;
iudicia, et obedias eius imperio.
Et dominꝰ elegit te hodie, vt sis ei
populus peculiaris, sicut locutus Sup.7.a
est tibi: et custodias oĩa ꝓcepta il-
lius, & faciet te excelsiorẽ cũctis gẽ-
tibus quas creauit in laudẽ, & no-
mẽ, et gloriã suam, vt sis populus
sanctꝰ dñi dei tui, sicut locutus est.

CAPVT. XXVII.

PRecepit aũt Moyses et seni- A
ores Israel populo, dicẽtes,
Custodite oẽ mandatũ quod
precipio vobis hodie. Cũq; trãsie- Iosu.4.a
ris Iordanẽ in terrã quã dñs de-
us tuus dabit tibi, eriges ingẽtes
lapides, et calce leuigabis eos, vt
possis in eis scribere omnia verba
legis huius, Iordane transmisso,
vt introeas terram quam dominꝰ
deus tuus dabit tibi, terram lacte
et melle manantem, sicut iurauit
patribus tuis. Quando ergo trã-
sieritis Iordanem, erigite lapides
quos ego hodie precipio vobis, in
mõte Hebal, & leuigabis eos calce:
et edificabis ibi altare domino deo Ex.20.d
tuo de lapidibus quos ferrum nõ Iosu.8.f
tetigit, et de saxis informibus et
impolitis, et offeres super eo ho-
locausta domino deo tuo, et immo-
labis hostias pacificas, comedesq;
ibi, et epulaberis coram domino
deo tuo. Et scribes super lapides B
omnia verba legis huius plane et
lucide. Dixeruntq; Moyses et sa-
cerdotes Leuitici generis ad oẽm
Israelẽ,

Israelem, Attende, ⁊ audi Israel,
Hodie factꝰ es populꝰ dñi dei tui.
audies vocem eius, et facies man-
data atqꝫ iustitias quas ego pre-
cipio tibi. Precepitqꝫ Moyses po-
pulo in die illo, dicens, Hi stabunt
ad benedicendum dño super mon-
tem Garizim, Jordane trãsmisso:
Symeon, Leui, Judas, Issachar,
Joseph, ⁊ Beniamin. Et e regio-
ne isti stabunt ad maledicẽdum in
mõte Hebal, Ruben, Gad, ⁊ Aser,
et Zabulon, Dan ⁊ Neptalim. Et
pronũciabunt Leuite, dicentqꝫ ad
C omnes viros Israel excelsa voce,
Dan. 9.c Maledictus homo q̃ facit sculptile
et cõflatile abominationem domi-
ni, opus manuũ artificum, põetqꝫ
illud in abscondito. Et respõdebit
oĩs populus, et dicet, Amen. Ma-
ledictus qui non honorat patrem
suum et matrẽ suam. Et dicet oĩs
populus, Amen. Maledictus qui
trãsfert terminos proximi sui. Et
dicet omnis populus, Amen. Ma-
ledictus qui errare facit cecum in
itinere. Et dicet omnis populus,
Amen. Maledictus qui peruertit
iudicium aduene, pupilli, ⁊ vidue.
Et dicet omnis populus, Amen.
Maledictus qui dormit cum vxore
patris sui, ⁊ reuelat operimentum
lectuli eius. Et dicet omnis popu-
lus, Amen. Maledictus qui dormit
cum omni iumẽto. Et dicet omnis
D populus, Amen. Maledictus qui
dormit cum sorore sua filia patris
sui, vel matris sue. Et dicet omnis
populus, Amen. Maledictus qui
dormit cum socru sua. Et dicet oĩs
populus, Amen. Maledictus qui
clam percusserit proximum suum.
Et dicet omnis populus, Amen.
Maledictus qui dormit cum vxore
proximi sui. Et dicet omnis popu-
lus, Amẽ. Maledictus qui accipit
munera, vt percutiat animã san-
guinis innocentis. Et dicet omnis
Gala. 3.b populus, Amen. Maledictus qui
non permanet ĩ sermonibus legis
huius, nec eos opere perficit. Et
dicet omnis populus, Amen.

CAPVT. XXVIII.

SI autem audieris vocem dñi A
dei tui, vt facias atqꝫ custodi-
as omnia mãdata eiꝰ que ego
precipio tibi hodie, faciet te domi-
nus deus tuus excelsiorem cunctis
gentibus que versantur in terra.
Venientqꝫ sup te vniuerse benedi-
ctiones iste, et apprehẽndent te: si
tamẽ precepta eius audieris, Be-
nedictus tu in ciuitate, ⁊ benedictꝰ
in agro. Benedictus fructus ven-
tris tui, et fructus terre tue, fru-
ctusqꝫ iumẽtorum tuorum, greges
armentorum tuorum, ⁊ caule ouiũ
tuarum. Benedicta horrea tua, et
benedicte reliquie tue. Benedictus
eris ingrediens et egrediens. Da-
bit dominus inimicos tuos qui cõ-
surgunt aduersum te, corruentes
in conspectu tuo. per vnam viam
venient contra te, ⁊ per septem fu-
gient a facie tua. Emittet dominꝰ
benedictionem super cellaria tua,
et super omnia opera manuum tu-
arum, benedicetqꝫ tibi ĩ terra quã
acceperis. Suscitabit te dominus
sibi in populum sanctum, sicut iu-
rauit tibi, si custodieris mandata
domini dei tui, et ambulaueris in
viis eius. Videbuntqꝫ omnes ter-
rarum populi ꝙ nomẽ domini in-
uocatum sit super te, et timebunt
te. Abundare te faciet dñs omnibꝰ
bonis, fructu vteri tui, ⁊ fructu iu-
mẽtorum tuorum, fructu terre tue
quam iurauit dominus patribus
tuis vt daret tibi. Aperiet dominꝰ
thesaurum suum optimũ, celum,
vt tribuat pluuiã terre tue in tem-
pore suo: benedicetqꝫ cunctis ope-
ribus manuum tuarum. Et fene-
rabis gentibꝰ multis, ⁊ ipse a nul- B
lo fenus accipies. Cõstituet te do-
minus deus tuus in caput, et non
in caudam: et eris semper supra,

et non subter, si audieris mãdata
domini dei tui que ego precipio ti-
bi hodie, et custodieris et feceris,
ac non declinaueris ab eis nec ad
dexterã nec ad sinistram, nec secu-
Leu.26b tus fueris deos alienos, neq; colu-
Thren. eris eos. Quod si audire nolueris
2.f vocem dñi dei tui, vt custodias et
facias omnia mandata eius et ce-
Mala.2.a remonias quas ego precipio tibi
Baruch. hodie, venient super te oẽs male-
1.d dictiones iste, et apprehendent te.
Maledictus eris in ciuitate, male-
dictus in agro. Maledictum hor-
reum tuũ, et maledicte reliquie tue.
Maledictus fructus vẽtris tui, et
fructus terre tue, armenta boum
tuorum, et greges ouium tuarum.
Maledictus eris ingrediẽs, et ma-
ledictus egrediẽs. Mittet dñs su-
per te famẽ et esuriem, et increpa-
tionem in oia opera tua que tu fa-
cies, donec conterat te et pdat ve-
lociter, propter adinuentiones tu-
as pessimas, in quib9 reliquisti me.
Adiungat tibi dñs pestilentiã, do-
nec consumat te de terra ad quam
ingredieris possidendam. Percu-
tiat te dñs egestate, febri et frigo-
re, ardore et estu, et aere corrupto
ac rubigine, et persequatur donec
pereas. Sit celũ quod supra te est,
eneum: et terra quã calcas, ferrea.
Det dñs imbrẽ terre tue puluerẽ,
et de celo descendat super te cinis,
C donec conteraris. Tradat te dñs
corruentẽ ante hostes tuos. et per
vnam viã egrediaris cõtra eos, et
per septem fugias, et dispergaris
per oia regna terre. sitq; cadauer
tuũ in escã cunctis volatilibus celi
et bestiis terre, et non sit q abigat.
Percutiat te dñs vlcere Egypti,
et partem corporis per quã sterco-
ra egeruntur, scabie quoq; et pru-
rigine, ita vt curari nequeas. Per-
cutiat te dñs amentia et cecitate ac
furore mentis, et palpes in meridie
sicut palpare solet cec9 i tenebris,

et nõ dirigas vias tuas. Omni tẽ-
pore calũniam sustineas, et op-
primaris violẽtia, nec habeas qui
liberet te. Vxorem accipias, et a-
lius dormiat cum ea. Domũ edifi-
ces, et non habites in ea. Plantes
vineam, et non vindemies eã. Bos
tuus immoletur coram te, et nõ co-
medas ex eo. Asin9 tuus rapiatur D
in conspectu tuo, et non reddatur
tibi. Oues tue dent inimicis tuis,
et non sit qui te adiuuet. Filii tui
et filie tue tradantur alteri populo
videntibus oculis tuis, et deficien-
tibus ad conspectum eor tota die,
et non sit fortitudo in manu tua.
Fructus terre tue, et oẽs labores
tuos cõedat popul9 quẽ ignoras,
et sis semper calumniam sustinẽs,
et oppressus cunctis diebus, et stu-
pens ad terrorem eorum que vide-
bunt oculi tui. Percutiat te dñs
vlcere pessimo in genibus et in su-
ris, sanariq; non possis a plãta pe-
dis vsq; ad verticẽ tuũ. Ducetq;
te dñs, et regem tuum quem con-
stitues sup te in gentẽ, quã igno-
ras tu et patres tui: et seruies ibi
diis alienis ligno et lapidi. Et eris
perditus, in prouerbium ac fabu-
lam omnibus populis, ad quos te
introduxerit dñs. Sementẽ mul- Mich.6d
tam iacies in terram, et modicum Agg.1.b
congregabis, quia locuste deuora-
bunt omnia. Vineam plãtabis et
fodies, et vinum nõ bibes, nec col-
liges ex ea quippiam, quoniã va-
stabitur vermibus. Oliuas habe-
bis in omnibus terminis tuis, et
non vngeris oleo, quia defluent et
deperibunt. Filios generabis et fi-
lias, et non frueris eis, quoniam
ducẽtur in captiuitatem. Oẽs ar-
bores tuas et fruges terre tue ru-
bigo consumet. Aduena qui tecum
versatur in terra, ascendet super
te, eritq; sublimior: tu autem des-
cendes, et eris inferior. Ipse fene- E
rabit tibi, et tu non fenerabis ei.
Ipse

Ipse erit i caput, et tu eris in caudam. Et venient super te oēs maledictiones iste, ⁊ persequentes apprehendēt te, donec intereas: quia non audisti vocem dñi dei tui, nec seruasti mandata eius et ceremonias quas precepit tibi. Et erunt in te signa atq; prodigia, et i semine tuo vsq; in sempiternum, eo q̄ non seruieris dño deo tuo in gaudio, cordisq; letitia, propter rerum omnium abundantiam. Seruies inimico tuo quē emittet tibi dñs, in fame et siti et nuditate, et omni penuria, et ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te cōterat. Adducet dñs super te gentem de longinquo, et de extremis terre finibus in similitudinē aquile volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non possis, gentē procacissimam, que nō deferat seni, nec misereatur paruuli, ⁊ deuoret fructum iumentorum tuorū, ac fruges terre tue, donec intereas, et non relinquat tibi triticum, vinū, et oleum, armenta boum ⁊ greges ouium, donec te disperdat et conterat in cunctis vrbibus tuis, ⁊ destruātur muri tui firmi atq; sublimes, in quibus habebas fiduciam
F in oī terra tua. Obsideberis intra portas tuas in omni terra quā dabit tibi dñs deus tuus: ⁊ comedes fructum vteri tui, et carnes filiorum tuorum et filiarum tuarum, quas dederit tibi dñs deus tu⁹ in angustia et vastitate qua opprimet te hostis tuus. Homo delicat⁹ in te, ⁊ luxuriosus valde inuidebit fratri suo, et vxori que cubat in sinu suo, ne det eis de carnibus filiorū suorum quas comedet, eo q̄ nihil aliud habeat i obsidione ⁊ penuria qua vastauerit te inimici tui intra omnes portas tuas. Tenera mulier et delicata que sup terram ingredi non valebat: nec pedis vestigiū figere propter mollitiem et teneritudinē nimiā, inuidebit viro suo qui cubat in sinu eius super tibii et filie carnibus, ⁊ illuuie secundinarum que egrediūtur de medio feminū eius, et super liberis qui eadē hora nati sunt. comedent enim eos clā propter rerum omniū penuriā, i obsidione et vastitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. Nisi custodieris, ⁊ feceris oīa verba legis hui⁹ que scripta sunt i hoc volumine, ⁊ timueris nomē eius gloriosum ⁊ terribile, hoc est dñm deum tuum, augebit dñs plagas tuas, et plagas seminis tui, plagas magnas ⁊ perseuerantes, infirmitates pessimas et perpetuas, ⁊ cōuertet i te oēs afflictiones Egypti, quas timuisti, et adherebunt tibi. G
Insuper et vniuersos langores, et plagas que nō sunt scripte i volumine legis huius, inducet dñs super te, donec te conterat: et remanebitis pauci numero, qui pri⁹ eratis sicut astra celi pre multitudine: quoniam non audistis vocē dñi dei vestri. Et sicut ante letatus est dñs sup vos, bene vobis faciēs vosq; multiplicans: sic letabitur disperdēs vos atq; subuertens, vt auferamini de terra ad quā ingredimini possidendam. Disperget te dominus in oēs populos a summitate terre vsq; ad terminos eius, et seruies ibi diis alienis quos et tu ignoras et patres tui, lignis et lapidibus. In gentibus quoq; illis non quiesces, neq; erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi dominus ibi cor pauidum, et deficiētes oculos, ⁊ animā consumptā merore, et erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte ⁊ die, et non credes vite tue. Mane dices, Quis mihi det vesperū? ⁊ vespere, Quis mihi det mane? propter cordis tui formidinē, qua terreberis, et propter ea q̄ tuis videbis oculis. Reducet te dñs classibus in

Egyptū per viā de qua dixit tibi, vt eam amplius non videres. Ibi venderis inimicis tuis in seruos et ancillas, et non erit qui emat.

CAPVT. XXIX.

A HEc sūt verba federis, quod precepit dn̄s Moysi, vt feriret cū filiis Israel in terra
Ex. 19. a Moab, preter illud fed⁹ qd̄ cū eis pepigit in Oreb. Vocauitq; Moyses omnem Israel, et dixit ad eos, Vos vidistis vniuersa q̄ fecit dn̄s corā vobis in terra Egypti Pharaoni, ⁊ omnibus seruis eius, vniuerseq; terre illius, tētationes magnas quas viderūt oculi tui, signa illa portentaq; ingentia: et non dedit vobis dominus cor intelligēs, et oculos vidētes, ⁊ aures que possint audire vsq; in presentē diem.
Supr. 8. a Adduxit vos quadraginta annis
B per desertum, non sunt attrita vestimenta vestra, nec calciamenta pedū vestrorū vetustate cōsumpta sunt. Panē non comedistis, vinū et siceram non bibistis, vt sciretis quia ipse est dominus deus vester.
Supr. 3. a Et venistis ad hunc locum: egressusq; est Seon rex Esebon, et Og rex Basan occurrētes nobis ad pugnam: ⁊ percussimus eos, ⁊ tulim⁹ terram eorum, ac tradidimus possidendam Ruben et Gad, et dimidie tribui Manasse. Custodite ergo verba pacti huius, ⁊ implete ea, vt intelligatis vniuersa que facitis. Vos statis hodie cuncti coram domino deo vestro, principes vestri, et tribus ac maiores natu, atq; doctores, omnis popul⁹ Israel, liberi et vxores vestre, ⁊ aduene qui tecū morātur in castris, exceptis lignorum cesoribus, et his qui comportant aquas, vt transeas in federe domini dei tui, et in iure iurādo qd̄ hodie dominus deus tuus percutit tecū, vt suscitet te sibi in populū, et ipse sit dn̄s deus tuus sicut locut⁹ est tibi, ⁊ sicut iurauit patrib⁹ tuis Abrahā, Isaac, et Jacob. Nec vobis solis ego hoc fedus ferio, et hec iuramēta cōfirmo, sed cunctis presentibus et absentibus. Vos enim nostis quomodo habitauerimus in C
terra Egypti, ⁊ quomodo trāsierimus per mediū nationū, quas trāseuntes vidistis abominationes et sordes, id est idola eorū, lignū ⁊ lapidem, argentum ⁊ aurum que colebant. Ne forte sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cuius cor auersum est hodie a domino deo vestro, vt vadat et seruiat diis illarum gentiū, ⁊ sit inter vos radix germinans fel et amaritudinem. Cumq; audierit verba iuramēti huius, benedicat sibi in corde suo, dicēs, Pax erit mihi, et ambulabo in prauitate cordis mei: et assumat ebria sitientem, et dominus non ignoscat ei: sed tunc quāmaxime furor eius fumet ⁊ zelus contra hominē illum, et sedeant super eum omnia maledicta que scripta sunt in hoc volumine: et deleat dominus nomē eius sub celo, et cōsumat eum in perditionē ex omnibus tribubus Israel, iuxta maledictiones que in libro legis huius ac federis continentur. Dicetq; sequēs D
generatio, et filii qui nascentur deinceps, et peregrini qui de lōge venerint, vidētes plagas terre illius, et infirmitates quibus eam afflixerit dominus sulfure, et solis ardore comburens, ita vt vltra non seratur, nec virens quippiam germinet i exemplū subuersionis Sodome et Gomorrhe, Adame ⁊ Seboim, quas subuertit dominus in Ge. 19. a
ira et in furore suo: et dicent omnes gentes, Quare sic fecit dn̄s terre huic? que est hec ira furoris 3. Re. 9. b
eius immensa? Et respondebunt, Hie. 22. a
Quia dereliquerunt pactum domini quod pepigit cum patrib⁹ eorū, quādo eduxit eos de terra Egypti, et seruierunt diis alienis, et adorauerunt

uerunt eos, quos nesciebāt, et quibus non fuerant attributi: idcirco iratus est furor domini contra terram istam, ut induceret super eam omnia maledicta, que in hoc volumine scripta sunt, et eiecit eos de terra sua in ira & in furore, et in indignatione maxima, proiecitque in terram alienam sicut hodie cōprobatur. Abscōdita domino deo nostro: que manifesta sunt nobis et filiis nostris usque in sempiternum, ut faciamus universa legis huius.

CAPVT. XXX.

A Psalmo. 105. d Cum ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio siue maledictio quam proposui in cōspectu tuo, et ductus penitudine cordis tui in universis gentibus, in quas disperserit te dn̄s deus tuus, & reuersus fueris ad eū, et obedieris eius imperiis, sicut ego hodie precipio tibi cum filiis tuis, in toto corde tuo, et in tota anima tua: reducet te dominus deus tuus de captiuitate tua, ac miserebitur tui, et rursum cōgregabit te de cūctis populis in quos te ante dispersit. Si ad cardines celi fueris dissipatus, inde te retrahet dominus
2. Mach. 1. f. et. 2 c deus tuus, & assumet atque introducet in terram quā possederunt patres tui, et obtinebis eam, et benedicens tibi maioris numeri te esse
B faciet, quam fuerint patres tui. Circūcidet dominus deus tuus cor tuū, et cor seminis tui, ut diligas dominum deum tuū ex toto corde tuo, & in tota anima tua, ut possis viuere. Omnes autem maledictiones has conuertet super inimicos tuos, et eos qui oderunt te, & persequūtur. Tu autē reuerteris, et audies vocem domini dei tui, faciesque vniuersa mādata que ego precipio tibi hodie, et abundare te faciet dominus deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, in sobole vteri tui, et in fructu iumentorū tuorum, in vbertate terre tue, & in rerum omnium largitate. Reuertetur enim dominus, ut gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gauisus est C
in patribus tuis, si tamen audieris vocem domini dei tui, et custodieris precepta eius & ceremonias que in hac lege scripta sunt: & reuertaris ad dominum deum tuum in toto corde tuo, et in tota anima tua. Ro. 10. b
Mandatū hoc quod ego precipio tibi hodie, nō supra te est, neque procul positū, nec in celo sitū, ut possis dicere, Quis nostrum valet ad celum ascēdere, ut deferat illud ad nos, ut audeamus, atque opere cōpleamus? Neque trans mare positum, ut causeris, et dicas, Quis e nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos usque deferre, ut possimus audire et facere quod preceptū est? Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo et in corde tuo, ut facias illum. Cōsidera quod hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & D
bonum, et econtrario mortē & malum, ut diligas dominū deum tuū, et ambules in viis eius, et custodias mādata illius ac ceremonias atque iudicia, & viuas, atque multiplicet te benedicatque tibi in terra ad quā ingredieris possidendam. Si autem auersum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atque errore deceptus adoraueris deos alienos, et seruieris eis, predico tibi hodie quod pereas, et paruo tēpore morieris in terra ad quā Iordane transmisso ingredieris possidendā. Testes inuoco hodie celū & terrā, quod proposuerim vobis vitā & bonū, benedictionē & maledictionē. Elige ergo vitā, ut et tu viuas, et semen tuū, & diligas dn̄m deū tuū, atque obedias voci eius, et illi adhereas (ipse est eni vita tua & longitudo dierū tuorū) ut habites in terra pro qua iurauit dominus patribus tuis Abraham, Isaac, et Iacob, ut daret eam illis.

Caput

CAPVT. XXXI.

A Abiit itaq; Moyses, et lo-
cutus est omnia verba hec
ad vniuersum Israel, & di-
xit ad eos, Centum viginti annorũ
sum hodie, non possum vltra egre-
di et ingredi, presertim cum et do-
minus dixerit mihi, Non transi-
bis Jordanem istum. Dominus
Supr.3.d ergo deus tuus transibit ante te.
Nu.27.e ipse delebit omnes gẽtes has in cõ
spectu tuo, et possidebis eas, Et
Josue iste transibit ante te, sicut
locutus est dominus. Facietq; do-
minus eis sicut fecit Seon et Og
regibus Amorrheorum, et terre e-
orum, delebitq; eos. Cum ergo et
hos tradiderit vobis, similiter fa-
cietis eis, sicut p̃cepi vobis. Viri-
liter agite, & confortamini: Nolite
Sup.7.a timere, nec paueatis ad conspectũ
eorum: quia dominus deus tuus
ipse est ductor tuus, et nõ dimittet,
nec dereliquet te. Vocauitq; Moy-
ses Josue, et dixit ei corã omni Is-
B rael, Confortare, et esto robustus.
tu enim introduces populum istũ
in terram quam daturũ se patrib9
eorum iurauit dominus, et tu eam
sorte diuides. Et dominus qui du-
ctor est vester, ipse erit tecum, non
dimittet, nec derelinquet te. noli ti-
mere, nec paueas. Scripsit itaq;
Moyses legem hanc, et tradidit eã
sacerdotib9 filiis Leui, qui porta-
bant arcam federis domini, et cun-
ctis senioribus Israel. Precepitq;
eis, dicens, Post septẽ annos an-
C no remissionis, in solẽnitate taber-
naculorum, cõuenientibus cunctis
ex Israel, vt appareant in cõspectu
domini dei tui in loco quẽ elegerit
dominus, leges verba legis huius
coram omni Israel, audiẽtib9 eis,
et in vnũ omni populo congrega-
to tã viris q̃ mulierib9, paruulis &
aduenis q̃ sunt intra portas tuas,
vt audientes discant, et timeãt do-
minum deum vestrum, et custodi-
ant, impleãtq; oẽs sermones legis
huius. Filii quoq; eorum qui nunc
ignorãt, vt audire possint, et time-
ant dominum deum suum cunctis
diebus quibus versantur in terra
ad quam vos Jordane transmisso
pergitis obtinẽdam. Et ait domi- D
nus ad Moysen, Ecce prope sunt
dies mortis tue, voca Josue, & sta-
te i tabernaculo testimonii, vt pre-
cipiam ei. Abierunt ergo Moyses
et Josue, & steterũt in tabernaculo
testimonii, apparuitq; dominus ibi
in columna nubis, que stetit in in-
troitu tabernaculi. Dixitq; dñs ad
Moysen, Ecce tu dormies cum pa
tribus tuis, et popul9 iste consur-
gens fornicabit̃ post deos alienos
in terra ad quã ingredietur vt ha-
bitet in ea: ibi derelinquet me, & ir-
ritum faciet fedus quod pepigi cũ
eo. Et irascetur furor meus cõtra
eum in die illo, et derelinquã eum,
et abscõdam faciem meam ab eo, &
erit in deuorationẽ: Inuenient eum
omnia mala et afflictiones, ita vt E
dicat in illo die, Vere quia non est
de9 mecũ, inuenerũt me hec mala.
Ego autem abscondam, et celabo
faciem meã in die illo propter om-
nia mala que fecit, quia secut9 est
deos alienos. Nunc itaq; scribite
vobis canticũ istud, & docete filios
Israel, vt memoriter teneant & ore
decantent, et sit mihi carmen istud
pro testimonio inter filios Israel.
Introducã enim eum in terrã pro
qua iuraui patrib9 eius lacte & mel
le manantem. Cumq; comederint
et saturati crassiq; fuerit, auertent̃
ad deos alienos, & seruient eis: de-
trahentq; mihi, & irritũ facient pa-
ctum meum. Postq̃ inuenerint eũ F
mala multa et afflictiones, respon-
debit ei canticum istud pro testimo
nio, quod nulla delebit obliuio ex
ore seminis tui. Scio enim cogita-
tiones eius que facturus sit hodie
anteq̃ introducã eum in terram,
quam

quam ei pollicitus sum. Scripsit
itaq; Moyses canticum, et docuit
filios Israel. Precepitq; dominus
Iosue filio Nun, et ait, Conforta-
re, et esto robustus: tu enim intro-
duces filios Israel in terram quā
pollicitus sum, et ego ero tecum.
Postquam ergo scripsit Moyses
verba legis huiꝰ in volumine, atq;
compleuit, precepit Leuitis, qui
portabant arcam federis domini
dicens, Tollite librum istum, et
C ponite eum in latere arce federis
domini dei vestri, vt sit ibi contra
te in testimonium. Ego enim scio
contentionem tuam, et ceruicē tu-
am durissimam. Adhuc viuēte me,
et ingrediente vobiscum, semper
contētiose egistis contra dominū:
quanto magis cum mortuus fue-
ro? Congregate ad me oēs maio-
res natu ꝑ tribꝰ vestras, atq; do-
ctores, et loquar audientibus eis
sermones istos, ⁊ inuocabo contra
eos celum et terram. Noui enim ꝙ
post mortem meam inique agetis,
et declinabitis cito de via quā pre-
cepi vobis, ⁊ occurrent vobis ma-
la in extremo tempore, quando fe-
ceritis malum in cōspectu domini,
vt irritetis eum per opera manuū
vestrarū. Locutus est ergo Moy-
ses audiente vniuerso cetu Israel
verba carminis huius, et ad finem
vsq; compleuit.

CAP. XXXII.

A Audite celi que loquor, au-
diat terra verba oris mei,
Concrescat vt pluuia do-
ctrina mea, fluat vt ros eloquium
meum. Quasi imber super herbā,
⁊ quasi stille super gramina. Quia
nomē domini inuocabo. date ma-
gnificentiam deo nostro. Dei per-
fecta sunt opera, ⁊ omnes vie eius
iudicia: deus fidelis, et absq; vlla
iniquitate, iustus et rectus. Pec-
cauerunt ei, et non filii eius in sor-
dibus, generatio praua atq; per-
uersa. Heccine reddis domino po-
pule stulte et insipiens? nunquid
non ipse est pater tuus, qui posse-
dit te, et fecit, et creauit te? Me-
mento dierum antiquorum, cogi-
ta generationes singulas: inter-
roga patrem tuum, et annuntia-
bit tibi: maiores tuos, et dicent ti-
bi. Quando diuidebat altissimus
gentes, quando separabat filios
Adam, constituit terminos popu-
lorum iuxta numerū filiorum Is-
rael. Pars autem domini popu- B
lus eius, Iacob funiculus here-
ditatis eius. Inuenit eum in terra
deserta, in loco horroris, et vaste
solitudinis. Circūduxit eum, ⁊ do-
cuit, et custodiuit quasi pupillam
oculi sui. Sicut aquila prouocans
ad volandum pullos suos, ⁊ super
eos volitans, expandit alas suas,
et assumpsit eum, atq; portauit in
humeris suis. Dominus solꝰ dux
eius fuit, et non erat cum eo deus
alienus. Constituit eum super ex-
celsam terram, vt comederet fru-
ctus agrorum, ⁊ sugeret mel de pe-
tra, oleumq; de saxo durissimo. Bu-
tyrum de armento, ⁊ lac de ouibus
cum adipe agnorum, ⁊ arietum fi-
liorum Basan, et hircos cum me-
dulla tritici, et sanguinem vue bi-
beret meracissimum. Incrassatus C
est dilectus, et recalcitrauit, incras-
satus, impinguatus, dilatatꝰ: de-
reliquit deum factorem suum, ⁊ re-
cessit a deo salutari suo. Prouoca-
uerunt eū in diis alienis, et in ab-
ominationibus ad iracundiam cō-
citauerunt. Immolauerunt demo-
niis et non deo, diis quos ignora-
bant: Noui recentesq; venerunt,
quos non coluerūt patres eorum.
Deum qui te genuit dereliquisti,
et oblitus es domini creatoris tui.
Vidit dn̄s ⁊ ad iracundiā cōcitatꝰ
est, quia prouocauerūt eū filii sui,
et filie. Et ait, Abscondā faciē meā
ab eis, ⁊ cōsiderabo nouissima eorū:
genera-

generatio enim peruersa est, ⁊ in-
fideles filii. Ipsi me prouocauerũt
in eo qui non erat deus, et irrita-
uerũt in vanitatibus suis: et ego
Ro. 10.d prouocabo eos in eo qui nõ est po-
Hie. 15.c pulus, et in gente stulta irritabo
illos. Ignis succensus est in furo-
re meo, et ardebit vsq; ad inferni
nouissima: deuorabitq; terram cũ
germine suo, et montium funda-
menta comburet. Cõgregabo su-
D per eos mala, et sagittas meas cõ-
plebo in eis. Consumentur fame,
et deuorabunt eos aues morsu a-
marissimo: dentes bestiarum im-
mittam in eos, cum furore trahẽ-
tium super terram, atq; serpentiũ.
Foris vastabit eos gladius, et in-
tus pauor, iuuenem simul ac vir-
ginem lactẽtem cum homine sene.
Et dixi, Vbinã sunt? Cessare fa-
ciam ex hominib⁹ memoriam eorũ.
Sed propter iram inimicorum di-
stuli, ne forte superbirent hostes
eorum, ⁊ dicerent, Manus nostra
excelsa, ⁊ non dñs fecit hec omnia.
Gens absq; consilio est, ⁊ sine pru-
dẽtia: vtinam saperent, et intelli-
gerent ac nouissima prouiderent.
E Quomodo persequatur vnus mil-
le, et duo fugarent decem millia?
Nonne ideo, quia deus suus ven-
didit eos, et domin⁹ cõclusit illos?
non enim est deus noster, vt dii e-
orum: et inimici nostri sunt iudi-
ces. De vinea Sodomorum, vinea
eorum, et de suburbanis Gomor-
rhe: vua eorũ, vua fellis, et botri
amarissimi. Fel draconum vinum
eorum, et venenum aspidum insa-
nabile. Nõne hec cõdita sunt apud
me, et signata in thesauris meis?
Ecc.28.a Mea est vltio, et ego retribuam
Ro. 12.d eis in tempore, vt labatur pes eorũ:
Heb.10 c iuxta est dies perditionis, ⁊ adesse
festinant tempora. Iudicabit dñs
populũ suum, et in seruis suis mi-
serebitur. videbit ꝙ infirmata sit
manus, et clausi quoq; defecerunt,
residuiq; cõsumpti sunt. Et dicet,
Vbi sunt dii eorum, in quibus ha-
bebant fiduciam? De quorũ victi-
mis comedebant adipes, et bibe-
bant vinum libaminum. surgant
et opitulentur vobis, et in necessi-
tate vos protegant. Videte ꝙ ego
sim sol⁹, et non sit alius deus pre- F
ter me. Ego occidam, ⁊ ego viuere 1.Re.2.a
faciam, percutiam, et ego sanabo, Tob.13.a
et non est qui de manu mea possit Sap.16.b
eruere. Leuabo ad celum manum
meam, ⁊ dicã, Viuo ego in eternũ.
Si acuero vt fulgur gladiũ meũ,
et arripuerit iudicium man⁹ mea:
reddam vltionem hostibus meis,
et his qui oderunt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas sangui-
ne, ⁊ gladius meus deuorabit car-
nes, de cruore occisorum, ⁊ de cap-
tiuitate nudati inimicorũ capitis.
Laudate gẽtes populũ eius, quia
sanguinẽ seruorum suorum vlcis-
cetur: et vindictã retribuet in ho- 2.Ma.7.b
stes eorum, et propitius erit terre
populi sui. Venit ergo Moyses, et
locutus est omnia verba cãtici hu-
ius in auribus populi, ipse et Io-
sue filius Nun. Compleuitq; oẽs
sermones istos, loquẽs ad vniuer- G
sum Israel, ⁊ dixit ad eos, Ponite
corda vestra i omnia verba mea,
que ego testificor vobis hodie, vt
mandetis ea filiis vestris custodi-
re, et facere, et implere vniuersa
que scripta sunt in volumine legis
huius: quia non incassum pcepta
sunt vobis, sed vt singuli i eis vi-
uerent: que facientes longo perse-
ueretis tempore in terra ad quam
Iordane transmisso ingrediemini
possidẽdam. Locutusq; est domin⁹
ad Moysen in eadem die, dicens,
Ascende in mõtem istum Abarim,
id est transitum, in mõtem Nebo,
qui est in terra Moab cõtra Hie-
richo: et vide terram Chanaan,
quam ego tradã filiis Israel obti-
nendam, ⁊ morere in mõte. Quem
conscen-

cōſcendens iungeris populis tuis, ſicut mortuꝰ eſt Aarō frater tuꝰ i mōte Hor, ⁊ appoſitꝰ populis ſuis:
Nu.20.d qa preuaricati eſtis cōtra me i me-
et.33.e dio filiorꝫ Iſrael ad aquas cōtradi
Nu.20.a ctionis i Cades deſerti Sin:⁊ nō ſā
et.27.d ctificaſtis me int̄ filios Iſrael. Ecō tra videbis terrā, ⁊ nō ingredieris in eam quā ego dabo filiis Jſrael.

CAP. XXXIII.

A HEc eſt benedictio qua benedixit Moyſes homo dei filiis Jſrael ante mortē ſuā. Et ait, Dn̄s de Sinai venit, et de Seir ortus eſt nobis: apparuit de mōte Pharā, et cū eo ſanctorꝫ millia. Jn dextera eiꝰ ignea lex. Dilexit populos, oēs ſancti in manu il-
Sapi.3.a lius ſunt: et q̄ appropinquāt pedibus eius, accipiēt de doctrina illiꝰ. Legē precepit nobis Moyſes hereditatē multitudinis Jacob. Erit apud rectiſſimum rex, cōgregatis principibꝰ populi cū tribubꝰ Jſrael. Uiuat Rubē, ⁊ nō moriat᷑, et ſit paruꝰ in numero. Hec eſt Jude benedictio, Audi dn̄e vocē Jude, ⁊ ad populū ſuū introduc eū: manꝰ eius pugnabūt pro eo, et adiutor illius contra aduerſarios eius erit. Leui quoqꝫ ait, Perfectio tua, et doctrina tua a viro ſancto tuo, quē probaſti in tentatione, et iudicaſti ad
B aquas contradictionis. Qui dixit patri ſuo, ⁊ matri ſue, Neſcio vos: et fratribus ſuis, Jgnoro illos: et neſcierunt filios ſuos. Hi cuſtodierūt eloquium tuū, et pactum tuū ſeruauerūt, iudicia tua o Jacob, et legem tuam o Jſrael: ponent thymiama in furore tuo, et holocauſtum ſuper altare tuum. Benedic domine fortitudini eius, et opera manuum illiꝰ ſuſcipe. Percute dorſa inimicorum eius, et qui oderunt eum, nō conſurgāt. Et Beniamin ait, Amantiſſimus domini habitabit confidenter in eo: quaſi in thalamo tota die morabitur, et inter humeros illiꝰ requieſcet. Joſeph quoqꝫ ait, De benedictione domini terra eius, de pomis celi, et rore, atqꝫ abyſſo ſubiacēte. De pomis fructuum ſolis ac lune, de vertice antiquorum montium, de pomis collium eternorum, et de frugibus terre, et de plenitudine eius. Benedictio illius, qui apparuit in C
rubo, veniat ſuper caput Joſeph, et ſuper verticē nazarei inter fratres ſuos. Quaſi pimogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius: in ipſis ventilabit gentes vſqꝫ ad terminos terre. He ſunt multitudines Ephraim, et hec millia Manaſſe. Et Zabulon ait, Letare Zabulō in exitu tuo, et Jſſachar in tabernaculis tuis. Populos vocabunt ad montem, ibi immolabunt victimas iuſtitie. Qui inundationem maris quaſi lac ſugent, et theſauros abſconditos arenarum. Et Gad ait, Benedictꝰ i latitudine Gad: quaſi leo requieuit cepitqꝫ brachiū et verticem. Et vidit principatū ſuum, ꝙ in parte ſua doctor eſſet repoſitus, qui fuit cum principibus populi, et fecit iuſtitias domini, ⁊ iudiciū ſuum cū Jſrael. Dan quoqꝫ D
ait, Dan catulus leonis, fluet largiter de Baſan. Et Neptalim dixit, Neptalim abundātia perfruetur, et plenus erit benedictionibꝰ domini: mare et meridiem poſſidebit. Aſer quoqꝫ ait, Benedictus in filiis Aſer, ſit placēs fratribꝰ ſuis, et tingat in oleo pedē ſuum. Ferrum et es calceamentum eius. Sicut dies iuuentutis tue, ita ⁊ ſenectus tua. Non eſt Deus alius vt Deus rectiſſimi: aſcenſor celi auxiliator tuus. Magnificentia eius diſcurrunt nubes, habitaculum eius ſurſum, et ſubter brachia ſempiterna: eiiciet a facie tua inimicū, dicetqꝫ, Conterere. Habitabit Jſ- Hie.33.b
rael confidenter, et ſolus. Oculus

Jacob in terra frumēti et vini, celiqꝫ caligabunt rore. Beatus es tu Israel, quis similis tui ppule, qui saluaris in dmino? Scutū auxilii tui, et gladius glorie tue. Negabunt te inimici tui, et tu eorū colla calcabis.

CAP. XXXIIII.

A Ascendit ergo Moyses de
2 mac 2 a campestribus Moab super
supra 3 d mōtem Nebo, in verticem Phasga cōtra Hiericho: ostēditqꝫ ei dn̄s omnem terrā Galaad vsqꝫ Dan, ꝛ vniuersum Neptalim, terramqꝫ Ephraim ꝛ Manasse, ꝛ omnem terrā Juda vsqꝫ ad mare nouissimum, et australem partē, ꝛ latitudinē campi Hiericho ciuitatis palmarū vsqꝫ Segor. Dixitqꝫ dn̄s ad eum, Hec est terra, pro qua iuraui Abrahā, Isaac, et Jacob, dicens, Semini tuo dabo eā. Vidisti
B
Ge.12. b eam oculis tuis, et non trāsibis ad
et.15. d illam. Mortuusqꝫ est ibi Moyses seruus dn̄i in terra Moab, iubēte dn̄o, ꝛ sepeliuit eū i valle terre Moab cōtra Phogor, et nō cognouit homo sepulchrū ei⁹ vsqꝫ in p̄sentē diē. Moyses centū ꝛ vigiti annorū erat, quādo mortu⁹ est: nō caligauit
C ocul⁹ eius, nec dētes illi⁹ moti sunt. Fleuerūtqꝫ eū filii Israel in cāpestribus Moab trigita dieb⁹: et cōpleti sunt dies plāctus lugentiū Moysen. Josue vero fili⁹ Nū repletu⁹ est spiritu sapiētie, q̄a Moyses posuit sup eū manus suas. Et obedierūt ei filii Israel, fecerūtqꝫ sicut p̄cepit dn̄s Moysi. Et nō surrexit vltra propheta in Israel sicut
D Moyses, quē nosset dominus facie ad faciē in omnib⁹ signis atqꝫ portentis, que misit per eū, vt faceret in terra Egypti Pharaoni, ꝛ omnibus seruis eius, vniuerseqꝫ terre illi⁹, ꝛ cunctam manum robustam, magnaqꝫ mirabilia, q̄ fecit Moyses coram vniuerso Israel.

FINIS.

LIBER IOSVE, HEBRAICE IEHOSVA.



ET FACTVM ē post mortē Moysi serui domini, vt loqueretur dominus ad Josue filium Nun, ministrum Moysi, et A
diceret ei, Moyses seruus meus mortuus est: surge, et transi Jordanem istum tu ꝛ omnis populus tecum in terrā quā ego dabo filiis Israel. Omnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri, vo Deu.11.
bis tradā, sicut locut⁹ sum Moysi. A deserto et Libano vsqꝫ ad fluuium magnum Euphratē, omnis terra Etheorum vsqꝫ ad mare magnū contra solis occasum erit terminus vester. Nullus poterit vobis resistere cunctis dieb⁹ vite tue: sicut fui cum Moyse, ita ero te B
cum: non dimittā, nec derelinquā Heb.13.
te. Confortare et esto robustus: tu enī sorte diuides populo huic terram pro qua iuraui patribus tuis vt traderem eam illis. Confortare igitur, et esto robust⁹ valde, vt custodias, et facias omnē legem quā precepit tibi Moyses seruus me⁹: ne declines ab ea ad dexteram vel ad sinistram, vt intelligas cuncta que agis. Non recedat volumē legis hui⁹ ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias ꝛ facias omnia que scripta sunt in eo. tunc diriges viam tuā, et intelliges eā. Ecce precipio tibi, confortare, et esto robustus. Noli metuere, et noli timere: quoniam tecum est dn̄s deus tu⁹ in omnib⁹ ad quecūqꝫ perrexeris. Precepitqꝫ C
Josue principibus populi, dicens, Transite per medium castrorum, et impe-

et imperate populo, ac dicite, Pre-
parate vobis cibaria: quoniã post
diem tertium trãsibitis Jordanẽ,
et intrabitis ad possidendam terrã
quam dñs deus vester daturus est
vobis. Rubenitis quoq;, et Gaddi-
tis, & dimidie tribui Manasse ait,
Nu.32.d Mementote sermonis quem prece-
pit vobis Moyses famulus domi-
ni, dicens, Dominus deus vester
dedit vobis requiẽ, et oẽm terram
hanc. Uxores vestre, et filii, ac iu-
mẽta manebũt in terra quam tra-
didit vobis Moyses trans Jorda-
D nem: vos aũt trãsite armati ante
fratres vestros, oẽs fortes manu,
et pugnate pro eis, donec det dñs
requiem fratribus vestris sicut et
vobis dedit: & possideãt ipsi quoq;
terram quam dñs deus vester da-
turus est eis: et sic reuertimini in
terram possessionis vestre, & habi-
tabitis ĩ ea quã vobis dedit Moy-
ses famulus dñi trans Jordanem
cõtra solis ortum. Responderũtq;
ad Josue, atq; dixerunt, Oia que
precepisti nobis, faciemus: et quo-
cunq; miseris, ibimus. Sicut obe-
diuimus in cũctis Moysi, ita obe-
diemus et tibi: tantũ sit dñs deus
tu9 tecũ, sicut fuit cũ Moyse. Qui
contra dixerit ori tuo, et non obe-
dierit cũctis sermonib9 tuis quos
preceperis ei, moriatur. Tu tantũ
confortare, et viriliter age.

CAPVT. II.

A MIsit igit Josue fili9 Nun
de Sethim duos viros ex-
ploratores in abscondito:
et dixit eis, Ite, et consyderate ter-
Jaco.2.d ram, vrbemq; Hiericho. Qui per-
Heb.11.f gentes ingressi sunt domum muli-
eris meretricis, nomine Raab, et
quieuerũt apud eam. Nuntiatũq;
est regi Hiericho, et dictum, Ecce
viri ingressi sunt huc per noctẽ de
filiis Jsrael, vt explorarent terrã.
Misitq; rex Hiericho ad Raab me-
retricem, dicens, Educ viros qui
venerunt ad te, et ingressi sunt do-
mum tuam: exploratores quippe
sunt, et omnẽ terram consyderare
venerunt. Tollẽsq; mulier viros,
abscondit, et ait, Fateor venerunt
ad me, sed nesciebam vnde essent.
Cumq; porta clauderetur in tene-
bris, et illi pariter exierunt, nescio
q̃ abierunt: persequimini cito, et
comprehendetis eos. Jpsa autem B
fecit ascendere viros in solariũ do-
mus sue, operuitq; eos stipula lini,
que ibi erat. Hi autẽ qui missi fue-
rant, secuti sunt eos per viam que
ducit ad vada Jordanis: illisq; e-
gressis stati porta clausa est. Nec-
dum obdormierant qui latebant,
et ecce mulier ascẽdit ad eos, & ait,
Noui q̃ dominus tradiderit vobis
terram, etenim irruit ĩ nos terror
vester, et elanguerunt omnes ha-
bitatores terre. Audiuimus q̃ sic-
cauerit dominus aquas maris ru-
bri ad vestrum introitum, quando
egressi estis ex Egypto: et que fe-
ceritis duobus Amorrheorum re-
gibus qui erãt trans Jordanem,
Seon et Og, quos interfecistis.
Et hec audientes pertimuimus, et
elanguit cor nostrum, nec remãsit
in nobis spirit9 ad introitum ve-
strum. Dominus enim deus vester
ipse est deus in celo sursum, et in C
terra deorsum. Nunc ergo iurate
mihi per dominum, vt quomodo
ego misericordiam feci vobiscum,
ita et vos faciatis cũ domo patris
mei: detisq; mihi verum signum,
et saluetis patrẽ meum & matrem,
fratres ac sorores meas, et omnia
que illorũ sunt, et eruatis animas
nostras a morte. Qui responderũt
ei, Anima nostra sit pro vobis in
mortem, si tamen non prodideris
nos. Cumq; tradiderit nobis do-
minus terram, faciemus in te mi-
sericordiam & veritatem. Demisit
ergo eos per funẽ de fenestra: do-
mus enim eius herebat muro. Di-

sitq; ad eos, Ad mõtana cõscendi-
te, ne forte occurrant vobis reuer-
tentes, ibiq; latitate tribus diebus
donec redeant, et sic ibitis per viã
vestram. Qui dixerũt ad eam, In-
noxii erimus a iuramento hoc quo
adiurasti nos, si ingredientib⁹ no-
bis terram, signũ non fuerit funi-
culus iste coccineus, & ligaueris eũ
in fenestra, per quã demisisti nos: &
patrem tuum ac matrẽ, fratresq;,
& omnem cognationẽ tuam cõgre-
gaueris in domũ tuam. Qui ostiũ
domus tue egressus fuerit, reus
sibi erit, sanguis ipsius erit in ca-
put eius, & nos erimus alieni. Cũ-
D ctorum autẽ sanguis, qui tecum in
domo fuerint, redundabit in caput
nostrũ, si eos aliquis tetigerit. Qđ
si nos prodere volueris, et sermo-
nem istum proferre in mediũ, eri-
mus mundi ab hoc iuramento quo
adiurasti nos. Et illa respõdit, Si-
cut locuti estis, ita fiat. Dimittẽsq;
eos vt pergerent, appendit funicu-
lum coccineum in fenestra. Illi ve-
ro ambulantes peruenerũt ad mõ-
tana, et manserũt ibi tres dies, do-
nec reuerterentur qui fuerant per-
secuti: querentes enim per omnem
viam, non repererunt eos. Quib⁹
vrbem ingressis, reuersi, sunt & de-
scenderunt exploratores de monte,
et transmisso Jordane venerũt ad
Josue filium Nun, narraueruntq;
ei omnia que acciderant sibi, atq;
dixerunt, Tradidit dominus om-
nem terrã hanc in manus nostras,
et timore prostrati sunt cuncti ha-
bitatores eius.

CAPVT. III.

A IGitur Josue de nocte cõsurgẽs
mouit castra, egredientesq; de
Sethim, venerunt ad Jordanẽ
ipse, et omnes filii Israel, & morati
sunt ibi per tres dies. Quib⁹ euo-
lutis, transierunt precones per ca-
strorum medium, et clamare cepe-
runt, Quando videritis arcam fe-
deris domini dei vestri, et sacerdo-
tes stirpis Leuitice portãtes eam,
vos quoq; consurgite, et sequimi-
ni precedẽtes: sitq; inter vos et ar-
cam spacium cubitorum duum mil
lium, vt procul magis videre possi-
tis, et nosse per quam viam ingre-
diamini: quia prius non ambula-
stis per eam. et cauete ne appropin-
quetis ad arcã. Dixitq; Josue ad B
populum, Sanctificamini, cras e-
nim faciet dominus inter vos mi-
rabilia. Et ait ad sacerdotes, Tol-
lite arcam federis, et precedite po-
pulum. Qui iussa complentes, tu-
lerunt et ambulauerunt ante eos.
Dixitq; dominus ad Josue, Hodie
incipiam exaltare te corã omni Is-
rael, vt sciant ꝙ sicut cum Moyse
fui, ita et tecum sim. Tu autẽ pre-
cipe sacerdotibus qui portant ar-
cam federis, & dic eis, Cum ingres-
si fueritis partem aque Jordanis,
state in ea. Dixitq; Josue ad filios
Israel, Accedite huc, et audite ver-
bum domini dei vestri. Et rursum, C
In hoc, inquit, scietis ꝙ dominus
deus viuens in medio vestri est, et
disperdet in conspectu vestro Cha-
naneum et Etheũ, Eueum & Phe-
rezeum, Gergeseum quoq; et Hie-
buseum, et Amorrheum. ecce, arca
federis domini omnis terre antece-
det vos per Jordanẽ. Parate duo-
decim viros de duodecim tribub⁹
Israel, singulos p singulas trib⁹.
Et cum posuerint vestigia pedum
suorum sacerdotes qui portant ar-
cam federis dñi dei vniuerse terre
in aquis Jordanis, aque que infe-
riores sunt, decurrẽt atq; deficiẽt:
que autem desuper veniũt, in vna
mole cõsistent. Igitur egressus est
populus de tabernaculis suis, vt
transiret Jordanem, et sacerdotes Act. 4.
qui portabant arcã federis perge-
bant ante eũ. Ingressisq; eis Jor- Ecc. 24
danem, et pedibus eorum in parte D
aque tinctis (Jordanis autẽ ripas
aluei

alvei sui tẽpore messis impleuerat) steterunt aque descendẽtes in loco vno, et ad instar montis intumescentes apparebant procul ab vrbe que vocatur Edom, vsq; ad locum Sarthan. que autem inferiores erant, in mare solitudinis (qd nunc vocatur mortuũ) descenderunt vsquequo omnino deficerẽt. Populus autẽ incedebat contra Jordanem: et sacerdotes qui portabant arcam federis domini, stabant super siccam humũ in medio Jordanis accincti, omnisq; populus per arentem alueum transibat.

CAPVT. IIII.

A Quib⁹ trãsgressis dixit dñs ad Josue, Elige duodecim viros singulos per singulas tribus, et precipe eis, vt tollant de medio Jordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotũ, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum vbi fixeritis hac nocte tentoria. Vocauitq; Josue duodecim viros, quos elegerat de filiis Israel singulos de singulis tribub⁹, et ait ad eos, Ite ante arcam domini dei vestri ad Jordanis mediũ, et portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerũ filiorum Israel, vt sit signũ inter vos. Et quando interrogauerint vos filii vestri cras dicẽtes, Quid sibi volunt isti lapides? respondebitis eis, Defecerũt aque Jordanis ante arcam federis domini, cum transiret eum: idcirco positi sunt lapides isti in monimẽtum filiorum Israel vsq; in eternum.

B Fecerũt ergo filii Israel sicut precepit eis Josue, portãtes de medio Jordanis alueo duodecim lapides, vt dñs ei imperarat, iuxta numerũ filiorũ Israel, vsq; in locũ in quo castrametati sunt, ibiq; posuerunt eos. Alios quoq; duodecim lapides posuit Josue i medio Jordanis alueo, vbi steterũt sacerdotes, q portabant arcã federis dñi, et sunt ibi vsq; in presentẽ diem. Sacerdotes aũt qui portabant arcã, stabant in Jordanis medio, donec omnia cõplerẽtur que Josue, vt loqueretur ad populũ, preceperat dñs, vt dixerat ei Moyses. Festinauitq; populus et trãsiit. Cumq; transissent omnes, transiuit et arca dñi, sacerdotes C quoq; pergebant ante populum. Filii quoq; Ruben, et Gad, et dimidia trib⁹ Manasse, armati precedebãt fratres suos, filios Israel, sicut eis pceperat Moyses: et quadraginta Nu.23.d pugnatorũ millia p turmas, et cuneos incedebant per plana atq; cãpestria vrbis Hiericho. In die illo magnificauit dñs Josue coram omni Israel, vt timerẽt eum, sicut timuerãt Moysen dum adhuc viueret. Dixitq; ad eũ, Precipe sacerdotib⁹ qui portant arcam federis dñi, vt ascendãt de Jordane. Qui precepit eis, dicẽs, Ascen- De.27.a dite de Jordane. Cumq; ascendissent portantes arcam federis dñi, et siccam humũ calcare cepissent, reuerse sunt aque in alueũ suum, et fluebant sicut ante consueuerant. Populus aũt ascendit de Jordane decimo die mensis primi, et castra- D metati sunt in Galgalis cõtra orientalem plagam vrbis Hiericho. Duodecim quoq; lapides, quos de Jordanis alueo sumpserãt, posuit Iosue in Galgalis, et dixit ad filios Israel, Quando interrogauerint filii vestri cras patres suos, et dixerint eis, Quid sibi volunt lapides isti? docebitis eos, atq; dicetis, Per arentem alueũ transiuit Israel Jordanem istum, siccante domino deo nostro aquas eius in cõspectu nostro donec transiremus, sicut fecerat prius in mari rubro, quod siccauit donec transiremus: vt discant oẽs terrarũ populi fortissimã domini manũ, vt et vos timeatis deum vestrũ omni tẽpore.

Caput

CAPVT. V.

A Postq̄ ergo audierunt omnes
reges Amorrheorū, qui habi-
tabant trans Iordanē ad oc-
cidentalem plagam, & cuncti reges
Chanaan, qui propinqua posside-
bant magni maris loca, q̄ siccasset
dominus fluenta Iordanis corā
filiis Israel donec transirēt, disso-
lutum est cor eorū, & non remansit
in eis spiritus timentiū introitum
filiorum Israel. Eo tēpore ait dn̄s
ad Iosue, Fac tibi cultros lapide-
os, & circuncide secūdo filios Is-
rael. Fecitq; quod iusserat dn̄s, et
circūcidit filios Israel in colle pre-
putiorum. Hec aūt causa est secun-
de circuncisionis, Omnis populꝰ
B qui egressus est de Egypto generis
masculini, vniuersi bellatores viri
mortui sunt in deserto per longissi-
mos vie circūitus, qui omnes cir-
cuncisi erāt. Populꝰ aūt qui natꝰ
est in deserto, per quadraginta an-
nos itineris latissime solitudinis
incircuncisus fuit, donec consume-
rentur qui non audierant vocē do-
mini, et quibus ante iurauerat vt
ostenderet eis terram lacte et melle
manantem. Horū filii in locū suc-
cesserunt patrum, & circuncisi sunt
a Iosue: quia sicut nati fuerant, in
preputio erant, nec eos in via ali-
quis circunciderat. Postquā autē
omnes circuncisi sunt, manserunt
in eodem castrorum loco, donec sa-
narentur. Dixitq; dn̄s ad Iosue,
C Hodie abstuli opprobrium Egypti
a vobis. Vocatūq; est nomen loci
illiꝰ Galgala vsq; in presentē diē.
Manseruntq; filii Israel in Gal-
galis, et fecerunt phase quartade-
cima die mēsis ad vesperū in cam-
pestribus Hiericho: et comederunt
de frugibꝰ terre die altero, azymos
panes, et polentam eiusdem anni.
Defecitq; māna postq̄ comederūt
de frugibꝰ terre, nec vsi sunt vltra
cibo illo filii Israel, sed comederūt
de frugibꝰ p̄sentis anni terre Cha-
naan. Cū aūt esset Iosue in agro D
vrbis Hiericho, leuauit oculos et
vidit virū stantē contra se euagi-
natum tenentē gladiū, perrexitq;
ad eum, & ait, Noster es, an aduer-
sariorum? Qui respōdit, Nequa-
quam, sed sum princeps exercitus
domini, & nunc venio. Cecidit Io-
sue pronus in terram. Et adorans
ait, Quid dn̄s meus loquit̄ ad ser-
uum suum? Solue inquit, calcea-
mentum tuū de pedibꝰ tuis. locus
enim in quo stas, sanctꝰ est. Fecitq;
Iosue, vt sibi fuerat imperatum.

CAPVT. VI.

Hiericho autem clausa erat A
atq; munita timore filiorū
Israel, et nullus egredi au-
debat aut ingredi. Dixitq; dn̄s ad
Iosue, Ecce dedi in manus tuas
Hiericho, & regē eius, omnesq; for-
tes viros. Circumite vrbem cuncti
bellatores semel per diem: sic facie-
tis sex diebus. septimo autē die sa-
cerdotes tollēt septē buccinas, qua-
rum vsus est in iubileo, et precedēt
arcam federis: septiesq; circumibi-
tis ciuitatem, & sacerdotes clangēt
buccinis. Cūq; insonuerit vox tu-
be longior atq; concisior, & in auri-
bus vestris increpuerit, cōclama-
bit omnis populus vociferatione
maxima, et muri funditus corruēt
ciuitatis, ingredienturq; singuli per
locum contra quē steterint. Voca-
uit ergo Iosue filius Nun sacer-
dotes, et dixit ad eos, Tollite arcā
federis. et septē alii sacerdotes tol-
lant septem iubileorū buccinas, et
incedāt ante arcam dn̄i. Ad popu-
lum quoq; ait, Ite et circūite ciui-
tatem armati, precedētes arcā dn̄i.
Cūq; Iosue verba finisset, et septē B
sacerdotes septem buccinis clan-
gerent ante arcam federis domini,
omnisq; precederet armatꝰ exerci-
tus, reliquū vulgus arcam seque-
batur, ac buccinis omnia cōcrepa-
bant.

bant. Preceperat autẽ Josue populo, dicens, Non clamabitis nec audietur vox vestra, neq; vllꝰ sermo ex ore vestro egredietur, donec veniat dies in quo dicã vobis, clamate et vociferamini. Circumiuit ergo arca dñi ciuitatem semel per diem, ⁊ reuersa in castra, mãsit ibi. Igitur Josue de nocte cõsurgente tulerunt sacerdotes arcam dñi, et septem ex eis septẽ buccinas, quarũ in iubileo vsus est, precedebãtq; arcam dñi ambulãtes atq; clangẽtes: et armatus populus ibat ante eos, vulgus aũt reliquũ sequebat arcã, et buccinis personabat. Circumieruntq; ciuitatẽ secũdo die semel, et reuersi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus. Die aũt septimo diluculo consurgentes, circuierunt vrbem, sicut dispositum erat, septies. Cumq; septimo circumitu clangerẽt buccinis sacerdotes, dixit Josue ad omnẽ Israel, Vociferamini: tradidit enim vobis dominus ciuitatẽ, sitq; ciuitas hec anathema, ⁊ omnia que in ea sunt dño.

C

sola Raab meretrix viuat, cũ vniuersis qui cũ ea in domo sunt: abscondit enim nuntios quos direximus. Vos aũt cauete ne de his que precepta sunt vobis, quippiã contingatis, et sitis preuaricationis rei, et omnia castra Israel sub peccato sint atq; turbentur. Quicquid aũt auri, et argenti fuerit, et vasorum eneorum ac ferri, dño consecretur, repositũ in thesauris eius. Igitur omni populo vociferante, et clangentibꝰ tubis postq̃ in aures multitudinis vox sonitusq; increpuit, muri ilico corruerunt: et ascendit (Heb. 11.f) vnusquisq; per locum qui cõtra se erat: ceperuntq; ciuitatẽ, et interfecerũt oĩa que erant in ea, a viro (2 Ma. 12 c) vsq; ad mulierẽ, ab infante vsq; ad senẽ. Boues quoq; ⁊ oues ⁊ asinos in ore gladii percusserũt. Duobus

D

autẽ viris, qui exploratores missi fuerant, dixit Josue: Ingredimini domum mulieris meretricis, ⁊ producite eã, et omnia que illius sunt, sicut illi iuramento firmastis. Ingressiq; iuuenes, eduxerunt Raab, (Heb. 11.f) et parentes eius, fratres quoq;, et cunctam supellectilẽ ac cognationẽ illius, ⁊ extra castra Israel manere fecerunt. Vrbem aũt, ⁊ omnia que inuenta sunt in ea, succenderunt, absq; auro ⁊ argento, et vasis eneis, ac ferro, que in erariũ dñi consecrarunt. Raab vero meretricẽ, et domum patris eius, et omnia que habebat, fecit Josue viuere, et habitauerunt in medio Israel vsq; in presentem diem: eo q᷑ absconderit nuntios quos miserat vt explorarent Hiericho. In tempore illo imprecatus est Josue, dicens, Maledictus vir corã dño, qui suscitauerit, ⁊ edificauerit ciuitatem Hiericho. In primogenito suo fundamẽta illius iaciat, ⁊ in nouissimo liberorũ ponat portas eius. Fuit ergo dñs cum Josue, et nomẽ eius vulgatum est in omni terra. (3. Regũ. 16. g)

CAPVT. VII.

A

Filii autem Israel preuaricati sunt mandatum, ⁊ vsurpauerunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi, filii Zabdi, (Inf. 22. d) filii Zare de tribu Iuda tulit aliq̃d de anathemate: iratusq; est dominus cõtra filios Israel. Cũq; mitteret Josue de Hiericho viros contra Hai, que est iuxta Beth auẽ ad orientalẽ plagam oppidi Beth el, dixit eis, Ascendite ⁊ explorate terram. Qui precepta cõplentes, explorauerunt Hai. Et reuersi dixerunt ei, Non ascendat oĩs populꝰ, sed duo vel tria millia virorũ pergant, ⁊ deleant ciuitatẽ: quare oĩs populus frustra vexabitur contra hostes paucissimos? Ascenderunt ergo tria millia pugnatorum. Qui statim terga vertẽtes, percussi sunt a viris vrbis Hai, et corruerunt ex eis tri-

eis triginta et sex homines: persecutiq; sunt eos aduersarii de porta vsq; ad Sabarim, et ceciderũt per prona fugientes. Pertimuitq; cor
B populi, & ad instar aque liquefactũ est. Josue vero scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram coram arca domini vsq; ad vesperã, tam ipse q̃ oẽs senes Israel: miseruntq; puluerem super capita sua, et dixit Josue, Heu domine deus, quid voluisti traducere populum istum Jordanem fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhei, et perderes? vtinam vt cepim⁹, mãsissemus trans Jordanem. Mi domine deus, quid dicam, videns Israelem hostibus suis terga vertẽtem? Audient Chananei, & omnes habitatores terre, et pariter conglobati circundabunt nos, atq; delebunt nomẽ nostrum de terra: et quid facies magno nomini tuo? Dixitq; dñs ad Josue, Surge, cur iaces pronus in terra? Peccauit Israel et preuaricatus est pactum meum, tuleruntq; de anathemate, et furati sunt atq; mentiti, et absconderũt inter vasa sua. Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosq; fugiet, quia pollut⁹ est anathemate. non ero vltra vobiscum, donec conteratis eũ qui huius sceleris re⁹ est. Surge, sanctifica po-
C pulum, et dic eis, Sanctificamini in crastinum: hec enim dicit dominus de⁹ Israel, Anathema in medio tui est Israel: nõ poteris stare coram hostibus tuis, donec deleat᷑ ex te qui hoc contaminatus est scelere. Accedetisq; mane singuli per tribus vestras, et quamcunq; tribuum sors inuenerit, accedet per cognationes suas, et cognatio per domos, domusq; p viros. Et quicunq; ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substãtia sua: quoniam preuaricatus est pactum dñi, et fecit nephas ĩ Israel. Surgẽs itaq; Josue mane, applicuit Israel p trib⁹ suas, & inuẽta est trib⁹ Juda. Que cũ iuxta familias suas esset oblata, inuẽta est familia Zare. illam quoq; per domos offerens, reperit Zabdi: cui⁹ domũ ĩ singulos diuidẽs viros, iuenit Achã filiũ Charmi, filii Zabdi, filii Zare de tribu Juda. Et ait Josue ad Achã, Fili mi, da gloriã dño deo Israel, & cõfitere, atq; indica mihi quid feceris, ne abscõdas. Respõditq; Achã Josue & dixit ei, Uere ego peccaui
dño deo Israel, & sic et sic feci. vidi D
enĩ int᷑ spolia palliũ coccineũ valde bonũ, et ducẽtos siclos argẽti, regulãq; aureã quinquagita siclor: et concupiscẽs abstuli, et abscondi in terra contra mediũ tabernaculi mei, argentũq; fossa humo operui. Misit ergo Iosue ministros: q̃ currẽtes ad tabernaculũ illi⁹, repererunt cũcta abscõdita in eodẽ loco, et argentum simul. Auferẽtesq; de tentorio, tulerũt ea ad Josue, & ad oẽs filios Israel, proiecerũtq; ante dñm. Tollens itaq; Josue Achan filium Zare, Argentumq; et palliũ, et aureã regulam, filios quoq; et filias eius, boues & asinos, et oues, ipsumq; tabernaculũ, et cunctam supellectilẽ: et omnis Israel cum eo, duxerũt eos ad vallem Achor, vbi dixit Josue, Quia turbasti nos, exturbet te domin⁹ ĩ die hac. Lapidauitq; eum oĩs Israel: et cuncta que illius erant, igne cõsumpta sunt. Congregaueruntq; super eũ aceruum magnũ lapidũ, qui permanet vsq; in presentẽ diẽ. Et auersus est furor dñi ab eis. Uocatũq; est nomen loci illi⁹ Uallis Achor, vsq; hodie.

CAPVT. VIII.

Dixit autem dñs ad Josue, A
Ne timeas: neq; formides: Tolle tecum oẽm multitudinem pugnatorum, et consurgẽs ascende

ascende in oppidum Hai. ecce tradidi in manum tuam regem eius, et populum vrbemq; et terrã. Facies vrbi Hai, et regi eius: sicut fecisti Hiericho, & regi illius. Predam vero, & omnia animantia diripietis vobis: pone insidias vrbi post eam. Surrexitq; Josue, et ois exercitus bellatorum cum eo, vt ascenderẽt in Hai: et electa triginta millia virorum fortium misit nocte, precepitq; eis dicẽs, Ponite insidias post ciuitatem: nec longi⁹ recedatis, et eritis omnes parati. Ego autem, et reliqua multitudo, que mecum est, ascendemus ex aduerso contra vrbẽ. Cumq; exierint contra nos, sicut ante fecimus, fugiemus, et terga vertemus, donec persequẽtes ab vrbe longius protrahantur. putabũt enim nos fu-
B gere sicut prius. Nobis ergo fugientib⁹, et illis persequentibus cõsurgetis de insidiis, et vastabitis ciuitatem: tradetq; eam dominus deus vester in man⁹ vestras. Cũq; ceperitis, succendite eam, et sic oĩa facietis vt iussi. Dimisitq; eos et perrexerunt ad locum insidiarum, sederuntq; inter Bethel et Hai ad occidentalem plagam vrbis Hai. Josue aũt nocte illa in medio mãsit populi, surgẽsq; diluculo recẽsuit socios, et ascendit cum seniorib⁹ in fronte exercitus, vallatus auxilio pugnatorũ. Cumq; venissent, & ascendissent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad septẽtrionalem vrbis plagam, inter quam & eos erat vallis media. Quinq; aũt millia viros elegerat et posuerat ĩ insidiis inter Bethel et Hai ex occi-
C dentali parte eiusdẽ ciuitatis: Ois vero reliquus exercit⁹ ad aquilonem aciem dirigebat, ita vt nouissimi multitudinis occidentalẽ plagam vrbis attingerent. Abiit ergo Josue nocte illa, et stetit in vallis medio. Quod cũ vidisset rex Hai, festinauit mane, et egressus est cũ oĩ exercitu ciuitatis, direxitq; aciẽ contra desertum, ignorans ꝙ post tergũ laterẽt insidie. Josue vero, et oĩs Israel cesserunt loco, simulantes metum, et fugiẽtes per solitudinis viam. At illi vociferãtes pariter, et se mutuo cohortantes, persecuti sunt eos. Cumq; recessis- D
sent a ciuitate, et ne vnus quidem in vrbe Hai, et Bethel remansisset qui nõ persequeretur Israel, sicut eruperãt aperta oppida relinquẽtes, dixit dñs ad Josue, Leua clypeũ qui in manu tua est contra vrbem Hai, quoniã tibi tradã eam. Cumq; eleuasset clypeũ ex aduerso ciuitatis, insidie que latebãt, surrexerunt confestim, et pergẽtes ad ciuitatem, ceperunt et succenderũt eam. Uiri aũt ciuitatis qui persequebantur Josue, respicientes et vidẽtes fumum vrbis ad celũ vsq; conscendere, non potuerunt vltra huc illucq; diffugere: presertim cũ hi qui simulauerant fugam, & tendebant ad solitudinem contra persequẽtes, fortissime restitissẽt. Uidẽsq; Josue et oĩs Israel ꝙ capta E
esset ciuitas, et fumus vrbis ascẽderet, reuersus pcussit viros Hai. Siquidẽ et illi qui ceperant et succenderant ciuitatem, egressi ex vrbe contra suos, medios hostiũ ferire ceperunt. Cum ergo ex vtraq; parte aduersarii cederentur, ita vt nullus de tãta multitudine saluaretur, regem quoq; vrbis Hai apprehenderunt viuentem, et obtulerunt Josue. Igitur omnib⁹ interfectis qui Israelem ad deserta tendentẽ fuerant persecuti, et in eodẽ loco gladio corruentibus, reuersi filii Israel percusserũt ciuitatem. Erant autem qui in eodem die cõciderant a viro vsq; ad mulierem, duodecim millia hominũ oẽs vrbis Hai. Josue vero non cõtraxit ma- F
nũ, quã in sublime porrexerat, te-

uens clypeum, donec interficerentur oẽs habitatores Hai. Iuncta aũt et prædam ciuitatis diuiserunt sibi filii Israel, sicut præceperat dominus Iosue. Qui succendit urbẽ et fecit eam tumulũ sempiternum: regem quoq; eius suspendit in patibulo usq; ad vesperã et solis occasum. Præcepitq; Iosue, et deposuerũt cadauer eius de cruce: proieceruntq; in ipso introitu ciuitatis, cõgesto super eũ magno aceruo lapidum, qui permanet usq; in præsentem diem. Tunc edificauit
Ex. 20.d Iosue altare dño deo Israel ĩ mõ-
deu.27 a te Hebal, sicut præceperat Moyses famulus dñi filiis Israel, et scriptum est in volumine legis Moysi, altare de lapidib9 impolitis quos ferrum nõ tetigit: et obtulit super eo holocausta dño, immolauitq; pacificas victimas. Et scripsit super lapides Deuteronomiũ legis
G Moysi, quod ille digesserat coram filiis Israel. Oĩs autem populus, & oẽs maiores natu, ducesq; ac iudices stabant ex vtraq; parte arce in cõspectu sacerdotum qui portabant arcam federis dñi, vt aduena ita et indigena. Media pars eorũ iuxta montem Garizim, et media iuxta montem Hebal, sicut præceperat Moyses famul9 dñi. Et primum quidem benedixit populo Israel. Post hec legit oĩa ṽba benedictionis et maledictionis, et cũcta que scripta fuerant in legis volumine. Nihil ex his que Moyses iusserat reliquit intactum, sed vniuersa replicauit corã omni multitudine Israel, mulierib9 ac paruulis & aduenis qui inter eos morabantur.

CAPVT. IX.

A Quibus auditis, cuncti reges trãs Iordanẽ qui versabantur in montanis et campestribus, in maritimis ac litore magni maris, hi quoq; q̃ habitabant iuxta Libanum, Etheus et Amorrheus, Chananeus, Pherezeus, et Eueus & Hiebuseus cõgregati sunt pariter, vt pugnarẽt cõtra Iosue & Israel vno animo, eademq; sententia. At hi qui habitabant in Gabaon, audiẽtes cuncta que fecerat Iosue Hiericho et Hai, et callide cogitantes tulerunt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponẽtes, et vtres vinarios scissos atq; consutos, calceamentaq; perantiqua que ad indicium vetustatis pitaciis consuta erant, induti veteribus vestimentis: panes quoq; quos portabant ob viaticũ, duri erant, et in frusta cõminuti: perrexerũtq; ad Iosue q̃ tunc morabatur in castris Galgale, & dixerunt ei, atq; simul oĩ Israeli: De terra longinqua venimus, pacem vobiscũ facere cupiẽtes. Responderũtq; filii Israel ad eos, atq; dixerunt, Ne forte in terra que nobis sorte debetur, habitetis, et non possimus fedus inire vobiscum. At illi ad Iosue, serui, inquiunt, tui sumus. Quibus Iosue ait, Quinam estis vos, aut vnde venistis? B
Responderunt, De terra longinqua valde venerũt serui tui in nomine dñi dei tui. Audiuimus enim famã potentie eius, cuncta que fecit in Egypto, et duobus regibus Amorrheorum qui fuerunt trans Iordanem, Seon regi Esebon, et Og regi Basan, qui erãt in Astaroth, dixeruntq; nobis seniores, et omnes habitatores terre nostre, Tollite in manib9 vestris cibaria ob longissimam viam, et occurrite eis, et dicite, Serui vestri sumus, fedus inite nobiscum. En panes quando egressi sumus de domibus nostris, vt veniremus ad vos, calidos sumpsimus, nunc sicci facti sunt, et vetustate nimia cõminuti.
vtres vini nouos impleuim9, nũc C
rupti sunt et soluti. vestes et calceamenta

amenta quibus induimur, et que habemus in pedibus, ob longitudinem longioris vie trita sunt, et pene consumpta. Susceperūt igitur de cibariis eorum, et os dñi nō interrogauerūt. Fecitq; Josue cū eis pacem, ꝛ inito federe pollicitus est vt non occiderentur. principes quoq; multitudinis iurauerūt eis. Post dies autē tres initi federis, audierunt ꝙ in vicino habitarēt, et inter eos futuri essent. Mouerunt q; castra filii Israel, et venerūt in ciuitates eorum die tertio, quarū hec vocabula sunt, Gabaō et Caphira et Beroth et Cariathiarim. Et non percusserūt eos, eo ꝙ iurassent eis principes multitudinis in noīe dñi dei Israel. Murmurauit itaq; omne vulgus cōtra principes Israel. Qui responderunt eis, Jurauimus eis in nomine dñi dei Israel, et idcirco nō possumus eos cōtingere. Sed hoc faciemus eis, Reseruentur quidem vt viuant, ne cōtra nos ira dñi cō-
D citetur, si peierauerim⁹ eis: sed sic viuant, vt in vsus vniuerse multitudinis ligna cedāt, aquasq; comportent. Quibus hec loquētibus, vocauit Gabaonitas Iosue, ꝛ dixit eis, Cur nos decipere fraude voluistis vt diceretis, Procul valde habitamus a vobis: cum in medio nostri sitis? Itaq; sub maledictione eritis, et non deficiet de stirpe vestra ligna cedens, aquasq; comportans in domum dei mei. Qui responderunt, Nuntiatum est nobis seruis tuis ꝙ promisisset dñs deus tu⁹ Moysi seruo suo vt traderet vobis omnem terram, et disperderet cūctos habitatores eius. Timuimus igitur valde, et prouidimus animabus nostris, vestro terrore compulsi, et hoc consilium iniuimus. nūc autem in manu tua sumus: quod tibi bonum et rectū videtur, fac nobis. Fecit ergo Josue vt dixerat, et liberauit eos de manibus filiorum Israel, vt non occiderentur. Decreuitq; in illo die eos esse in ministerio cuncti populi et altaris domini, cedentes ligna, et aquas comportātes vsq; in presens tempus in loco quem dominus elegisset.

CAPVT. X.

A Qve cum audisset Adonisedech rex Hierusalē, ꝙ scilicet cepisset Josue Hai, et subuertisset eam (Sicut enim fecerat Hiericho et regi eius, sic fecit Hai et regi illius) et ꝙ transfugissent Gabaonite ad Israel, ꝛ essent federati eorū, timuit valde. Urbs enim magna erat Gabaon, et vna ciuitatum regalium, et maior oppido Hai, omnesq; bellatores eius fortissimi. Misit ergo Adonisedech rex Hierusalem ad Oham regem Hebron, ꝛ ad Pharam regem Hierimoth, ad Japhia quoq; regem Lachis, et ad Dabir regē Eglon, dicens, Ad me ascendite, et ferte presidium, vt expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Josue, et ad filios Israel. Congregati igitur ascenderunt quinq; reges Amorrheorum: rex Hierusalem, rex Hebrō, rex Hierimoth, rex Lachis, rex Eglon, simul cum exercitibus suis, ꝛ castrametati sunt circa Gabaon, oppugnantes eam. Habitatores autem Gabaō vrbis obsesse B
miserunt ad Josue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalā, et dixerunt ei, Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum, ascende cito et libera nos, ferq; presidium. cōuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrheorum, qui habitant in montanis. Ascenditq; Josue de Galgalis, et oīs exercitus bellatorū cum eo viri fortissimi. Dixitq; dñs ad Iosue, Ne timeas eos, in man⁹ enī tuas tradidi illos, null⁹ enī ex eis

tibi resistere poterit. Irruit itaque
Iosue super eos repente, tota nocte
ascendens de Galgalis. Et conturbauit eos dñs a facie Israel: contriuitque plaga magna in Gabaon,
ac persecutus est eos per viã ascensus Bethoron, et percussit vsque Azecha et Maceda. Cumque fugerent
C filios Israel, et essent in descensu Bethoron, dñs misit super eos lapides
magnos de celo vsque ad Azecha, et
mortui sunt multo plures lapidibus
grandinis, quam quos gladio percusserant filii Israel. Tunc locutus est
Iosue domino in die qua tradidit
Amorrheũ in conspectu filiorũ Israel: dixitque coram eis, Sol contra
Gabaon ne mouearis, et luna contra vallẽ Hailon. Steteruntque sol et
Ec. 46. a luna, donec vlcisceretur se gens de
inimicis suis. Nonne scriptum est
Esa. 28. f hoc in libro iustorum? Stetit itaque
sol in medio celi, et nõ festinauit occũbere spatio vnius diei. Non fuit
antea et postea tam lõga dies obediente dño voci hominis, et pugnãte pro Israel. Reuersusque est Iosue
cum omni Israel in castra Galgale. Fugerant enim quinque reges,
et se absconderãt in spelũca vrbis
Maceda. Nuntiatumque est Iosue quod
inuenti essent quinque reges, latẽtes in spelũca vrbis Maceda. Qui
precepit sociis, et ait, Voluite saxa
ingentia ad os spelunce, et ponite
D viros industrios qui clausos custodiant: vos autem nolite stare, sed
persequimini hostes, et extremos
quosque fugientiũ cedite: nec dimittatis eos vrbiũ suarũ intrare presidia, quos tradidit dñs deus in manus vestras. Cesis ergo aduersariis plaga magna, et vsque ad internecionẽ pene cõsumptis, hi qui Israel effugere potuerũt, ingressi sũt
ciuitates munitas. Reuersusque est
omnis exercitus ad Iosue in Maceda, vbi tunc erant castra, sani et
integro numero: nullusque contra
filios Israel mutire ausus est. Precepitque Iosue, dicẽs, Aperite os spelunce, et producite ad me quinque
reges qui in ea latitant. Feceruntque
ministri, vt sibi fuerat imperatũ: et
adduxerũt ad eum quinque reges
de spelunca, regem Hierusalẽ, regẽ
Hebron, regem Hierimoth, regem
Lachis, regem Eglon. Cumque adducti essent ad eũ, vocauit omnes
viros Israel, et ait ad principes exercitus qui secum erant, Ite, et ponite pedes super colla regũ istorũ.
Qui cum perrexissent, et subiectorum colla pedibus calcarent, rursum ait ad eos, Nolite timere, nec E
paueatis, cõfortamini et estote robusti. sic enim faciet dominus cũctis
hostibus vestris aduersum quos dimicabitis. Percussitque Iosue, et interfecit eos, atque suspendit super
quinque stipites, fueruntque suspensi
vsque ad vesperũ. Cumque occũberet
sol, precepit sociis vt deponerẽt eos
de patibulis. Qui depositos proiecerũt in speluncã in qua latuerãt,
et posuerunt super os eius saxa ingentia, que permanent vsque in presens. Eodem die Macedam quoque
cepit Iosue, et percussit in ore gladii, regemque illius interfecit, et omnes habitatores eius: non dimisit
in ea saltem paruas reliquias. Fecitque regi Maceda, sicut fecerat regi Hiericho. Transiuit autẽ cum
omni Israel de Maceda in Lebna,
et pugnabat cõtra eam, quam tradidit dñs cum rege suo in manus
Israel: percusseruntque vrbem in
ore gladii, et oẽs habitatores eius.
non dimiserũt in ea vllas reliquias. Feceruntque regi Lebna sicut fe- F
cerãt regi Hiericho. De Lebna trãsiuit in Lachis cum omni Israel: et
exercitu per gyrũ disposito oppugnabat eam. Tradiditque dominus
Lachis in manus filiorum Israel,
et cepit eam die altero, atque percussit in ore gladii, oẽmque animã que
fuerat

fuerat in ea, sicut fecerat Lebna.
Eo tempore ascẽdit Horã rex Ga-
zer, vt auxiliaretur Lachis: quem
percussit Josue cum omni populo
eius vsq; ad internecionẽ. Transi-
uitq; de Lachis in Eglon, et circũ-
dedit atq; expugnauit eam in eadẽ
die, percussitq; in ore gladii omnes
animas que erant in ea iuxta oĩa q̃
fecerat Lachis. Ascẽdit quoq; cum
omni Israel de Eglon in Hebron,
et pugnauit contra eam: cepitq;, et
percussit in ore gladii, regẽ quoq;
eius, et omnia oppida regionis il-
lius, vniuersasq; animas que in ea
fuerant commorate: non reliquit
in ea vllas reliquias: sicut fecerat
G Eglon, sic fecit et Hebron, cuncta
que in ea reperit, cõsumẽs gladio.
Inde reuersus in Dabir, cepit eã,
atq; vastauit: regẽ quoq; eius atq;
omnia per circumitum oppida per-
cussit in ore gladii: nõ dimisit in ea
vllas reliquias: sicut fecerat He-
bron, et Lebna, et regibus earum,
sic fecit Dabir et regi illius. Per-
cussit itaq; Josue oẽm terram mõ-
tanam et meridianam, atq; campe-
strem, et Aseroth cum regibus suis.
Non dimisit in ea vllas reliquias,
sed omne quod spirare poterat in-
terfecit, sicut p̃ceperat ei dñs deus
Israel a Cades barne vsq; Gazã.
Omnem terrã Gosen vsq; Gaba-
on, vniuersosq; reges et regiones
eorũ vno impetu cepit atq; vasta-
uit: dñs enim deus Israel pugna-
bat pro eo. Reuersusq; est cũ omni
Israel ad locũ castrorum in Galgala.

CAPVT. XI.

A QVe cũ audisset Jabin rex
Asor, misit ad Jobab regẽ
Madon, et ad regem Se-
meron, atq; ad regem Achsaph, ad
reges quoq; aquilonis, qui habi-
tabant in montanis et in planitie
cõtra meridiem Ceneroth, in cam-
pestribus quoq; et in regionibus Dor
iuxta mare: Chananeum quoq; ab
oriente et occidente, et Amorrheum
atq; Etheum ac Phereseũ et Je-
buseum in montanis: Eueũ quoq;
qui habitabat ad radices Hermon
in terra Maspha. Egressiq; sunt
omnes cum turmis suis, populus
multus nimis sicut arena, que est
in litore maris, equi quoq; et currus
immense multitudinis. Conuene-
runtq; omnes reges isti in vnũ ad
aquas Meron, vt pugnarẽt cõtra
Israel. Dixitq; dominus ad Josue,
Ne timeas eos, cras enim hac ea- B
dem hora ego tradam omnes istos
vulnerandos in cõspectu Israel. e-
quos eorũ subneruabis, et currus
igne combures. Venitq; Josue, et
omnis exercitus cum eo aduersus
illos ad aquas Meron subito, et ir-
ruerunt super eos, tradiditq; illos
dñs in manus Israel. Qui percus-
serũt eos, et persecuti sunt vsq; ad
Sidonẽ magnam et aquas Mas-
serephot, campumq; Masphe, qui
est ad orientalẽ illius partẽ. Itaq;
percussit omnes, vt nullas dimit-
teret ex eis reliquias. fecitq; sicut
preceperat ei dominus, equos eorum
subneruauit, currusq; combussit
igni. Reuersusq; statim cepit Asor,
et regem eius percussit gladio. Asor C
enim antiquitus inter oĩa regna hec
principatum tenebat. Percussitq;
omnes animas que ibidem mora-
bantur. non dimisit in ea vllas re-
liquias, sed vsq; ad internecionem
vniuersa vastauit, ipsamq; vrbem
peremit incendio. Et omnes p̃ cir-
cumitum ciuitates, reges quoq;
earum cepit, percussit atq; deleuit,
sicut preceperat ei Moyses famu-
lus dñi. Absq; vrbibus que erant in Deu.7.a
collibus et in tumulis site, ceteras
succẽdit Israel, vnam tantũ Asor
munitissimam flamma cõsumpsit.
Omnemq; predam istarum vrbiũ
ac iumẽta diuiserũt sibi filii Isra- Ex.34.b
el, cunctis hominibus interfectis. Deu.7.a
Sicut preceperat dominus Moysi
seruo

seruo suo, ita precepit Moyses Io-
sue, et ille vniuersa compleuit: non
preteriit de vniuersis mādatis, nec
vnum quidem verbum quod iusse-
rat dominus Moysi. Cepit itaq;
Iosue omnem terram mōtanam,
et meridianam, terramq; Gosen, &
planitiem, & occidentalem plagam,
montemq; Israel, et campestria e-
ius, & partem montis que ascendit
Seir vsq; Baal gad per planitiem
Libani subter montem Hermon,
omnes reges eorum cepit, percus-
sit et occidit. Multo tempore pu-
D gnauit Iosue contra reges istos.
Non fuit ciuitas que se non trade-
ret filiis Israel, preter Eueum,
qui habitabat in Gabaon. Om-
nes enim bellando cepit. Domini
enim sententia fuerat, vt indura-
rentur corda eorum, et pugnarent
contra Israel, et caderent: et non
mererentur vllam clementiam, ac
perirēt, sicut preceperat dominus
Moysi. In illo tempore venit Io-
sue, & interfecit Enachim de mon-
tanis Hebron, et Dabir, et Anab, &
de omni monte Iuda & Israel, vr-
besq; eorum deleuit. Non reliquit
vllum de stirpe Enachim, in terra
filiorum Israel, absq; ciuitatibus
Gaza, et Geth, et Azoto, in quibus
solis relicti sunt. Cepit ergo Iosue
omnem terrā, sicut locutus est do-
minus ad Moysen, & tradidit eam
in possessionem filiis Israel secun-
dum partes et tribus suas, quie-
uitq; terra a preliis.

A CAPVT. XII.

HI sunt reges, quos percus-
serunt filii Israel, et posse-
derunt terram eorum trās
Iordanem ad solis ortum, a tor-
rente Arnō vsq; ad montē Hermō,
et omnē oriētalem plagam que re-
spicit solitudinē. Seon rex Amor-
rheorum, qui habitabat in Esebō,
dominat⁹ est ab Aroer que sita est
super ripam torrentis Arnon, et
medie partis in valle, dimidieq;
Galaad, vsq; ad torrentē Ieboch,
qui est terminus filiorum Ammō.
et a solitudine vsque ad mare Ce-
neroth contra orientem, et vsq;
ad mare deserti quod est mare sal-
sissimum, ad orientalem plagam
per viam, que ducit Beth simoth:
ab australi parte, que subiacet
Asedoth vsque Phasga. Termi-
nus Og Regis Basan, de reli-
quiis Raphaim, qui habitauit in B
Astaroth, et in Edrai. et domina-
tus est in mōte Hermon, et in Sa-
lecha, atq; in vniuersa Basan,
vsq; ad terminos Gessuri, et Ma-
chati, et dimidie partis Galaad, et
terminum Seon regis Esebon.
Moyses famulus domini, et filii
Israel percusserūt eos, tradiditq;
terram eorum Moyses in possessi-
onem Rubenitis, et Gadditis, et
dimidie tribui Manasse. Hi sunt
reges terre, quos percussit Iosue
et filii Israel trans Iordanem ad
occidentalem plagam, a Baalgad
in campo Libani, vsq; ad montem
Libani, cui⁹ pars ascēdit in Seir:
Tradiditq; eam Iosue in possessi-
onē tribub⁹ Israel, singulis par- C
tes suas, tam in montanis, q̄ in psa.134
planis atq; campestribus. In Ase-
roth, et in solitudine, ac in meridie
Etheus fuit, et Amorrheus, Cha-
naneus et Pherezeus, Eueus, et
Hiebuseus. Rex Hiericho vnus,
rex Hai, que est ex latere Beth el,
vnus: rex Hierusalem vnus, rex
Hebron vnus, rex Hierimoth vn⁹,
rex Lachis vn⁹, rex Eglon vnus,
rex Gazer vnus, rex Dabir vnus,
rex Gader vnus, rex Herma vn⁹,
rex Hereth vnus, rex Lebna vn⁹,
rex Adullam vnus, rex Maceda D
vnus, rex Bethel vnus, rex Tap-
phua vnus, rex Hefer vn⁹, rex A-
phec vnus, rex Saron vnus, rex
Madon vnus, rex Asor vnus, rex
Semeron

Semeron vnus, rex Acsaph vn⁹,
rex Thenach vnus, rex Mageddo
vnus, rex Cedes vnus, rex Jacha-
nam Carmeli vn⁹, rex Dor, et pro-
uincie Dor vnus, rex gentiū Gal-
gal vnus, rex Thersa vnus, om-
nes reges triginta et vnus.

CAPVT. XIII.

A Iosue senex prouectęq; etatis e-
rat, et dixit dominus ad eū, Se-
nuisti, et longeu⁹ es, terraq; la-
tissima derelicta est que necdū sor-
te diuisa est: omnis videlicet Gali-
lea, Philistiim, et vniuersa Gessu-
ri. A fluuio turbido qui irrigat E-
gyptum, vsq; ad terminos Accarō
contra aquilonem terra Chanaā,
que in quinque regulos Philistiim
diuiditur, Gazeos, et Azotios, A-
scalonitas, Getheos, et Accaroni-
tas. Ad meridiem vero sunt Euei,
omnis terra Chanaan, et Maara
Sidoniorum vsq; Apheca, et ter-
minos Amorrhei eiusq; cōfinia. Li
bani quoq; regio contra orientem
Abaalgad sub monte Hermon, do-
nec ingrediaris Emath. Omnium
qui habitabāt in monte a Libano,
vsq; ad aquas Masserephot, vni-
uersiq; Sidonii. Ego sum qui de-
B lebo eos a facie filiorū Israel. Ve-
niat ergo in partē hereditatis Is-
rael, sicut precepi tibi. Et nunc di-
uide terram in possessionē nouem
tribub⁹, et dimidie tribui Manas-
se, cum qua Ruben et Gad posse-
derunt terram, quam tradidit eis
Moyses famul⁹ domini trans flu-
enta Jordanis, ad orientalem pla-
gam. ab Aroer, que sita est in ripa
torrētis Arnon, et in vallis medio,
vniuersaq; cāpestria Medaba, vsq;
Dibon. et cunctas ciuitates Seon
regis Amorrhei, q̄ regnauit in Ese
bon vsq; ad terminos filiorū Am-
mon. ⁊ Galaad, ac terminum Ges-
suri et Machati, et omnem mōtem
Hermō, et vniuersam Basan vsq;
ad Salecha: omne regnum Og in
Basan, qui regnauit in Astaroth ⁊
Edrai, ipse fuit de reliquiis Ra-
phaim. Percussitq; eos Moyses,
atq; deleuit. Noluerūtq; disperde-
re filii Israel Gessuri et Machati,
et habitauerunt in medio Israel,
vsq; in presentē diem. Tribui autē
Leui non dedit possessionē: sed sa-
crificia et victime domini dei Isra-
el, ipsa est eius hereditas, sicut lo-
cutus est illi. Dedit ergo Moyses
possessionem tribui filiorū Ruben
iuxta cognationes suas. Fuitq; ter- C
minus eorum ab Aroer, que sita est in
ripa torrentis Arnon, et in valle e-
iusdem torrētis media: vniuersam
planitiē, que ducit Medaba. ⁊ Ese
bon, cunctosq; viculos earum qui
sunt in campestrib⁹: Dibon quoq;,
et Bamoth baal, et oppidum Ba-
al meō, ⁊ Jassa, ⁊ Cedimoth, ⁊ Me-
phat, et Cariathaim, et Sabama,
⁊ Sarathasar in monte conuallis.
Bethphogor ⁊ Asedoth, Phasgha
⁊ Beth Iesimoth: ⁊ oēs vrbes cam-
pestres, vniuersaq; regna Seon re
gis Amorrhei, qui regnauit in Ese
bon, quem percussit Moyses cum
principib⁹ Madiā: Eueum, ⁊ Re-
cem, et Sur, et Ur, et Rebe duces
Seō habitatores terre. Et Balaā
filium Beor ariolū occiderunt filii
Israel gladio cum ceteris interfe-
ctis. Factusq; est terminus filiorū
Ruben Jordanis fluuius. Hec est
possessio Rubenitarum per cogna-
tiones suas vrbium et viculorum.
Dedit itaq; Moyses tribui Gad et
filiis eius p cognationes suas pos
sessionē, cuius hec diuisio est: Ter-
minus Jazer, ⁊ oēs ciuitates Ga-
laad, et dimidiā partē terre filiorū
Ammon, vsq; ad Aroer q̄ est cōtra
Rabba: ⁊ ab Esebō vsq; Ramoth,
Masphe et Betonim, et a Manaī
vsq; ad terminos Dabir. In valle D
quoq; Betharan, et Beth nemra,
et Socoth, ⁊ Saphō reliquā partē
regni

regni Seon regis Esebon. Huius
quoqꝫ finis, Jordanis est vsqꝫ ad
extremam partē maris Cenereth
trās Jordanem ad orientalem pla-
gam. hec est possessio filiorum Gad
per familias suas, et ciuitates, et
ville earum. Dedit et dimidie tri-
bui Manasse, filiisqꝫ eius iuxta co-
gnationes suas possessionem, cuiꝰ
hoc principiū est: A Manaim vni-
uersam Basan, et cūcta regna Og
regis Basan, omnesqꝫ vicos Ja-
hir qui sunt in Basan, sexagita op-
pida. et dimidiam partē Galaad,
et Astaroth, et Edrai vrbes regni
Og in Basan filiis Machir, filii
Manasse dimidie parti filiorū Ma-
chir iuxta cognationes suas. Hāc
possessionē diuisit Moyses ī cāpe-
stribꝰ Moab, trans Jordanē cōtra
Hiericho ad orientalē plagā. Tri-
bui aūt Leui nō dedit possessionē,
Nu.28.b quoniam dn̄s deus Israel ipse est
possessio eius, vt locutus est illi.

CAP. XIIII.

A HOc est quod posederūt filii
Israel in terra Chanaan,
Nu.34.a quam dederunt eis Eleazar
sacerdos, et Josue filius Nun, et
principes familiarū per tribus Is-
rael, sorte oīa diuidentes, sicut pre
ceperat dn̄s in manu Moysi, nouē
tribubus, et dimidie tribui Ma-
nasse. Duabꝰ enim tribubus et di-
midie dederat Moyses trans Jor-
danem possessionē, absqꝫ Leuitis,
qui nihil terre accēperūt inter fra-
tres suos, sed in eorum successerūt
locū filii Ioseph in duas diuisi tri-
bus, Manasse ⁊ Ephraim: nec ac-
ceperunt Leuite aliā in terra par-
tem, nisi vrbes ad habitandum, et
suburbana earū ad alenda iumēta
B et pecora sua. Sicut p̄ceperat do-
minus Moysi, ita fecerunt filii Is-
rael, et diuiserunt terram. Accesse-
Nu.14 d runt itaqꝫ filii Juda ad Josue in
Galgala, locutusqꝫ est ad eū Ca-
leb filiꝰ Jephone Cenezeus, Nosti
quid locutus sit dominꝰ ad Moy-
sen hominem dei de me ⁊ te in Ca-
des barne. Quadraginta annorū
eram quādo misit me Moyses fa-
mulus domini de Cades barne, vt
considerarem terram: nuntiauiqꝫ
ei quod mihi verum videbat. Fra-
tres autē mei qui ascenderant me-
cum, dissoluerunt cor populi, ⁊ ni-
hilominus ego secutus sum domi-
num deum meū. Jurauitqꝫ Moy- C
ses in die illo, dicēs, Terra quam Supr.1.a
calcauit pes tuꝰ, erit possessio tua,
et filiorum tuorū in eternum: quia
secutus es dominum deum tuum.
Concessit ergo dominus vitā mi-
hi, sicut pollicitꝰ est vsqꝫ in presen-
tem diem. Quadraginta et quinqꝫ
anni sunt, ex quo locutus est do-
minus verbum istud ad Moysen,
quando ambulabat Israel per so-
litudinem. Hodie octogintaquinqꝫ
annorum sum sic valēs, vt eo va-
lebam tempore, quando ad explo-
randum missus sum: illius in me Ecc.46b
temporis fortitudo vsqꝫ hodie per-
seuerat, tā ad bellādum q̄ ad gra-
diendum. Da ergo mihi montem
istum quem pollicitus est dominus
te quoqꝫ audiēte, in quo Enachim D
sunt, et vrbes magne atqꝫ munite:
si forte sit dominus mecum, et po-
tuero delere eos, sicut p̄misit mi-
hi. Benedixitqꝫ ei Iosue, ⁊ tradidit 1.Mac.2f
ei Hebron in possessionem, atqꝫ ex
eo fuit Hebron Caleb filio Jepho-
ne Cenezeo vsqꝫ in presentem diē:
quia secutus est dominum deum
Israel. Nomen Hebron ante vo-
cabatur Cariath arbe: Adam ma-
ximus ibi inter Enachim situs est,
et terra cessauit a preliis.

CAPVT. XV.

IGitur sors filiorum Jude per
cognationes suas ista fuit: A
termino Edom vsqꝫ ad desertū A
Sin cōtra meridiem, ⁊ vsqꝫ ad ex-
tremā partē australis plage. In-
itium eius a summitate maris sal-
sissimi,

fissimi, et a lingua eius que respi-
cit meridiem. Egredieturq; contra
ascensum scorpionis, et pertransi-
bit in Sina: ascenditq; in Cades
barne, et peruenit in Esrom, ascē-
dens ad Daran, et circumiēs Ca-
riathaa, atq; inde pertransiens in
Asemona, et perueniēs ad torren-
tem Egypti, eruntq; termini eius
mare magnum. hic erit finis me-
ridiane plage. Ab oriēte vero erit
initium mare salsissimum vsq; ad
extrema Jordanis, et ea que respi-
ciūt ad aquilonem a lingua maris
vsq; ad eūdem Jordanis fluuium.
ascenditq; terminus in Bethagla.
B et trāsit ab aquilone in Betharaba:
ascendens ad lapidem Boem
filii Rubē, et tendēs vsq; ad termi-
nos Debera de valle Achor, contra
aquilonem respiciēs Galgala, que
est ex aduerso ascensionis Adom-
mim, ab australi parte torrentis:
trāsitq; aquas que vocātur Fons
solis, et erunt exitus eius ad fon-
tem Rogel. Ascenditq; per vallem
filii Ennon ex latere Hiebusei ad
meridiem, hec est Hierusalem: et
inde se erigens ad verticem mon-
tis, qui est cōtra Gehennon ad oc-
cidentem in summitate vallis Ra-
phaim contra aquilonem. pertrā-
sitq; a vertice montis vsq; ad fon-
tē aque Nepthoa: et peruenit vsq;
ad vicos mōtis Ephron, inclina-
turq; in Bala, que est Cariathia-
rim, id est vrbs syluarum. et cir-
cumit de Bala contra occidentem,
vsq; ad montem Seir: Transitq;
C iuxta latus mōtis Jarim ad aqui-
lonem in Cheslon: et descendit in
Bethsames, trāsitq; in Thamna.
et peruenit contra aquilonē par-
tis Accaron ex latere, inclinaturq;
Sechrona, et transit montem Ba-
ala: peruenitq; in Gebneel, et ma-
gni maris contra occidentem fine
cōcluditur. hi sunt termini filiorū
Juda per circumitum in cognati-
onibus suis. Caleb vero filio Je-
phone dedit partem in medio fili-
orum Juda, sicut preceperat ei do-
minus: Cariatharbe patris Enach,
ipsa est Hebrō. Deleuitq; ex ea Ca-
leb tres filios Enach, Sesai, et Ha-
iman, et Tholmai de stirpe Enach.
Atq; inde conscendēs venit ad ha-
bitatores Dabir, que prius voca-
batur Cariath sepher, id est ciui-
tas literarum. Dixitq; Caleb, Qui
percusserit Cariath sepher, et ce- D
perit eā, dabo ei Axam filiam meā
vxorem. Cepitq; eam Othoniel fi-
lius Cenez frater Caleb iunior, de-
ditq; ei Axam filiam suam vxorē.
Qui cum pergerēt simul, suasa est
a viro suo vt peteret a patre suo a-
grum, suspirauitq; vt sedebat i a-
sino. Cui Caleb, Quid habes, in-
quit? At illa respōdit, Da mihi be-
nedictionē: Terram australem et
arentem dedisti mihi, iunge et irri-
guā. Dedit itaq; ei Caleb irriguū
superius et inferius. Hec est posses-
sio tribus filiorū Juda per cogna-
tiones suas. Erantq; ciuitates ab
extremis partibus filiorum Juda
iuxta terminos Edom a meridie:
Cabseel et Eder et Jagur, et Cina
et Dimona et Adada, et Cedes et
Asor et Jethnan, Ziph et Telem et
Baloth, Asor noua et Carioth, Es-
rom, hec est Asor. Amam, Sama,
et Molada et Aser, Gadda et Asse-
mon et Bethpheleth et Asersual et
Bethsabee et Baziothia et Baala
et Jim, et Esem et Eltholad et Cesil
et Harma et Siceleg et Medeme-
na et Sensenna, Lebaoth et Selim E
et Aen et Remon. omnes ciuitates
vigintinouem, et ville earum. In
campestribus vero: Estaol et Sa-
rea, et Asena et Zanoe et Engan-
nim et Taphua et Ennahim, et Hie-
rimoth et Adulam, Socho et A-
zecha et Sarain et Adithaim et Ge-
dera et Gederothaim: vrbes qua-
tuordecim, et ville earum. Sanan

et Adassa et Magdalgad, Delean
⁊ Masepha ⁊ Jectel, Lachis ⁊ Bas-
chath et Eglon, Chebbon et Le-
eman et Cethlis, et Gideroth et
Bethdagon et Neama et Mace-
da: ciuitates sedecim, et ville earū.
F Labana et Ether ⁊ Asan, Jepta et
Esna et Nesib, et Seila et Achzib
et Maresa: ciuitates nouē, et ville
earum. Accaron cum vicis ⁊ villu-
lis suis. Ab Accaron vsqꝫ ad mare
omnia que vergunt ad Azotum et
viculos eius. Azotus cum vicis et
villulis suis. Gaza cū vicis et vil-
lulis suis, vsqꝫ ad torrentē Egyp-
ti: et mare magnū terminus eius.
et in mōte, Samir ⁊ Jether ⁊ So-
coth et Danna et Cariathsenna,
hec est Dabir: Anab ⁊ Histemo et
Anim, Gosen et Olon et Gilo: ci-
uitates vndecim et ville earum. A-
rab et Ruma et Esaan et Janum
et Bethaphua et Apheca, Athma-
tha et Cariatharbe, hec est Hebrō,
et Sior: ciuitates nouem et ville
earū. Maon ⁊ Chermel et Ziph et
G Jota, Jezrahel ⁊ Jucadam et Za-
noe, Accaim, Gabaa et Thamna:
ciuitates decem et ville earū. Alul,
et Bethsur, et Gedor, Mareth, et
Bethanoth, ⁊ Heltecon: ciuitates
sex et ville earū. Cariathbaal, hec
est Cariathiarim vrbs syluarū, et
Arebba: ciuitates due et ville ea-
rū. In deserto Betharaba, Med-
din, et Sachacha ⁊ Nepsan, ⁊ ciui-
tas salis, ⁊ Engaddi: ciuitates sex
et ville earum. Fiunt simul, centū
quindecim. Hiebuseum autem ha-
bitatorem Hierusalem non potu-
erūt filii Juda delere: habitauitqꝫ
Hiebuseus cum filiis Iuda in Hie-
rusalem vsqꝫ in presentem diem.

CAPVT. XVI.

A Cecidit quoqꝫ sors filiorum
Joseph ab Jordane contra
Hiericho ad aquas eius, ab
oriēte, solitudo que ascēdit de Hie-
richo ad montem Bethel: et egre-
ditur de Bethel Luzan, transitqꝫ
terminum Archiatharoth, et de-
scendit ad occidentem iuxta termi-
num Jefleti, vsqꝫ ad terminos Be
thoron inferioris, et Gazer: fini-
unturqꝫ regiones eius mari magno,
possederūtqꝫ filii Joseph Manas- B
ses ⁊ Ephraim. Et factus est termi-
nus filiorum Ephraim per cognatio-
nes suas, et possessio eorū contra
orientem Ataroth Addar vsqꝫ Be-
thoron superiorē. Egrediunturqꝫ
cōfinia in mare: Macmethath ve-
ro aquilonem respicit, et circumit
terminos cōtra orientem in Tha-
nathselo: et pertransit ab orente C
Janoe, descēditqꝫ de Janoe in A-
taroth et Naaratha, et peruenit
in Hiericho: egrediturqꝫ ad Jor-
danem. De Taphua pertransit
cōtra mare in vallem arundineti,
suntqꝫ egressus eius in mare salsis- D
simum. Hec est possessio tribus fi-
liorū Ephraim per familias suas.
Vrbesqꝫ separate sūt filiis Ephra-
im in medio possessionis filiorum
Manasse, et ville earum. Et non
interfecerunt filii Ephraim Cha-
naneum qui habitabat in Gazer:
habitauitqꝫ Chananeus in medio
Ephrai vsqꝫ in diē hāc tributarius.

CAPVT. XVII.

Cecidit autē sors tribui Ma- A
nasse (ipse enim est primoge-
nitus Joseph) Machir pri-
mogenito Manasse patri Galaad,
qui fuit vir pugnator, habuitqꝫ
possessionem Galaad et Basan.
et reliquis filiorum Manasse iux-
ta familias suas, filiis Abiezer, et Nu. 26. [illegible]
filiis Elech, et filiis Ezrihel, et fi-
liis Sechem, et filiis Epher, et fi-
liis Semida. Isti sunt filii Ma-
nasse filii Joseph, mares per co-
gnationes suas. Salphaad vero
filio Epher filii Galaad filii Ma- Nu. 27. [illegible]
chir filii Manasse non erant filii, et. 36. [illegible]
sed sole filie, quarum ista sunt no-
mina: Maala et Noa et Egla et
Melcha

Melcha & Thersa. Veneruntq; in
conspectu Eleazari sacerdotis, et
Josue filii Nun, et principum, di-
centes, Dñs precepit per manum
Moysi, vt daret nobis possessio in
medio fratrũ nostrorũ. Deditq; eis
Nu.27 b iuxta imperiũ dñi possessionem in
B medio fratrũ patris earũ. Et ceci-
derũt funiculi Manasse decẽ, absq;
terra Galaad & Basan trans Jor-
danem. Filie enim Manasse posse-
derunt hereditatem in medio filio-
rum eius. Terra autẽ Galaad ce-
cidit in sortẽ filiorũ Manasse q̃ re-
liqui erãt. Fuitq; termin⁹ Manasse
ab Aser Machmathath, q̃ respicit
Sichẽ, & egreditur ad dexterã iuxta
habitatores fontis Taphue. Eteni
in sorte Manasse ceciderat terra
Taphue, que est iuxta terminos
Manasse filiorum Ephraim. De-
scenditq; terminus vallis arundi-
neti in meridiem torrentis ciuita-
C tum Ephraim, que in medio sunt
vrbium Manasse: terminus Ma-
nasse ab aquilone torrentis, et ex-
itus eius pergit ad mare, ita vt
possessio Ephraim sit ab austro, et
ab aquilone Manasse, et vtranq;
claudat mare, & coniungantur sibi
in tribu Aser ab aquilone, & in tri-
bu Jssachar ab oriente. Fuitq; he-
reditas Manasse in Jssachar et in
Aser, Bethsan, & viculi eius, et Je-
blaan cum viculis suis, et habita-
tores Dor cum oppidis suis, ha-
bitatores quoq; Endor cũ viculis
suis, similiterq; habitatores Te-
nach cum viculis suis, et habita-
tores Mageddo cum viculis suis,
& tertia pars vrbis Nopheth. Nec
potuerunt filii Manasse has ciui-
tates subuertere, sed cepit Chana
neus habitare in terra sua. Post-
quam autem conualuerũt filii Js-
rael, subiecerunt Chananeos, et
fecerunt sibi tributarios, nec in-
terfecerunt eos. Locutiq; sunt fi-
lii Joseph ad Josue, et dixerunt,
Quare dedisti mihi terram in pos- D
sessionem sortis, & funiculi vnius,
cum sim tante multitudinis, et be-
nedixerit mihi dominus? Ad quos
Josue ait, Si populus multus es,
ascende in syluam, et succide tibi
spacia in terra Pherezei, et Ra-
phaim, quia angusta est tibi pos-
sessio montis Ephraim. Cui re-
sponderunt filii Joseph, Non po-
terimus ad montana conscendere,
cum ferreis curribus vtãtur Cha-
nanei qui habitãt in terra campe-
stri, in qua site sũt Bethsan cũ vi-
culis suis, et Jezrahel mediã possi-
dens vallem. Dixitq; Josue ad do-
mum Joseph, et Ephraim, & Ma-
nasse, Populus multus es, et ma-
gne fortitudinis, non habebis sor-
tem vnam, sed trãsibis ad montẽ,
et succides tibi, atq; purgabis ad
habitãdum spacia, & poteris vltra
procedere, cum subuerteris Cha-
naneum, quem dicis ferreos habe-
re currus et esse fortissimum.

CAPVT. XVIII.

Congregatiq; sunt omnes fi- A
lii Jsrael in Silo, ibiq; fi-
xerunt tabernaculum testi-
monii, et fuit eis terra subiecta.
Remanserunt autem filiorum Js-
rael septem tribus, que necdum
acceperant possessiones suas. Ad
quos Josue ait, Vsquequo mar-
cetis ignauia, et non intratis ad
possidendam terram, quam domi-
nus deus patrum vestrorum de-
dit vobis? Eligite de singulis tri-
bub⁹ ternos viros, vt mittã eos,
et pergãt atq; circumeant terram,
et describãt eã iuxta numerũ vni-
uscuiusq; multitudinis: referãtq;
ad me, quod descripserit. Diuidite
vobis terrã i septẽ partes: Judas
sit i terminis suis ab australi pla-
ga, & domus Joseph ab aquilone,
mediã inter hos terrã in septẽ par
tes describite: et huc venietis ad
me, vt corã dño deo vestro mittã

vobis hic sortẽ: quia non est inter
vos pars Leuitarum, sed sacerdo-
tium dñi, est eorũ hereditas. Gad
autem et Ruben, et dimidia tribus
Manasses iam acceperãt possessi-
ones suas trãs Jordanem ad ori-
entalẽ plagã, quas dedit eis Moy-
ses famulus domini. Cumqz surre-
B xissent viri vt pergerent ad descri-
bendam terrã, precepit eis Josue,
dicens, Circuite terram, et descri-
bite eam, ac reuertimini ad me: vt
hic corã domino deo vestro in Silo
mittam vobis sortem. Itaqz perre-
xerunt, et lustrantes eam in septem
partes diuiserũt, scribentes in vo-
lumine. Reuersiqz sunt ad Iosue in
castra Silo. Qui misit sortes corã
domino in Silo, diuisitqz terrã fi-
liis Israel in septẽ partes. Et ascẽ-
dit sors prima filiorum Beniamin
per familias suas, vt possideret ter-
ram inter filios Juda et filios Jo-
seph. Fuitqz terminus eorũ cõtra
aquilonẽ a Jordane, pergẽs iuxta
latus Hiericho septẽtrionalis pla-
ge, et inde contra occidentem ad
montana conscendens, et perueni-
ens ad solitudinem Bethauẽ atqz
pertransiens iuxta Luzam ad me-
ridiem, ipsa est Bethel: descenditqz
in Astaroth Addar in montem qui
est ad meridiem Bethoron inferi-
oris, et inclinatur circumiens con-
tra mare ad meridiem montis, qui
respicit Bethoron contra africum:
C Suntqz exitꝰ eius in Cariath baal,
que vocatur et Cariath iarim, vrbẽ
filiorũ Juda. hec est plaga contra
mare ad occidentem. A meridie aũt
ex parte Cariathiarim egreditur ter-
minus cõtra mare, et peruenit vsqz
ad fontem aquarũ Nepthoa. De-
scenditqz in partem montis qui re-
spicit vallem filiorũ Ennom, et est
contra septẽtrionalem plagam in
extrema parte vallis Raphai. De-
scenditqz in Gehennom, id est val-
lis Ennom, iuxta latus Hiebusei
ad austrum: et peruenit ad fontem
Rogel, transiens ad aquilonem: et
egrediens ad Ensemes, id est fon-
tem solis, et pertransit vsqz ad tu-
mulos qui sunt e regione ascensus
Adommim: descẽditqz Habenboẽ,
id est lapidem Boen, filii Ruben. et
pertransit ex latere aquilonis ad
campestria: descẽditqz in planitiẽ,
et pretergreditur contra aquilonẽ
Beth agla: suntqz exitus eius con-
tra linguam maris salsissimi ab a-
quilone i fine Iordanis ad austra-
lem plagã, qui est terminus illius
ab oriente. hec est possessio filiorum D
Beniamin p terminos suos in cir-
cũitu, et familias suas. Fueruntqz
ciuitates eius Hiericho et Bethag-
la et vallis Casis, Betharaba et Sa
maraim et Bethel et Auim et Apha-
ra et Ophora, villa Hemona et Of-
ni et Gabee: ciuitates duodecim
et ville earum. Gabaon et Rhama
et Beroth et Mesphe, et Caphara
et Amosa et Recẽ, Jarephel et Tha
rela et Sela, Heleph et Hiebus, q
est Hierusalẽ, Gabaath et Cariath:
ciuitates quatuordecim, et ville ea-
rum. fueruntqz oẽs ciuitates vigi-
tisex. Hec est possessio filiorum Be-
niamin iuxta familias suas.

CAPVT. XIX.

A ET egressa est sors secũda fili-
orum Symeõ p cognationes
suas: fuitqz hereditas eorum
in medio possessionis filiorũ Juda:
Bersabee et Sabee et Molada et
Asersual, Bala et Asem et Heltho-
lad, Bethularma, et Sicelech, et
Bethmarchaboth et Asersusa et Beth
lebaoth et Sarohen: ciuitates tre-
decim et ville earum. Ahin et Rem-
mon, et Athar, et Asan: ciuitates
quatuor, et ville earum. omnes vi-
culi per circuitum vrbium istarum
vsqz ad Balaath, Berramath cõ-
tra australem plagam. Fueruntqz
omnes ciuitates decem et septem.
Hec est hereditas filiorũ Symeon
iuxta

iuxta cognationes suas, in possessi-
one et funiculo filiorũ Juda, quia
maior erat: et idcirco filii Symeõ
possederunt in medio hereditatis
eius. Ceciditqꝫ sors tertia filiorum
Zabulon per cognotiones suas, et
factus est terminus possessionis fi-
liorum Zabulon vsqꝫ Sarith. Ascẽ
ditqꝫ de mari ⁊ Medalaa, et perue-
nit in Debbaseth, vsqꝫ ad torrẽtẽ,
qui est cõtra Jechonnam. et reuer-
titur de Sarith contra oriẽtem in
finem Ceseleth thabor: et egredi-
tur ad Dabereth, ascenditqꝫ cõtra
Japhie. Et inde pertransit vsqꝫ ad
orientalẽ plagã Gethefer et Tha-
casin: et egreditur in Rẽmon, Am-
thar et Noa. Et circuit ad aquilo-
B nem Anaton: suntqꝫ egressus eius
vallis Jephtahel et Cathetheth et
Naalol, et Semeron, et Jedala et
Bethleem: ciuitates duodecim, et
ville earum. Hec est hereditas tri-
bus filiorũ Zabulon per cognatio-
nes suas, vrbes, et viculi earũ. Js-
sachar egressa est sors quarta per
cognationes suas: fuitqꝫ eius here
ditas Jezrahel ⁊ Casaloth et Su-
nem et Aphraim et Senon et Ana-
arath et Rabboth et Cesion, Haes-
mes ⁊ Rameth ⁊ Engannim ⁊ He-
nadda et Bethpheses. Et peruenit
termin⁹ ei⁹ vsqꝫ Thabor et Sehe-
seima et Bethsemes: erãtqꝫ exitus
eius Jordanis, ciuitates sedecim, ⁊
ville earum. Hec est possessio filioꝝ
Jssachar ꝑ cognationes suas, vr-
bes, ⁊ viculi earum. Ceciditqꝫ sors
quinta tribui filiorum Aser per co-
gnationes suas: fuitqꝫ terminus e-
orum Alcath et Chali et Bethen et
Arab et Elmelech ⁊ Amaad ⁊ Mes-
sal: et peruenit vsqꝫ ad Carmelum
maris et Sior et Labanath. Ac re-
uertitur contra orientem Bethda-
gon: et pertransit vsqꝫ Zabulon et
vallem Jephtahel contra aquilo-
nem in Bethemeth ⁊ Nehiel. Egre-
diturqꝫ ad leuam Cabul et Abran
et Roob ⁊ Amon et Cana, vsqꝫ ad
Sidonem magnã: reuertiturqꝫ in
Horma vsqꝫ ad ciuitatẽ munitissi-
mã Tyrũ, et vsqꝫ Osa: erũtqꝫ exit⁹
eius in mare de funiculo Acziba, et
Amma et Afeg et Roob: ciuitates
vigintidue, et ville earum. Hec est C
possessio filiorum Aser per cognati
ones suas, vrbesqꝫ, et viculi earũ.
Filiorum Neptalim sexta pars ce-
cidit per familias suas: et cepit ter-
minus de Heleph ⁊ Helon in Saa-
nanim et Adami, que est Neceb, et
Jebnael vsque Lecum: et egressus
eorum vsque ad Jordanem, reuer-
titurqꝫ terminus contra occidentẽ
in Azanoth Thabor, atqꝫ inde egre
ditur in Vcuca, et pertrãsit in Za-
bulon contra meridiem: et in Aser
contra occidentem, et in Juda ad
Jordanem contra ortũ solis. ciui-
tates munitissime Assedim, Ser et
Ammath ⁊ Recchath, et Cenereth
et Edema et Arama, Asor ⁊ Cedes
et Edrai, Enasor et Giron ⁊ Mag
dihel, Horẽ et Bethanath ⁊ Beth-
sames: ciuitates decem et nouem, ⁊
ville earum. Hec est possessio trib⁹
filiorũ Neptalim per cognationes
suas, vrbes, et viculi earum. Tri-
bui filiorum Dan per familias su-
as egressa est sors septima, et fuit
terminus possessionis eius Saraa
et Hastaol, et Hirsemes, id est ci-
uitas solis. Selebin et Aialon et
Jethela Helon et Thẽma et Ach-
ron, Helcheten Jebteton ⁊ Balaad
⁊ Iud ⁊ Bane ⁊ Barach ⁊ Gethrẽ-
mon: et aque Hiercon et Arechon, D
cum termino qui respicit Joppẽ, ⁊
ipso fine concluditur. Ascenderũt-
qꝫ filii Dan, et pugnauerunt con-
tra Lesen, ceperuntqꝫ eam, et per-
cusserunt eam in ore gladii, ⁊ pos-
sederunt, et habitauerunt in ea,
vocantes nomen eius Lesendam,
ex nomine Dan patris sui. Hec est
possessio tribus filiorum Dan, per
cognationes suas, vrbes et viculi
ear um

earum. Cumque complesset sorte diuidere terram singulis per tribus suas, dederunt filii Israel possessionem Josue filio Nun in medio sui, iuxta preceptum domini, vrbē, quam postulauit, Thamnath saraa in monte Ephraim: Et edificauit ciuitatem, habitauitque in ea. He sūt possessiones, quas sorte diuiserūt Eleazar sacerdos, et Josue filius Nun, & principes familiarū, ac tribuum filiorū Israel, in Silo, coram dño ad ostium tabernaculi testimonii, partitique sunt terram.

CAPVT. XX.

A ET locutus est dñs ad Josue dicens, Loquere filiis Israel, et dic eis, Separate vrbes fugitiuorū, de quibus locutus sum ad vos per manum Moysi, vt cō-
Nu.35.a fugiat ad eas quicunque animā per-
Deu.19a cusserit nescius: et possit euadere iram proximi, qui vltor est sanguinis, cum ad vnam harum cōfugerit ciuitatū: stabitque ante portam ciuitatis, et loquetur senioribus vrbis illius ea que se comprobent innocentem: sicque suscipient eum, & dabunt ei locum ad habitandum.
B Cumque vltor sanguinis eū fuerit persecutus, non tradent in manus eius: quia ignorans percussit proximum eius, nec ante biduum triduumue eius probatur inimicus. Et habitabit in ciuitate illa, donec stet ante iudicium causam reddens facti sui, et moriatur sacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore: Tunc reuertetur homicida, et ingredietur ciuitatem et domum suam, de qua fugerat.
C Decreueruntque Cedes in Galilea montis Neptalim, et Sichem in monte Ephraim, et Cariatharbe, ipsa est Hebron in monte Iuda. Et trās Jordanem contra orientalem plagam Hiericho, statuerunt Bosor, que sita est in campestri solitudine de tribu Rubē, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, et Gaulon in Basan de tribu Manasse. D
He ciuitates cōstitute sunt cunctis filiis Israel, et aduenis, qui habitabant inter eos, vt fugeret ad eas qui animam nescius percussisset, et non moreretur in manu proximi effusum sanguinem vindicare cupientis, donec staret ante populum expositurus causam suam.

CAPVT. XXI.

A Ccesseruntque principes familiarum Leui ad Eleazarum sacerdotem, et Josue filium Nun, et ad duces cognationum per singulas trib⁹ filiorum Israel: locutique sunt ad eos in Silo terre Chanaan, atque dixerunt, A
Dominus precepit p manū Moysi, vt darentur nobis vrbes ad habitandum, et suburbana earum ad alenda iumenta. Nu.35.a
Dederuntque filii Israel de possessionibus suis iuxta imperium domini, ciuitates et suburbana earum. Egressaque est sors in familiam Caath filiorum Aaron sacerdotis de tribu Juda et Symeon et Beniamin, ciuitates tredecim. Et reliquis filiorum Caath, id est Leuitis qui superfuerant, de tribubus Ephraim, et Dan, et dimidie tribus Manasse ciuitates decem. Porro filiis Gerson egressa est sors: vt acciperent de tribubus Issachar, et Aser, et Neptalim, dimidiaque tribu Manasse in Basan ciuitates numero tredecim. Et filiis Merari per cognationes suas de tribubus Ruben et Gad & Zabulon vrbes duodecim. B
Dederuntque filii Israel Leuitis ciuitates et suburbana earū, sicut precepit dominus per manū Moysi singulis sorte tribuentes. De tribubus filiorū Juda et Symeon dedit Josue ciuitates: quarum ista sunt nomina filiis Aaron per familias Caath Leuitici generis (Prima enim sors illis egressa est)

est) Cariatharbe patris Enach, que vocatur Hebron in monte Juda, & suburbana eius per circumitum. Agros vero, et villas eius dederat Caleb filio Jephone ad possidendum. Dedit ergo filiis Aaron sacerdotis Hebron confugii ciuitatem, ac suburbana eius: et Lobnam cum suburbanis suis: et Jether et Esthemo et Holon & Dabir et Ain et Jeta et Bethsames cum suburbanis suis: ciuitates nouem de tribubus, vt dictum est, duabus. De tribu autem filiorum Beniamin, Gabaon et Gabae & Anathot et Almon, cum suburbanis suis ciuitates quatuor. Omnes simul ciuitates filiorum Aaron sacerdotis, tredecim, cum suburbanis suis. Reliquis vero per familias filiorum Caath Leuitici generis hec est data possessio, De tribu Ephraim vrbes confugii Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, et Gazer & Cibsaim & Bethoron, cum suburbanis suis ciuitates quatuor. De tribu quoque Dan, Heltheco, et Gabathon, et Haialon, et Gethremmon, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. Porro de dimidia tribu
C
Manasse Thanach et Jethremmon cum suburbanis suis ciuitates due. Omnes ciuitates decem, et suburbana earum date sunt filiis Caath inferioris gradus. Filiis quoque Gerson Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manasse confugii ciuitates, Gaulon in Basan, et Bosram, cum suburbanis suis, ciuitates duas. Porro de tribu Issachar, Cesion et Dabereth et Jaramoth et Engannim, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu autem Aser, Messal, et Abdon, et Elcath et Roob, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu quoque Neptalim ciuitates confugii, Cedes in Galilea, et Ammothdor et Carthan, cum suburbanis suis, ciuitates tres. Omnes vrbes familiarum Gerson, tredecim, cum suburbanis suis. Filiis autem Merari Leuitis inferioris gradus per familias suas data est de tribu Zabulon, Iecnam et Chartha et Damna & Naalol, ciuitates quatuor, cum suburbanis suis. De tribu Gad ciuitates confugii, Ramoth in Galaad, et Manaim et D
Esebon & Jazer, ciuitates quatuor, cum suburbanis suis. De tribu Ruben vltra Jordanem contra Hiericho ciuitates refugii, Bosor in solitudine, Misor et Jazer et Jethson & Mephaath, ciuitates quatuor, cum suburbanis suis. Omnes vrbes filiorum Merari per familias, et cognationes suas duodecim. Itaque ciuitates vniuerse Leuitarum in medio possessionis filiorum Israel fuerunt quadragintaocto cum suburbanis suis, singule per familias distribute. Deditque dominus deus Israeli omnem terram, quam traditurum se patribus eorum iurauerat, & possederunt illam, atque habitauerunt in ea. Dataque est ab eo pax in omnes per circumitum nationes, nullusque eis hostium resistere ausus est, sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt. Ne vnum quidem verbum, quod illis prestiturum se esse promiserat, irritum fuit, sed rebus expleta sunt omnia.

CAPVT. XXII.

Eodem tempore vocauit Josue Rubenitas, & Gadditas, A
& dimidiam tribum Manasse, dixitque ad eos, Fecistis omnia que precepit vobis Moyses famulus domini, mihi quoque in omnibus obedistis, nec reliquistis fratres vestros longo tempore, vsque in presentem diem, custodientes imperium domini Dei vestri. Quia igitur dedit dominus deus vester fratribus vestris quietem et pacem, sicut pollicitus est: reuertimini, et ite in taberna-

tabernacula vestra, & in terrā pos-
sessionis, quā tradidit vobis Moy- Nu. 32.f
ses famulus domini trans Jordanem: ita duntaxat, vt custodiatis
attente, et opere compleatis mandatum & legem quam precepit vobis Moyses famulus domini, Ut
diligatis dominum deum vestrum, et ambuletis in omnib9 viis eius,
et obseruetis mandata illius, adhereatisq3 ei, ac seruiatis in omni
corde, & in omni anima vestra. Benedixitq3 eis Josue, et dimisit eos.
B Qui reuersi sunt in tabernacula sua. Dimidie aūt tribui Manasse
possessionem Moyses dederat in Basan: et idcirco medie que superfuit, dedit Josue sortem inter ceteros fratres suos trans Iordanem
ad occidentalem eius plagā. Cūq3 dimitteret eos in tabernacula sua,
et benedixisset eis, dixit ad eos, In multa substantia atq3 diuitiis reuertimini ad sedes vestras cū argento et auro, ere ac ferro, et veste
multiplici. diuidite predam hostiū cum fratribus vestris. Reuersiq3
sunt, et abierunt filii Ruben, et filii Gad, et dimidia trib9 Manasse
a filiis Israel de Silo, que sita est in Chanaan, vt intrarēt Galaad
terram possessionis sue, quam obtinuerant iuxta imperium domini
in manu Moysi. Cūq3 venissent ad
C tumulos Jordanis, in terrā Chanaan, edificauerunt iuxta Jordanem altare infinite magnitudinis.
Quod cum audissent filii Israel, et ad eos certi nuntii detulissent edificasse filios Rubē, & Gad, et dimidie trib9 Manasse altare i terra
Chanaan, sup Jordanis tumulos cōtra filios Israel: cōuenerūt oēs
in Silo, vt ascenderēt & dimicarēt cōtra eos. Et interī miserūt ad illos in terrā Galaad Phinees filium Eleazari sacerdotis, & decē principes cum eo, singulos de singulis
tribubus. Qui venerunt ad filios Ruben, et Gad, et dimidie tribus
Manasse in terram Galaad, dixeruntq3 ad eos, Hec mandat omnis
populus domini, Que est ista trāsgressio? Cur reliquistis dñm deum
Israel edificātes altare sacrilegū, D
et a cultu illius recedentes? An parum vobis est q peccastis in Beel- Nu. 25.a
phegor, et vsq3 in presentem diem macula hui9 sceleris in nobis permanet, multiq3 de populo corruerunt, & vos hodie reliquistis dñm,
et cras in vniuersum Israel ira eius deseuiet? Qd si putatis immūdam esse terrā possessionis vestre,
trāsite ad terram, in qua tabernaculum domini est, & habitate inter
nos: tantum vt a dño, et a nostro consortio non recedatis, edificato
altari preter altare domini dei vestri. Nōne Achan filius Zare preteriit mandatū dñi, et super omnē Sup. 7.a
populum Israel ira ei9 incubuit? Et ille erat vn9 homo, atq3 vtinā
solus periisset in scelere suo. Responderuntq3 filii Ruben, et Gad, E
et dimidie tribus Manasse principibus legationis Israel, Fortissimus dominus deus ipse nouit, et
Israel simul intelliget: si preuaricationis animo hoc altare cōstruximus, non custodiat nos, sed puniat nos in presenti: et si ea mente
fecimus, vt holocausta, et sacrificium, et pacificas victimas super
eo imponeremus, ipse querat & iudicet: & non ea magis cogitatione
atq3 tractatu, vt diceremus, Cras dicēt filii vestri filiis nostris, Quid
vobis et domino deo Israel? Terminum posuit dominus inter nos
et vos o filii Ruben, et filii Gad Jordanē fluuium: et idcirco partem non habetis in domino. Et
per hanc occasionem auertent filii vestri filios nostros a timore domini. Putauimus itaq3 melius, et
diximus, Extruam9 nobis altare, F
non i holocausta, neq3 ad victimas offerendas

offerendas, sed in testimonium inter nos et vos, et sobolem nostram vestramq; progeniē, vt seruiam⁹ domino, et iuris nostri sit offerre, et holocausta, et victimas, et pacificas hostias: et nequaquam dicāt cras filii vestri filiis nostris, Non est vobis pars in dño. Qđ si voluerint dicere, respondebūt eis, Ecce altare domini quod fecerunt patres nostri, nō in holocausta, neq; in sacrificium, sed in testimonium nostrum ac vestrum. Absit a nobis hoc scelus, vt recedamus a domino, et eius vestigia relinquamus extructo altari ad holocausta, et sacrificia, et victimas offerēdas, preter altare dñi dei nostri quod extructum est ante tabernaculum eius. Quibus auditis, Phinees sacerdos, et principes legationis Israel, qui erant cum eo, placati sunt:
C et verba filiorum Ruben, et Gad, et dimidie tribus Manasse, libentissime susceperunt. Dixitq; Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos, Nunc scimus q nobiscum sit dñs, quoniam alieni estis a preuaricatione hac, et liberastis filios Israel de manu dñi. Reuersusq; est cum principibus a filiis Ruben et Gad de terra Galaad, in terram Chanaā ad filios Israel, et retulit eis. Placuitq; sermo cunctis audientibus. Et laudauerunt deū filii Israel, et nequaquā vltra dixerūt vt ascenderent contra eos atq; pugnarent, et delerent terram possessionis eorum. Vocaueruntq; filii Rubē, et filii Gad altare quod extruxerāt, Testimonium nostrum, q dominus ipse sit deus.

CAPVT. XXIII.

A Euoluto autē multo tempore, postquam pacem dederat domin⁹ Israeli, subiectis in gyro nationibus vniuersis, et Iosue iam longeuo, et persenilis etatis, vocauit Iosue omnem Israelem, maioresq; natu, et pricipes, ac duces, et magistros, dixitq; ad eos, Ego senui, et progressioris etatis sum: vosq; cernitis omnia que fecerit dominus deus vester cunctis per circumitum nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnauerit: et nūc quia vobis sorte diuisi oēm terram, ab orientali parte Iordanis vsq; ad mare magnum, multeq; adhuc supersunt nationes: dominnus deus vester disperdet eas, et auferet a facie vestra, et possidebitis terram earū, sicut vobis pollicitus est. tantum confortamini, B
et estote soliciti vt custodiatis cuncta que scripta sunt in volumine legis Moysi: et nō declinetis ab eis, neq; ad dexteram, neq; ad sinistrā: ne postq̄ intraueritis ad gentes, q̄ inter vos future sunt, iuretis ī nomine deorum earum, et seruiatis eis, et adoretis illos: sed adhereatis dño deo vestro, quod fecistis vsq; in diem hanc. Et tūc auferet dominus deus in conspectu vestro gentes magnas et robustissimas, et nullus vobis resistere poterit. C
Vn⁹ e vobis persequetur hostium mille viros: quia dominus deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est. Hoc tantum diligētissime precauete, vt diligatis dominum deū vestrum. Qđ si volueritis gentium harum que inter vos habitāt, erroribus adherere, et cum eis miscere connubia, atq; amicitias copulare: iam tūc scitote q dominus deus vester nō eas delebit ante faciem vestram, sed erūt vobis in foueam, ac laqueum, et offendiculū ex latere vestro, et sudes in oculis vestris, donec vos auferat atq; disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis. En D
ego hodie ingredior viam vniuerse terre, et toto animo cognoscetis q de omnibus verbis que se dominus presiturum vobis esse pol-

licitus est, vnum nõ preterierit incassum. Sicut ergo impleuit opere quod promisit, et prospera cuncta venerunt: sic adducet super vos quicquid malorum comminatus est, donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis, eo quod preterieritis pactũ domini dei vestri, quod pepigit vobiscum, et seruieritis diis alienis, et adoraueritis eos. Cito atque velociter cõsurget in vos furor dñi, et auferemini ab hac terra optima quam tradidit vobis.

CAP. XXIIII.

A Congregauitque Iosue omnes tribus Israel in Sichem, et vocauit maiores natu, ac principes, et iudices, et magistros: steteruntque in conspectu domini, et ad populum sic locutus est: Hec dicit dominus deus Israel, Trans fluuium habitauerunt patres ve-

Ge.11. d stri ab initio, Thare pater Abrahã et Nachor: seruierũtque diis alienis. Tuli ergo patrẽ vestrum Abrahã de Mesopotamie finibus: et addu-

Ge.21. a xi eum in terram Chanaan: mul-

&.25.d tiplicauique semen eius, et dedi ei Isaac: illique rursum dedi Iacob et Esau. E quibus, Esau dedi montem Seir ad possidendũ: Iacob vero, et filii eius descenderunt in Egyptum. Misique Moysen et Aaron, et percussi Egyptum multis signis atque portentis. Eduxique vos et patres vestros de Egypto, et venistis ad mare: persecutique sunt Egyptii patres vestros cum curribus et equitatu, vsque ad mare rubrũ. Cla-

B mauerunt aũt ad dñm filii Israel: qui posuit tenebras inter vos et Egyptios: et adduxit super eos mare, et operuit eos. Viderunt oculi vestri cũcta que in Egypto fecerim, et habitastis in solitudine multo tempore: et introduxi vos in terrã Amorrhei, qui habitabat trãs Iordanẽ. Cũque pugnarent cõtra vos, tradidi eos in manus vestras, et possedistis terram eorum, atque interfecistis eos. Surrexit aũt Balach Nu.22.a

filius Sephor rex Moab, et pugnauit cõtra Israelem. Misitque et vocauit Balaã filiũ Beor, vt malediceret vobis: et ego nolui audire eũ, sed e cõtrario per illũ benedixi vobis, et liberaui vos de manu eius. Trãsistisque Iordanẽ, et venistis ad C

Hiericho. Pugnaueruntque contra Ex. 23.c

vos viri ciuitatis eius, Amorrheus &.33.a

et Pherezeus et Chananeus et Etheus Deut.7.a

et Gergeseus et Eueus et Hiebuseus, et tradidi illos in manus vestras. Misique ante vos crabrones: et eieci eos de locis suis duos reges Amorrheorum, nõ in gladio et in arcu tuo. Dedique vobis terrã in qua non laborastis, et vrbes quas nõ edificastis, vt habitaretis i eis, vineas et olivueta que nõ plãtastis. Nũc ergo timete dñm, et seruite ei perfecto corde atque verissimo: et auferte deos quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia et in Egypto, ac seruite dño. Sin autẽ malũ vobis videtur vt dño seruiatis, optio vobis datur: eligite hodie quod pla-

cet, cui seruire potissimũ debeatis, D

vtrũ diis quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, an diis Amorrheorum, i quorum terra habitatis: ego aũt et domus mea seruiemus dño. Respõditque populus, et ait, Absit a nobis vt relinquamus dñm, et seruiamus diis alienis. Dñs deus noster ipse eduxit nos et patres nostros de terra Egypti de domo seruitutis: fecitque videntibus nobis signa ingẽtia, et custodiuit nos in omni via per quã ambulauimus, et in cũctis populis per quos trãsiuimus. Et eiecit vniuersas gẽtes, Amorrheũ habitatorẽ terre quã nos intrauimus. Seruiemus igitur dño, quia ipse est deus noster. Dixitque Io-

sue ad populũ, Nõ poteritis serui- E

re dño: deus enim sanctus et fortis emulator

emulator est, nec ignoscet sceleribꝰ
vestris atq; peccatis. Si dimiseri-
tis dñm, & seruieritis diis alienis,
cõuertet se & affliget vos, atq; sub-
uertet postq̃ vobis prestiterit bo-
na. Dixitq; populꝰ ad Josue, Ne-
quaq̃ ita vt loqueris erit, sed dño
seruiemus. Et Josue ad populũ,
Testes, inquit, vos estis, q̃a ipsi e-
legeritis vobis dñm, vt seruiatis
ei. Respõderuntq;, Testes. Nũc er-
go, ait, auferte deos alienos de me-
dio vestri, & inclinate corda vestra
ad dñm deũ Israel. Dixitq; populꝰ
F ad Josue, Dño deo nostro seruie-
mus, et obedientes erimus p̄ceptis
eiꝰ. Percussit ergo Josue ĩ die illo
fedꝰ, & p̄posuit populo p̄cepta atq;
iudicia ĩ Sichẽ. Scripsit quoq; oĩa
v̄ba hec in volumine legis dñi: et
tulit lapidẽ pergrandẽ, posuitq; eũ
subt̃ quercũ que erat in sanctuario
dñi, & dixit ad oẽm populũ, En la-
pis iste erit vobis in testimonium
ꝙ audieritis omnia verba domini
que locutus est vobis: ne forte po-
stea negare velitis, et mentiri do-
mino deo vestro. Dimisitq; popu-
lum singulos in possessionem suã.
Et post hec mortuus est Josue fi-
G lius Nun seruus dñi, cẽtum & decẽ
annor: sepelieruntq; eũ in finibus
possessionis sue in Thãnath sare,
que est sita in mõte Ephrai, a sep-
tẽtrionali parte mõtis Gaas. Ser-
uiuitq; Israel dño cũctis diebꝰ Jo
sue & senior, qui longo vixerãt tẽ-
pore post Josue, & qui nouerãt oĩa
opera dñi que fecerat ĩ Israel. Ossa
quoq; Joseph, q̃ tulerãt filii Israel
de Egypto, sepelierũt in Sichẽ in
parte agri quẽ emerat Jacob a fi-
liis Emor patris Sichẽ centũ no-
uellis ouibꝰ, et fuit in possessionẽ
filior Joseph. Eleazar quoq; filiꝰ
Aaron mortuꝰ est, et sepelierũt eũ
in Gabaath Phinees filii eiꝰ, que
data est ei in monte Ephraim.

FINIS.

LIBER IVDICVM, HEBRAICE SOPHTIM.

POST MORtem Josue cõsulue- A
rũt filii Israel dñm,
dicẽtes, Quis ascẽ-
det ante nos contra
Chananeum, et erit
dux belli? Dixitq; dñs, Iudas ascẽ-
det: ecce tradidi terrã in manꝰ eiꝰ.
Et ait Judas Symeoni fratri suo,
Ascende mecũ in sortẽ meã, et pu-
gna cõtra Chananeũ, vt & ego p̄r-
gam tecũ in sorte tua. Et abiit cũ
eo Symeon. Ascenditq; Judas, et
tradidit dñs Chananeũ, ac Phe-
rezeum in manus eorũ: et percusse-
runt in Bezech decẽ millia virorũ.
Inueneruntq; Adonibezech in Be-
zech, et pugnauerunt contra eũ, ac
percusserunt Chananeũ & Phere-
zeum. Fugit aũt Adonibezech: quẽ
persecuti cõprehenderũt, cesis sum-
mitatibus manuũ eius ac pedum. B
Dixitq; Adonibezech, Septuagin-
ta reges amputatis manuũ ac pe-
dum summitatibꝰ, colligebant sub
mensa mea ciborũ reliquias: sicut
feci, ita reddidit mihi dñs. Adduxe
runtq; eum in Hierusalẽ, & ibi mor
tuus est. Oppugnantes ergo filii
Juda Hierusalem, ceperunt eam, &
percusserunt in ore gladii, traden-
tes cunctam incendio ciuitatẽ. Et
postea descendentes pugnauerunt
contra Chananeum qui habitabat
in montanis, et ad meridiem in cã-
pestribus. Pergensq; Judas con-
tra Chananeum, qui habitabat in Iosu.15c
Hebron, cuius nomẽ fuit antiqui-
tus Chariatharbe, percussit Sesai,
et Ahiman, et Tholmai: atq; inde
profectꝰ abiit ad habitatores Da-
bir, cuius nomen vetus erat Cari-
ath sepher, id est ciuitas literarũ.

Dixitq; Caleb, Qui percusserit
C Cariath sepher, & vastauerit eam,
dabo ei Axam filiam meam vxo-
rem. Cumq; cepisset eam Otho-
niel filius Cenez frater Caleb mi-
nor, dedit ei Axam filiam suam
coniugem. Quam pergentem in
itinere monuit vir suus vt pete-
ret a patre suo agrum. Que cum
suspirasset sedens in asino, dixit
ei Caleb, Quid habes? At illa re-
spondit, Da mihi benedictionem,
quia terram arentem dedisti mihi:
da et irriguam aquis. Dedit ergo
ei Caleb irriguum superius et ir-
riguum inferius. Filii autem Ci-
nei cognati Moysi ascenderunt de
ciuitate palmarum, cum filiis Iu-
D da in desertum sortis eius, quod
est ad meridiem Arath, et habita-
uerunt cum eo. Abiit autem Iu-
das cum Symeone fratre suo, et
percusserũt simul Chananeum qui
habitabat in Sephath, et interfe-
cerunt eum. Vocatumq; est nomen
vrbis Horma, id est anathema.
Cepitq; Iudas Gazam cum fi-
nibus suis, et Ascalonem, atq; Ac-
caron cum terminis suis. Fuitq;
dominus cum Iuda, et montana
possedit: nec potuit delere habi-
tatores vallis, quia falcatis cur-
Nu.14.d ribus abundabãt. Dederũtq; Ca-
leb Hebron, sicut dixerat Moy-
ses: qui deleuit ex ea tres filios
Enach. Hiebuseum autem habi-
tatorem Hierusalem non deleue-
runt filii Beniamin: habitauitq;
Hiebuseus cum filiis Beniamin in
Hierusalẽ vsque in presentẽ diem.
E Domus quoq; Ioseph ascendit in
Bethel, fuitq; dñs cum eis. Nam
cum obsiderent vrbem, que prius
Luza vocabatur, viderunt hominẽ
egredientem de ciuitate, dixerũtq;
ad eum, Ostende nobis introitum
ciuitatis, & faciemus tecum miseri-
cordiam. Qui cum ostendisset eis,
percusserunt vrbem in ore gladii:
hominem aũt illum et oẽm cogna-
tionem eius dimiserũt. Qui dimis-
sus, abiit in terram Ethim, et edi-
ficauit ibi ciuitatẽ, vocauitq; eam
Luzam: que ita appellatur vsq; in
presentem diem. Manasses quoq; F
non deleuit Bethsan, & Tanach cũ
viculis suis, et habitatores Dor, &
Ieblaã, et Mageddo cum viculis
suis, cepitq; Chananeus habitare
cum eis. Postquam aũt cõfortat9
est Israel, fecit eos tributarios, et
delere noluit. Ephraim etiam non
interfecit Chananeum qui habita-
bat in Gazer, sed habitauit cũ eo.
Zabulon non deleuit habitatores
Citron, et Naalol: sed habitauit
Chanane9 in medio eius, factusq;
est ei tributarius. Aser quoq; non
deleuit habitatores Accho, & Sido-
nis, Ahalab et Achazib, et Amma, &
Aphech, et Roob, habitauitq; in
medio Chananei habitatoris illi9
terre, nec interfecit eũ. Neptalim G
quoq; nõ deleuit habitatores Beth-
semes, & Bethanat: et habitauit in-
ter Chananeũ habitatorem terre,
fueruntq; ei Bethsemite, & Betha-
nite tributarii. Artauitq; Amor-
rheus filios Dam in mõte, nec de-
dit eis locum, vt ad planiora descẽ-
derent: habitauitq; in monte Ha-
res, quod interpretatur testatio, in
Hailon, et Salebim. Et aggraua-
ta est manus domus Ioseph, fa-
ctusq; est ei tributarius. Fuit autẽ
termin9 Amorrhei ab ascẽsu scor-
pionis Petra, et superiora loca.

CAPVT. II.

A Scenditq; angelus domini A
de Galgalis ad locum flẽ-
tium, et ait, Eduxi vos de
Ge.22.d Egypto, & introduxi in terram pro
Ex.33.a qua iuraui patrib9 vestris: et pol-
licitus sum vt nõ facerem irritum
pactum meum vobiscum in sempi-
ternum: ita duntaxat vt non feri-
retis fedus cũ habitatoribus terre
huius,

huius, & aras eorũ subuerteretis: et noluistis audire vocẽ meam. cur hoc fecistis? Quam ob rem nolui delere eos a facie vestra, vt habeatis hostes, et dii eorũ sint vobis in ruinam. Cumq; loqueretur angel⁹ domini hec verba ad omnes filios Israel, eleuauerunt vocem suam, et fleuerunt. Et vocatũ est nomen loci illius, Flentiũ siue lachrymarum: immolaueruntq; ibi hostias domino. Dimisit ergo Josue po-
Jos. 24 g b pulũ, & abierunt filii Israel vnusquisq; in possessionẽ suam, vt obtinerent eam: seruieruntq; domino cunctis diebus eius, et seniorũ, qui longo post eum vixerunt tempore, et nouerant omnia opera domini q̃ fecerat cũ Israel. Mortu⁹ est autẽ Josue filius Nun, famulus domini, centũ et decem annorũ, et sepelierunt eũ in finib⁹ possessionis sue in Thamnathhares in monte Ephraim, a septentrionali plaga montis Gaas. Omnisq; illa generatio cõgregata est ad patres suos: et surrexerunt alii, qui non nouerũt dominum, et opera que fecerat cum Israel. Feceruntq; filii Israel malum in conspectu domini, et seruierunt Baalim. Ac dimiserunt dñm deum patrum suorũ, qui eduxerat eos de terra Egypti: et secuti sunt deos alienos, deos quoq; populorũ qui habitabant in circuitu eorum, et adorauerunt eos: et ad iracundiam concitauerunt dominum, dimittentes eum, et seruientes Baal
C et Astaroth. Iratusq; dominus cõtra Israel, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperunt eos, et vendiderunt hostibus, qui habitabant per gyrum: nec potuerũt resistere aduersariis suis, sed quocũq; pergere voluissent, manus domini super eos erat, sicut locutus est, et iurauit eis: & vehement afflicti sũt. Suscitauitq; dominus iudices qui liberarent eos de vastantium manib⁹: sed nec eos audire voluerũt fornicantes cum diis alienis, & adorantes eos. Cito deseruerũt viam per quam ingressi fuerant patres eorum: et audientes mandata domini, omnia fecere cõtraria. Cũq; dominus iudices suscitaret, in diebus eorũ flectebatur misericordia, et audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cede vastantium.
Postquam autẽ mortuus esset iu- D
dex, reuertebantur, et multo faciebant peiora, q̃ fecerant patres eorum, sequentes deos alienos, et seruientes eis, et adorantes illos. Non dimiserunt adinuẽtiones suas, et viam durissimam per quam ambulare consueuerant. Iratusq; est furor domini in Israel, et ait, Quia irritum fecit gens ista pactũ meum quod pepigeram cum patribus eorum, et vocem meam audire contempsit, et ego non delebo gentes quas dimisit Josue, et mortuus est: vt in ipsis experiar Israel, vtrum custodiant viam domini, et ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum, an non. Dimisit ergo dominus omnes nationes has, et cito subuertere noluit, nec tradidit in manus Josue.

CAPVT. III.

HEc sunt gentes quas dominus dereliquit, vt erudiret A
in eis Israelem, et omnes qui non nouerãt bella Chananeorum: et postea discerent filii eorum certare cum hostibus, et habere consuetudinem preliandi: quinque satrapas Philistinorũ, omnemq; Chananeum, et Sidonium atque Eueum, qui habitabant in monte Libano, de monte Baal hermon vsque ad introitum Emath. Dimisitq; eos, vt in ipsis experiretur Israelem vtrũ audirent mandata domini que preceperat patribus eorum, per manum Moysi, annon.

Itaq;

Itaqꝫ filii Israel habitauerunt in medio Chananei, ⁊ Ethei, ⁊ Amorrhei, et Pherezei, ⁊ Euei, ⁊ Hiebusei: et duxerūt vxores filias eorū, ipsiqꝫ filias suas filiis eorum tradiderunt, ⁊ seruierunt diis eorum. Feceruntqꝫ malum in cōspectu domini, et obliti sunt dei sui, seruientes Baalim ⁊ Aseroth. Iratusqꝫ cōtra Israel dominus, tradidit eos in manꝰ Chusan rasathaim regis Mesopotamie, seruierūtqꝫ ei octo
B annis. Et clamauerunt ad dominum: qui suscitauit eis saluatorē, ⁊ liberauit eos, Othoniel videlicet filium Cenez, fratrē Caleb minorem: fuitqꝫ in eo spiritus domini, et iudicauit Israel. Egressusqꝫ est ad pugnam, et tradidit dominus in manus eius Chusan rasathaim regem Syrie, et oppressit eū. Quieuitqꝫ terra quadraginta annis, et mortuus est Othoniel filius Cenez. Addiderunt autem filii Israel facere malum in cōspectu domini: qui confortauit aduersum eos Eglon regem Moab: quia fecerunt malum in cōspectu eius. Et copulauit ei filios Ammō, et Amalech: abiitqꝫ ⁊ percussit Israel, atqꝫ possedit vrbē palmarū. Seruierūtqꝫ filii Israel Eglon regi Moab decem et octo annis: et postea clamauerunt ad dominū: qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aioth filium Gera filii Iemini, qui vtraqꝫ manu pro dextera vtebatur. Miseruntqꝫ filii Israel per illum munera Eglon regi Moab. Qui fecit sibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum lōgitudinis palme manus, et accinctus est eo subter sagum in dextro femore. Ob-
C tulitqꝫ munera Eglon regi Moab. Erat autem Eglon crassus nimis. Cumqꝫ obtulisset ei munera, prosecutus est socios qui cū eo venerāt. Et reuersus de Galgalis, vbi erant idola, dixit ad regem, Verbū secretum habeo ad te o rex. Et ille imperauit silentiū: egressisqꝫ omnibus qui circa eum erant, ingressus est Aioth ad eū. sedebat aūt in estiuo cenaculo solus, dixitqꝫ, Verbū dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno. Extenditqꝫ Aioth sinistram manum, et tulit sicam de dextro femore suo, infixitqꝫ eam in ventrē eius tam valide, vt capulꝰ sequeret ferrū in vulnere, ac pinguissimo adipe stringeretur. Nec eduxit gladiū, sed ita vt percusserat reliquit in corpore, statimqꝫ p secreta nature alui stercora proruperunt. Aioth aūt clausis diligentissime ostiis cenaculi, et obfirmatis sera, per posticum egressus est. Seruiqꝫ regis ingressi viderūt clausas fores cenaculi, atque dixerunt, Forsitan purgat aluū in estiuo ce- D
naculo. Expectantesqꝫ diu donec erubescerent, et videntes ꝙ nullus aperiret, tulerunt clauē: et aperiētes inuenerunt dn̄m suum in terra iacentem mortuū. Aioth aūt dum illi turbarentur, effugit, ⁊ pertransiit locum idolorum vnde reuersus fuerat. Venitqꝫ i Seirath, ⁊ statim insonuit buccina in monte Ephrai: descenderūtqꝫ cum eo filii Israel, ipso in fronte gradiente. Qui dixit ad eos, Sequimini me: tradidit enim dn̄s inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descenderuntqꝫ post eum, et occupauerunt vada Iordanis, q̄ transmittunt in Moab: et non dimiserunt transire quemquā, sed percusserūt Moabitas in tēpore illo circiter decē milia, omnes robustos ⁊ fortes viros. nullus eorum euadere potuit. Humiliatusqꝫ est Moab in die illo sub manu Israel: et quieuit terra octoginta annis a preliis. Post hunc fuit Samgar filiꝰ Anath, qui percussit de Philistiim sexcētos viros vomere: et ipse quoque defendit Israel.

Caput

CAPVT. IIII.

A Dideruntq; filii Jsrael fa-
cere malum in cõspectu dñi
post mortem Aioth, et tra-
didit illos dñs in manus Iabin re-
gis Chanaan, q̃ regnauit in Asor:
habuitq; ducẽ exercit⁹ sui nomine
Sisarã, ipse aũt habitabat in Aro-
seth gentium. Clamaueruntq; filii
Jsrael ad dñm. nongẽtos enim ha-
bebat falcatos curr⁹, et per vigin-
ti annos vehementer oppresserat e-
os. Erat autẽ Debora prophetis
vxor Lapidoth, que iudicabat po-
pulum in illo tẽpore. et sedebat sub
palma, que nomine illius vocaba-
tur, inter Rama & Bethel in mon-
te Ephraim: ascendebãtq; ad eam
filii Jsrael in omne iudicium. Que
misit, & vocauit Barach filiũ Abi-
noem de Cedes Neptalim: dixitq;
ad eum, Precepit tibi domin⁹ deus
Jsrael, Uade, descende, et duc ex-
ercitum in montem Thabor, tol-
lesq; tecum decem millia pugnato-
rum de filiis Neptalim, et de filiis
Zabulon: ego autem adducam ad
te in loco torrentis Cison, Sisarã
principẽ exercitus Jabin, & currus
eius, atq; oẽm multitudinẽ, et tra-
B dam eos in manu tua. Dixitq; ad
eam Barach, Si venis mecũ, va-
dam: si nolueris venire mecũ, non
pergam. Que dixit ad eum, Jbo
quidẽ tecũ, sed in hac vice victoria
nõ reputabitur tibi, quia in manu
mulieris tradetur Sisara. Surre-
xit itaq; Debora, & perrexit cũ Ba-
rach in Cedes. Qui accitis Zabu-
lon, et Neptalim, ascendit cum de-
cem millibus pugnatorum, habẽs
Deborã in comitatu suo. Aber aũt
Cineus recesserat quõdã a ceteris
Cineis fratrib⁹ suis filiis Obab,
cognati Moysi: et tetẽderat taber-
nacula vsque ad vallem que voca-
tur Sennim, et erat iuxta Cedes.
Nuntiatumq; est Sisare ꝙ ascen-
disset Barach filius Abinoem, in
montem Thabor cum Debora: et
cõgregauit nõgentos falcatos cur-
rus, et omnẽ exercitum de Aroseth
gentiũ ad torrentẽ Cison. Dixitq;
Debora ad Barach, Surge, hec est
enim dies in qua tradidit dñs Si- C
sarã in manus tuas: en ipse ductor
est tuus. Descẽdit itaq; Barach de
monte Thabor, & decem millia pu- Psa.82.c
gnatorum cũ eo. Perterruitq; dñs
Sisaram, et oẽs currus eius, vni-
uersamq; multitudinẽ i ore gladii
ad conspectum Barach: in tantum
vt Sisara de curru desiliẽs, pedib⁹
fugeret, et Barach persequeret fu-
gientes currus, et exercitum vsque
ad Aroseth gentium, & oĩs hostium
multitudo vsque ad internecionem
caderet. Sisara aũt fugiẽs perue-
nit ad tentoriũ Jahel vxoris Aber
Cinei. Erat autẽ pax inter Jabin
regem Asor, et domum Aber Cinei.
Egressa igitur Jahel in occursum
Sisare, dixit ad eum, Jntra ad me
domine mi, ne timeas. Qui ingres-
sus tabernaculum eius, et opertus
ab ea pallio, dixit ad eã, Da mihi
obsecro paululum aque, quia sitio
valde. Que aperuit vtrem lactis, &
dedit ei bibere, et operuit illũ. Di-
xitq; Sisara ad eã, Sta ante ostiũ
tabernaculi: & cum venerit aliquis
interrogans te, & dicens, Nunquid
hic est aliquis? respondebis, Null⁹ D
est. Tulit itaq; Iahel vxor Aber cla-
uum tabernaculi, assumẽs pariter
et malleũ: & ingressa abscõdite, & cũ
silentio posuit supra tẽpus capitis
eius clauũ, percussumq; malleo de-
fixit in cerebrũ vsque ad terrã: qui
sopore morti sociãs defecit, & mor-
tuus est. Et ecce Barach sequens
Sisarã veniebat: egressaq; Jahel
in occursum eius dixit ei, Ueni, et
ostendam tibi virum quẽ queris.
Qui cũ intrasset ad eam, vidit Si-
saram iacentẽ mortuũ, et clauum
infixum in tempore eius. Humili-
auit ergo deus in die illo Jabin re-
gem

gem Chanaan coram filiis Israel:
qui crescebāt quotidie, ⁊ forti ma-
nu opprimebant Jabin regē Cha-
naan, donec delerent eum.

CAPVT. V.

A Cecineruntqꝫ Debora ⁊ Ba-
rach filiꝰ Abinoē in illo die,
dicentes, Qui sponte obtu-
listis de Israel animas vestras ad
periculum, benedicite domino. Au-
dite reges, auribus percipite prin-
cipes: Ego sum, ego sum que dño
canam, psallā domino deo Israel.
Domine cū exires de Seir, et trās-
ires per regiones Edō, terra mo-
ta est, celique ac nubes distillaue-
rūt aquis. Mōtes fluxerūt a facie
domini, ⁊ Sinai a facie domini dei
Israel. In diebꝰ Samgar filii A-
nath, in diebus Jahel quieuerunt
semite: et qui ingrediebantur per
eas, ambulauerunt per calles de-
uios. Cessauerūt fortes in Israel,
et quieuerunt: donec surgeret De-
bora, surgeret mater i Israel. No-
ua bella elegit dominus, et portas
hostium ipse subuertit: clypeus et
hasta si apparuerint in quadragita
millibus Israel. Cor meum diligit
B principes Israel: qui propria vo-
luntate obtulistis vos discrimini,
benedicite domino. Qui ascenditis
super nitētes asinos, et sedetis su-
pra in iudicio, ⁊ ambulatis in via,
loquimini. Ubi collisi sunt currꝰ,
et hostium suffocatꝰ est exercitus,
ibi narrentur iustitie dñi, et clemē-
tie fortis Israel: tūc descendit po
pulꝰ domini ad portas, ⁊ obtinuit
principatum. Surge surge Debo-
ra, surge surge, ⁊ loquere canticū:
surge Barach, et apprehende cap-
tiuos tuos fili Abinoem. Saluate
sunt reliquie populi, dñs in fortibꝰ
dimicauit. Ex Ephraī deleuit eos
in Amalech, et post eum ex Benia-
min in populos tuos o Amalech:
de Machir principes descenderūt,
et de Zabulon qui exercitum duce-
rent ad bellandū. Duces Issachar
fuere cum Debora, et Barach ve-
stigia sunt secuti, qui quasi in pre-
ceps ac barathrū se discrimini de-
dit: diuiso cōtra se Rubē, magna-
nimorꝫ reperta est contētio. Qua-
re habitas int duos terminos, vt
audias sibilos gregū? diuiso con- C
tra se Ruben, magnanimorum re-
perta est contentio. Galaad trans
Jordanem quiescebat, ⁊ Dan va-
cabat nauibus: Aser habitabat in
litore maris, et in portubus mora-
batur. Zabulon vero et Neptalim
obtulerunt animas suas morti in
regione Merome. Venerūt reges
et pugnauerunt, pugnauerunt re-
ges Chanaan in Tanach, iuxta a-
quas Mageddo, ⁊ tamen nihil tu-
lere predātes. De celo dimicatum
est contra eos: stelle manentes in
ordine et cursu suo aduersus Si-
saram pugnauerūt. Torrens Ci-
son traxit cadauera eorum, torrēs
Cadumim, torrens Cison: cōculca
anima mea robustos. Ungule e-
quorū ciciderunt fugientibus im-
petu, ⁊ per preceps ruentibus for-
tissimis hostium. Maledicite terre
Meroz, dixit angelus domini: ma-
ledicite habitatoribus eius, quia
non venerūt ad auxilium domini,
in adiutorium fortissimorum eiꝰ.
Benedicta inter mulieres Iahel v- D
xor Aber Cinei, et benedicatur in
tabernaculo. Aquā petenti lac de-
dit, et in phiala principum obtulit
butyrum. Sinistram manum mi-
sit ad clauum, et dextrā ad fabro-
rum malleos, percussitqꝫ Sisarā,
querens in capite vulneri locum,
et tempꝰ valide perforans. Inter
pedes eius ruit, defecit, et mortuꝰ
est: voluebatur ante pedes eius, et
iacebat exanimis et miserabilis.
Per fenestram respiciens, vlula-
bat mater eius: et de cenaculo lo-
quebatur, Cur moratur regredi
currus eius? quare tardauerunt
pedes

pedes quadrigarũ illius? Una sa-
piẽtior ceteris uxoribꝰ eiꝰ, hec so-
crui verba respondit, Forsitã nũc
diuidit spolia, et pulcherrima fe-
minarum eligitur ei: vestes diuer-
sorum colorum Sisare traduntur
in predam, et supellex varia ad or-
nanda colla congeritur. Sic pere-
ant omnes inimici tui domine: qui
autem diligunt te, sicut sol in ortu
suo splẽdet, ita rutilẽt. Quieuitq;
terra per quadraginta annos.

CAPVT. VI.

A Fecerunt aũt filii Israel ma-
lum in conspectu domini: qui
tradidit illos in manu Madi-
an septem annis, et oppressi sunt
valde ab eis. Fecerũtq; sibi antra
et speluncas in montibus, ꝛ muni-
tissima ad repugnandũ loca. Cũq;
seuisset Israel, ascendebat Madi-
an et Amelech, ceteriq; orientaliũ
nationũ: et apud eos figentes tẽ-
toria, sicut erant in herbis cuncta
vastabant vsq; ad introitum Ga-
ze: nihilq; omnino ad vitam perti-
nens relinquebant in Israel, non
oues, non boues, non asinos. Ipsi
enim ꝛ vniuersi greges eorum ve-
niebant cum tabernaculis suis, et
instar locustarum vniuersa cõple-
bant, innumera multitudo homi-
num, et camelorum quicquid teti-
gerant deuastantes. Humiliatusq;
est Israel valde in conspectu Ma-
B dian. Et clamauit ad dñm postu-
lans auxiliũ contra Madianitas.
Qui misit ad eos virum prophe-
tam, et locutus est, Hec dicit dñs
deus Israel, Ego vos feci conscẽ-
dere de Egypto, ꝛ eduxi vos de do-
mo seruitutis, et liberaui de manu
Egyptiorum, et omnium inimico-
rũ qui affligebant vos: eieciq; eos
ad introitum vestrum, et tradidi
vobis terram eorum: et dixi, Ego
dominus deus vester, ne timeatis
deos Amorrheorum, in quorum terra
habitatis. Et noluistis audire vo-
cem meam. Uenit autem angelus
domini, ꝛ sedit sub quercu que erat
in Ephra, et pertinebat ad Joas
patrẽ familie Ezri. Cumq; Gede-
on filius eiꝰ excuteret atq; purga-
ret frumẽta in torculari, vt fuge-
ret Madian, apparuit ei angelus
domini, et ait, Dominꝰ tecum vi-
rorum fortissime. Dixitq; ei Gede-
on, Obsecro mi domine, si dominꝰ C
nobiscum est, cur ergo apprehen-
derunt nos hec oia? vbi sunt mira-
bilia eius que narrauerunt patres
nostri, atq; dixerunt, De Egypto
eduxit nos dominꝰ? Nunc autem
dereliquit nos dominus, et tradi-
dit in manus Madian. Respexitq;
ad eum dñs, ꝛ ait, Uade in hac for-
titudine tua, et liberabis Israel de 1 Re. 12 b
manu Madiã. scito quod miserim te.
Qui respondens ait, Obsecro mi
dñe, in quo liberabo Israel? Ecce
familia mea infima est ĩ Manasse,
ꝛ ego minimꝰ in domo patris mei.
Dixitq; ei dñs, Ego ero tecum, et
percuties Madiã quasi vnum vi-
rũ. Et ille, Si inueni, inquit, gra- D
tiam coram te, da mihi signum quod
tu sis qui loqueris ad me. Ne rece-
das hinc, donec reuertar ad te, por-
tans sacrificium, et offerens tibi.
Qui respondit, Ego prestolabor
aduẽtum tuũ. Ingressus est itaq;
Gedeon, et coxit hedum, et de fari-
ne modio azymos panes: carnesq;
ponens in canistro, ꝛ ius carnium
mittens in ollam, tulit omnia sub
quercu, et obtulit ei. Cui dixit an-
gelus domini, Tolle carnes et azy-
mos panes, ꝛ pones supra petram
illã, et ius desuper funde. Cumq;
fecisset ita, extẽdit angelus domi-
ni summitatẽ virge quam tenebat
in manu, et tetigit carnes ꝛ panes
azymos: ascẽditq; ignis de petra,
ꝛ carnes, azymosq; panes cõsump-
sit: angelus autẽ domini euanuit
ex oculis eius. Uidensq; Gedeon E
quod esset angelus domini, ait, Heu

mi domine deus, quia vidi angelũ domini facie ad faciem. Dixitq; ei dominus, Pax tecum: ne timeas, non morieris. Edificauit ergo ibi Gedeon altare domino, vocauitq; illud, Domini pax: vsq; in presentem diẽ. Cumq; adhuc esset in Ephra que est familie Ezri, nocte illa dixit dominus ad eum, Tolle taurum patris tui, & alterum taurum annorum septem, destruesq; aram Baal que est patris tui: et nemus quod circa aram est succide, et edificabis altare dño deo tuo in summitate petre huius, super quã ante sacrificium posuisti: tollesq; taurũ secundum, et offeres holocaustum super struem lignorum, que de nemore succideris. Assumptis ergo Gedeon decẽ viris de seruis suis, fecit sicut preceperat ei dominus.

F Timẽs autem domum patris sui, et homines illius ciuitatis, per diẽ noluit facere, sed omnia nocte cõpleuit. Cũq; surrexissent viri oppidi eius mane, viderunt destructã aram Baal, lucumq; succisum, et taurum alterum impositum super altare, quod tunc edificatum erat. Dixerũtq; adinuicẽ, Quis hoc fecit? Cumq; perquirerẽt authorem facti, dictum est, Gedeon filius Joas fecit hec omnia. Et dixerunt ad Joas, Produc filium tuũ huc, vt moriatur: quia destruxit arã Baal, et succidit nemus. Quibus ille respõdit, Nũquid vltores estis Baal, vt pugnetis pro eo? qui aduersarius est eius, moriatur antequã lux crastina veniat. Si deus est, vindicet se de eo qui suffodit aram eius.

G Ex illo die vocatus est Gedeõ Hierobaal, eo q dixisset Joas, Ulciscatur se de eo Baal, qui suffodit aram eius. Igitur omnis Madian et Amalech, et oriẽtales populi cõgregati sunt simul. et transeuntes Jordanẽ, castrametati sunt ĩ valle Jezrael. Spiritus autem domini induit Gedeon, qui clangens buccina conuocauit domum Abiezer, vt sequeretur se. Misitq; nuntios in vniuersum Manassen, q et ipse secutus est eum. et alios nuntios in Azer et Zabulon et Neptalim: qui occurrerũt ei. Dixitq; Gedeon ad dñm, Si saluum facis per manum meam populum Israel, sicut locutus es, ponam hoc vellus lane in area: si ros in solo vellere fuerit, et in omni terra siccitas, sciam q per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel. Factumq; est ita. Et de nocte consurgẽs expresso vellere, conchã rore impleuit. Dixitq; rursus ad dominum, Ne irascatur furor tuus contra me, si adhuc semel tentauero, signum querens in vellere. Oro vt solum vellus siccũ sit, & omnis terra rore madẽs. Fecitq; dominus nocte illa vt postulauerat: et fuit siccitas in solo vellere, et ros in omni terra.

CAPVT. VII.

IGitur Hierobaal qui et Gedeon, de nocte consurgens, et oĩs populus cum eo, venit ad fontem qui vocatur Arad. Erant aũt castra Madian in valle ad septẽtrionalem plagã collis excelsi. Dixitq; dominus ad Gedeon, Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus eius: ne glorietur cõtra me Israel, & dicat, Meis viribus liberatus sum. Loquere ad populum, et cunctis audientibus predica, Qui formidolosus, et timidus est, reuertatur. Recesserũtq; de monte Galaad, et reuersi sunt ex populo vigintiduo millia virorum, et tãtum decem millia remãserunt. Dixitq; dominus ad Gedeon, Adhuc populus multus est: duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: et de quo dixero tibi vt tecum vadat, ipse pergat: quem ire prohibuero, reuertatur. Cumq; descendisset populus ad aquas, dixit dominus

A (margin)

1. Ma. 3 g / deu. 20 b (margin)

B (margin)

minus ad Gedeon, Qui manu et lingua lambuerit aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erũt. Fuit itaqȝ numer⁹ eorum qui manu ad os proiiciẽte aquas, lambuerant, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait dominus ad Gedeõ, In trecentis viris qui lambuerũt aquas, liberabo vos, et tradam in manu tua Madian: omnis autem
C reliqua multitudo reuertatur ĩ locum suum. Sũptis itaqȝ pro numero cibariis, et tubis, omnem reliquam multitudinem abire precepit ad tabernacula sua: ⁊ ipse cum trecentis viris se certamini dedit. Castra autem Madian erant subter in valle. Eadem nocte dixit dominus ad eum, Surge, et descende in castra: quia tradidi eos ĩ manu tua. si autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tu⁹. Et cum audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tue, et securior ad hostiũ castra descendes. Descendit ergo ipse ⁊ Phara puer ei⁹ in partem castrorum, vbi
D erant armatorum vigilie. Madiã autem ⁊ Amalech, et oẽs oriẽtales populi fusi iacebãt in valle, vt locustarum multitudo: Cameli autẽ innumerabiles erant, sicut arena que iacet in litore maris. Cumqȝ venisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo: et in hunc modum referebat quod viderat, Vidi somnium, et videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, et in castra Madian descendere: cumqȝ peruenisset ad tabernaculũ, percussit illud atqȝ subuertit, et terre fundit⁹ coequauit. Respondit is cui loquebatur, Nõ est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis, filii Joas viri Israelite. tradidit enim dominus in man⁹ eius Madian, ⁊ oĩa castra eius. Cumqȝ audisset Gedeon somnium, et interpretationem eius, adorauit: et reuersus est ad castra Israel, ⁊ ait, E
Surgite, tradidit enim dominus in manus nostras castra Madiã. Diuisitqȝ trecentos viros in tres partes, et dedit tubas in manibus eorum, lagenasqȝ vacuas, ac lampades in medio lagenarum. Et dixit ad eos, Quod me facere videritis, hoc facite. Ingrediar partem castrorum, et quod fecero, sectamini. Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoqȝ per castrorum circumitum clãgite, ⁊ conclamate, domino et Gedeoni. Ingressusqȝ est Gedeon, et trecenti viri qui erant cum eo in partem castrorum, incipientib⁹ vigiliis noctis medie, et custodibus suscitatis, ceperunt buccinis clangere, et complodere inter se lagenas. Cumqȝ per gyrũ F
castrorũ in tribus personarent locis, ⁊ hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, et dextris sonantes tubas, clamaueruntqȝ, Gladius domini et Gedeonis: stantes singuli in loco suo per circumitum castrorum hostiũ. Omnia itaqȝ castra turbata sunt, et vociferantes, vlulantesqȝ fugerunt: Et nihilominus insistebant trecenti viri buccinis personãtes.
Immisitqȝ dñs gladium in omnibus castris, et mutua se cede truncabãt, fugiẽtes vsqȝ ad Beth seta, Psa. 82. c
et crepidinẽ Abelme vla in Tebbath. Conclamantes aũt viri Israel de Neptalim et Aser, et omni G
Manasse persequebãtur Madiã. Et dedit dñs victoriã populo Israel in die illa. Misitqȝ Gedeõ nũtios in omnem mõtem Ephraim', dicẽs, Descẽdite in occursum Madiã, et occupate aquas vsqȝ Bethbera atqȝ Jordanem'. Clamauitqȝ omnis Ephraim, et preoccupauit aquas atqȝ Jordanem vsqȝ Bethbera.

dera. Apprehensosque duos viros Madian, Oreb, et Zeb: interfecit Oreb
Esa. 10.f in petra Oreb, Zeb vero in torcu-
Psa. 82.c lari Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb et Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Jordanis.

CAPUT. VIII.

A DIxeruntque ad eum viri Ephraim, Quid est hoc quod facere voluisti, ut nos non vocares, cum ad pugnam pergeres contra Madian? iurgantes fortiter, et prope vim inferentes. Quibus ille respondit, Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? Nonne melior est racemus Ephraim, vindemiis Abiezer? In manus vestras dominus tradidit principes Madian, Oreb et Zeb: quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quod cum locutus esset, requieuit spiritus eorum, quo tumebant contra eum. Cumque venisset Gedeon ad Jordanem, transiuit eum cum trecentis viris qui secum erant: et prae lassitudine, fugientes
B persequi non poterant. Dixitque ad viros Socoth, Date obsecro panes populo qui mecum est, quia valde defecerunt: ut possimus persequi Zebee et Salmana reges Madian. Responderunt principes Socoth, Forsitan palme manuum Zebee, et Salmana in manu tua sunt, et idcirco postulas ut demus exercitui tuo panes? Quibus ille ait, Cum ergo tradiderit dominus Zebee et Salmana in manus meas, conteram carnes vestras cum spinis, tribulisque deserti. Et inde conscendens, venit in Phanuel: locutusque est ad viros loci illius similia. Cui et illi responderunt,
C sicut responderant viri Socoth. Dixit itaque eis, Cum reuersus fuero victor in pace, destruam turrim hanc. Zebee autem et Salmana requiescebant cum omni exercitu suo. Quindecim enim millia viri remanserant ex omnibus turmis orientalium populorum, cesis centum viginti millibus bellatorum, et educentium gladium. Ascendensque Gedeon per viam eorum qui in taber-
naculis morabantur ad orientalem Osee 10.d
partem Nobe, et Jegbaa, percussit castra hostium, qui securi erant, et nihil aduersi suspicabantur. Fugeruntque Zebee et Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum. Reuertensque de bello ante solis ortum, apprehendit puerum de viris Socoth: interrogauitque eum nomina principum et seniorum Socoth, et descripsit septuaginta septem viros. Ve-
nitque ad Socoth, et dixit eis, En Ze- D
bee et Salmana super quibus exprobrastis mihi, dicentes, Forsitan manus Zebee et Salmana in manibus tuis sunt, et idcirco postulas ut demus viris qui lassi sunt, et defecerunt, panes? Tulit ergo seniores ciuitatis, et spinas deserti ac tribulos, et contriuit cum eis, atque comminuit viros Socoth. Turrim quoque Phanuel subuertit, occisis habitatoribus ciuitatis. Dixitque ad Zebee et Salmana, Quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor? Qui responderunt, Similes tui, et vnus ex eis quasi filius regis. Quibus ille respondit, Fratres mei fuerunt, filii matris mee. viuit dominus, quia si seruassetis eos, non vos occiderem. Dixitque Jether primogenito suo,
Surge, et interfice eos. Qui non E
eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat. Dixeruntque Zebee et Salmana, Tu surge et irrue in
nos: quia iuxta etatem robur est homi-
nis. Surrexit Gedeon, et interfecit Psa. 82.c
Zebee et Salmana: et tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari solent. Dixeruntque omnes viri Israel ad Gedeon, Dominare nostri tu et filius tuus, et filius filii tui: quia liberasti nos de manu Madian. Quibus ille ait, Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur

tur vobis dominꝰ. Dixitq; ad eos, Unam petitionē postulo a vobis, Date mihi inaures ex preda vestra. Inaures enim aureas Ismaelite habere consueuerant. Qui responderūt, Libentissime dabimus. Expandentesq; super terrā palliū, proiecerūt in eo inaures de preda: et fuit pondꝰ postulatarum inaurium, mille septingenti auri sicli, absq; ornamentis et monilibus, et veste purpurea, quibꝰ reges Madian vti soliti erant, et preter torques aureas camelorū. Fecitq; ex eo Gedeon Ephod, et posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatusq; est omnis Israel in eo, et factum est Gedeoni, et omni domui eius in

F ruinam. Humiliatus est aūt Madian corā filiis Israel, nec potuerūt vltra ceruices eleuare: sed quieuit terra per quadraginta annos, quibꝰ Gedeon prefuit. Abiit itaq; Hierobaal filius Joas, et habitauit in domo sua: habuitq; septuaginta filios, qui egressi sunt de femore eius, eo ꝙ plures haberet vxores.

G Cōcubina aūt illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filiū nomine Abimelech. Mortuusq; est Gedeon filiꝰ Joas in senectute bona, et sepultus est in sepulchro Joas patris sui in Ephra de familia Ezri. Postquam autē mortuus est Gedeon, auersi sunt filii Israel, et fornicati sunt in Baalim. Percusseruntq; cum Baal fedus, vt esset eis in deum: nec recordati sunt domini dei sui qui eruit eos de manibus inimicorū suorum omniū per circūitum: nec fecerunt misericordiam cū domo Hierobaal Gedeon iuxta oīa bona que fecerat Israeli.

CAPVT. IX.

A ABiit autē Abimelech filius Hierobaal in Sichē ad fratres matris sue, et locutus est ad eos, et ad omnem cognationem domꝰ patris matrisq; sue dicens, Loquimini ad omnes viros Sichē, Quid vobis est melius, vt dominentur vestri septuaginta viri omnes filii Hierobaal: an vt dominetur vobis vnus vir? simulq; considerate quia os vestrū et caro vestra sum. Locutiq; sunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichē vniuersos sermones istos, ꝛ inclinauerūt cor eorū post Abimelech, dicētes, Frater noster est. Dederuntq; illi septuaginta pōdo argenti de phano Baal Berith. Qui conduxit sibi ex eo viros inopes et vagos, secutiq; sunt eum. Et venit in domū patris sui in Ephra, ꝛ occidit fratres suos filios Hierobaal septuaginta viros super lapidem vnum: remansitq; Joatham filius Hierobaal minimus, ꝛ absconditꝰ est. Cōgregati sunt aūt omnes viri Sichē, et vniuerse familie vrbis Mello: abieruntq;, et constituerūt regem Abimelech iuxta quercum q̄ stabat in Sichem. Quod cum nūtiatum esset Joatham, iuit et stetit in vertice montis Garizim: eleuataq; voce, clamauit et dixit, Audite B
me viri Sichem, ita vt audiat vos dominus. Ierūt ligna, vt vngerēt super se regē: dixerūtq; oliue, Impera nobis. Que respondit, Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua ꝛ dii vtuntur, et homines: et venire vt inter ligna promouear? Dixeruntq; ligna ad arborem ficū. Ueni, et super nos regnum accipe. Que respondit eis, Nunquid possum deserere dulcedinem meā, fructusq; suauissimos, et ire vt inter cetera ligna ꝓmouear? Locutaq; sūt ligna ad vitem. Ueni et impera nobis. Que respōdit eis, Nunquid possum deserere vinum meū, qd letificat deū et homines, ꝛ inter ligna cetera promoueri? Dixerūtq; oīa ligna ad rhānū. Ueni, ꝛ impera sup nos. Que respōdit eis, Si vere me regē vobis cōstituitis, venite,

venite, ⁊ sub vmbra mea requiesci-
te. si autem non vultis, egrediatur
ignis de rhamno, et deuoret cedros
Libani. Nũc igitur si recte, et absq;
peccato cõstituistis super vos regẽ
Abimelech, et bene egistis cũ Hie-
robaal, et cum domo eius, et reddi-
distis vicem beneficiis eius qui pu-
gnauit pro vobis, ⁊ animam suam
dedit periculis, vt erueret vos de
manu Madian, q̃ nunc surrexistis
contra domum patris mei, ⁊ inter-
fecistis filios eius septuaginta vi-
ros super vnum lapidem, et consti-
tuistis regẽ Abimelech filiũ ancille
eius super habitatores Sichem, eo
ꝙ frater vester sit: si ergo recte, et
C absq; vitio egistis cum Hierobaal,
et domo eius, hodie letamini in A-
bimelech, et ille leteẽ in vobis. sin
autẽ peruerse, egrediatur ignis ex
eo, et cõsumat habitatores Sichẽ,
et oppidũ Mello: egrediaturq; ig-
nis de viris Sichem, et de oppido
Mello, et deuoret Abimelech. Que
cum dixisset, fugit, ⁊ abiit in Bera:
habitauitq; ibi ob metũ Abimelech
fratris sui. Regnauit itaq; Abi-
melech super Israel tribus annis.
Misitq; dominus spiritũ pessimũ
inter Abimelech, ⁊ habitatores Si-
chem: qui ceperunt eum detestari,
et scel⁹ interfectionis septuaginta
filiorum Hierobaal, et effusionem
sanguinis eorũ conferre in Abime-
lech fratrẽ suum, et in ceteros Si-
chimorũ principes, qui eum adiu-
uerant. Posueruntq; insidias ad-
uersum eũ in summitate mõtium:
et dum illius prestolarentur aduẽ-
tum, exercebãt latrocinia, agentes
predas de pretereuntibus. Nunti-
atumq; est Abimelech. Venit autẽ
D Gaal filius Obed cũ fratrib⁹ suis,
et transiuit in Sichimam. Ad cui⁹
aduentũ erecti habitatores Sichẽ,
egressi sunt in agros vastantes vi-
neas, vuasq; calcantes: ⁊ factis cã-
tantiũ choris ingressi sunt phanũ
dei sui, ⁊ inter epulas ⁊ pocula ma-
ledicebãt Abimelech, clamãte Ga-
al filio Obed, Quis est iste Abime-
lech, et q̃ est Sichem, vt seruiamus
ei? nunquid non est ipse filius Hie-
robaal, ⁊ constituit principẽ Zebul
seruũ suum super viros Emor pa-
tris Sichem? Cur ergo seruiemus
ei? Utinam daret aliquis populum
istum sub manu mea, vt auferrẽ de
medio Abimelech. Dictũq; est Abi-
melech, Congrega exercit⁹ multi-
tudinem, et veni. Zebul enim prin-
ceps ciuitatis auditis sermonibus
Gaal filii Obed, iratus est valde,
et misit clã ad Abimelech nuntios,
dicẽs, Ecce Gaal filius Obed, ve-
nit in Sichimã cum fratrib⁹ suis,
et oppugnat aduersum te ciuitatẽ.
Surge itaq; nocte cum populo qui
tecũ est, et latita in agro: et primo
mane oriente sole, irrue super ciui-
tatem. illo autẽ egrediente aduer-
sum te cum populo suo, fac ei quod E
potueris. Surrexit itaq; Abimelech
cum omni exercitu suo nocte, et te-
tendit incidias iuxta Sichimam in
quatuor locis. Egressusq; est Ga-
al filius Obed, et stetit in introitu
porte ciuitatis. Surrexit aũt Abi-
melech, et omnis exercitus cum eo
de incidiarum loco. Cumq; vidisset
populũ Gaal, dixit ad Zebul, Ec-
ce de montibus multitudo descẽdit.
Cui ille respõdit, Umbras montiũ
vides quasi capita hominũ, et hoc
errore deciperis. Rursumq; Gaal
ait, Ecce populus de vmbilico ter-
re descendit, et vnus cuneus venit
per viam que respicit quercũ. Cui
dixit Zebul, Ubi est nũc os tuum,
quo loquebaris, Quis est Abime-
lech, vt seruiam⁹ ei? None hic po-
pulus est, quẽ despiciebas? Egre-
dere, et pugna cõtra eũ. Abiit ergo
Gaal, spectante Sichimorũ popu-
lo, et pugnauit contra Abimelech,
qui persecutus est eum fugientẽ, et
in vrbem compulit: cecideruntq; ex
parte

parte eius plurimi, vsque ad portã
ciuitatis, ⁊ Abimelech sedit in Ru-
F ma. Zebul aũt, Gaal, ⁊ socios eius
expulit de vrbe, nec in ea passus est
cõmorari. Sequẽti ergo die egres-
sus est ꝓpulus in campum. Quod
cum nuntiatũ esset Abimelech, tu-
lit exercitum suũ, et diuisit in tres
turmas, tendens insidias in agris.
Uidensqꝫ ꝙ egrederetur popul⁹ de
ciuitate, surrexit, ⁊ irruit in eos cũ
cuneo suo, oppugnans et obsidens
ciuitatem: due aũt turme palantes
per campũ aduersarios perseque-
bant. Porro Abimelech omni die
illo oppugnabat vrbem: quã cepit,
interfectis habitatorib⁹ ei⁹, ipsaqꝫ
destructa, ita vt sal in ea disperge-
ret. Quod cum audissent, qui habi-
tabant in turre Sichimorũ, ingres-
si sunt phanum dei sui Berith, vbi
fedus cum eo pepigerant, et ex eo
locus nomen acceperat, q̃ erat mu-
nitus valde. Abimelech quoqꝫ au-
diens viros turris Sichimorũ pa-
riter conglobatos, ascendit in mõ-
tem Selmon cũ omni populo suo:
et arrepta securi, precidit arboris
ramum, impositumqꝫ ferẽs hume-
ro, dixit ad socios, Quod me vidi-
stis facere, cito facite. Igitur cer-
tatim ramos de arborib⁹ preciden-
tes, sequebantur ducẽ. Qui circũ-
G dantes presidiũ, succenderũt: atqꝫ
ita factum est vt fumo ⁊ igne mille
hominum necarentur, viri pariter
et mulieres habitatorũ turris Si-
chem. Abimelech aũt inde profici-
scens venit ad oppidum Thebes,
quod circundans obsidebat exerci-
tu. Erat autẽ turris excelsa in me-
dia ciuitate, ad quam confugerant
simul viri ac mulieres, et oẽs prĩci-
pes ciuitatis clausa firmissime ia-
nua, et super turris tectũ stantes ꝑ
propugnacula. Accedensqꝫ Abime-
1Re.11c lech iuxta turrim, pugnabat forti-
ter: et appropinquãs ostio, ignem
supponere nitebat: ⁊ ecce vna mu-
lier fragmẽ mole desuper iaciens,
illisit capiti Abimelech, et cõfregit
cerebrũ eius. Qui vocauit cito ar-
migerũ suũ, et ait ad eũ, Euagina
gladiũ tuũ, et percute me, ne forte
dicatur ꝙ a femina interfect⁹ sim.
Qui iussa perficiens, interfecit eũ.
Illo quoqꝫ mortuo, oẽs qui cũ eo e-
rãt, de Israel reuersi sunt in sedes
suas: et reddidit deus malũ quod
fecerat Abimelech cõtra patrẽ suũ
interfectis septuaginta fratribus
suis. Sichimitis quoqꝫ qđ operati
erãt, retributũ est, et venit sup eos
maledictio Ioathã filii Hierobaal.

CAPVT. X.

Post Abimelech surrexit dux A
in Israel Thola filius Phua
patrui Abimelech, vir de Is-
sachar, q̃ habitauit in Samir mõ-
tis Ephraim: et iudicauit Israelẽ
viginti ⁊ tribus annis: mortuusqꝫ
est, ac sepult⁹ in Samir. Huic suc-
cessit Jair Galaadites, qui iudica-
uit Israelẽ per viginti et duos an-
nos, habens triginta filios seden-
tes super triginta pullos asinarũ,
et principes triginta ciuitatũ, que
ex noĩe eius sunt appellate Auoth
Jair, id est oppida Jair, vsque in
presentẽ diẽ in terra Galaad. Mor-
tuusqꝫ est Jair: ac sepult⁹ in loco, B
cui est vocabulũ Camon. Filii aũt
Israel peccatis veteribus iungen-
tes noua, fecerũt malũ in cõspectu
dñi, et seruierunt idolis Baalim et
Astaroth, ⁊ diis Syrie ac Sydonis
et Moab ⁊ filiorũ Ammon ⁊ Phi-
listiim: dimiseruntqꝫ dñm, ⁊ nõ co-
luerunt eũ. Contra quos dñs ira-
tus, tradidit eos in manus Phili-
stiim ⁊ filiorũ Ammõ. Afflictiqꝫ sũt,
et vehemẽter oppressi ꝑ annos decẽ
et octo oẽs q̃ habitabant trãs Jor-
danẽ in terra Amorrhei, que est in
Galaad: intantũ vt filii Ammon
Jordane trãsmisso vastarẽt Judã
et Beniamin ⁊ Ephraim: afflictusqꝫ
est Israel nimis. Et clamantes
ad dñm,

C ad dominum, dixerunt, Peccaui-
mus tibi, quia dereliquimus dñm
deum nostrum, et seruiuimus Ba-
alim. Quib⁹ locutus est dominus,
Nunquid non Egyptii et Amor-
rhei, filiiq; Ammon et Philistiim,
Sidonii quoq; et Amalech ⁊ Cha-
naan oppresserunt vos: et clama-
stis ad me, et erui vos de manu e-
orum? Et tamen reliquistis me, et
coluistis deos alienos: idcirco non
addam, vt vltra vos liberẽ. ite, et
inuocate deos quos elegistis, ipsi
vos liberẽt in tẽpore angustie ve-
stre. Dixeruntq; filii Israel ad do-
D minum, Peccauim⁹, redde tu no-
bis quicquid tibi placet, tantũ nũc
libera nos. Que dicẽtes, omnia de
finibus suis alienorum deoꝝ idola
proiecerunt, et seruierunt domino
deo: qui doluit super miseriis eoꝝ.
Itaq; filii Ammon conclamãtes,
in Galaad fixere tentoria: contra
quos cõgregati filii Israel, i Mas-
pha castrametati sunt. Dixerũtq;
principes Galaad singuli ad pro-
ximos suos, Qui primus ex nobis
cõtra filios Ammon ceperit dimi-
care, erit dux populi Galaad.

CAPVT. XI.

A FUit itaq; illo in tẽpore Ieph-
te Galaadites vir fortissim⁹
atq; pugnator, fili⁹ mulieris
meretricis, qui natus est de Gala-
ad. Habuit autem Galaad vxorẽ,
de qua suscepit filios: qui postquã
creuerant, eiecerũt Jephte, dicen-
tes, Heres in domo patris nostri
esse non poteris, quia de adultera
matre nat⁹ es. Quos ille fugiens,
atq; deuitans, habitauit in terra
Tob: congregatiq; sunt ad eũ viri
inopes, et latrocinantes, et quasi
principem sequebantur. In illis
dieb⁹ pugnabant filii Ammon cõ-
tra Israel. Quib⁹ acriter instan-
tibus perrexerunt maiores natu de
Galaad, vt tollerent in auxiliũ sui
Jephte de terra Tob: dixeruntq;
ad eum, Veni et esto princeps no-
ster, ⁊ pugna contra filios Ammõ.
Quibus ille respondit, Nõne vos
estis qui odistis me, et eiecistis de
domo patris mei, et nunc venistis
ad me necessitate compulsi? Dixe-
runtq; pricipes Galaad ad Jeph-
te, Ob hanc igitur causam nũc ad
te venim⁹, vt pficiscaris nobiscũ, B
et pugnes contra filios Ammon,
sisq; dux omnium qui habitant in
Galaad. Jephte quoq; dixit eis,
Si vere venistis ad me, vt pugnẽ
pro vobis contra filios Ammon,
tradideritq; eos dominus in man⁹
meas, ego ero vester prĩceps? Qui
responderũt ei, Dominus qui hec
audit, ipse mediator ac testis est,
ꝙ nostra promissa faciemus. Abiit
itaq; Iephte cum principibus Ga-
laad, fecitq; eum omnis populus
principẽ sui. Locutusq; est Jephte
omnes sermones suos coram dño
in Maspha. Et misit nuntios ad
regem filiorũ Ammon, qui ex per-
sona sua diceret, Quid mihi ⁊ tibi
est, quia venisti contra me, vt va-
stares terram meam? Quibus ille C
respondit, Quia tulit Israel ter- Nu. 21.f
ram meam, quãdo ascendit de E-
gypto a finib⁹ Arnõ vsq; Jeboch
atq; Jordanẽ: nũc ergo cum pace
redde mihi eã. Per quos rursum
mãdauit Jephte, et imperauit eis,
vt diceret regi Ammon, Hec dicit
Jephte, Non tulit Israel terram
Moab, nec terram filiorum Am-
mon: sed quando de Egypto con-
scenderunt, ambulauit per solitu-
dinem vsq; ad mare rubrum, ⁊ ve-
nit in Cades. Misitq; nuntios ad
regem Edom, dicens, Dimitte vt Nu. 20.c
transeam terram tuam. Qui no-
luit acquiescere precib⁹ eius. Mi-
sit quoq; ad regem Moab, qui et
ipse transitum prebere cõtempsit,
Mansit itaq; in Cades, ⁊ circum-
iuit ex latere terram Edom, ⁊ ter-
ram Moab: Venitq; ad oriẽtalem
plagam

plagam terre Moab, et castrame-
tatus est trans Arnon: nec voluit
intrare terminos Moab: Arnon
Nu.21.c quippe confinium est terre Moab.
D Misit itaq; Israel nūtios ad Seō
regem Amorrheorum, qui habita-
bat in Esebon, et dixerunt ei, Di-
mitte vt transeam per terram tuā,
vsq; ad fluuiū. Qui et ipse Israel
verba despiciens, non dimisit eum
trāsire per terminos suos: sed in-
finita multitudine congregata e-
gressus est contra eum in Iasa, et
fortiter resistebat. Tradiditq; eū
dominus in manus Israel cum oi
exercitu suo, et percussit eum, et
possedit omnem terram Amorrhei
habitatoris regionis illius, et vni-
uersos fines eiꝰ de Arnō vsq; Ie-
boch, et de solitudine vsq; ad Ior-
danē. Dominus ergo deus Israel
subuertit Amorrheum, pugnante
contra illum populo suo Israel, et
tu nunc vis possidere terram eius?
E Nonne ea que possedit Chamos
deus tuus, tibi iure debētur? Que
autem dominus deus noster victor
obtinuit, in nostram cedēt posses-
sionē: nisi forte melior es Balach
Nu.22.a filio Sephor rege Moab: aut do-
cere potes, q̄ iurgatus sit contra
Israel, ⁊ pugnauerit contra eum,
quando habitauit in Esebon, ⁊ vi-
culis eiꝰ, et in Aroer, et villis illiꝰ,
vel in cūctis ciuitatibꝰ iuxta Ior-
danē per trecentos annos. Quare
tāto tempore nihil super hac repe-
titione tētasti? Igitur nō ego pec-
co ī te, sed tu cōtra me male agis,
indicens mihi bella non iusta. Iu-
dicet dominus arbit̃ huiꝰ diei inter
Israel, ⁊ inter filios Ammon. No-
luitq; acquiescere rex filiorū Am-
mon verbis Iephte, que per nun-
tios mandauerat. Factus est ergo
super Iephte spiritus domini, et
circumiens Galaad, et Manasse,
Maspha quoq; Galaad, et inde
transiens ad filios Ammon, votū
vouit domino, dicens, Si tradide-
ris filios Ammō in manus meas: F
quicūq; primus fuerit egressus de
foribus domus mee, mihiq; occur-
rerit reuertēti cū pace a filiis Am-
mon, eum holocaustum offerā do-
mino. Trāsiuitq; Iephte ad filios
Ammon, vt pugnaret contra eos:
quos tradidit dominus in manus
eius. Percussitq; ab Aroer vsque-
dū venias in Mennith, viginti ciui-
tates, ⁊ vsq; ad Abel, que est vineis
cōsita, plaga magna nimis. humi-
liatiq; sunt filii Ammō a filiis Is-
rael. Reuertēti aūt Iephte ī Mas-
pha domum suā, occurrit ei vnige-
nita filia sua cū tympanis et cho-
ris. non eni habebat alios liberos.
Qua visa, scidit vestimēta sua, et
ait, Heu me filia mi, decepisti me,
et ipsa decepta es. aperui enim os
meū ad dn̄m, ⁊ aliud facere nō po-
tero. Cui illa respōdit, Pater mi, G
si aperuisti os tuū ad dominū, fac
mihi quodcūq; pollicitꝰ es, cōcessa
tibi vltione atq; victoria de hostibꝰ
tuis. Dixitq; ad patrē, Hoc solum
mihi presta quod deprecor, Dimit-
te me vt duobꝰ mēsibus circumeā
montes, et plangam virginitatem
meam cum sodalibꝰ meis. Cui ille
respondit, Vade. Et dimisit eam
duobus mensibus. Cumq; abiisset
cum sociis ac sodalibꝰ suis, flebat
virginitatem suam in montibus.
Expletisq; duobus mensibus, re-
uersa est ad patrem suum, et fecit
ei sicut vouerat. q̄ ignorabat virū.
Exinde mos increuit in Israel, et
cōsuetudo seruata est, vt post anni
circulum conueniāt in vnum filie
Israel, et plangant filiam Iephte
Galaadite diebus quatuor.

CAPVT. XII.

ECce autem in Ephraim orta
est seditio. nā transeuntes cō- A
tra aquilonē, dixerūt ad Ieph
te, Quare vadens ad pugnam cō-
tra filios Ammon vocare nos no-

 luisti,

luisti, vt pergeremus tecum? Igit incendemus te et domū tuā. Quibus ille respōdit, Disceptatio erat mihi et populo meo contra filios Ammon vehemens: vocauiq; vos vt preberetis mihi auxilium, et facere noluistis. Quod cernens, posui animā meam in manib⁹ meis, trāsiuiq; ad filios Ammon, et tradidit eos domin⁹ in manus meas.
B Quid commerui, vt aduersum me consurgatis in prelium? Vocatis itaq; ad se cūctis viris de Galaad, pugnabat contra Ephraim: Percusseruntq; viri Galaad Ephraim, quia dixerat, Fugitiuus est Galaad de Ephraim, et habitat ī medio Ephraim et Manasse. Occupaueruntq; Galaadite vada Jordanis, per que Ephraim reuersurus erat. Cumq; venisset ad ea de Ephraim numero, fugiēs, atq; dixisset, Obsecro vt me transire permittas: dicebāt ei Galaadite, Nunquid Ephrateus es? Quo dicente, Non sum: interrogabant eū, Dic ergo
C Schibboleth, quod interpretatur spica. Qui respōdebat, Sibboleth: eadem litera spicam exprimere nō valens. Statimq; apprehēsum iugulabant in ipso Jordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia. Judicauit itaq; Jephte Galaadites Israel sex annis: et mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad. Post hunc iudicauit Israel Abesan de Bethleem: qui habuit triginta filios, & totidē filias: quas emittens foras, maritis dedit, et eiusdē numeri filiis suis accepit vxores, introducēs in domū
D suam. Qui septem annis iudicauit Israel, mortuusq; est ac sepultus in Bethleē. Cui successit Helō Zabulonites: et iudicauit Israel decem annis: mortuusq; est ac sepultus in Zabulon. Post hunc iudicauit Israel Abdon, filius Helel Pharatonites: qui habuit quadraginta filios, et trigita ex eis nepotes, ascendentes super septuagīta pullos asinarū, et iudicauit Israel octo annis: mortuusq; est ac sepult⁹ in Pharathon, terre Ephraim in monte Amalech.

CAPVT. XIII.

Rursumq; filii Israel fecerūt malum in conspectu domini: q̄ tradidit eos in manus Philistinorū quadraginta annis. Erat aūt quidam vir de Saraa, & de stirpe Dan, nomine Manue, habens vxorem sterilem. Cui apparuit angelus domini, et dixit ad eam, Sterilis es, et absq; liberis: sed concipies et paries filium. caue ergo ne bibas vinum ac siceram, nec immūdum quicquam cōedas: quia concipies et paries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim Nazare⁹ dei ab infantia sua, et ex matris vtero, et ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorū. Que cum venisset ad maritum suum, dixit ei, Vir dei venit ad me, habēs vultum angelicum, terribilis nimis. Quē cum interrogassem quis esset, et vnde venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere: sed hoc respondit, Ecce concipies et paries filiū: caue ne vinum bibas, nec siceram, et ne aliquo vescaris immundo: erit enim puer Nazareus dei ab infantia sua, et ex vtero matris sue vsq; ad diē mortis sue. Orauit itaq; Manue dominum, et ait, Obsecro domine, vt vir dei quē misisti, veniat iterum, et doceat nos quid debeam⁹ facere de puero, qui nasciturus est. Exaudiuitq; dominus deprecantem Manue, et apparuit rursum angelus domini vxori eius sedēti in agro. Manue autem maritus eius nō erat cum ea. Que cū vidisset angelum, festinauit, et cucurrit ad virū suū: nuntiauitq; ei, dicens,

dicēs, Ecce apparuit mihi vir quē
ante videram. Qui surrexit, et se-
cutus est vxorem suam: veniensq;
ad virum dixit ei, Tu es qui locu-
tus es mulieri? Et ille respondit,
C Ego sum. Cui Manue, Quando,
inquit, sermo tuꝰ fuerit expletus,
quid vis vt faciat puer? aut a quo
se obseruare debebit? Dixitq; an-
gelus dñi ad Manue, Ab omnibꝰ
que locutus sum vxori tue, absti-
neat se: et quicquid ex vinea nasci-
tur, non comedat: vinum et sicerā
non bibat, nullo vescat' immundo:
et quod ei precepi, impleat atq; cu-
stodiat. Dixit itaq; Manue ad an-
gelum domini, Obsecro te, vt ac-
quiescas precibꝰ meis, et faciamus
tibi hedum de capris. Cui respon-
dit angelus, Si me cogis, non cō-
edam panes tuos: si autē vis ho-
locaustum facere, offer illud domi-
no. Et nesciebat Manue ꝙ ange-
lus domini esset. Dixitq; ad eum,
Quod est tibi nomen, vt si sermo
tuus fuerit expletus, honoremus
te? Cui ille respondit, Cur queris
nomen meum, quod est mirabile?
Tulit itaq; Manue hedum de ca-
D pris, et libamenta, et posuit super
petram, offerens domino qui facit
mirabilia: ipse autem et vxor eius
intuebant'. Cumq; ascenderet flā-
ma altaris in celum, angelus do-
mini pariter in flamma ascendit.
Quod cū vidisset Manue, et vxor
eius, proni ceciderūt in terram, et
vltra eis non apparuit angelꝰ do-
mini. Statimq; intellexit Manue
angelum dñi esse, et dixit ad vxorē
suā, Morte moriemur, quia vidi-
mus dominum. Cui respōdit mu-
lier, Si dominus nos vellet occi-
dere, de manibus nostris holocau-
stum et libamenta non suscepisset,
nec ostendisset nobis hec oīa, neq;
ea que sunt ventura, dixisset. Pe-
perit itaq; filium, et vocauit nomē
eius Sampson. Creuitq; puer, et
benedixit ei dominus. Cepitq; spi-
ritus domini esse cum eo in castris
Dan inter Saraa et Esthaol.

CAPVT. XIIII.

Descēdit ergo Sampson in A
Thamnatha. vidensq; ibi
mulierem de filiabus Phi-
listiim, ascendit, et nuntiauit patri
suo, et matri sue, dicēs, Vidi mu-
lierem in Thamnatha de filiabus
Philistinorū: quam queso vt mihi
accipiatis vxorē. Cui dixerunt pa-
ter et mater sua, Nunquid non est
mulier in filiabus fratrum tuorū,
et ī omni populo tuo, quia vis ac-
cipere vxorē de Philistiim, qui in-
circūcisi sunt? Dixitq; Sampson
ad patrē suum, Hanc mihi accipe,
quia placuit oculis meis. Parētes
autem eius nesciebant ꝙ res a do-
mino fieret, et quereret occasionē
contra Philistiim. Eo enim tem-
pore Philistiim dominabātur Is-
raeli. Descēdit itaq; Sampson cū
patre suo et matre ī Thamnatha. B
Cūq; venissent ad vineas oppidi,
apparuit catulus leonis seuus, et
rugiens, et occurrit ei. Irruit autē
spiritus dñi in Sampson, et dila-
cerauit leonem, quasi hedū in fru-
sta decerperet, nihil omnino habēs
in manu, et hoc patri et matri no-
luit indicare. Descenditq;, et locu-
tus est mulieri que placuerat ocu-
lis eiꝰ. Et post aliquot dies reuer-
tens vt acciperet eā, declinauit vt
videret cadauer leonis, et ecce ex-
amen apū in ore leonis erat ac fa-
uus mellis. Quem cum sumpsisset
in manibus comedebat in via: ve-
niensq; ad patem suum et matrem,
dedit eis partem, qui et ipsi com-
ederunt: nec tamen eis voluit in-
dicare ꝙ mel de corpore leonis as-
sumpserat. Descendit itaq; pater
eius ad mulierem, et fecit filio suo
Sampson conuiuium. Sic enī iu-
uenes facere consueuerant. Cum C
ergo ciues loci illiꝰ vidissent eum,

dederũt ei sodales triginta qui es-
sent cũ eo. Quib⁹ locut⁹ est Sam-
pson, Proponã vobis problema:
quod si solueritis mihi intra septẽ
dies conuiuii, dabo vobis triginta
sindones, et totidem tunicas: sin
autem non potueritis soluere, vos
dabitis mihi triginta sindones, et
eiusdem numeri tunicas. Qui re-
sponderũt ei, Propone problema,
vt audiamus. Dixitq; eis, De cõ-
edente exiuit cibus, ⁊ de forti egres-
sa est dulcedo. Nec potuerunt per
tres dies propositionem soluere.
Cumq; adesset dies septimus, dixe-
runt ad vxorem Sampson, Blan-
dire viro tuo, et suade ei vt indicet
tibi quid significet problema. ꝙ si
facere nolueris, incendemus te, et
domũ patris tui. an idcirco voca-
stis nos ad nuptias vt spoliaretis?
Que fundebat apud Sampson la-
chrimas, ⁊ querebatur, dicẽs, Odi-
D sti me ⁊ non diligis, idcirco proble-
ma quod proposuisti filiis populi
mei, non vis mihi exponere. At ille
respondit, Patri meo et matri no-
lui dicere: et tibi indicare potero?
Septem igitur diebus cõuiuii, fle-
bat ante eũ: tandemq; die septimo
cum ei esset molesta, exposuit. Que
statim indicauit ciuib⁹ suis. Et illi
dixerunt ei die septimo ante solis
occubitum, Quid dulcius melle, et
quid forti⁹ leone? Qui ait ad eos,
Si nõ arassetis in vitula mea, nõ
inuenissetis propositionẽ meã. Ir-
ruit itaq; in eum spirit⁹ dñi, descẽ-
ditq; Ascalonem, ⁊ percussit ibi tri-
ginta viros: quoꝝ ablatas vestes
dedit his qui problema soluerant.
Iratusq; nimis ascendit in domũ
patris sui, vxor aũt ei⁹ accepit ma-
ritũ vnũ de amicis eius et ꝓnubis.

CAPVT. XV.

A Post aliquantulũ aũt tempo-
ris, cũ dies triticee messis in-
starẽt, venit Sampson inui-
sere volens vxorẽ suam, ⁊ attulit ei
hedum de capris. Cumq; cubiculũ
eius solito vellet intrare, prohibu-
it illũ pater illius dicens, Putaui
ꝙ odisses eam, ⁊ ideo tradidi illam
amico tuo: sed habet sororem, que
iunior et pulchrior illa est, sit tibi ꝓ
ea vxor. Cui Sampson respondit,
Ab hac die non erit culpa in me cõ-
tra Philisteos, faciam enim vobis
mala. Perrexitq; et cepit trecẽtas
vulpes, caudasq; earum iunxit ad
caudas, et faces ligauit in medio,
quas igne succẽdẽs dimisit, vt huc
illucq; discurrerẽt. Que statim per- B
rexerunt in segetes philistinorum.
Quib⁹ succensis, et cõportate iam
fruges, ⁊ adhuc stantes in stipula,
cõcremate sunt, intantũ vt vineas
quoq;, ⁊ oliueta flamma consume-
ret. Dixeruntq; Philistiim, Quis
fecit hanc rem? Quib⁹ dictum est,
Sampson gener Thãnathei, quia
tulit vxorẽ eius, et alteri tradidit,
hec operat⁹ est. Ascenderũtq; Phi-
listiim: et combusserunt tam muli-
erẽ ꝙ patrẽ eius. Quib⁹ ait Sãp-
son, Licet hec feceritis, tamen ad-
huc ex vobis expetam vltionem, et
tunc quiescam. Percussitq; eos in-
genti plaga, ita vt stupẽtes suram
femori imponerent. Et descendẽs
habitauit in spelunca petre Etam.
Igitur ascendentes Philistiim in
terram Iuda, castrametati sunt in
loco, qui postea vocatus est Lechi,
id est maxilla, vbi eoꝝ fusus est ex-
ercitus. Dixerũtq; ad eos de tribu C
Iuda, Cur ascendistis aduersum
nos? Qui responderũt, Vt ligem⁹
Sãpson venimus, et reddamus ei
que in nobis operat⁹ est. Descẽde-
rũt ergo tria millia viroꝝ de Iuda,
ad specũ silicis Etã, dixeruntq; ad
Sãpson, Nescis ꝙ Philistiim im-
perent nobis? quare ergo hoc face-
re voluisti? Quibus ille ait, Sicut
fecerũt mihi, sic feci eis. Ligare, in-
quiũt, te venimus, ⁊ tradere in ma-
nus Philistinoꝝ. Quib⁹ Samp-
son,

son, Jurate, ait, & spondete mihi, q non occidatis me. Dixerunt, Non te occidemus, sed vinctũ tradem9. Ligauerũtq; eum duob9 nouis funib9, et tulerũt eum de petra Etã. Qui cũ venisset ad locũ Maxille, et Philistiim vociferãtes occurrissent ei, irruit spiritus domini in eũ: et sicut solent ad ardorem ignis lina consumi, ita vincula quibus ligatus erat, dissipata sunt & soluta. Inuẽtamq; maxillam, id est mandibulam asini, que iacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros, et ait, In maxilla asini, in mandibula pulli asinarũ deleui eos, et percussi mille viros. Cũq; hec verba canẽs
D compleuisset, proiecit mandibulam de manu, et vocauit nomen loci illius Ramath lechi, quod interpretatur eleuatio maxille. Sitiensq; valde clamauit ad dominũ, et ait, Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atq; victoriã, & en siti morior, incidamq; in manus incircuncisorum. Aperuit itaq; dñs molarem dentem in maxilla asini, et egresse sunt ex eo aque. Quibus haustis refocillauit spiritum suũ, & vires recepit. Idcirco appellatum est nomen loci illius, Fons inuocantis de maxilla: vsque in presentem diẽ. Judicauitq; Israel in diebus Philistiim viginti annis.

CAPVT. XVI.

A Abiit quoq; in Gazã, et vidit ibi mulierẽ meretricẽ, ingressusq; est ad eam. Qđ cũ audissent Philistiim, et percrebuisset apud eos, intrasse vrbem Sampson, circundederũt eum, positis in porta ciuitatis custodibus: et ibi tota nocte cum silẽtio prestolantes, vt facto mane exeuntẽ occiderẽt. Dormiuit aũt Sãpson vsq; ad medium noctis, et inde consurgens apprehendit ambas porte fores cum postibus suis et sera, impositasq; humeris suis portauit ad verticẽ montis qui respicit Hebron. Post hec amauit mulierem, que habitauit in valle Sorech, et vocabatur Dalila. Veneruntq; ad eam principes Philistinorum, atq; dixerunt, Decipe eum, et disce ab illo in quo habeat tantam fortitudinem, et quomodo eum superare valeamus, et vinctũ affligere: Qđ si feceris, dabim9 tibi singuli mille et centum argenteos. Locuta est
ergo Dalila ad Sãpson, Dic mihi B
obsecro, ĩ quo sit tua maxima fortitudo, et quid sit quo ligatus erũpere nequias. Cui respondit Sãpson, Si septem neruiceis funibus necdum siccis, et adhuc humentib9 ligatus fuero, infirmus ero vt ceteri homines. Attuleruntq; ad eam satrape Philistinorum septem funes, vt dixerat: quib9 vinxit eum, latentib9 apud se insidiis, et in cubiculo finem rei expectantib9: clamauitq; ad eũ, Philistiim super te Sãpson. Qui rupit vincula quomodo si rumpat quis filum de stupa tortum sputamine cum odorem ignis acceperit: et non est cognitũ in quo esset fortitudo eius. Dixitq; ad eum Dalila, Ecce illusisti mihi, et falsum locutus es: saltem nunc indica mihi quo ligari debeas. Cui ille respõdit, Si ligatus fuero no-
uis funibus, qui nunquam fuerũt C
in opere, infirmus ero, et aliorum hominum similis. Quibus rursum Dalila vinxit eũ, & clamauit, Philistiim super te Sampson: in cubiculo insidiis preparatis. Qui ita rupit vincula quasi fila telarũ. Dixitq; Dalila rursum ad eũ, Vsquequo decipis me, & falsum loqueris? Ostende quo vinciri debeas. Cui respondit Sampson, Si, inquit, septẽ crines capitis mei cum licio plexueris, et clauum his circumligatum terre fixeris, infirmus ero. Quod cum fecisset Dalila, dixit ad eum, Philistiim super te Sãpson.

Qui

Qui consurgens de somno extraxit
clauum cũ crinibus ꝛ licio. Dixitq;
D ad eum Dalila, Quomodo dicis ꝙ
amas me, cum animus tuus nõ sit
mecum? Per tres vices mentitus
es mihi, et noluisti dicere in quo sit
maxima fortitudo tua. Cumq; mo-
lesta esset ei, et per multos dies iu-
giter adhereret, spacium ad quietẽ
non tribuens, defecit anima eius, ꝛ
ad mortem vsque lassata est. Tunc
aperiẽs veritatem rei, dixit ad eã,
Ferrum nunquã ascẽdit super ca-
put meum, quia Nazareus, id est,
consecratus domino sum de vtero
matris mee: si rasum fuerit caput
meum, recedet a me fortitudo mea,
et deficiam, eroq; sicut ceteri homi-
nes. Vidensq; illa ꝙ cõfessus ei esset
omnẽ animũ suum, misit ad prin-
cipes Philistinorum ac mandauit,
E Ascendite adhuc semel, quia nunc
mihi aperuit cor suum. Qui ascen-
derunt assumpta pecunia quã pro-
miserant. At illa dormire eum fecit
super genua sua, et in sinu suo re-
clinare caput. Vocauitq; tõsorem,
et rasit septem crines eius: et cepit
abigere eum, et a se repellere: sta-
tim enim ab eo fortitudo discessit:
dixitq;, Philistiim sup te Sãpson.
Qui de somno cõsurgens, dixit in
animo suo, Egrediar sicut ante fe-
ci, ꝛ me excutiam: nesciens ꝙ reces-
sisset ab eo dñs. Quem cum appre-
hendissent Philistiim, statim erue-
runt oculos eius, et duxerũt Gazã
vinctum catenis, ꝛ clausum in car-
F cere molere fecerunt. Jamq; capilli
eius renasci ceperant, et principes
Philistinorũ conuenerunt in vnũ,
vt immolarẽt hostias magnificas
Dagon deo suo, ꝛ epularentur, di-
Ps. 82. c centes, Tradidit deus noster ini-
micum nostrum Sampson in ma-
nus nostras. Quod etiam popul⁹
videns, laudabat deum suum, ea-
dẽq; dicebat, Tradidit deus noster
aduersarium nostrũ in manus no-
stras, qui deleuit terram nostram,
et occidit plurimos. Letantesq; per
conuiuia, sumptis iam epulis pre-
ceperunt vt vocaretur Sampson,
et ante eos luderet. Qui adductus
de carcere ludebat ante eos, fece-
runtq; eum stare inter duas colũ-
nas. Qui dixit puero regenti gres-
sus suos, Dimitte me, vt tangam
colũnas quib⁹ oĩs imminet dom⁹,
et recliner super eas, ꝛ paululũ re-
quiescã. Dom⁹ aũt erat plena vi- G
rorũ ac mulierũ, ꝛ erant ibi omnes
principes Philistinorum, ac de te-
cto et solario circiter tria millia v-
triusq; sexus spectantes ludentem
Sampson. At ille inuocato domi-
no ait, Domine deus meus memẽ-
to mei, et redde mihi nunc fortitu-
dinem meam pristinã deus meus,
vt vlciscar me de hostibus meis, et
pro amissione duor luminũ vnam
vltionem recipiam. Et apprehen-
dens ambas columnas, quibus in-
nitebatur domus, alteramq; earũ
dextera, et alteram leua tenẽs, ait,
Moriatur anima mea cum Phili-
stiim. Concussisq; fortiter colũnis,
cecidit domus super omnes princi-
pes, et ceteram multitudinem que
ibi erat: Multoq; plures interfecit
moriens, ꝙ ante viuus occiderat.
Descendentes autẽ fratres eius, ꝛ
vniuersa cognatio tulerũt corpus
eius, et sepelierunt inter Saraa et
Esthaol i sepulchro patris sui Ma-
nue, iudicauitq; Israel viginti ãnis.

CAPVT. XVII.

Fuitq; eo tempore vir quidam
de mõte Ephrai nomine Mi- A
chas, qui dixit matri sue, Mil-
le et centum argenteos quos sepa-
raueras tibi, ꝛ super quib⁹ me au-
diente iuraueras, ecce ego habeo, ꝛ
apud me sunt. Cui illa respondit,
Benedictus filius meus domino.
Reddidit ergo eos matri sue, que
dixerat ei, Consecraui, et voui hoc
argentũ domino, vt de manu mea
suscipiat

suscipiat filius meus, ꝛ faciat scul=
ptile atq; conflatile: et nunc trado
illud tibi. Reddidit igitur eos ma=
B tri sue, que tulit ducētos argente=
os, et dedit eos argentario, vt fa=
ceret ex eis sculptile atq; cōflatile,
quod fuit in domo Miche. Qui e=
diculam quoq; in ea deo separauit,
et fecit ephot et theraphim, id est
vestem sacerdotalem, et idola: im=
pleuitq; vnius filiorū suorum ma=
num, et factus est ei sacerdos. In
diebus illis non erat rex in Israel,
C sed vnusquisq; quod sibi rectū vi=
debatur, hoc faciebat. Fuit quoq;
in tempore illo alter adolescens de
Bethleē Juda ex cognatione eius:
eratq; ipse Leuites, et habitabat
ibi. Egressusq; de ciuitate Bethleē,
peregrinari voluit vbicūq; sibi cō=
modum reperisset. Cumq; venisset
in montem Ephraim iter faciens,
et declinasset parūper in domū Mi=
che, interrogatus est ab eo vnde
venisset. Qui respondit, Leuita
sum de Bethleem Juda, et vado vt
habitem vbi potuero et vtile mihi
esse prospexero. Dixitq; Michas,
D Mane apud me (inquit) ꝛ esto mi=
hi parens ac sacerdos: daboq; tibi
per annos singulos decē argēteos,
ac vestem duplicem, ꝛ que ad victū
sunt necessaria. Acquieuit, et man=
sit apud hominem, fuitq; illi quasi
vnus de filiis. Impleuitq; Michas
manum eius, ꝛ habuit puerum sa=
cerdotem apud se, Nunc scio, di=
cens, q benefaciet mihi deus ha=
benti Leuitici generis sacerdotem.

CAPVT. XVIII.

A In dieb⁹ illis nō erat rex in Is=
rael, ꝛ trib⁹ Dan querebat pos=
sessionē sibi, vt habitaret in ea.
Usque ad illū enim diem inter ce=
teras tribus sortem non acceperat.
Miserunt ergo filii Dan stirpis et
familie sue quinque viros fortissi=
mos de Saraa ꝛ Esthaol, vt explo=
rarēt terrā, ꝛ diligenter inspicerēt:
dixeruntq; eis, Ite, et considerate
terram. Qui cum pergētes venis=
sent in montem Ephraim, et in=
trassent domum Miche, requieue=
runt ibi: et agnoscentes vocē ado=
lescētis Leuite, vtētesq; illi⁹ diuer=
sorio dixerunt ad eū, Quis te huc
adduxit? qd hic agis? quā ob causā
huc venire voluisti? Qui respōdit
eis, Hec et hec prestitit mihi Mi=
chas, ꝛ me mercede cōduxit, vt sim
ei sacerdos. Rogauerūt autē eū vt B
consuleret dnm, et scire possent an
prospero itinere pergerēt, ꝛ res ha=
beret effectū. Qui respōdit eis, Ite
cum pace, dominus respicit viam
vestram, et iter quo pergitis. Eū=
tes igit quinq; viri venerūt Lais:
videruntq; populum habitantem
in ea absq; vllo timore, iuxta con=
suetudinem Sidoniorum, securū
et quietum, nullo eis penitus re=
sistente, magnarumq; opū, et pro=
cul a Sidone atq; a cūctis homini=
b⁹ separatū. Reuersiq; ad fratres
suos in Saraa et Esthaol, quid
egissent sciscitātibus responderūt,
Surgite, ꝛ ascendam⁹ ad eos. Ui= C
dimus enim terrā valde opulentā
et vberem: nolite negligere, nolite
cessare. eam⁹, et possideam⁹ eā, nul=
lus erit labor. Intrabim⁹ ad secu=
ros in regionē latissimā, tradetq;
nobis dns locū, in q nullius rei est
penuria eorū q gignūtur in terra.
Profecti igitur sunt de cognatione
Dā, id ē de Saraa ꝛ Esthaol sexcē=
ti viri accincti armis bellicis, ascē=
dentesq; māserūt in Cariathiarim
Iude: q locus ex eo tēpore Castrorū
Dā, nomē accepit, ꝛ est post tergū
Cariathiarim. Inde transierūt in D
montem Ephraim. Cūq; venissent
ad domum Miche, dixerūt quinq;
viri qui prius missi fuerāt ad cōsi=
derandā terrā Lais, ceteris fratri=
bus suis, Nostis q in domib⁹ istis
sit ephot, theraphi, ꝛ sculptile atq;
cōflatile, videte qd vobis placeat.

Et

Et cum paululum declinassent, in-
gressi sunt domū adolescentis Le-
uite, qui erat in domo Miche, salu-
taueruntq; eum verbis pacificis.
Sexcenti aūt viri ita vt erant ar-
mati, stabant ante ostiū. At illi qui
E ingressi fuerant domum iuuenis,
sculptile & ephot & theraphim, atq;
conflatile tollere nitebātur, et sa-
cerdos stabat ante ostium, sexcētis
viris fortissimis haud ꝓcul expe-
ctantibus. Tulerūt igitur qui in-
trauerant, sculptile, ephot et idola
atq; conflatile. Quib⁹ dixit sacer-
dos, Quid facitis? Cui responde-
runt, Tace, et pone digitum super
os tuum, veniq; nobiscum, vt ha-
beamus te patrem ac sacerdotem.
Quid tibi melius est, vt sis sacer-
dos in domo vnius viri, an in vna
tribu et familia in Israel? Quod
cum audisset, acquieuit sermonib⁹
eorum, et tulit ephot et idola ac
sculptile, et profectus est cum eis.
Qui cum pergerent, et ante se ire
fecissent paruulos ac iumenta, et
omne quod erat pretiosum, iamq;
a domo Miche essent procul, viri
qui habitabant in edib⁹ Miche cō-
clamantes secuti sunt, et post ter-
gum clamare ceperunt. Qui cum
respexissent, dixerūt ad Micham,
Quid tibi vis? cur clamas? Qui
F respondit, Deos meos quos mihi
feci tulistis, et sacerdotē, et omnia
que habeo, & dicitis, Quid tibi est?
Dixeruntq; ei filii Dan, Caue ne
vltra loquaris ad nos, et veniant
ad te viri animo concitati, et ipse
cum omni domo tua pereas. Et sic
cepto itinere perrexerunt. Videns
aūt Michas ꝙ fortiores se essent,
reuersus est in domū suam. Sex-
centi autem viri tulerunt sacerdo-
tem, et que supra diximus: vene-
runtq; in Lais ad populum quie-
scentem atq; securum, et percusse-
runt eos in ore gladii: vrbemq; in-
cendio tradiderunt, nullo penitus
ferente presidium, eo ꝙ procul ha-
bitarent a Sidone, et cū nullo ho- G
minum haberent quicquam socie-
tatis ac negotii. Erat autem ciui-
tas sita in regione Roob, quā rur-
sum extructes habitauerūt in ea,
vocato nomine ciuitatis Dan, iu-
xta vocabulum patris sui quē ge-
nuerat Israel, que prius Lais di-
cebat. Posueruntq; sibi sculptile,
& Ionathā filiū Gersan filii Moy-
si, ac filios eius sacerdotes in tribu
Dan, vsq; ad diē captiuitatis sue.
Mansitq; apud eos idolum Miche
omni tempore quo fuit domus dei
in Silo. In diebus illis non erat
rex in Israel.

CAPVT. XIX.

FUit quidam vir Leuites, ha- A
bitās in latere mōtis Ephra-
im, ꝗ accepit vxorem de Beth-
leem Iuda: que reliquit eum, & re-
uersa est i domū patris sui i Beth-
leem, mansitq; apud eum quatuor
mensibus. Secutusq; est eam vir
suus, volens reconciliari ei, atq;
blandiri et secum reducere, habens
in comitatu puerū & duos asinos:
que suscepit eum, et introduxit in
domum patris sui. Quod cum au-
disset socer ei⁹, eumq; vidisset, oc-
currit ei letus, & amplexat⁹ est ho-
minem. Mansitq; gener in domo
soceri tribus diebus comedēs cum
eo et bibens familiariter. Die aūt
quarto de nocte consurgens, pro-
ficisci voluit. Quem tenuit socer,
et ait ad eum, Gusta prius pusillū B
panis, et conforta stomachum, et
sic proficisceris. Sederūtq; simul,
ac comederunt et biberūt. Dixitq;
pater puelle ad generū suū, Queso
te, vt hodie hic maneas, pariterq;
letemur. At ille consurgens, cepit
velle proficisci. Et nihilomin⁹ ob-
nixe eū socer tenuit, et apud se fe-
cit manere. Mane autē facto, pa-
rabat Leuites iter. Cui socer rur-
sum, Obsecro (inquit) vt paululū
cibi

cibi capias, et assumptis viribus,
donec increscat dies, postea profi=
ciscaris. Comederunt ergo simul.
Surrexitq; adolescēs, vt pergeret
cū vxore sua et puero. Cui rursum
C locutus est socer, Cōsidera ꝙ dies
ad occasum decliuior sit, ꝛ propin=
quat ad vesperum: mane apud me
etiam hodie, et duc letum diem, et
cras proficisceris, vt vadas in do=
mum tuam. Noluit gener acquie=
scere sermonibus eius, sed statim
surrexit, et venit contra Hiebus,
que altero noīe vocatur Hierusa=
lem, ducens secum duos asinos o=
nustos et concubinam. Iamq; ad=
erant iuxta Hiebus, et dies muta=
batur in noctē: Dixitq; puer ad do=
minum suum, Ueni obsecro, decli=
nemus ad vrbem Hiebuseorum, et
maneamꝰ in ea. Cui respondit do=
minus, Non ingrediar oppidum
gentis aliene, que non est de filiis
Israel, sed transibo vsq; Gabaa,
et cum illuc peruenero manebimꝰ
in ea, aut certe ī vrbe Rama. Trāsi=
erunt ergo Hiebus, ꝛ ceptum car=
D pebāt iter, occubuitq; eis sol iuxta
Gabaa, que est in tribu Bēiamin:
diuerteruntq; ad eam, vt manerēt
ibi. Quo cum intrassent, sedebant
in platea ciuitatis, et nullus eos
recipere volebat hospitio. Et ecce,
apparuit homo senex, reuertēs de
agro ꝛ de opere suo vesperi, qui et
ipse de mōte erat Ephraim, et pe=
peregrinꝰ habitabat in Gabaa. Ho=
mines autem regionis illius erant
filii Iemini. Eleuatisq; oculis, vi=
dit senex sedētem hominē cum sar=
cinulis suis in platea ciuitatis, et
dixit ad eū, Unde venis? ꝛ quo va=
E dis? Qui respōdit ei, Profecti su=
mus de Bethleem Iuda, et pergi=
mus ad locum nostrum, qui est in
latere montis Ephraim, vnde ie=
ramus in Bethleem: et nūc vadi=
mus ad domum dei, nullusq; sub
tectum suū nos vult recipere, ha=
bētes paleas ꝛ fenum in asinorum
pabulū, ꝛ panem ac vinū in meos
et ancille tue vsus, ꝛ pueri qui me=
cum est: nulla re indigemus, nisi
hospitio. Cui respōdit senex, Pax
tecum sit, ego prebebo omnia que
necessaria sunt, tātum queso ne in
platea maneas. Introduxitq; eū
in domum suam, et pabulum asi=
nis prebuit, ac postquam lauerūt
pedes suos, recepit eos in conuiui=
um. Illis epulantibus, et post la= F
borem itineris, cibo et potu refici=
entibus corpora, venerunt viri ci=
uitatis illiꝰ filii Belial, id est absq;
iugo, et circundantes domum se=
nis, fores pulsare ceperūt clamā=
tes ad dominum domus, atq; di=
centes, Educ virum qui ingressus
est domum tuam, vt abutamur eo.
Egressusq; est ad eos senex, et ait,
Nolite fratres nolite facere malū
hoc, quia ingressus est homo ho=
spitium meū, et cessate ab hac stul=
titia: habeo filiam virginē, et hic
homo habet concubinam, educam
eas ad vos, vt humilietis eas, et
vestram libidinem compleatis, tā=
tum obsecro ne scelus hoc contra
naturam operemini in virū. No=
lebant acquiescere sermonibus il=
lius: quod cernens homo, eduxit
ad eos concubinā suam, ꝛ eis tra=
didit illudendam: Qua cum tota
nocte abusi essent, dimiserunt eam
mane. At mulier recedentibus te=
nebris, venit ad ostium domꝰ, vbi G
manebat dominus suus, ꝛ ibi cor=
ruit. Mane facto, surrexit homo,
ꝛ aperuit ostium, vt ceptam exple=
ret viam, ꝛ ecce concubina eius ia=
cebat ante ostium, sparsis in limi=
ne manibus. Cui ille, putans eam
quiescere, loquebatur, Surge, vt
ambulemus. Qua nihil respōden=
te, intelligēs ꝙ erat mortua, tulit
eam, et imposuit asino, reuersusq;
est in domū suam. Quā cum esset
ingressus, arripuit gladium, et ca=

dauer vxoris cũ ossibus suis i duodeci partes ac frusta concidẽs, misit in oẽs terminos Israel. Qđ cũ vidissent singuli cõclamabãt, Nũquã res talis facta est in Israel, ex eo die quo ascẽderũt patres nostri de Egypto, usq; in presens tẽpus: ferte sententiã, & in cõmune decernite quid facto opus sit.

CAPVT. XX.

A Egressi itaq; sunt omnes filii
Osee 10c Israel, & pariter congregati quasi vir unus de Dan usq; Bersabee, & terra Galaad ad dñm in Masphà: omnesq; anguli populorum, et cuncte tribus Israel in ecclesiam populi dei conuenerunt quadringẽta millia peditũ pugnatorum. Nec latuit filios Bẽiamin q; ascendissent filii Israel in Maspha. Interrogatusq; Leuita maritus mulieris interfecte quomodo tantum scelus perpetratum esset: respondit, Ueni in Gabaa Beniamin cum vxore mea, illucq; diuerti: et ecce, homines ciuitatis illius circundederunt nocte domũ in qua manebam, volentes me occidere, et vxorẽ meam incredibili furore libidinis vexãtes, deniq; mortua est. Quam arreptam, in frusta cõcidi, misiq; partes in omnes terminos possessionis vestre, quia nunquam tantum nefas, et tam grande piaculum factũ est in Israel. Adestis omnes filii Israel, decernite quid facere debeatis. Stãsq; oĩs populus, et quasi vni⁹ hominis sermone respondit, Non recedemus in tabernacula nostra, nec suam quisquam intrabit domum, sed hoc cõtra Gabaa in commune faciem⁹, Decem viri eligantur e centum, ex
B omnibus tribubus Israel, et centum de mille, et mille de decẽ millibus, vt cõportent exercitui cibaria: et possimus pugnare contra Gabaa Bẽiamin, & reddere ei pro scelere quod meretur. Conuenitq; vniuersus Israel ad ciuitatẽ, quasi homo vnus eadem mẽte, vnoq; consilio, et miserunt nuntios ad omnem tribum Beniamin, qui dicerẽt, Cur tantum nefas in vobis repertum est? Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, vt moriãtur, et auferatur malum de Israel. Qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israel audire mandatum, sed ex cunctis vrbibus que sortis sue erant, conuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium, et contra vniuersum populum Israel dimicarent. Inuentiq; sunt vigitiquinq; millia de Beniamin educentium gladium preter habitatores Gabaa, qui septingẽti erant viri fortissimi, ita sinistra vt dextra preliantes: et sic fundis lapides ad certum iaciẽtes, vt capillum quoq; possent percutere, et nequaquam in alteram partẽ ict⁹ lapidis deferretur. Virorũ quoq; C
Israel absq; filiis Beniamin inuẽta sunt quadringẽta millia educẽtium gladios, & paratorum ad pugnam. Qui surgẽtes venerunt in domum dei, hoc est in Silo: consulueruntq; dominum, atq; dixerũt, Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Bẽiamin? Quibus respõdit domin⁹, Iudas sit dux vester. Statimq; filii Israel surgentes, mane castrametati sunt iuxta Gabaa: et inde procedẽtes ad pugnã contra Beniamin, vrbem oppugnare ceperũt. Egressiq; filii Bẽiamin de Gabaa, occiderunt de filiis Israel die illo vigintiduo millia virorũ. Rursum filii Israel & fortitudine, et numero confidentes, in eodẽ loco in quo prius certauerãt, aciem direxerũt: ita tamen vt prius ascenderent, et flerent coram domino vsq; ad noctem: consulerentq; eum, & dicerẽt, Debeo vltra procedere ad dimicãdũ cõtra filios Beniamin fratres nostros

ſtros, an non? Quibus ille reſpon-
D dit, Aſcendite ad eos, et inite cer-
tamen. Cumq; filii Iſrael altera
die contra filios Beniamin ad pre-
lium proceſſiſſent, eruperunt filii
Beniamin de portis Gabaa, ⁊ oc-
currentes eis, tanta in illos cede
bacchati ſunt, vt decem ⁊ octo mil-
lia virorum educentium gladium
proſternerēt. Quamobrem oēs fi-
lii Iſrael venerunt in domum dei,
et ſedētes flebant coram domino:
ieiunaueruntq; die illo vſq; ad ve-
ſperam, et obtulerunt ei holocau-
ſta, atq; pacificas victimas, et ſu-
per ſtatu ſuo interrogauerunt. Eo
tempore ibi erat arca federis do-
mini, et Phinees filius Eleazari
filii Aarō prepoſitus domus. Cō-
ſuluerūt igitur dominum, atq; di-
xerunt, Exire vltra debem⁹ ad pu-
gnam contra filios Beniamin fra-
tres noſtros, an quieſcere? Qui-
bus ait dominus, Aſcendite, cras
enim tradā eos in man⁹ veſtras.
Poſueruntq; filii Iſrael inſidias per
circumitum vrbis Gabaa, ⁊ tertia
vice, ſicut ſemel et bis, contra Bē-
iamin exercitum produxerūt. Sed
E et filii Beniamin audacter erupe-
runt de ciuitate, et fugientes ad-
uerſarios longius perſecuti ſunt,
ita vt vulnerarent ex eis ſicut pri-
mo die et ſecundo, et cederent per
duas ſemitas vertētes terga, qua-
rum vna ferebatur in Bethel, ⁊ al-
tera in Gabaa, atq; proſternerent
triginta circiter viros. Putauerūt
enim ſolito eos more cedere. Qui
fugā arte ſimulantes inierunt cō-
ſilium, vt abſtraherent eos de ci-
uitate, ⁊ quaſi fugiētes ad ſupradi
ctas ſemitas perducerēt. Oēs itaq;
filii Iſrael ſurgentes de ſedibus
ſuis, tetenderunt aciem in loco qui
vocat Baalthamar. Inſidie quoq;
que circa vrbē erāt, paulatī ſe ape-
rire ceperūt, et ab occidētali vrbis
parte procedere. Sed ⁊ alia decem
millia virorum de vniuerſo Iſra-
el habitatores vrbis ad certamina
prouocabāt. Ingrauatūq; eſt bel-
lum contra filios Beniamin, et nō
intellexerunt q ex omni parte illis
inſtaret interitus. Percuſſitq; eos
dn̄s in conſpectu filiorum Iſrael,
et interfecerūt ex eis in illo die vi-
gintiquinq; millia, et centū viros,
omnes bellatores et educētes gla-
dium. Filii aūt Beniamin cum ſe
inferiores eſſe vidiſſent, ceperunt
fugere. Quod cernētes filii Iſra- F
el, dederunt eis ad fugiendum lo-
cum, vt ad preparatas inſidias de-
uenirent, quas iuxta vrbem poſu-
erant. Qui cum repente de latibu-
lis ſurrexiſſent, ⁊ Beniamin terga
cedentibus daret, ingreſſi ſunt ci-
uitatem, ⁊ percuſſerunt eam in ore
gladii. Signum aūt dederaut filii
Iſrael his quos in inſidiis collo-
cauerant, vt poſtquam vrbem ce-
piſſent, ignem accēderent, vt aſcē-
dente in altum fumo, captam vrbē
demonſtrarent. Quod cum cerne-
rent filii Iſrael in ipſo certamine
poſiti (putauerunt enim filii Ben-
iamin eos fugere, et inſtanti⁹ per-
ſequebantur, ceſis de exercitu eoꝝ
trigīta viris) ⁊ viderunt quaſi co-
lumnā fumi de ciuitate conſcende-
re, Beniamin quoq; reſpiciens re-
tro, cum captam cerneret ciuitatē,
et flammas in ſublime ferri: q̄ pri⁹
ſimulauerant fugam, verſa facie
fortius reſiſtebant. Quod cum vi-
diſſent filii Beniamin, in fugam
verſi ſunt, et ad viā deſerti ire ce-
perūt, illuc quoq; eos aduerſariis
perſequentibus. Sed et hi qui vr- G
bem ſuccenderant, occurrerūt eis.
Atq; ita factū eſt, vt ex vtraq; par-
te ab hoſtibus cederentur, nec erat
vlla requies morientium. Cecide-
runt atq; proſtrati ſunt ad oriēta-
lem plagā vrbis Gabaa. Fuerunt
aūt qui ī eodē loco interfecti ſunt,
decem et octo millia virorū, omnes

robustissimi pugnatores. Qđ cū
vidissent qui remāserāt de Benia=
min, fugerūt in solitudinē: et per=
gebant ad petram, cui⁹ vocabulū
est Remmon. In illa quoq; fuga
palātes, et in diuersa tendētes, oc=
ciderūt quinq; millia viros. Et cū
vltra tēderēt psecuti sunt eos, & in=
terfecerūt etiā alia duo millia. Et
sic factū est, vt oēs qui ceciderant
de Bēiamin in diuersis locis, essēt
vigintiquinq; millia pugnatores
ad bella promptissimi. Remāserūt
itaq; de omni numero Beniamin,
q̄ euadere potuerūt, & fugere in so=
litudinē, sexcēti viri, sederuntq; in
petra Remmon mensibus qua=
tuor. Regressi autem filii Israel,
omnes reliquias ciuitatis a viris
vsq; ad iumenta gladio percusse=
rūt, cunctasq; vrbes & viculos Bē=
iamin vorax flamma consumpsit.

CAPVT. XXI.

A IUrauerūt quoq; filii Israel in
Maspha, & dixerūt, Nullus no=
strū dabit filiis Beniamin de fi
liabus suis vxorē. Venerūtq; oēs
ad domū dei in Silo, et in conspe=
ctu eius sedentes vsq; ad vesperā,
leuauerūt vocem, & magno vlula=
tu ceperūt flere, dicentes, Quare
dñe de⁹ Israel factū est hoc malū i
ppulo tuo, vt hodie vna trib⁹ au=
ferret ex nobis? Altera autē die di
luculo cōsurgētes, extruxerūt alta
re, obtulerūtq; ibi holocausta, & pa
cificas victimas, et dixerūt, Quis
nō ascendit in exercitū dñi de vni=
uersis tribub⁹ Israel? Grādi enim
iuramēto se cōstrinxerāt, cū essent
in Maspha, interfici eos qui defu=
issent. Ductiq; penitētia filii Isra=
el sup fratre suo Bēiamin, ceperūt
B dicere, Ablata est trib⁹ vna de Is=
rael, vnde vxores accipiēt? Oēs e=
nim in cōmune iurauim⁹ nō datu=
ros nos his filias nostras. Idcir=
co dixerūt, Quis est de vniuersis
tribub⁹ Israel q̄ nō ascēdit ad dñm
in Maspha? Et ecce inuēti sūt ha=
bitatores Iabes Galaad i illo ex=
ercitu nō fuisse. Eo quoq; tēpore
cum essent in Silo, null⁹ ex eis ibi
repertus est. Miserūt itaq; decem
millia viros robustissimos, et pce=
perūt eis, Ite et pcutite habitato=
res Iabes Galaad in ore gladii, tā
vxores, q̄ paruulos eorū. Et hoc e=
rit qđ obseruare debebitis, Omne
generis masculini, & mulieres que
cognouerūt viros, interficite: vir=
gines autē reseruate. Inuētęq; sūt
de Iabes Galaad quadrigēte vir=
gines, que nescierūt viri thorū, et
adduxerūt eas ad castra in Silo, i
terrā Chanaā. Miserūtq; nūtios
ad filios Bēiamin, q̄ erāt in petra
Rēmon, et preceperūt eis, vt eas
susciperēt in pace. Venerūtq; filii
Beniamin in illo tēpore, & date sūt
eis vxores de filiabus Iabes Ga=
laad: alias aūt nō repererūt, quas
simili modo traderēt. Vniuersusq;
Israel valde doluit, & egit penitē= C
tiā sup interfectione vni⁹ trib⁹ ex Is
rael. Dixeruntq; maiores natu,
Quid faciem⁹ reliq̄s, qui nō acce=
perūt vxores? Oēs in Bēiamin fe=
mine cōciderūt, & magna nobis cu=
ra ingētiq; studio puidēdū est, ne
vna trib⁹ deleat ex Israel. Filias
enim nostras eis dare nō possum⁹
cōstricti iuramēto, et maledictione
qua dixim⁹, Maledict⁹ q̄ dederit de
filiab⁹ suis vxorē Bēiamin. Cepe=
rūtq; cōsiliū, atq; dixerūt, Ecce so=
lēnitas dñi est in Silo anniuersa=
ria, que sita est ad septētrionē vr=
bis Bethel, ad orientalem plagam
vie, que de Bethel tēdit ad Sichi=
mā, et ad meridiē oppidi Lebona.
Preceperūtq; filiis Beniamin, at=
q; dixerūt, Ite et latitate in vine=
is. Cumq; videritis filias Silo ad
ducendos choros ex more proce=
dere, exite repēte de vineis, & rapi=
te ex eis singuli vxores singulas,
et pergite in terram Beniamin.

Cumq;

Cumq̃ venerint patres earũ, ac
D fratres, & aduersum vos queri ce-
perint, atq̃ iurgari, dicemus eis,
Misereminì eorũ: non enim rapu-
erũt eas iure bellantiũ, atq̃ victo-
rũ, sed rogãtib9 vt acciperent, nõ
dedistis, et a vestra parte peccatũ
est. Fecerũtq̃ filii Beniamin vt sibi
fuerat imperatum: et iuxta nume-
rum suũ rapuerunt sibi de his que
ducebant choros vxores singulas:
abierũtq̃ in possessionẽ suam edifi-
cantes vrbes et habitantes in eis.
Filii quoq̃ Israel reuersi sunt per
tribus, et familias in tabernacula
sua. In diebus illis non erat rex in
Israel: sed vnusquisq̃ quod sibi
rectum videbatur hoc faciebat.

FINIS.

LIBER PSALMORVM.

¶ Psalmus. I.



EATVS VIR
q̃ non abiit in con-
silio impiorũ, et in
via peccatorũ non
stetit, & in cathedra
pestilentie nõ sedit.
Hie.17 b Sed in lege domi-
ni volũtas eius: et in lege eius me-
ditabitur die ac nocte.
Et erit tanquam lignũ qđ plãtatũ
est secus decursus aquarum: quod
fructum suũ dabit in tempore suo.
Et folium eius non defluet: et oĩa
quecunq̃ faciet, prosperabuntur.
Non sic impii, non sic: sed tanquã
puluis quem proiicit ventus a fa-
cie terre.
Ideo nõ resurgẽt impii in iudicio:
neq̃ peccatores in cõcilio iustorũ.
Quoniã nouit dominus viam iu-
storum: et iter impiorum peribit.

¶ Psalmus Dauid. II.

Q Vare fremuerũt gentes: & Actu.4.
populi meditati sũt inania?
Astiterunt reges terre, et
principes cõuenerũt in vnũ aduer-
sus dñm & aduersus Christũ eius.
Dirũpamus vincula eorũ, & proii-
ciamus a nobis iugum ipsorum.
Qui habitat in celis irridebit eos:
et dominus subsannabit eos.
Tunc loquetur ad eos in ira sua: &
in furore suo conturbabit eos.
Ego autem cõstitutus sum rex ab
eo super Sion montẽ sanctũ eius,
predicans preceptum eius.
Dominus dixit ad me, Filius me- Act. 13.e
us es tu, ego hodie genui te. Heb. 1. b
Postula a me, et dabo tibi gentes et. 5. b
hereditatem tuam, et possessionem
tuam terminos terre.
Reges eos in virga ferrea, et tan- Apo.2.g
quam vas figuli confringes eos. et.19.c
Et nunc reges intelligite: erudi-
mini qui iudicatis terram.
Seruite domino in timore: & exul-
tate ei cum tremore.
Apprehendite disciplinã, nequando
irascat̃ dñs, & pereatis de via iusta
Cũ exarserit in breui ira eius. beati
omnes qui confidunt in eo.

¶ Psalmus Dauid cum fugeret à
facie Absalom filii sui. III.

D Omine qđ multiplicati sũt
qui tribulant me, multi in-
surgunt aduersum me?
Multi dicunt anime mee,
Non est salus ipsi in deo eius.
Tu autem dñe susceptor meus es,
gloria mea, et exaltans caput meũ.
Voce mea ad dominum clamaui: &
exaudiuit me de monte sancto suo. Ioan.2.d
Ego dormiui, et soporatus sum: et
exurrexi: quia domin9 suscepit me.
Non timebo millia populi circun-
dantis me, exurge domine: saluum
me fac deus meus.
Quoniam tu percussisti omnes ad-
uersantes mihi sine causa: dentes
peccatorum contriuisti.

Domini

Domini est salus: et super populum tuum benedictio tua.

¶ In finē in carminibꝰ, Psalmus David. IIII.

CUm invocarē exaudivit me deus iustitie mee: in tribulatione dilatasti mihi.
Miserere mei: ⁊ exaudi orationem meam.
Filii hominū, usquequo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, et queritis mendacium?
Et scitote quoniā mirificavit dominus sanctum suū: dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.
Ephe.4 f Irascimini, et nolite peccare: que dicitis in cordibꝰ vestris, et in cubilibus vestris compungimini.
Sacrificate sacrificium iustitie, et sperate in domino. multi dicunt, Quis ostendet nobis bona?
Signatū est sup nos lumen vultꝰ tui dñe: dedisti letitiā in corde meo.
A fructu frumenti, vini, et olei sui multiplicati sunt.
In pace in idipsum dormiam et requiescam,
Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.

¶ In finem pro ea que hereditatem cōsequitur, Psalmꝰ David. V.

VErba mea auribus percipe dñe: intellige clamorē meū.
Intēde voci orationis mee, rex meus et deus meus.
Quoniā ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.
Mane astabo tibi et videbo: quoniā nō deus volēs iniquitatē tu es.
Neq; habitabit iuxta te malignus: neq; permanebūt iniusti ante oculos tuos.
Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.
Virum sanguinum ⁊ dolosum abominabitur dominus.
Ego autem in multitudine misericordie tue introibo in domum tuā: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.
Quoniam nō est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.
Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebāt, iudica illos deus. Inf. 13.b Ro.3.b
Decidāt a cogitationibꝰ suis secūdū multitudinē impietatū eorum expelle eos, qm̄ irritaverunt te dñe.
Et letentur omnes qui sperant in te: in eternum exultabunt et habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.
Domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos.

¶ In finem in carminibus, Psalmus David pro octava. VI.

DOmine ne i furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.
Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me dñe, quoniā conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde, sed tu domine usquequo?
Convertere domine, et eripe animam meam: salvū me fac propter misericordiam tuam.
Quoniam nō est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meū: lachrymis meis stratū meū rigabo.
Turbatꝰ est a furore oculus meꝰ: inveteravi int oēs inimicos meos.
Discedite a me omnes qui operamini iniquitatē: quoniam exaudivit dominus vocem fletus mei. Mat. 7.d et.25.d
Exaudivit dñs deprecationē meā: dominus orationē meam suscepit. Luc.13.f
Erubescant, ⁊ conturbentur vehementer omnes inimici mei: cōvertantur

tantur

tantur & erubescãt valde velociter.

¶ Psalmus Dauid quem cantauit domino pro verbis Chusi filii Iemini. VII.

DOmine deus me⁹ in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me, et libera me:
Nequãdo rapiat vt leo animã meam, dum non est qui redimat, neq; qui saluum faciat.
Domine de⁹ me⁹ si feci istud, si est iniquitas in manibus meis,
Si reddidi retribuẽtib⁹ mihi mala: decidã merito ab inimicis meis inanis,
Persequatur inimicus animã meam, et comprehendat, et conculcet in terra vitã meã, et gloriã meã in puluerem deducat.
Exurge dñe in ira tua: et exaltare in finibus inimicorum meorum.
Et exurge dñe de⁹ me⁹ in precepto quod mãdasti: et synagoga populorum circundabit te.
Et propter hanc in altũ regredere: dominus iudicat populos.
Iudica me dñe secũdum iustitiam meã, et secundum innocẽtiam meã super me.
1.Re.6 b Cõsumetur nequitia peccatorum,
1.pa.28b et diriges iustum, scrutãs corda et
Ier.17.c renes deus.
Iustum adiutorium meum a dño, qui saluos facit rectos corde.
De⁹ iudex iustus fortis, et patiẽs, nũquid irascit per singulos dies?
Nisi cõuersi fueritis gladiũ suum vibrabit, arcum suum tetendit et parauit illum.
Et in eo parauit vasa mortis: sa-
Esa.56 a gittas suas ardentibus effecit.
Iob.15 d Ecce parturiit iniustitiã, concepit
dolorem: et peperit iniquitatem.
Lacum aperuit et effodit eũ: et incidit in foueam quam fecit.
Cõuertetur dolor ei⁹ in caput ei⁹: et in verticem ipsius iniquitas ei⁹ descendet.

Confitebor dño secundum iustitiã eius: & psallã nomini dñi altissimi.

¶ In finem pro torcularibus, Psalmus Dauid. VIII.

DOmine dominus noster, q̃ admirabile est nomẽ tuum in vniuersa terra?
Quoniã eleuata est magnificentia tua super celos.
Ex ore infantium et lactentiũ per- Mat.21 a
fecisti laudẽ propt inimicos tuos: vt destruas inimicum et vltorem.
Quoniam videbo celos tuos, opera digitorum tuorum: lunam, et stellas que tu fundasti.
Quid est homo, q memor es eius? Heb.2.a
aut filius hominis, quoniam visitas eum?
Minuisti eum paulomin⁹ ab angelis: gloria & honore coronasti eũ, et cõstituisti eum super opera manuum tuarum.
Omnia subiecisti sub pedib⁹ eius: 2.co.15 d
oues et boues vniuersas, insuper et pecora campi,
Volucres celi, et pisces maris qui perambulant semitas maris.
Domine dominus noster: q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

¶ In finem pro occultis filii, Psalmus Dauid. IX.

COnfitebor tibi domine i toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
Letabor et exultabo in te, psallam nomini tuo altissime.
In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur, et peribunt a facie tua.
Quoniam fecisti iudicium meum et causam meã: sedisti super thronum qui iudicas iustitiam.
Increpasti gẽtes, et periit impi⁹: nomen eorum delesti in eternum et in seculum seculi.
Inimici defecerunt phrameę in finem: & ciuitates eorum destruxisti.
Periit memoria eorũ cum sonitu: et dñs

et dominus in eternum permanet.
Parauit in iudicio thronum suũ: et ipse iudicabit orbē terre in equitate, iudicabit populos in iustitia.
Et factus est dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione.
Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniã non dereliquisti querentes te domine.
Psallite dño qui habitat in Sion: annũtiate inter gẽtes studia eius:
Quoniam requirens sanguinē eorum recordatus est: nõ est oblitus clamorem pauperum.
Miserere mei domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.
Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filie Sion.
Exultabo in salutari tuo: infixe sunt gẽtes in interitu quē fecerũt.
In laqueo isto quem absconderũt, comprehensus est pes eorum.
Cognoscetur dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarũ comprehensus est peccator.
Cõuertant̃ peccatores in infernũ: oẽs gentes que obliuiscuntur deũ.
Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.
Exurge dñe non cõfortetur homo: iudicentur gentes in cõspectu tuo.
Cõstitue dñe legislatorē super eos: sciãt gẽtes quoniã homines sunt.
Ut qd dñe recessisti longe, despicis in opportũitatib⁹ in tribulatione?
Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.
Quoniã laudatur peccator in desideriis anime sue, et iniquus benedicitur.
Exacerbauit dñm. Peccator secũdũ multitudinē ire sue non queret.
Non est deus in conspectu eius: inquinate sunt vie illius in oĩ tēpore.
Auferũtur iudicia tua a facie eius: omniũ inimicorũ suorũ dominabit̃.
Dixit enim in corde suo, Non mouebor a generatione in generationem sine malo.
Cuius maledictione os plenũ est, ⁊ amaritudine, et dolo: sub lingua eius labor et dolor. Inf. 13.b Ro. 3.c
Sedet in insidiis cum diuitibus: in occultis vt interficiat innocētem.
Oculi eius in pauperem respiciũt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.
Insidiatur vt rapiat pauperē: rapere pauperem dum attrahit eum
In laqueo suo: humiliabit eum: inclinabit se, et cadet cum dominatus fuerit pauperum.
Dixit enim in corde suo, Oblitus est deus, auertit faciem suam ne videat in finem.
Exurge domine deus, exaltet̃ manus tua: ne obliuiscaris pauperũ.
Propter qd irritauit impius deũ? dixit enĩ in corde suo, Nõ requiret.
Vides, quoniam tu laborem et dolorem consideras: vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.
Contere brachiũ peccatoris et maligni: queretur peccatum illius, et non inuenietur.
Dñs regnabit ĩ eternũ et in seculũ seculi: peribitis gẽtes de terra illi⁹.
Desiderium pauperum exaudiuit dominus: preparationem cordis eorum audiuit auris tua.
Iudicare pupillo ⁊ humili: vt non apponat vltra magnificare se homo super terram.

¶ In finem Psalmus Dauid. X.

IN domino confido: quomodo dicitis anime mee, Transmigra in montem sicut passer?
Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.
Quoniam que perfecisti destruxerunt:

runt:

runt: iustus autem quid fecit?
Dominus in tēplo sancto suo: do=
Abac.2 b minus in celo sedes eius.
Oculi eius in pauperem respiciūt:
palpebre eius interrogāt filios ho=
minum.
Domin9 interrogat iustum et im=
pium: qui autem diligit iniquita=
tem, odit animam suam.
Pluet super peccatores laqueos:
ignis, et sulfur, et spiritus procel=
larum, pars calicis eorum.
Quoniam iustus dominus, et iu=
stitias dilexit: equitatē vidit vul=
tus eius.

¶ In finem pro octaua, Psalmus
Dauid. XI.

SAluum me fac domine, quo=
niā defecit sanctus: quoniam
diminute sunt veritates a fi=
liis hominum.
Vana locuti sunt vnusquisq; ad
proximū suū: labia dolosa in corde
et corde locuti sunt.
Disperdat dominus vniuersa la=
bia dolosa: linguā magniloquam.
Qui dixerunt, Linguam nostram
magnificabim9: labia nostra a no=
bis sunt, quis noster dominus est?
Propter miseriam inopum, et ge=
mitum pauperum nunc exurgam:
dicit dominus.
Ponam in salutari: fiducialiter a=
gam in eo.
Eloquia domini, eloquia casta: ar=
gentum igne examinatum, proba=
tum terre, purgatum septuplum.
Tu dn̄e seruabis nos: et custodies
nos a generatione hac in eternū.
In circuitu impii ambulant: secū=
dum altitudinem tuā multiplicasti
filios hominum.

¶ In finem psalmus Dauid. XII.

VSquequo dn̄e obliuisceris
me in finē? vsquequo auer=
tis faciem tuam a me?
Quādiu ponam consilia in
anima mea: dolorem in corde meo
per diem?
Vsquequo exaltabit inimicus me=
us super me? respice, et exaudi me
domine deus meus.
Illumina oculos meos ne vnquā
obdormiā in morte: nequando di=
cat inimicus meus, Preualui ad=
uersus eum.
Qui tribulant me, exultabunt, si
motus fuero: ego autem in miseri=
cordia tua speraui.
Exultabit cor meū i salutari tuo:
cantabo dn̄o q̄ bona tribuit mihi,
et psallā nomini domini altissimi.

¶ In finē Psalmus Dauid. XIII.

DIxit insipiens in corde suo, Inf. 52. b
Non est deus.
Corrupti sunt, & abomina=
biles facti sūt i studiis suis:
non est qui faciat bonum, non est
vsq; ad vnum.
Dominus de celo prospexit super
filios hominum: vt videat si est in= Ro. 3. b
telligens aut requirens deum.
Omnes declinauerunt, simul inu=
tiles facti sunt: non est qui faciat
bonum, non est vsq; ad vnum.
Sepulchrū patens est guttur eorū: Sup. 5. c
linguis suis dolose agebant, vene= Ro. 3. b
num aspidum sub labiis eorum.
Quorum os maledictione et ama= Sup. 9. c
ritudine plenū est: veloces pedes Ro. 3. c
eorum ad effundendum sanguinē. Esa. 59 b
Contritio et infelicitas in viis e= Ro. 3. c
orum, et viam pacis non cogno=
uerunt: nō est timor dei ante ocu=
los eorum.
Nonne cognoscent omnes, qui o=
perantur iniquitatem, qui deuo=
rant plebem meā sicut escā panis?
Dominum non inuocauerunt: il=
lic trepidauerunt timore vbi non
erat timor.
Quoniam dominus in generatio=
ne iusta est, consilium inopis con=
fudistis: quoniā dn̄s spes eius est.
Quis dabit ex Sion salutare Is=
rael? cum auerterit dominus ca=
ptiuitatem plebis sue, exultabit
Iacob et letabitur Israel.

¶ Psalmus Dauid XIIII.

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet ĩ mōte sctō tuo?
Qui ingreditur sine macula, et operatur iustitiam,
Qui loquitur veritatem in corde suo, q̄ non egit dolū in lingua sua,
Nec fecit proximo suo malum, et opprobrium non accepit aduersus proximos suos,
Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autē dominum glorificat,
Qui iurat proximo suo et non decipit, qui pecuniam suam nō dedit ad vsuram, et munera super innocentem non accepit.
Qui facit hec: non mouebitur in eternum.

¶ Tituli inscriptio ipsi Dauid XV.

COnserua me domine, quoniam speraui in te. dixi domino, Deus meꝰ es tu, quoniam bonoꝝ meoꝝ nō eges.
Sanctis qui sunt in terra eiꝰ mirificauit oēs volūtates meas in eis.
Multiplicate sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.
Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eoꝝ per labia mea.
Dominus, pars hereditatis mee ⁊ calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam mihi.
Funes ceciderunt mihi in p̄claris: etenim hereditas mea, preclara est mihi.
Benedicam dn̄m qui tribuit mihi intellectū: insuper et vsq; ad noctē increpuerunt me renes mei.
Prouidebam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris
Actu.2.d est mihi ne commouear.
Propter hoc letatum est cor meū, et exultauit lĩgua mea: insuper et caro mea requiescet in spe.
Quoniam non derelinques animā
Act.13.e meam in inferno: nec dabis sanctū tuum videre corruptionem.
Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me letitia cū vultu tuo: delectatiōes in dextera tua vsq; in finē.

¶ Oratio Dauid XVI.

EXaudi domine iustitiam meā: intende deprecationem meā. Auribꝰ percipe orationē meam, non in labiis dolosis.
De vultu tuo iudiciū meum prodeat: oculi tui videant equitatem.
Probasti cor meum, ⁊ visitasti nocte: igne me examinasti, et non est inuenta in me iniquitas.
Ut non loquatur os meum opera hominum: propter verba labioꝝ tuorum ego custodiui vias duras.
Perfice gressus meos in semitis tuis: vt nō moueant͂ vestigia mea.
Ego clamaui quoniam exaudisti me deus: inclina aurem tuam mihi, et exaudi verba mea.
Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.
A resistentibus dextere tue custodi me vt pupillam oculi.
Sub vmbra alaꝝ tuaꝝ protege me a facie impioꝝ qui me afflixerunt.
Inimici mei animam meam circūdederunt, adipē suum concluserūt, os eorum locutum est superbiam.
Proiiciētes me, nunc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.
Susceperunt me sicut leo paratus ad predam, et sicut catulus leonis habitans in abditis.
Exurge dn̄e preueni eū, ⁊ supplāta eū: eripe animā meam ab impio, phrameā tuā. Ab ĩimicis manꝰ tue
Dn̄e a paucis de terra diuide eos in vita eoꝝ: et de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.
Saturati sunt filiis: et dimiserūt reliquias suas paruulis suis.
Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo: satiabor cum apparuerit gloria tua.

¶ In finem puero dn̄i Dauid, qui locutus

locut⁹ est dño verba cãtici huius,
in die qua eripuit eũ dñs de manu
omnium inimicorũ eius, & de ma=
nu Saul, & dixit, XVII.
DIligã te dñe fortitudo mea:
dñs firmamentũ meũ, & re=
2.re.22 a fugiũ meũ, & liberator me⁹.
Deus me⁹ adiutor meus,
et sperabo in eum.
Heb. 2. c Protector meus, et cornu salutis
mee, et susceptor meus.
Laudans inuocabo dominum: et
ab inimicis meis saluus ero.
2.re.22 a Circũdederũt me dolores mortis, &
torrẽtes iniq̃tatis cõturbauerũt me.
Dolores inferni circũdederũt me:
preoccupauerũt me laquei mortis.
In tribulatione mea inuocaui do=
minum, et ad deum meũ clamaui:
Et exaudiuit de templo sancto suo
vocẽ meam, et clamor meus in cõ=
spectu eius introiuit in aures eius.
Cõmota est et cõtremuit terra: et
fũdamẽta montiũ cõturbata sũt,
et cõmota sũt, quoniã irat⁹ est eis.
Ascẽdit fumus in ira eius: et ignis
a facie eius exarsit: carbones suc=
censi sunt ab eo.
Inclinauit celos, et descendit: et
caligo sub pedibus eius.
Et ascendit super cherubim, & vo=
lauit: volauit sup pennas ventorũ.
Et posuit tenebras latibulum su=
um, ĩ circuitu ei⁹ tabernaculũ ei⁹,
tenebrosa aqua in nubibus aeris.
Pre fulgore in cõspectu ei⁹ nubes
trãsierũt, grãdo, & carbones ignis.
Et intonuit de celo domin⁹, et al=
tissimus dedit vocem suam: grãdo
et carbones ignis.
Et misit sagittas suas, et dissipa=
uit eos: fulgura multiplicauit, et
conturbauit eos.
Et apparuerũt fõtes aquarũ, & re=
uelata sũt fũdamẽta orbis terrarũ
Ab increpatione tua domine, et ab
inspiratione spiritus ire tue.
Misit de summo et accepit me: et
assumpsit me de aquis multis.

Eripuit me de inimicis meis for=
tissimis, et ab his qui oderunt me:
quoniam cõfortati sunt super me.
Preuenerũt me in die afflictionis
mee: et fact⁹ est dñs protector me⁹.
Et eduxit me in latitudinem: sal=
uum me fecit, quoniã voluit me.
Et retribuet mihi dñs secundũ iu=
stitiã meã, & secundũ puritatẽ ma=
nuum mearum retribuet mihi:
Quia custodiui vias domini, nec
impie gessi a deo meo.
Quoniã oĩa iudicia ei⁹ in cõspectu
meo: & iustitias ei⁹ nõ repuli a me.
Et ero immaculat⁹ cum eo: et ob=
seruabo me ab iniquitate mea.
Et retribuet mihi dñs secundũ iu=
stitiam meam: et secundum puri=
tatem manuum mearũ in conspe=
ctu oculorum eius.
Cum sancto sanctus eris: et cũ vi=
ro innocente innocens eris. 2.re,22,e
Et cum electo electus eris: et cum
peruerso peruerteris.
Qm̃ tu populum humilẽ saluũ fa=
cies: & oculos supborũ humiliabis.
Quoniam tu illuminas lucernam
meam domine: deus meus illumi=
na tenebras meas.
Quoniã in te eripiar a tẽtatione:
et in deo meo transgrediar murũ.
Deus me⁹ impolluta via eius: elo=
quia dñi igne examinata: protector
est omnium sperantium in se.
Quoniã quis de⁹ preter dñm? aut
quis deus preter deum nostrum?
Deus qui precinxit me virtute: et
posuit immaculatam viam meam.
Qui perfecit pedes meos tanquam
ceruorum: et sup excelsa statuẽs me:
Qui docet man⁹ meas ad preliũ: &
posuisti vt arcũ ereũ brachia mea.
Et dedisti mihi protectionem salu= 2.re,22,e
tis tue: et dextera tua suscepit me.
Et disciplina tua correxit me in fi=
nẽ: & disciplina tua ipsa me docebit.
Dilatasti gressus meos subt⁹ me:
& nõ sunt infirmata vestigia mea.
Persequar inimicos meos, & com=

pꝛehendam illos: et non conuertar donec deficiant.
Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.
Et pꝛecinxisti me virtute ad bellum: supplantasti insurgentes in me subtus me.
Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: et odientes me disperdidisti.
Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad dñm, nec exaudiuit eos.
Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos.
Eripies me de cōtradictionibꝰ populi: cōstitues me in caput gentiū.
Populꝰ quē non cognoui, seruiuit mihi: i auditu auris obediuit mihi.
Filii alieni mentiti sunt mihi: filii alieni inueterati sunt, et claudicauerunt a semitis suis.
Uiuit dñs, ⁊ benedictꝰ deus meus, et exaltetur deus salutis mee.
Deus qui das vindictas mihi, et subdis populos sub me, liberatoꝛ meus de inimicis meis iracundis.
Et ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.
z.re.zz d Ro.15.b Pꝛopterea cōfiteboꝛ tibi in nationibus dñe, et noī tuo psalmū dicā.
Magnificans salutes regis eius, ⁊ faciens misericoꝛdiam Chꝛisto suo Dauid: et semini eiꝰ vsq; in seculū.

¶ In finē Psalmꝰ Dauid. XVIII.

Celi enarrant gloꝛiam dei, et opera manuum eius annūtiat firmamentum.
Dies, diei eructat verbum: ⁊ nox, nocti indicat scientiam.
Non sunt loquele neq; sermones, quoꝛū non audiantur voces eoꝛū.
Ro.10.d In oēm terrā exiuit sonus eoꝛum: et in fines oꝛbis terre verba eoꝛū.
In sole posuit tabernaculum suum: et ipse tanquam sponsus pꝛocedens de thalamo suo.
Lu.24.g Exultauit vt gigas ad currendam viam, a summo celo egressio eius,
Et occursus eius vsq; ad summū eius: nec est qui se abscondat a caloꝛe eius.
Lex domini immaculata, conuertens animas: testimonium dñi, fidele, sapientiā pꝛestans paruulis.
Justitie domini, recte, letificantes coꝛda: pꝛeceptum domini, lucidum, illuminans oculos. Pro.30.
Timoꝛ domini sanctus permanet in seculum seculi: iudicia domini vera, iustificata in semetipsa.
Desiderabilia super aurum ⁊ lapidem pꝛetiosum multum: et dulciora super mel et fauum.
Etenim seruꝰ tuus custodit ea: in custodiēdis illis retributio multa.
Delicta q̄s intelliget? ab occultis meis munda me: et ab alienis parce seruo tuo.
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, et emundaboꝛ a delicto maximo.
Et erunt vt complaceant eloquia oꝛis mei: et meditatio coꝛdis mei in conspectu tuo semper.
Dñe adiutoꝛ meꝰ: ⁊ redēptoꝛ meꝰ.

¶ In finē Psalmus Dauid. XIX.

Exaudiat te dominus in die tribulationis: pꝛotegat te nomen dei Jacob.
Mittat tibi auxilium de sancto: et de Sion tueatur te.
Memoꝛ sit omnis sacrificii tui: et holocaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundum coꝛ tuum: et omne consilium tuum cōfirmet.
Letabimur in salutari tuo: ⁊ in nomine dei nostri magnificabimur.
Impleat dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus Chꝛistū suū.
Exaudiet illum de celo sancto suo: in potentatibꝰ salus dextere eius.
Hi in curribꝰ, et hi ī equis: nos aūt in noīe dñi dei nostri inuocabimus.
Ipsi obligati sunt ⁊ ceciderūt: nos autem surreximus et erecti sumus.
Domine saluū fac regē: et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

In finem

¶ In finem Psalmus Dauid. XX.

DOmine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehemēter.
Desideriū cordis eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum.
Quoniā preuenisti eum in benedictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide pretioso.
Uitam petiit a te: et tribuisti ei lōgitudinem dierum in seculum et in seculum seculi.
Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum.
Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
Quoniā rex sperat in dño: ⁊ in misericordia altissimi nō cōmouebit.
Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.
Pones eos vt clibanū ignis in tēpore vultus tui: dñs in ira sua cōturbabit eos, ⁊ deuorabit eos ignis
Fructum eorum de terra perdes: et semen eorum a filiis hominum.
Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia, que non potuerunt stabilire.
Quoniā pones eos dorsum: in reliquiis tuis preparabis vultū eorū.
Exaltare dñe in virtute tua: cantabimus ⁊ psallem⁹ virtutes tuas.

¶ In finem pro susceptione matutina, Psalmus Dauid. XXI.

mat. 27 e mar. 15 c DEus deus meus respice in me: quare me dereliquisti? longe a salute mea verba delictorum meorum.
Deus meus clamabo per diem, et non exaudies: et nocte, et non ad insipientiam mihi.
Tu aūt i sctō habitas, laus Israel.
In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, et liberasti eos.
Ad te clamauerūt, ⁊ salui facti sūt: in te sperauerūt, ⁊ non sunt cōfusi.
Ego aūt sum vermis ⁊ non homo: opprobriū hominū ⁊ abiectio plebis
Oēs videntes me, deriserunt me: locuti sūt labiis, ⁊ mouerūt caput,
Sperauit in domino, eripiat eum: mat. 27 d
saluū faciat eū, quoniā vult eum. mar. 15 c
Quoniā tu es qui extraxisti me de vētre: spes mea ab vberib⁹ matris mee. in te proiectus sum ex vtero.
De ventre matris mee deus meus es tu: ne discesseris a me.
Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet.
Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiens et rugiens.
Sicut aqua effusus sum: ⁊ dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum tanquā cera liquescens, in medio ventris mei.
Aruit tanquam testa virtus mea, ⁊ lingua mea adhesit faucib⁹ meis: et in puluerē mortis deduxisti me.
Quoniam circundederunt me canes multi: concilium malignantiū obsedit me.
Foderūt manus meas ⁊ pedes meos, dinumerauerunt oia ossa mea.
Ipsi vero considerauerunt et in- mat. 27 d
spexerunt me: diuiserunt sibi vesti- Io. 19. e
menta mea, et super vestem meam miserunt sortem.
Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice.
Erue a phramea animam meam: ⁊ de manu canis vnicam meam.
Salua me ex ore leonis, et a cornibus vnicorniū humilitatē meam.
Narrabo nomen tuum fratribus Heb. 2. c
meis: in medio ecclesie laudabo te.
Qui timetis dñm laudate eū: vniuersum semē Jacob glorificate eū.
Timeat eum omne semen Israel: quoniam non spreuit, neq; despexit deprecationem pauperis.
Nec auertit faciē suam a me: et cū clamarem

clamarem ad eum, exandiuit me.
Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.
Edent pauperes, et saturabuntur: et laudabunt dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculum seculi.
Reminiscentur, et conuertentur ad dominum, vniuersi fines terre,
Et adorabunt in conspectu eius vniuerse familie gentium.
Quoniam domini est regnum: et ipse dominabitur gentium.
Manducauerũt ꝛ adorauerũt oẽs pingues terre: in cõspectu eius cadent oẽs qui descendũt in terram,
Et anima mea illi viuet: et semen meum seruiet ipsi.
Annũtiabitur dño generatio ventura: ꝛ annũtiabunt celi iustitiã eiꝰ ppulo qui nascetur, quẽ fecit dñs.

¶ Psalmus Dauid. XXII.

Dominus regit me, et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit.
Super aquam refectionis educauit me: animã meã cõuertit.
Deduxit me super semitas iustitie: propter nomen suum.
Nã etsi ambulauero in medio vmbre mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.
virga tua ꝛ baculus tuus: ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meũ: ꝛ calix meus inebriãs ꝙ preclarꝰ est?
Et misericordia tua subsequet me omnibus diebus vite mee.
Et vt inhabitem in domo domini, in longitudinem dierum.

¶ Psalmus Dauid prima sabbati. XXIII.

1.co.10 f Domini est terra, et plenitudo eius: orbis terrarum, et vniuersi q̃ habitãt in eo.
Quia ipse super maria fundauit eum: ꝛ sup flumina preparauit eũ.
Quis ascẽdet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius?
Innocẽs manibus, ꝛ mundo corde: qui nõ accepit in vano animã suã, nec iurauit in dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionem a dño, et misericordiã a deo salutari suo.
Hec est generatio querẽtium eum, querentium faciem dei Jacob.
Attollite portas principes vestras, et eleuamini porte eternales, et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie? dñs fortis et potens, dñs potens in prelio.
Attollite portas principes vestras, et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie? dominus virtutum ipse est rex glorie.

¶ Psalmus Dauid. XXIIII.

Ad te domine leuaui animã meam: deus meus in te cõfido, non erubescam.
Neqꝫ irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur.
Confundãtur omnes iniqua agẽtes superuacue.
Vias tuas domine demonstra mihi: et semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua, et doce me: quia tu es deus saluator meus, et te sustinui tota die.
Reminiscere miserationum tuarũ domine, et misericordiarum tuarũ que a seculo sunt.
Delicta iuuentutis mee, et ignorãtias meas ne memineris.
Secũdũ misericordiã tuã memẽto mei tu, propter bonitatẽ tuã dñe.
Dulcis et rectus dñs: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.
Uniuerse vie domini, misericordia et veritas: requirentibus testamẽtum eius, et testimonia eius.
Propter nomen tuũ dñe propitiaberis

beris peccato meo:multũ est enim.
Quis est homo qui timet dominũ? legem statuit ei in via quã elegit.
Anima eius in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terram.
Firmamentum est dominus timẽtibus eum: et testamentum ipsius vt manifestetur illis.
Oculi mei semper ad dñm: quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos.
Respice in me ⁊ miserere mei: quia vnicus et pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me.
Vide humilitatẽ meã ⁊ laborẽ meum:⁊ dimitte vniuersa delicta mea.
Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me.
Custodi animam meam ⁊ erue me: non erubescã, quoniã speraui in te.
Innocentes et recti adheserũt mihi:quia sustinui te.
Libera deus, Israel, ex omnibus tribulationibus suis.

¶ In finem Psalmus Dauit. XXV.

IVdica me dñe, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: ⁊ in dño sperãs nõ infirmabor.
Proba me domine ⁊ tenta me: vre renes meos et cor meum.
Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: et complacui in veritate tua.
Non sedi cum cõcilio vanitatis, et cum iniqua gerentibꝰ nõ introibo.
Odiui ecclesiam malignantium: ⁊ cum impiis non sedebo.
Lauabo inter innocentes manus meas: ⁊ circũdabo altare tuũ dñe.
Vt audiam vocem laudis tue, et enarrem vniuersa mirabilia tua.
Domine dilexi decorẽ domus tue, et locum habitationis glorie tue.
Ne perdas cum impiis animã meam, ⁊ cũ viris sanguinũ vitã meã.
In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.
Ego aũt in innocẽtia mea ingressus sum: redime me ⁊ miserere mei.
Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te domine.

¶ Psalmus Dauid priusquam liniretur. XXVI.

DOminus illuminatio mea, et salus mea: quẽ timebo? Dñs protector vite mee: a quo trepidabo?
Dum appropiant super me nocẽtes, vt edant carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt et ceciderunt.
Si consistãt aduersum me castra: non timebit cor meum.
Si exurgat aduersum me preliũ: in hoc ego sperabo.
Vnam petii a domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee.
Vt videam voluntatem domini, ⁊ visitem templum eius.
Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum: protexit me in abscõdito tabernaculi sui.
In petra exaltauit me: et nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.
Circumiui ⁊ immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo et psalmũ dicam domino.
Exaudi dñe vocẽ meã qua clamaui ad te: miserere mei ⁊ exaudi me.
Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram.
Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto: ne derelinquas me, neq; despicias me deus salutaris meus.
Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me.
Legem pone mihi domine in via tua: ⁊ dirige me in semita recta propter inimicos meos.

Ne tradi-

Ne tradideris me i animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona domini in terra viuentium.
Expecta dñm, viriliter age: & cõfortetur cor tuum, et sustine dominũ.

¶ Huic Dauid, XXVII.

Ad te dñe clamabo, de⁹ meus ne sileas a me: ne quãdo taceas a me, et assimilabor descendentibus in lacum.
Exaudi dñe vocem deprecationis mee dum oro ad te, dũ extollo manus meas ad tẽplum sanctũ tuum.
Ne simul trahas me cum peccatoribus: et cum operantibus iniquitatem ne perdas me.
Hie. 9. c Qui loquuntur pacẽ cum proximo suo, mala autẽ in cordibus eorum.
Da illis secũdũ opera eor, & secũdũ nequitiam adinuentionum ipsorũ.
Secũdum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.
Quoniam non intellexerunt opera dñi, et in opera manuum eius, destrues illos et non edificabis eos.
Benedictus domin⁹: quoniam exaudiuit vocem deprecationis mee.
Dominus adiutor meus et protector meus: et in ipso sperauit cor meum, et adiutus sum.
Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.
Dominus fortitudo plebis sue: et protector saluationũ Christi sui est.
Saluum fac populum tuum dñe, et benedic hereditati tue: et rege eos, et extolle illos vsq; in eternum.

¶ Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi. XXVIII.

Afferte domino filii dei: afferte domino filios arietũ.
Afferte domino gloriam et honorem, afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominum in atrio sancto eius.
Vox domini super aquas, de⁹ maiestatis intonuit: dominus super aquas multas.
Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.
Vox domini cõfringentis cedros: et confringet dñs cedros Libani.
Et cõminuet eas tanquam vitulũ Libani: & dilectus quemadmodum filius vnicornium.
Vox domini intercidentis flammã ignis: vox domini concutientis desertum, et commouebit dominus desertum Cades.
Vox domini preparantis ceruos, et reuelabit condensa: et in templo eius omnes dicent gloriam.
Domin⁹ diluuium inhabitare facit: et sedebit dñs rex in eternum.
Dominus virtutẽ populo suo dabit: domin⁹ benedicet populo suo in pace.

¶ Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid. XXIX.

Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.
Domine deus meus clamaui ad te: et sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum.
Psallite domino sancti eius: et cõfitemini memorie sanctitatis eius.
Quoniam ira in indignatione ei⁹: Eze. 18. & et. 33. d
et vita in voluntate eius.
Ad vesperum demorabitur fletus: et ad matutinum letitia.
Ego aũt dixi in abundantia mea, Non mouebor in eternum.
Domine in voluntate tua prestitisti decori meo virtutem.
Auertisti faciẽ tuam a me: et fact⁹ sum conturbatus.
Ad te domine clamabo, & ad deum meum deprecabor.
Que vtilitas in sanguine meo, dũ descendo in corruptionem?
Nunquid cõfitebitur tibi puluis, aut

aut annuntiabit veritatem tuam?

Audiuit dominus, et misertus est mei: dñs factus est adiutor meus.

Cõuertisti planctum meũ in gaudium mihi: cõcidisti saccum meũ, et circundedisti me letitia.

Ut cantet tibi gloria mea, et non compungat: domine deus meus in eternum confitebor tibi.

¶ In finẽ Psalmꝰ Dauid. XXX.

IN te domine speraui, non confundar in eternum: in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuã: accelera vt eruas me.

Esto mihi in deum protectorem, et in domum refugii: vt saluum me facias.

Quoniã fortitudo mea et refugiũ meum es tu: et propter nomẽ tuũ deduces me, et enutries me.

Educes me de laqueo hoc quẽ absconderũt mihi: quoniã tu est protector meus.

Alias cõmẽdabo. Luc.23.f In manus tuas domine commẽdo spiritum meum: redemisti me domine deus veritatis.

Odisti obseruantes vanitates superuacue.

Ego aũt in domino speraui: exultabo et letabor i misericordia tua.

Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam.

Nec cõclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.

Miserere mei domine quoniã tribulor: conturbatus est in ira oculus meꝰ, anima mea, et vẽter meꝰ.

Quoniã defecit i dolore vita mea, et anni mei in gemitibus.

Infirmata est in paupertate virtꝰ mea, et ossa mea conturbata sunt.

Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde: et timor notis meis.

Qui videbãt me, foras fugerunt a me: obliuioni datus sum tanquã mortuus a corde.

Factus sum tãquam vas perditũ: quoniã audiui vituperationẽ multorum commorantium in circumitu.

In eo dum conuenirent simul aduersum me: accipere animam meã consiliati sunt.

Ego autem in te speraui domine, dixi, Deus meus es tu, In manibus tuis sortes mee.

Eripe me de manu inimicorũ meorum, et a persequentibus me.

Illustra faciem tuam super seruũ tuum, saluum me fac in misericordia tua: domine non confundar, quoniam inuocaui te.

Erubescãt impii, et deducantur in infernũ: muta fiant labia dolosa,

Que loquũtur aduersus iustũ iniquitatẽ in superbia, et in abusione.

Quam magna multitudo dulcedinis tue domine, quam abscondisti timentibus te?

Perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum.

Abscondes eos in abscõdito faciei tue a conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo, a contradictione linguarum.

Benedictus dominus: quoniã mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita.

Ego autem dixi in excessu mentis mee, Proiectus sum a facie oculorum tuorum.

Ideo exaudisti vocẽ orationis mee, dum clamarem ad te.

Diligite dominum oẽs sancti eiꝰ: quoniam veritatem requirit dñs, et retribuet abundanter facientibus superbiam.

Viriliter agite, et confortetur cor vestrũ omnes qui speratis in dño.

¶ Ipsi Dauid intellectꝰ. XXXI.

BEati, quorum remisse sunt iniquitates, et quorũ tecta sunt Ro.4.a peccata.

Beatus vir, cui nõ imputauit dominus peccatum, nec est in

spiritu eius dolus.
Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina.
Delictũ meum cognitum tibi feci: ꝛ iniustitiam meam non abscondi.
Esa. 65 d Dixi, Cõfitebor aduersum me iniustitiã meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te oĩs sanctus in tempore opportuno.
Veruntamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum a tribulatione que circũdedit me: exultatio mea erue me a circundãtibus me.
Intellectum tibi dabo, et instruam te ĩ via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus non est intellectus.
In camo et freno maxillas eorum cõstringe qui nõ approximãt ad te.
Multa flagella peccatoris: sperãtem autem in domino misericordia circundabit.
Letamini in domino ꝛ exultate iusti: et gloriamini oẽs recti corde.

¶ In finẽ Psalm⁹ Dauid. XXXII.

Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio.
Confitemini dño in cithara: in psalterio decem chordarũ psallite illi.
Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione.
Quia rectum est verbum domini, et omnia opera eius in fide.
Diligit misericordiam ꝛ iudicium: misericordia dñi plena est terra.
Ioan. 1. a Verbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virt⁹ eorum.
Congregans sicut in vtre aquas maris: ponẽs ĩ thesauris abyssos.
Timeat dominum oĩs terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.
Quoniam ipse dixit, et facta sunt: ipse mandauit, et creata sunt. Iudith. 16. d
Dominus dissipat consilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, et reprobat consilia principum.
Consilium autem domini in eternum manet: cogitatiões cordis eius in generatione ꝛ generationẽ.
Beata gens cuius est dominus de⁹ eius: populus quem elegit in hereditatem sibi.
De celo respexit domin⁹, vidit oẽs filios hominum.
De ꝑparato habitaculo suo respexit super oẽs qui habitant terram.
Qui finxit sigillatim corda eorũ: qui intelligit omnia opera eorum.
Non saluatur rex per multam virtutem: et gigas non saluabitur in multitudine virtutis sue.
Fallax equus ad salutẽ: ĩ abũdantia aũt virtutis sue non saluabit̃.
Ecce oculi domini super metuentes eum, ꝛ in eis qui sperant super misericordia eius,
Vt eruat a morte animas eorum: et alat eos in fame.
Anima nostra sustinet dñm: quoniam adiutor et ꝓtector noster est.
Quia in eo letabitur cor nostrum: et in nomine sancto ei⁹ sperauim⁹.
Fiat misericordia tua domine sup nos, queãdmodũ sperauimus ĩ te.

¶ Dauid cum immutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum & abiit, XXXIII. I. re. 21. d

Benedicã dñm in oĩ tempore: semper laus eius in ore meo.
In dño laudabit̃ anima mea: audiãt mansueti ꝛ letẽtur.
Magnificate dñm mecũ: et exaltemus nomen eius in idipsum.
Exquisiui dñm, et exaudiuit me: et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
Accedite ad eum, ꝛ illuminamini: ꝛ facies

facies vestre non confundentur.
Iste pauper clamauit, et dominus exaudiuit eum: & ex omnib⁹ tribulationibus eius saluauit eum.
Immittet angelus dñi in circũitu timentium eum: et eripiet eos.
Gustate, et videte, quoniã suauis est dñs: beat⁹ vir qui sperat in eo.
Timete dñm oẽs sancti eius: quoniam nõ est inopia timentibus eũ.
Diuites eguerunt et esurierũt: inquirentes aũt dominum nõ minuentur omni bono.
Venite filii, audite me: timorẽ domini docebo vos.
Quis est homo qui vult vitam: di-
1.Pe.3.b ligit dies videre bonos?
Prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum.
Diuerte a malo et fac bonum, inquire pacem et persequere eam.
Oculi domini super iustos: et au-
Ecc.15.d res eius in preces eorum.
Heb.4.c Vult⁹ aũt dñi sup faciẽtes mala: vt perdat de terra memoriã eorũ.
Clamauerunt iusti, et dñs exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.
Iuxta est dñs his q̃ tribulato sunt corde: et humiles spiritu saluabit.
Multe tribulationes iustorũ: et de omnib⁹ his liberabit eos domin⁹.
Custodit dominus oĩa ossa eorum: vnum ex his non conteretur.
Mors peccatorum pessima: et qui oderunt iustum delinquent.
Redimet dñs animas seruorũ suorum: et non delinquent omnes qui sperant in eo.

¶ Huic Dauid. XXXIIII.

Iudica dñe nocentes me: expugna impugnantes me.
Apprehende arma & scutum: et exurge in adiutorium mihi.
Effunde phrameã, et conclude aduersus eos qui persequunt me: dic anime mee, Salus tua ego sum.
Confundantur et reuereant querentes animam meam.
Auertantur retrorsum et confundantur cogitantes mihi mala.
Fiant tanquã puluis ante faciem venti, et angelus dñi coartãs eos.
Fiat via illorũ tenebre & lubricum: et angelus domini persequẽs eos.
Quoniã gratis abscõderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerunt animam meam.
Veniat illi laqueus quẽ ignorat, & captio quã abscondit apprehendat eum: et in laqueũ cadat in ipsum.
Anima aũt mea exultabit in dño: & delectabitur super salutari suo.
Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi?
Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum et pauperem a diripientibus eum.
Surgẽtes testes iniqui, que ignorabam interrogabant me.
Retribuebãt mihi mala ꝓ bonis: sterilitatem anime mee.
Ego aũt cum mihi molesti essent, induebar cilicio,
Humiliabã ĩ ieiunio animã meã: & oratio mea in sinu meo conuertet.
Quasi proximũ, et quasi fratrem nostrum, sic complacebã: quasi lugens et contristat⁹ sic humiliabar.
Et aduersum me letati sunt, & cõuenerunt: congregata sunt super me flagella, et ignoraui.
Dissipati sunt nec cõpũcti, tẽtauerunt me, subsannauerunt me subsannatione: frenduerunt sup me dentibus suis.
Domine quãdo respicies? restitue animã meã a malignitate eorum, a leonibus vnicam meam.
Cõfitebor tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te.
Non supergaudeant mihi qui ad- Ioã.15.d
uersantur mihi inique, qui oderũt me gratis, et annuunt oculis.
Quoniam mihi quidẽ pacifice loquebãtur: et in iracundia terre loquentes, dolos cogitabant.
Et dilatauerũt sup me os suũ: di-

xerunt, Euge, euge, viderunt oculi
nostri.
Vidisti domine ne sileas: domine
ne discedas a me.
Exurge et intende iudicio meo: de⁹
meus, ⁊ dñs meus in causam meã.
Judica me secũdum iustitiam tu-
am domine deus meus: et non su-
pergaudiant mihi.
Non dicant in coꝛdibus suis, Eu-
ge, euge anime nostre: nec dicant,
Deuoꝛabimus eum.
Erubescant et reuereantur simul,
qui gratulantur malis meis.
Induantur cõfusione ⁊ reuerẽtia,
qui maligna loquuntur super me.
Exultent ⁊ letẽtur qui volũt iusti-
tiam meam: et dicãt semper, Ma-
gnificetur dominus, qui volũt pa-
cem serui eius.
Et lingua mea meditabitur iusti-
tiam tuam, tota die laudem tuam.

¶ In finẽ seruo dñi Dauid. XXXV.

DIxit iniustus vt delinquat
in semetipso, non est timoꝛ
dei ante oculos eius.
Quoniã doloſe egit in con-
spectu eius: vt inueniatur iniqui-
tas eius ad odium.
Verba oꝛis eius iniquitas et dol⁹:
noluit intelligere vt bene ageret.
Iniquitatem meditatus est in cubili
suo: astitit omni vie non bone, ma-
litiam autem non odiuit.
Domine in celo misericoꝛdia tua:
et veritas tua vsq; ad nubes.
Justitia tua sicut montes dei: iu-
dicia tua abyssus multa.
Homines et iumenta saluabis do-
mine: quemadmodum multiplica-
sti misericoꝛdiam tuam deus.
Filii autem hominum in tegmine
alarum tuarum sperabunt.
Inebꝛiabũtur ab vbertate domus
tue: et toꝛrente voluptatis tue po-
tabis eos.
Quoniam apud te est fons vite: et
in lumine tuo videbimus lumen.
Pꝛetende misericoꝛdiam tuam sci-
entibus te, et iustitiam tuam his
qui recto sunt coꝛde.
Non veniat mihi pes superbie: et
manus peccatoꝛis nõ moueat me.
Ibi ceciderunt omnes qui operan-
tur iniquitatem: expulsi sunt, nec
potuerunt stare.

¶ Ipsi Dauid. XXXVI.

NOli emulari in malignan-
tibus, neq; zelaueris faciẽ-
tes iniquitatem.
Quoniam tãquam fenum
velociter arescent: et quemadmo-
dum olera herbarum cito decident.
Spera in domino, et fac bonita-
tem: et inhabita terram, et pasce-
ris in diuitiis eius.
Delectare in domino: et dabit tibi
petitiones coꝛdis tui.
Reuela domino viam tuam, ⁊ spe-
ra in eo: et ipse faciet.
Et educet quasi lumẽ iustitiã tuã,
et iudicium tuum tanquã meridiẽ:
subditus esto domino, et oꝛa eum.
Noli emulari in eo qui pꝛospera-
tur in via sua, in homine faciente
iniustitias.
Desine ab ira, et derelinque furo-
rem: noli emulari vt maligneris.
Quoniam qui malignantur exter-
minabuntur: sustinentes autẽ do-
minum ipsi hereditabunt terram.
Et adhuc pusillum, ⁊ non erit pec-
catoꝛ: et queres locum eius, et non
inuenies.
Mansueti aũt hereditabũt terrã: ⁊ Matt. 5. a
delectabũtur in multitudine pacis.
Obseruabit peccatoꝛ iustũ: et stri-
debit super eum dentibus suis.
Dominus aũt irridebit eum: quo-
niam pꝛospicit q̃ veniet dies eius.
Gladium euaginauerunt peccato-
res, intenderunt arcum suum,
Vt deiiciant pauperem et inopem,
vt trucident rectos coꝛde.
Gladius eoꝛũ intret in coꝛda ipso-
rum: et arcus eoꝛum cõfringatur.
Melius est modicum iusto super
diuitias peccatoꝛum multas.

Quoniam brachia peccatorum cõterentur: cõfirmat aũt iustos dñs.
Nouit dñs dies immaculatorum: et hereditas eorũ in eternum erit.
Non cõfundentur in tempore malo, et in diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribunt.
Inimici vero domini mox vt honorificati fuerint et exaltati: deficiẽtes queãdmodũ fumus deficiẽt.
Mutuatur peccator, & non soluet: iustus autẽ miseretur et retribuet.
Quia benedicentes ei hereditabũt terram: maledicentes autem ei disperibunt.
Apud dominum gressus hominis dirigentur, et viam eius volet.
Cum ceciderit, non collidetur: quia dominus supponit manum suam.
Junior fui, etenim senui: & non vidi iustum derelictũ, nec semen eius querens panem. Ecc. 2.c
Tota die miseretur et cõmodat: et semen illius in benedictione erit.
Declina a malo, et fac bonum: et inhabita in seculum seculi.
Quia dominus amat iudicium: et non derelinquet sanctos suos: in eternum conseruabuntur.
Iniusti punientur: et semen impiorum peribit.
Justi aũt hereditabunt terrã: & inhabitabunt in seculũ seculi sup eã.
Esa. 51.c Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium.
Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius.
Considerat peccator iustũ: et querit mortificare eum.
Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum cum iudicabitur illi.
Expecta dominum, & custodi viam eius: et exaltabit te vt hereditate capias terram: cum perierint peccatores, videbis.
Vidi impium superexaltatum, et eleuatum sicut cedros Libani.
Et transiui, & ecce nõ erat: quesiui eum, & nõ est inuentus locus eius.
Custodi innocentiam, et vide equitatem: quoniam sunt reliquie homini pacifico.
Iniusti autem disperibunt simul: reliquie impiorum interibunt.
Salus aũt iustorum a dño: et protector eorũ in tẽpore tribulationis.
Et adiuuabit eos dñs, et liberabit eos: & eruet eos a peccatorib⁹, & saluabit eos: quia sperauerunt in eo.

¶ Psalmus Dauid in rememoratione, die sabbati. XXXVII.

Domine, ne in furore tuo arguas me, neq; i ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi, et confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me.
Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie mee.
Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem: tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebã a gemitu cordis mei.
Domine, ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus.
Cor meum conturbatũ est, dereliquit me virtus mea: et lumen oculorũ meorũ, & ipsum non est mecũ.
Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerunt et steterunt.
Et qui iuxta me erãt, de longe steterunt: & vim faciebant qui querebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: et dolos tota

die meditabantur.
Ego aũt tanq̃ surd⁹ nõ audiebã:⁊ sicut mutus non aperiẽs os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te domine speraui, tu exaudies me domine deus meus.
Quia dixi, Nequando supergaudeant mihi inimici mei, et dum cõmouẽtur pedes mei, super me magna locuti sunt.
Quoniã ego i flagella parat⁹ sum: et dolor me⁹ in cõspectu meo semp.
Quoniam iniquitatẽ meã annunciabo:⁊ cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei viuunt, et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me Domine deus meus: ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meum, domine deus salutis mee.

¶ In finem pro Idithun canticum Dauid. XXXVIII.

DIxi, Custodiã vias meas: vt nõ delinquã i ligua mea.
Posui ori meo custodiã: cũ consisteret peccator aduersum me.
Obmutui, ⁊ humiliat⁹ sum, ⁊ silui a bonis: ⁊ dolor meus renouat⁹ est.
Concaluit cor meum intra me: ⁊ in meditatione mea exardescet ignis.
Locutus sum in lingua mea, Notum fac mihi domine finem meum,
Et numerum dierum meorũ quis est: vt sciam quid desit mihi.
Ecce mẽsurabiles posuisti dies meos: et substantia mea tanquam nihilum ante te.
Ueruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.
Ueruntamen in imagine pertransit homo: sed ⁊ frustra cõturbatur.
Thesaurizat: et ignorat cui congregabit ea.
Et nunc que est expectatio mea? nonne dominus? et substãtia mea apud te est?
Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.
Obmutui, ⁊ non aperui os meum, quoniam tu fecisti: amoue a me plagas tuas.
A fortitudine enim manus tue ego defeci: in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem.
Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: veruntamen vane conturbatur omnis homo.
Exaudi orationem meam domine, et deprecationem meam auribus percipe: lachrymas meas
Ne sileas: quoniam aduena ego sum apud te, et peregrinus, sicut omnes patres mei.
Remitte mihi, vt refrigerer priusquam abeam: et amplius non ero.

¶ In finẽ psalm⁹ Dauid. XXXIX.

EXpectans expectaui dominũ: et intendit mihi.
Et exaudiuit preces meas, et eduxit me de lacu miserie, et de luto fecis.
Et statuit supra petram pedes meos, et direxit gressus meos.
Et immisit in os meum canticum nouum, carmen deo nostro.
Uidebunt multi, ⁊ timebũt: et sperabunt in domino.
Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: et non respexit in vanitates, et insanias falsas.
Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: et cogitationib⁹ tuis non est qui similis sit tibi.
Annuntiaui ⁊ locutus sum: multiplicati sunt super numerum.
Sacrificium et oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi. Heb.10 b
Holocaustũ et pro peccato non postulasti: tunc dixi, Ecce venio.
In capite libri scriptum est de me vt facerem voluntatẽ tuam: deus

meus

meus volui, et legem tuam in medio cordis mei.
Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo, domine tu scisti.
Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam et salutare tuum dixi.
Non abscōdi misericordiā tuam et veritatem tuam a concilio multo.
Tu aūt dn̄e ne lōge facias miserationes tuas a me: misericordia tua et veritas tua semꝑ susceperūt me.
Quoniam circundederunt me mala quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates mee, et non potui vt viderem.
Multiplicate sunt suꝑ capillos capitis mei: et cor meū dereliquit me.
Complaciat tibi dn̄e vt eruas me: domine ad adiuuandū me respice.
Cōfundantur et reuereant̄ simul: q̄ querunt aiam meā vt auferant eā.
Conuertantur retrorsum et reuereantur qui volunt mihi mala.
Ferant confestim cōfusionem suā, qui dicunt mihi, Euge, euge.
Exultent et letentur super te omnes querentes te: et dicant semper, Magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum.
Ego autem mendicus sum et pauper: dominus solicitus est mei.
Adiutor meus et protector meus tu es: deus meus ne tardaueris.

¶ In finem Psalmus Dauid. XL.

BEatus vir qui intelligit suꝑ egenum et pauperem: in die mala liberabit eū dominus.
Dominus conseruet eum, et viuificet eum, et beatum faciat eū in terra: et non tradat eum in animam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratū eius versasti ī infirmitate eius.
Ego dixi, Dn̄e miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala mihi, Quādo morietur et peribit nomē eius?
Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatem sibi.
Egrediebatur foras et loquebatur: in idipsum,
Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.
Verbum iniquū constituerunt aduersum me, Nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat?
Eteni homo pacis mee, in quo speraui, qui edebat panes meos: magnificauit suꝑ me supplantationē. Mat. 26 b mar. 14 b Luc. 22 b Ioā. 13. b Actu. 1. c
Tu autem domine miserere mei, et resuscita me: et retribuam eis.
In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.
Me autem propter innocentiam suscepisti: et confirmasti me in conspectu tuo in eternum.
Benedictus dominus deus Israel a seculo et vsq̨ in seculū: fiat fiat.

¶ In finem intellectus filiis Core, Psalmus. XLI.

QUemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū: ita desiderat anima mea ad te Deus.
Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam et apparebo ante faciem dei?
Fuerūt mihi lachrymę mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi est deus tuus?
Hec recordatus sum, et effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei.
In voce exultationis et confessionis sonus epulantis.
Quare tristis es anima mea? et quare conturbas me?
Spera in deo, qm̄ adhuc cōfitebor illi: salutare vult⁹ mei, et deus me⁹.
Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui

de terra

de terra Jordanis, et hermoniim a monte modico.
Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelsa tua et fluctus tui super me transierunt.
In die mandauit dñs misericordiam suam, et nocte canticum eius
Apud me, oratio deo vite mee, dicã deo, Susceptor meus es,
Quare oblit⁹ es mei? et quare cõtristatus incedo, dum affligit me inimicus?
Dum confringuntur ossa mea: exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.
Dum dicunt mihi per singulos dies, Ubi est deus tuus? quare tristis es anima mea? et quare conturbas me?
Spera in deo, quoniam adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei, et deus meus.

¶ Psalmus Dauid. XLII.

IUdica me deus, ꝛ discerne causam meam de gẽte non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me.
Quia tu es de⁹ fortitudo mea: quare me repulisti? et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?
Emitte lucem tuam, et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt ꝛ adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei: ad deũ qui letificat iuuentutem meam.
Cõfitebor tibi in cithara deus de⁹ me⁹: quare tristis es anima mea? et quare conturbas me?
Spera in deo, quoniam adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei, et deus meus.

¶ In finem filiis Core ad intellectum, XLIII.

DEus aurib⁹ nostris audiuim⁹, patres nostri annũtiauerunt nobis
Opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis.
Manus tua gentes disperdidit, ꝛ plantasti eos: afflixisti populos, et expulisti eos.
Nec eni in gladio suo posséderunt terram: et brachium eorũ non saluauit eos.
Sed dextera tua, ꝛ brachium tuũ, et illuminatio vultus tui: quoniã complacuisti in eis.
Tu es ipse rex meus et deus me⁹: qui mandas salutes Jacob.
In te inimicos nostros ventilabimus cornu: et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.
Non enim in arcu meo sperabo: ꝛ gladius meus non saluabit me.
Saluasti enim nos de affligentib⁹ nos: et odientes nos, confudisti.
In deo laudabimur tota die: et in noie tuo confitebimur in secula.
Nunc autem repulisti ꝛ confudisti nos: et nõ egredieris deus in virtutibus nostris.
Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: ꝛ qui oderunt nos, diripiebant sibi.
Dedisti nos tãquam oues escarũ: et in gentibus dispersisti nos.
Uendidisti populũ tuum sine precio: et non fuit multitudo in commutationibus eorum.
Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationẽ et derisum his qui sunt in circuitu nostro.
Posuisti nos in similitudinem gẽtib⁹: commotionem capitis in populis.
Tota die verecundia mea contra me est: et confusio faciei mee cooperuit me
A voce exprobrantis et obloquentis, a facie inimici ꝛ persequentis.
Hec oia venerunt super nos, nec obliti sumus te: et inique non egimus in testamento tuo.
Et non recessit retro cor nostrum: et declinasti semitas nostras a via tua.

Quoniã humiliasti nos in loco af=
flictionis: et cooperuit nos vmbꝛa
moꝛtis.
Si obliti sumus nomen dei nostri:
et si expandim⁹ manus nostras ad
deum alienum,
Nonne deus requiret ista? ipse eni
nouit abscondita coꝛdis.
Quoniã pꝛopter te moꝛtificamur
tota die: estimati sum⁹ sicut oues
occisionis.
Exurge, quare obdoꝛmis domine?
exurge: et ne repellas in finem.
Quare faciem tuam auertis? obli=
uisceris inopie nostre, et tribulati=
onis nostre?
Quoniam humiliata est in pulue=
re anima nostra: cõglutinatus est
in terra venter noster.
Exurge domine adiuua nos: et re=
dime nos pꝛopter nomen tuum.

¶ In finem pro iis qui commuta=
buntur, filiis Core ad intellectũ,
canticum pro dilecto, XLIIII.

ERuctauit coꝛ meum verbum
bonum: dico ego opera mea
regi.
Lingua mea calam⁹ scribꝫ ve=
lociter scribentis.
Speciosus foꝛma pꝛe filiis homi=
num, diffusa est gratia ĩ labiis tu=
is: pꝛopterea benedixit te deus in
eternum.
Accingere gladio tuo super femur
tuum, potentissime.
Specie tua ⁊ pulchꝛitudine tua: in=
tende pꝛospere, pꝛocede, et regna.
Pꝛopter veritatem et mãsuetudi=
nem et iustitiam: et deducet te mi=
rabiliter dextera tua.
Sagitte tue acute, populi sub te
cadẽt: in coꝛda inimicoꝛum regis.
Sedes tua deus in seculum seculi:
virga directionis virga regni tui.
Dilexisti iustitiam, ⁊ odisti iniqui=
tatem: pꝛopterea vnxit te deus de=
us tuus oleo letitie, pꝛe consoꝛti=
bus tuis.
Myrrha et gutta et casia a vesti=
mentis tuis, a domibus eburneis:
ex quibus delectauerunt te filie re=
gum in honoꝛe tuo.
Astitit regina a dextris tuis in ve=
stitu deaurato, circundata varie=
tate.
Audi filia, et vide, ⁊ inclina aurem
tuam: et obliuiscere populum tuũ,
et domum patris tui.
Et concupiscet rex decoꝛem tuum:
quoniam ipse est dñs deus tuus, ⁊
adoꝛabunt eum.
Et filia Tyꝛi in muneribus: vul=
tũ tuum depꝛecabuntur omnes di=
uites plebis.
Omnis gloꝛia filie regis ab int⁹,
in fimbꝛiis aureis circumamicta
varietatibus.
Adducentur regi virgines post eã:
pꝛoxime eius afferentur tibi.
Afferẽtur in letitia et exultatione ⁊
adducentur in templum regis.
Pꝛo patrib⁹ tuis nati sunt tibi fi=
lii: constitues eos pꝛincipes super
omnem terram.
Memoꝛ ero nominis tui in omni
generatione et generationem.
Pꝛopterea populi cõfitebuntur ti=
bi in eternum, et in seculum seculi.

¶ In finem, filiis Core pro arca=
nis, Psalmus. XLV.

DEus noster refugiũ et vir=
tus: adiutoꝛ in tribulatio=
nibus que inuenerunt nos
nimis.
Pꝛopterea nõ timebim⁹ dum tur=
babitur terra: et transferẽtur mõ=
tes in coꝛ maris.
Sonuerunt et turbate sunt aque
eoꝛum: conturbati sunt montes in
foꝛtitudine eius.
Fluminis impetus letificat ciuita=
tem dei: sanctificauit tabernaculũ
suum altissimus.
Deus in medio eius non cõmoue=
bitur: adiuuabit eam deus mane
diluculo.
Conturbate sunt gentes, et incli=
nata sunt regna: dedit vocẽ suam,

mota est terra.
Dñs virtutum nobiscum: suscep-
tor noster deus Jacob.
Venite, et videte opera dñi, que po-
suit prodigia super terrã: auferẽs
bella usque ad finem terre.
Arcum conteret, et confringet ar-
ma: et scuta comburet igni.
Vacate, et videte quoniã ego sum
deus: exaltabor in gentibus, et ex-
altabor in terra.
Dominus virtutũ nobiscum: su-
sceptor noster deus Jacob.

¶ In finem pro filiis Core
Psalmus. XLVI.

OMnes gentes plaudite ma-
nibus: iubilate deo in voce
exultationis.
Quoniã dominus excelsus
terribilis: rex magnus super omnẽ
terram.
Subiecit populos nobis: et gen-
tes sub pedibus nostris.
Elegit nobis hereditatem suam:
speciem Jacob quem dilexit.
Ascendit deus in iubilo: dominus
in voce tube.
Psallite deo nostro, psallite: psal-
lite regi nostro, psallite.
Quoniam rex omnis terre deus:
psallite sapienter.
Regnauit deus super gẽtes: deus
sedet super sedem sanctam suam.
Principes populorum congregati
sunt cum deo Abraham: quoniam
dii fortes terre, vehementer eleua-
ti sunt.

¶ Psalmus cantici filiis Core
secunda sabbati, XLVII.

MAgnus dñs et laudabilis
nimis in ciuitate Dei no-
stri, in monte sancto eius.
Fundatur exultatiõe vni-
uerse terre: mons Sion, latera a-
quilonis, ciuitas regis magni.
Deus in domibus eius cognosce-
tur: cum suscipiet eam.
Quoniam ecce reges terre cõgre-
gati sunt: conuenerunt in vnum.
Ipsi videntes sic admirati sunt,
conturbati sunt, cõmoti sunt: tre-
mor apprehendit eos
Ibi, dolores vt parturientis: in
spiritu vehementi conteres naues
Tharsis.
Sicut audiuimus, sic vidimus in
ciuitate domini virtutum, in ciui-
tate dei nostri: deus fundauit eam
in eternum.
Suscepimus deus misericordiam
tuam, in medio templi tui.
Secundum nomen tuum deus, sic
et laus tua in fines terre: iustitia
plena est dextera tua.
Letetur mons Sion, et exultent fi-
lie Jude: propter iudicia tua dñe.
Circundate Sion, et cõplectimini
eam: narrate in turribus eius.
Ponite corda vestra ĩ virtute ei⁹:
et distribuite domos eius, vt enar-
retis in progenie altera.
Quoniam hic est deus, deus noster
in eternum, et in seculũ seculi: ipse
reget nos in secula.

¶ In finem filiis Core Psalmus.
XLVIII.

AUdite hec omnes gentes:
auribus percipite oẽs qui
habitatis orbem,
Quique terrigene et filii ho-
minũ: simul in vnũ diues et paup.
Os meum loquetur sapientiam: et
meditatio cordis mei prudentiam.
Inclinabo in parabolã aurẽ meã,
aperiam in psalterio propositionẽ
meam.
Cur timebo ĩ die mala? iniquitas
calcanei mei circundabit me.
Qui confidunt in virtute sua: et in
multitudine diuitiarũ suarum glo-
riantur.
Frater non redimit, redimet homo?
non dabit deo placationem suam,
Et pretium redemptionis anime
sue: et laborabit in eternum, et vi-
uet adhuc in finem.
Non videbit interitum, cum vide-
rit sapientes morientes: simul in-
sipiens et

sipiens et stultus peribunt.
Et relinquent alienis diuitias suas: et sepulchra eorum domus illorum in eternum.
Tabernacula eorum in progenie et progenie: vocauerunt nomina sua in terris suis.
Et homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis.
Hec via illorum scandalum ipsis: et postea in ore suo complacebunt.
Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.
Et dominabuntur eorum iusti in matutino: et auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum.
Ueruntamen deus redimet animã meam de manu inferi cum acceperit me.
Ne timueris cum diues factus fuerit homo: et cum multiplicata fuerit gloria domus eius.
Quoniam cum interierit, non sumet omnia: neq; descendet cum eo gloria eius.
Quia anima ei9 in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cũ benefeceris ei.
Introibit vsq; in progenies patrũ suorum: et vsq; in eternum nõ videbit lumen.
Homo cum in honore esset, nõ intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis.

¶ Psalmus Asaph. XLIX.

DEus deorum dominus locutus est: et vocauit terrã A solis ortu vsq; ad occasũ: ex Sion species decoris ei9.
Deus manifeste veniet Deus noster, et non silebit.
Ignis in cõspectu eius exardescet: et in circuitu eius tẽpestas valida.
Aduocauit celum desursum: et terram discernere populum suum.
Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificia.
Et annuntiabũt celi iustitiam ei9: quoniam deus iudex est.
Audi populus meus, et loquar: Israel, et testificabor tibi: deus deus tuus ego sum.
Nõ in sacrificiis tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.
Non accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hircos.
Quoniam mee sunt omnes fere syluarum, iumenta in montibus, et boues.
Cognoui omnia volatilia celi: et pulchritudo agri mecum est.
Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terre: et plenitudo eius.
Nunquid mãducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo?
Immola deo sacrificium laudis: et redde altissimo vota tua.
Et inuoca me in die tribulatiõis: eruam te, et honorificabis me.
Peccatori autẽ dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas, et assumis testamẽtum meũ per os tuũ?
Tu vero odisti disciplinam: et proiecisti sermones meos retrorsum.
Si videbas furem, currebas cum eo: et cum adulteris portionem tuam ponebas.
Os tuũ abundauit malitia: et lingua tua concinnabat dolos.
Sedens aduersus fratrẽ tuũ loq̃baris, et aduersus filiũ matris tue ponebas scãdalũ: hec fecisti et tacui.
Existimasti inique q ero tui similis: arguam te, et statuam contra faciem tuam.
Intelligite hec q̃ obliuiscimini deum: nequando rapiat, et non sit qui eripiat.
Sacrificium laudis honorificabit me: et illic iter quo ostendã illi salutare dei.

¶ In finem Psalmus Dauid cum venit ad eũ Nathan propheta, quãdo intrauit ad Bethsabee. L. 2.re.12.a

MIserere mei deus secundũ magnã misericordiã tuã, Et secundum multitudinem miserationum tuarũ dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniqtate mea: et a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccaui, et malum coram te feci: vt iustificeris in sermonib9 tuis, et vincas cum iudicaris. Rom.3.a
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi.
Asperges me hyssopo, & mũdabor: lauabis me, et sup niuẽ dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiũ et letitiam: & exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.
Cor mundũ crea in me deus: & spiritũ rectũ innoua i visceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua: et spiritũ sanctum tuũ ne auferas a me.
Redde mihi letitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te conuertentur.
Libera me de sanguinib9 deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iustitiam tuam.
Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam.
Qm si voluisses sacrificiũ, dedissẽ: vtiq; holocaustis nõ delectaberis.
Sacrificium deo, spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum deus non despicies.
Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt edificentur muri Hierusalem.
Tũc acceptabis sacrificiũ iustitie, oblationes et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

¶ In finẽ intellectus Dauid cum venit Doeg Idumæus, & annuntiauit Saul, & dixit, Venit Dauid in domum Achimelech. LI. 1.re.22.d

QUid gloriaris in malitia, qui potẽs es in iniquitate? Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.
Dilexisti malitiã sup benignitatẽ: iniquitatẽ magis, q̃ loqui eqtatẽ.
Dilexisti omnia verba precipitationis, lingua dolosa.
Propterea Deus destruet te in finem: euellet te, et emigrabit te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viuentium.
Uidebunt iusti et timebunt, et sup eum ridebunt: & dicẽt, Ecce homo, qui nõ posuit deum adiutorẽ suũ, Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & preualuit in vanitate sua.
Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei, speraui in misericordia dei in eternũ, et in seculũ seculi.
Cõfitebor tibi in seculum quia fecisti: et expectabo nomen tuũ, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

¶ In finem pro Maalath intelligentia Dauid. LII.

DIxit insipiens in corde suo, Non est deus. Sup.13.d
Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonum.
Deus de celo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens deum.
Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.
Nonne scient omnes qui operãtur iniquitatem, qui deuorant plebem meam vt cibum panis?

Deũ nõ inuocauerũt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor,
Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt, quoniã deus spreuit eos.
Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum conuerterit deus captiuitatem plebis sue, exultabit Iacob, et letabitur Israel.

1.Re.23. ¶ In finem in carminibus intellectus Dauid cũ venissent Ziphæi, et dixissent ad Saul, Nonne Dauid absconditus est apud nos? LIII.

Deus i noĩe tuo saluũ me fac: et in virtute tua iudica me.
Deus exaudi oratioẽ meã: auribꝰ pcipe vba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerũt aduersum me, et fortes quesierunt animam meam: et non proposuerũt deum ante conspectum suum.
Ecce enim deus adiuuat me: et dominus susceptor est anime mee.
Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos. Alias aduerte.
Voluntarie sacrificabo tibi: et cõfitebor noĩ tuo dñe qm̃ bonum est.
Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: et super inimicos meos despexit oculus meus.

¶ In finem in carminibus intellectus Dauid. LIIII.

Exaudi deus orationem meã, et ne despexeris deprecationẽ meã: intẽde mihi, & exaudi me
Contristatus sum in exercitatione mea: et cõturbatus sum a voce inimici, et a tribulatione peccatoris.
Quoniam declinauerũt in me iniquitates: & in ira molesti erãt mihi.
Cor meum cõturbatum est in me: et formido mortis cecidit super me.
Timor et tremor venerunt super me: et contexerunt me tenebre:
Et dixi, Quis dabit mihi pennas sicut colũbe: & volabo & requiescã?
Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.
Expectabã eum q̃ saluũ me fecit a pusillanimitate spiritꝰ, & tẽpestate.
Precipita dñe, et diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in ciuitate.
Die ac nocte circũdabit eam super muros eius iniquitas, et labor in medio eius, et iniustitia.
Et non defecit de plateis eius vsura et dolus.
Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtiq̃.
Et si is q̃ oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.
Tu vero homo vnanimis, dux meus et notus meus.
Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum consensu.
Veniat mors super illos: et descendant in infernum viuentes.
Quoniam nequitie in habitaculis eorum in medio eorum.
Ego autem ad deum clamaui: & dominus saluabit me.
Vespere, et mane, et meridie, narrabo et annuntiabo: et exaudiet vocem meam.
Redimet in pace animã meam ab his qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum.
Exaudiet deus, & humiliabit illos, qui est ante secula.
Non enim est illis commutatio, et non timuerunt deum: extendit manum suam in retribuendo.
Cõtaminauerũt testamentũ eius, diuisi sunt ab ira vultus eius: et appropinquauit cor illius.
Molliti sunt sermones eius super oleum: et ipsi sunt iacula.
Iacta super dominum curam tuã, et ipse te enutriet: nõ dabit in eternum fluctuationem iusto. Matt.6 d Luc.12.c 1.Pe.5.b
Tu vero deus deduces eos in puteum interitus.
Viri sanguinum et dolosi, non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te domine.

In finem

¶ In finem pro populo qui a san-
1.Re.21. ctis longe factus est, Dauid in titu-
li inscriptione cum tenuerunt eum
Allophyli in Geth. LV.

MIserere mei deus, quoniã conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.
Conculcauerũt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me
Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo.
In deo laudabo sermones meos, in deo speraui: non timebo quid faciat mihi caro.
Tota die verba mea execrabãtur: aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.
Inhabitabunt et abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt.
Sicut sustinuerunt animam meã, pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes
Deus, vitã meã annũtiaui tibi: posuisti lachrymas meas i cõspectu tuo:
Sicut et in promissione tua: tũc cõuertentur inimici mei retrorsum.
In quacunque die inuocauero te: ecce cognoui quoniã deus meus es.
In deo laudabo verbũ, in domino laudabo sermonẽ: in deo speraui, nõ timebo quid faciat mihi homo.
In me sunt deus vota tua: que reddam laudationes tibi.
Quoniam eripuisti aiam meam de morte, et pedes meos de lapsu, vt placeã corã deo in lumine viuẽtiũ.

1.Re.22. ¶ In finem ne disperdas Dauid
et. 24. in tituli inscriptione cum fugeret
a facie Saul in speluncam. LVI.

MIserere mei deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.
Et in vmbra alarũ tuarũ sperabo: donec transeat iniquitas.
Clamabo ad deum altissimum: deum qui benefecit mihi.
Misit de celo, et liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.
Misit deus misericordiam suam et veritatem suam, et eripuit animam meam de medio catulorũ leonum: dormiui conturbatus.
Filii hominũ, dẽtes eorum arma et sagitte: et lingua eorum, gladius acutus.
Exaltare super celos deus: et in omnem terram gloria tua.
Laqueũ parauerunt pedibus meis: et incuruauerunt animam meam.
Foderunt ante faciem meam fouea: et inciderunt in eam.
Paratum cor meum deus, paratũ cor meũ: cantabo et psalmũ dicam.
Exurge gloria mea, exurge psalterium et cithara: exurgam diluculo.
Cõfitebor tibi in populis domine: psalmum dicam tibi in gentibus.
Quoniã magnificata est vsque ad celos misericordia tua: et vsque ad nubes veritas tua.
Exaltare super celos deus: et sup omnem terram gloria tua. Ioan.2.d

¶ In finem, ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione. LVII.

SI vero vtique iustitiã loquimini: recta iudicate filii hominũ.
Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniustitias manus vestre concinnant.
Alienati sũt peccatores a vulua: errauerũt ab vtero, locuti sũt falsa.
Furor illis secundum similitudinẽ serpentis: sicut aspidis surde, et obturantis aures suas.
Que nõ exaudiet vocẽ incantãtiũ: et venefici incantantis sapienter.
Deus cõteret dẽtes eorũ in ore ipsorum: molas leonũ confringet dñs.
Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.
Sicut cera q̃ fluit auferẽtur: supcecidit ignis, et non viderũt solem.
Priusquam intelligerẽt spine vestre rhamnum: sicut viuentes sic in ira absorbet eos.
Letabitur iustus cum viderit vindictam:

dicam: man⁹ suas lauabit in sanguine peccatoris.
Et dicet homo, Si vtique est fructus iusto? vtique est Deus iudicans eos in terra.

¶ In finem, ne disperdas Dauid in tituli inscriptione, quādo misit
1.Re.19. Saul, et custodiuit domum eius vt interficeret eum, LVIII.

ERipe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentib⁹ in me libera me.
Eripe me de operātib⁹ iniq̄tatē: ⁊ de viris sanguinū salua me.
Quia ecce ceperunt animam meā: irruerunt in me fortes.
Neq̧ iniquitas mea, neq̧ peccatū meum domine: sine iniquitate cucurri et direxi.
Exurge in occursum meū et vide: et tu dn̄e deus virtutū deus Israel
Intende ad visitandas omnes gētes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.
Cōuertent̄ ad vesperā, ⁊ famē patient̄ vt canes: ⁊ circūibūt ciuitatē.
Ecce loquētur in ore suo, et gladi⁹ in labiis eorū, quoniā q̄s audiuit?
Et tu domine deridebis eos: et ad nihilum deduces omnes gentes.
Fortitudinē meā ad te custodiam, quia deus susceptor meus es: deus me⁹ misericordia eius p̄ueniet me.
Deus ostēdit mihi super inimicos meos, ne occidas eos: nequando obliuiscantur populi mei.
Disperge illos in virtute tua: ⁊ depone eos protector meus domine.
Delictum oris eorū, sermonem labiorum ipsorum: et comprehēdantur in superbia sua.
Et de execratione et mendacio annuntiabuntur in consummatione: in ira cōsummationis, et nō erunt.
Et scient quia deus dominabitur Iacob, et finium terre.
Conuertentur ad vesperam, et famem patientur vt canes: et circūibunt ciuitatem.
Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint saturati, et murmurabunt.
Ego autem cantabo fortitudinem tuam, et exaltabo mane misericordiam tuam.
Quia factus es susceptor meus, et refugium meum in die tribulationis mee.
Adiutor meus tibi psallam, quia deus susceptor meus es: deus meus misericordia mea.

¶ In finem pro iis qui immutabūtur in tituli inscriptione Dauid 2.Regū.
in doctrinā, cum succendit Syriam 8. &. 10.
Mesopotamiæ, & Syriam Soba, & et. 1.
cōuertit Ioab, & percussit Idumæā Para.18.
in valle Salinarum 12 millia. LIX.

DEus repulisti nos, ⁊ destruxisti nos: iratus es, et misertus es nobis.
Conmouisti terram, et cōturbasti eam: sana contritiones eius, quia cōmota est.
Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.
Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant a facie arcus.
Vt liberentur dilecti tui: saluū fac dextera tua, et exaudi me.
Deus locut⁹ est in sancto suo, Letabor, ⁊ partibor Sichimam, ⁊ cōuallem tabernaculorum metibor.
Meus est Galaad, et me⁹ est Manasses: et Ephraim fortitudo capitis mei.
Iuda rex me⁹: Moab olla spei mee.
In Idumeā extendā calceamentū meū: mihi alienigene subditi sunt.
Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumeam?
Nonne tu deus qui repulisti nos: et non egredieris Deus in virtutibus nostris?
Da nobis auxiliū de tribulatione: quia vana salus hominis.
In deo faciemus virtutem: et ipse ad nihilū deducet tribulantes nos.

¶ In finē in hymnis David, LX.

Exaudi deus deprecationē meam: intende orationi mee.
A finib⁹ terre ad te clamaui, dum anxiaretur cor meū: in petra exaltasti me.
Deduxisti me, quia factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici.
Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamēto alarum tuarum.
Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.
Dies super dies regis adiicies: annos eius vsq; in diem generatiōis et generationis.
Permanet in eternum in cōspectu dei: misericordiā et veritatem eius quis requiret?
Sic psalmum dicā nomini tuo in seculum seculi: vt reddā vota mea de die in diem.

In finem pro Idithun, Psalmus David. LXI.

Nonne deo subiecta erit anima mea? ab ipso eni salutare meum.
Nam et ipse deus meus, et salutaris me⁹: susceptor meus, nō mouebor amplius.
Quousq; irruitis in hominem? interficitis vniuersi vos: tāquā parieti inclinato, et macerie depulse?
Veruntamē precium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti: ore suo benedicebant, et corde suo maledicebant.
Veruntamē deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.
Quia ipse de⁹ me⁹ et saluator meus: adiutor meus non emigrabo.
In deo salutare meum, et gloria mea: deus auxilii mei, et spes mea in deo est.
Sperate in eo oīs cōgregatio populi, effundite corā illo corda vestra: de⁹ adiutor noster in eternū.
Veruntamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.
Nolite sperare in iniquitate, et rapinas nolite cōcupiscere: diuitie si affluant, nolite cor apponere.
Semel locut⁹ est deus, duo hec audiui: quia potestas dei est, et tibi dñe misericordia, quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua. I.co.3.b Gal.6.b

¶ Psalmus David cum esset in deserto Idumææ. LXII. I.Re.22.

Deus Deus meus ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea, q̄ multipliciter tibi caro mea
In terra deserta, inuia, et inaqūsa, sic in sancto apparui tibi: vt viderē virtutem tuam et gloriam tuam.
Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicā te in vita mea: et in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea: et labiis exultationis laudabit os meum.
Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhesit anima mea post te: me suscepit dextera tua.
Ipsi vero in vanum quesierunt animam meam, introibūt in inferiora terre, tradētur in manus gladii, partes vulpium erunt.
Rex vero letabitur in deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquētium iniqua.

¶ In finē Psalm⁹ David LXIII.

Exaudi de⁹ orationem meam cū deprecor: a timore inimici eripe animam meam.
Protexisti me a conuētu malignantiū: a multitudine operantium

tium iniquitatem.
Qui exacuerunt vt gladium linguas suas, intēderunt arcum rem amaram: vt sagittent in occultis immaculatum.
Subito sagittabunt eum, et non timebunt: firmauerūt sibi sermonem nequam.
Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerūt, Quis videbit eos?
Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.
Accedet homo ad cor altum: et exaltabitur deus.
Sagitte paruulorū facte sunt plage eorum, ꝛ infirmate sunt contra eos lingue eorum.
Conturbati sunt omnes qui videbant eos: et timuit omnis homo.
Et annuntiauerunt opera dei: et facta eius intellexerunt.
Letabitur iustus in domino, ꝛ sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde.

¶ In finē Psalm⁹ Dauid. LXIIII.

TE decet hymn⁹ deus in Sion: ꝛ tibi reddetur votum in Hierusalem.
Exaudi orationē meam: ad te omnis caro veniet.
Verba iniquorū preualuerunt super nos: ꝛ impietatibus nostris tu propitiaberis.
Beatus quem elegisti et assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tue: sanctum est templum tuum, mirabile in equitate.
Exaudi nos de⁹ salutaris noster: spes omnium finiū terre, et in mari longe.
Preparans mōtes in virtute tua, accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.
Turbabuntur gentes, ꝛ timebunt qui habitāt terminos a signis tuis: exitus matutini et vespere delectabis.
Visitasti terram et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.
Flumen dei repletū est aquis: parasti cibū illorum, quoniam ita est preparatio eius.
Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius: in stillicidiis eius letabitur germinans.
Benedices corone anni benignitatis tue: et campi tui replebuntur vbertate.
Pinguescent speciosa deserti: et exultatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ouium, ꝛ valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

¶ In finem Psalmus Dauid. LXV.

IUbilate deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.
Dicite deo, Quam terribilia sunt opera tua domine: in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te, et psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.
Venite, et videte opera dei: terribilis in consiliis super filios hominum.
Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertrāsibunt pede: ibi letabimur in ipso.
Qui dominatur in virtute sua in eternum, oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.
Benedicite gentes deum nostrum: et auditam facite vocē laudis ei⁹.
Qui posuit animam meam ad vitam: et non dedit in commotionem pedes meos.
Quoniam probasti nos deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.
Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.
Transiuimus per ignē et aquam:

et eduxisti nos in refrigerium.
Introibo i domum tuam in holocaustis:reddam tibi vota mea,que distinxerunt labia mea.
Et locutum est os meum in tribulatione mea.
Holocausta medullata offerã tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis.
Venite, audite, et narrabo omnes qui timetis deum, quanta fecit animę meę.
Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.
Iniquitatẽ si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus.
Propterea exaudiuit deus: et attendit voci deprecationis meę.
Benedictus deus qui non amouit orationem meam, et misericordiã suam a me.

¶ In finem in hymnis Psalmus cantici Dauid. LXVI.

DEus misereatur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.
Ut cognoscam⁹ in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.
Cõfiteantur tibi populi deus: cõfiteantur tibi populi omnes.
Letentur et exultent gentes, quoniam iudicas populos in equitate, et gentes in terra dirigis.
Cõfiteantur tibi populi deus, cõfiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum.
Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus:et metuant eũ omnes fines terre.

¶ In finem Psalmus cantici Dauid. LXVII.

Nu. 10.b EXurgat deus et dissipẽtur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum a facie eius.
Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie dei.
Et iusti epulentur, et exultent in conspectu dei: et delectentur in letitia.
Cantate deo, psalmum dicite nomini eius, iter facite ei qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi.
Exultate in conspectu eius: turbabuntur a facie eius, patris orphanorum, et iudicis viduarum.
De⁹ in loco sancto suo: de⁹ qui inhabitare facit vni⁹ moris i domo.
Qui educit victos in fortitudine, similiẽ eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.
Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto,
Terra mota est, etenim celi distillauerunt a facie dei Sinai, a facie dei Israel.
Pluuiam volũtariam segregabis de⁹ hereditati tue: & infirmata est, tu vero perfecisti eam.
Animalia tua habitabũt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi de⁹.
Dominus dabit verbum euãgelizantibus virtute multa.
Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.
Si dormiatis inẽ medios cleros, penne columbe deargẽtate: et posteriora dorsi eius in pallore auri.
Dum discernit celestis reges super eam, niue dealbabũtur in Selmõ: mons dei mons pinguis.
Mons coagulat⁹, mons pinguis, vt quid suspicamini montes coagulatos?
Mõs in quo beneplacitum est deo habitare in eo: etenĩ dominus habitabit in finem.
Currus dei decem millibus multiplex, millia letantium: dominus in eis in Sinai in sancto. Alias abundantiũ
Ascendisti in altum, cepisti captiuitatẽ: accepisti dona i hominib⁹. Eph. 4.b
Etenim non credentes inhabitare dominum deum.

Bene-

Benedictus domin⁹ die quotidie : prosperum iter faciet nobis, deus salutarium nostrorum.
Deus noster deus saluos faciēdi : et domini domini exitus mortis.
Ueruntamen deus confringet capita inimicorū suorum : verticem capilli perambulantiū in delictis suis.
Dixit dn̄s, Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris :
Ut intingatur pes tuus i sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.
Uiderunt ingressus tuos deus: ingressus dei mei, regis mei, qui est in sancto.
Preuenerunt principes coniuncti psallentibus: in medio iuuencularum tympanistriarum.
In ecclesiis benedicite deo, domino de fontibus Israel.
Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu.
Principes Iuda duces eorū, principes Zabulō, et principes Nephthalim.
Manda deus virtuti tue : confirma hoc deus, quod operatus es in nobis.
A templo tuo in Hierusalem, tibi offerent reges munera.
Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos qui probati sunt argento.
Dissipa gentes que bella volunt, venient legati ex Egypto: Ethiopia preueniet manus eius deo.
Regna terre cantate deo : psallite domino.
Psallite deo qui ascendit super celum celi, ad orientem.
Ecce dabit voci sue vocem virtutis, date gloriam deo super Israel magnificentia eius, et virtus eius in nubibus.
Mirabilis deus in sanctis suis, de⁹ Israel ipse dabit virtutē et fortitudinem plebis sue : benedictus de⁹.

¶ In finem pro iis qui commutabuntur Dauid. LXVIII.

Saluum me fac deus: quoniam intrauerūt aque vsq; ad animam meam. Ione.2.e
Infixus sum i limo profundi: et non est substantia.
Ueni in altitudinem maris: et tempestas dimersit me.
Laboraui clamās, rauce facte sunt fauces mee : defecerunt oculi mei, dum spero in deum meum.
Multiplicati sunt sup capillos capitis mei qui oderunt me gratis.
Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste : que nō rapui, tunc exoluebam.
Deus tu scis insipientiam meam : et delicta mea a te non sunt abscōdita.
Non erubescāt in me, qui expectāt te domine, domine virtutum.
Non confundantur super me qui querunt te, deus Israel.
Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.
Extraneus factus sum fratribus meis : et peregrinus filiis matris mee. Ioan.2.d
Quoniā zelus domus tue comedit me : et opprobria exprobrantiū tibi, ceciderunt super me. Ro.15.a
Et operui i ieiunio animam meā : et factum est in opprobrium mihi.
Et posui vestimentum meum ciliciū : et fact⁹ sum illis in parabolā.
Aduersum me loquebant qui sedebant in porta, et in me psallebant qui bibebant vinum.
Ego vero orationem meam ad te domine: tempus beneplaciti deus.
In multitudine misericordie tue exaudi me: in veritate salutis tue.
Eripe me de luto, vt non infigar : libera me ab his qui oderunt me, et de profundis aquarum.
Nō me demergat tempestas aque: neq; absorbeat me profundū: neq;

vrgeat super me puteus os suum.
Exaudi me domine quoniam beni-
gna est misericordia tua: secundũ
multitudinem miserationum tua-
rum respice me.
Et ne auertas faciem tuam a pue-
ro tuo: quoniã tribulor, velociter
exaudi me.
Intende anime mee et libera eam:
propter inimicos meos eripe me.
Tu scis improperiũ meum: et con-
fusionem meã, et reuerentiã meam.
In conspectu tuo sunt omnes qui
tribulant me: improperium expe-
ctauit cor meum et miseriam.
Et sustinui q̃ simul cõtristaretur, et
non fuit: et q̃ cõsolaret, et nõ inueni.
Ioã.19.c Et dederunt in escam meam fel: et
Ro.11.b in siti mea potauerunt me aceto.
Fiat mẽsa eorum corã ipsis in laque-
um: et in retributiones et in scãdalũ.
Obscurentur oculi eorum ne videant: et dorsum eorũ semp incurua.
Effunde super eos iram tuã: et fu-
ror ire tue comprehendat eos.
Actũ.1.d Fiat habitatio eorum deserta: et in ta-
bernaculis eorũ nõ sit q̃ inhabitet.
Quoniam quem tu percussisti per-
secuti sunt: et super dolorem vul-
nerum meorum addiderunt.
Appone iniquitatẽ super iniquitatẽ
eorũ: et non intrent in iustitiã tuã.
Deleantur de libro viuentium: et
cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper et dolens: salus
tua deus suscepit me.
Laudabo nomen dei cum cantico:
et magnificabo eum in laude.
Et placebit deo super vitulũ nouel-
lũ, cornua producentẽ et vngulas.
Videant pauperes et letẽtur: que-
rite deum, et viuet anima vestra:
Quoniam exaudiuit pauperes do-
minus: et vinctos suos nõ despexit.
Laudent illum celi et terra: mare,
et omnia reptilia in eis.
Quoniam deus saluã faciet Sion:
et edificabuntur ciuitates Jude.
Et inhabitabunt ibi: et hereditate
acquirent eam.
Et semẽ seruorum eius possidebit eã: et
q̃ diligũt nomẽ eius habitabũt in ea.

¶ In finẽ Dauid in rememoratione eo q saluũ me fecit dñs. LXIX.

Deus in adiutoriũ meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.
Confundantur et reuereã-
tur qui querunt animam meam.
Auertãtur retrorsum et erubescãt,
qui volunt mihi mala.
Auertantur statim erubescentes: q̃
dicunt mihi, Euge euge.
Exultent et letẽtur in te oẽs q̃ que-
runt te: et dicant semper, Magnifi-
cetur dñs, q̃ diligunt salutare tuũ.
Ego vero egenus et pauper sum:
deus adiuua me.
Adiutor meus et liberator meus es
tu: domine ne moreris.

¶ Psalmus Dauid filiorum Ionadab, & priorum captiuorũ. LXX.

In te domine speraui, non con-
fundar in eternum: in iustitia
tua libera me et eripe me.
Inclina ad me aurem tuam: et
salua me.
Esto mihi in deũ protectorem, et in
locum munitũ: vt saluũ me facias.
Quoniam firmamentum meum et
refugium meum es tu.
Deus meus eripe me de manu pec-
catoris, et de manu contra legem
agentis et iniqui.
Quoniã tu es patientia mea dñe:
dñe spes mea a iuuentute mea.
In te cõfirmatus sũ ex vtero: de vẽ-
tre matris mee tu es protector meus.
In te cantatio mea semper: tanq̃
prodigium factus sum multis, et tu
adiutor meus fortis.
Repleatur os meum laude vt can-
tem gloriam tuã, tota die magni-
tudinem tuam.
Ne proiicias me in tempore sene-
ctutis: cum defecerit virtus mea,
ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei mihi: et
qui

qui custodiebant animam meam, concilium fecerunt in vnum,
Dicentes, Deus dereliquit eum, persequimini, ꝛ cõprehendite eum: quia non est qui eripiat.
Deus ne elongeris a me: deus meus in auxilium meum respice.
Cõfundantur et deficiãt detrahẽtes anime mee: operiantur cõfusione et pudore, ꝗ querũt mala mihi.
Ego autem semper sperabo: et adiiciam super omnem laudem tuam.
Os meum annunciabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum.
Quoniam nõ cognoui literaturã: introibo in potentias domini: dñe memorabor iustitie tue solius.
Deꝰ docuisti me a iuuẽtute mea: ꝛ vsqꝫ nũc ꝓnũtiabo mirabilia tua.
Et vsque in senectam et seniũ: deus ne derelinquas me,
Donec annuntiem brachium tuũ generationi omni que ventura est,
Potentiam tuam et iustitiã tuam deus vsque in altissima que fecisti magnalia: deus quis similis tibi?
Quantas ostendisti mihi tribulationes multas ꝛ malas? et conuersus viuificasti me: ꝛ de abyssis terre iterum reduxisti me.
Multiplicasti magnificentiam tuam: et cõuersus consolatus es me.
Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatẽ tuã deus: psallam tibi in cithara sanctus Israel.
Exultabũt labia mea cũ cãtauero tibi: et anima mea quam redemisti.
Sed ꝛ lingua mea tota die meditabitur iustitiã tuã, cũ cõfusi et reueriti fuerint qui querũt mala mihi.

¶ Psalmus in Salomonem. LXXI.

DEus iudicium tuũ regi da: et iustitiam tuã filio regis.
Judicare populum tuũ in iustitia: et pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem populo: et colles iustitiam.
Judicabit pauperes populi, et saluos faciet filios pauperum: et humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cũ sole ꝛ ante lunã in generatione et generationem.
Descendet sicut pluuia in vellus: ꝛ sicut stillicidia stillantia sup terrã.
Orietur in diebꝰ eius iustitia ꝛ abundãtia pacis: donec auferat luna.
Et dominabitur a mari vsque ad mare: et a flumine vsque ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident Ethiopes: et inimici eius terram lingent.
Reges Tharsis et Insule munera offerent: reges Arabum et Saba dona adducent. Matt. 2 b
Et adorabunt eum omnes reges terre: omnes gentes seruient ei.
Quia liberabit pauperẽ a ꝓtente: et pauperem cui non erat adiutor.
Parcet pauperi et inopi: et animas pauperum saluas faciet.
Ex vsuris et iniquitate redimet animas eorum: et honorabile nomẽ eorum coram illo.
Et viuet, et dabitur ei de auro Arabie, ꝛ adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei.
Erit firmamentũ in terra in summis montium, superextolletur sup Libanum fructus eius: et florebũt de ciuitate sicut fenum terre.
Sit nomẽ eius benedictũ in secula: ante solem permanet nomen eius.
Et benedicentur in ipso oẽs tribꝰ terre: oẽs gentes magnificabũt eũ.
Benedictus dominus deus Israel, qui facit mirabilia solus.
Et benedictum nomen maiestatis eius in eternum, et replebitur maiestate eius omnis terra, fiat fiat.

¶ Defecerũt laudes Dauid filii Iesse Psalmus Asaph. LXXII.

QVã bonus Israel deus his qui recto sunt corde?
Mei autẽ pene moti sunt pedes: pene effusi sũt gressus mei,
Quia zelaui super iniquos, pacem

peccatorũ

peccatoꝛum videns.
Quia non est respectus moꝛti eoꝝ: et firmamentum in plaga eoꝛum.
In laboꝛe hominum non sunt: et cum hominibꝰ non flagellabũtur.
Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate et impietate sua.
Pꝛodiit quasi ex adipe iniquitas eoꝛũ: transierunt in affectũ coꝛdis.
Cogitauerũt et locuti sunt nequitiã: iniquitatẽ in excelso locuti sũt.
Posuerunt in celum os suũ: et lingua eoꝛum transiuit in terra.
Ideo conuertetur populus meus hic: ⁊ dies pleni inuenientur in eis.
Et dixerunt, Quomodo scit deus, et si est scientia in excelso?
Ecce ipsi peccatoꝛes et abundãtes in seculo: obtinuerunt diuitias.
Et dixi, Ergo sine causa iustificaui coꝛ meum: et laui inter innocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die, ⁊ castigatio mea in matutinis.
Si dicebam, Narrabo sic: ecce nationem filioꝛum tuoꝛũ repꝛobaui.
Existimabam vt cognoscerẽ hoc: laboꝛ est ante me.
Donec intrem in sanctuarium dei: et intelligam in nouissimis eoꝛum.
Uerũtamen pꝛopter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarẽtur.
Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt: perierunt pꝛopter iniquitatem suam.
Uelut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsoꝛum ad nihilum rediges.
Quia inflammatum est coꝛ meũ, ⁊ renes mei cõmutati sunt: et ego ad nihilum redactus sum, et nesciui.
Ut iumentum factus sum apud te: et ego semper tecum.
Tenuisti manum dexteram meam, et in voluntate tua deduxisti me: et cum gloꝛia suscepisti me.
Quid enim mihi est in celo? et a te quid volui super terram?
Defecit caro mea et coꝛ meũ, deus coꝛdis mei, et pars mea, deꝰ i eternũ.
Quia ecce, q̃ elõgãt se a te, peribũt: pdidisti oẽs q̃ foꝛnicantur abs te.
Mihi autem adherere deo bonum est: ponere in dño deo spem meam,
Ut annuntiem omnes pꝛedicationes tuas in poꝛtis filie Sion.

¶ Intellectus Asaph. LXXIII.

Ut quid deus repulisti in finem: iratus est furoꝛ tuus super oues pascue tue?
Memoꝛ esto congregationis tue, quam possedisti ab initio.
Redemisti virgam hereditatis tue: mons Sion in quo habitasti in eo.
Leua manus tuas in superbias eoꝛum in finem: quanta malignatꝰ est inimicus in sancto?
Et gloꝛiati sunt qui oderunt te: in medio solennitatis tue.
Posuerũt signa sua, signa: ⁊ nõ cognouerũt sicut i exitu sup summũ.
Quasi in sylua lignoꝛum securibꝰ exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi et ascia deiecerunt eam.
Incẽderũt igni sãctuariũ tuũ: i terra polluerũt tabernaculũ nõis tui. 4.re.15c
Dixerunt in coꝛde suo cognatio eoꝛum simul, Quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra.
Signa nostra non vidimus, iam non est pꝛopheta: et nos non cognoscet amplius.
Usquequo deus impꝛoperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem?
Ut quid auertis manũ tuã ⁊ dexteram tuã de medio sinu tuo in finẽ?
Deus autẽ rex noster ante secula: operatus est salutẽ in medio terre. Luc.1.g
Tu cõfirmasti i virtute tua mare: cõtribulasti capita dꝛaconũ i aq̃s.
Tu cõfregisti capita dꝛaconis: dedisti eum escam populis Ethiopũ.
Tu dirupisti fontes et toꝛrentes: tu siccasti fluuios Ethan.
Tuus est dies, ⁊ tua est nox: tu fabꝛicatus es auroꝛam et solem.
Tu fecisti omnes terminos terre:
estatem

estatem et ver tu plasmasti ea.
Memor esto huius, inimicus improperauit domino: et populus insipiens incitauit nomen tuum.
Ne tradas bestiis animas confitentes tibi: et animas pauperũ tuorum ne obliuiscaris in finem. Alias cõfitentiũ.
Respice in testamentum tuũ: quia repleti sunt qui obscurati sunt terre domibus iniquitatum.
Ne auertatur humilis factus confusus: pauper et inops laudabunt nomen tuum.
Exurge deus, iudica causam tuã: memor esto impropetiorum tuorũ, eorũ q̃ ab insipiente sunt tota die.
Ne obliuiscaris voces inimicorũ tuorum: superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper.

¶ In finem ne corrumpas, Psalmus Asaph cantici. LXXIIII.

Confitebimur tibi deus, cõfitebimur: et inuocabimus nomen tuum.
Narrabim⁹ mirabilia tua: cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.
Liquefacta est terra, et omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.
Dixi iniquis, Nolite inique agere: et delinquentibus, Nolite exaltare cornu.
Nolite extollere in altũ cornu vestrum: nolite loqui aduersus deum iniquitatem.
Quia neq; ab oriente, neq; ab occidente, neq; a desertis montibus: quoniam deus iudex est.
Hunc humiliat, et hũc exaltat: quia calix i manu domini vini meri plenus mixto.
Et inclinauit ex hoc in hoc: verũtamen fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terre.
Ego autem annũtiabo in seculum: cantabo deo Jacob.
Et oĩa cornua peccatorũ confringam: et exaltabuntur cornua iusti.

¶ In finem in laudibus, Psalmus Asaph canticum. LXXV.

Notus in Judea deus: in Israel magnum nomen eius.
Et factus est in pace locus ei⁹: et habitatio eius i Siõ.
Ibi confregit potẽtias arcuũ, scutum, et gladium, et bellum.
Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt somnum suum: et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.
Ab increpatione tua deus Jacob: dormitauerũt q̃ ascenderũt equos.
Tu terribilis es, et quis resistet tibi? ex tunc ira tua.
De celo auditum fecisti iudicium: terra tremuit et quieuit,
Cum exurgeret in iudiciũ deus: vt saluos faceret oẽs mãsuetos terre.
Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: et reliquie cogitationis diem festum agent tibi.
Vouete, et reddite domino deo vestro: omnes qui in circumitu eius affertis munera.
Terribili et ei qui aufert spiritum pricipũ: terribili apud reges terre.

¶ In finem pro Idithun, Psalmus Asaph. LXXVI.

Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad deum, et intendit mihi.
In die tribulationis mee deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum: et non sum deceptus.
Renuit cõsolari aĩa mea, memor fui dei et delectatus sum, et exercitatus sum: et defecit spiritus meus.
Anticipauerũt vigilias oculi mei: turbatus sum, et non sum locutus.
Cogitaui dies antiquos: et annos eternos in mente habui.
Et meditatus sum nocte cum corde meo: et exercitabar: et scopebã spiritum meum.
Nunquid in eternum proiiciet deus? aut

us: aut non apponet vt complacitior sit adhuc?
Aut in finē misericordiā suā abscidet: a generatione in generationē?
Aut obliuiscetur misereri deus? au continebit in ira sua misericordias suas?
Et dixi, Nunc cepi: hec mutatio dextere excelsi.
Memor fui operum domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operibus tuis: et in adinuentionibus tuis exercebor.
Deus in sancto via tua, quis deus magnus sicut de⁹ noster? tu es deus qui facis mirabilia.
Notam fecisti ī populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populū tuū, filios Jacob et Joseph.
Uiderunt te aque deus, viderunt te aque: et timuerunt, et turbate sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarum, vocem dederunt nubes.
Etenim sagitte tue transeunt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tue orbi terre: commota est et contremuit terra.
In mari via tua, et semite tue in aquis multis: et vestigia tua non cognoscentur.
Ex. 14. e Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi et Aaron.

¶ Intellectus Asaph. LXXVII.

Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.
Mat. 13. e Aperiā in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.
Quāta audiuimus ⁊ cognouimus ea: et patres nostri narrauerunt nobis,
Non sunt occultata a filiis eorum in generatione altera,
Narrantes laudes domini et virtutes ei⁹: et mirabilia eius q̄ fecit.
Et suscitauit testimonium in Jacob: et legem posuit in Israel,
Quanta mādauit patrib⁹ nostris nota facere ea filiis suis, vt cognoscat generatio altera.
Filii qui nascentur et exurgent, et narrabunt filiis suis,
Ut ponāt in deo spem suam, et nō obliuiscantur operum dei, et mandata eius exquirant:
Ne fiāt sicut patres eorum, generatio praua et exasperans,
Generatio que non direxit cor suum, et non est creditus cum deo spiritus eius.
Filii Ephrem intendentes et mittētes arcū: cōuersi sunt ī die belli.
Non custodierunt testamentū dei: et in lege eius noluerūt ambulare.
Et obliti sunt benefactorum eius: et mirabiliū eius que ostendit eis.
Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Egypti, in campo Taneos.
Interrupit mare et perduxit eos: et statuit aquas quasi in vtre.
Et deduxit eos in nube diei: et tota nocte in illuminatione ignis.
Interrupit petram in eremo: ⁊ adaquauit eos velut ī abysso multa. Ex. 14. e
Et eduxit aquam de petra: et eduxit tanquam flumina aquas. Ex. 13. d &. 24. ef
Et apposuerunt adhuc peccare ei: ps. 104 d
in iram concitauerunt excelsum in inaquoso. Ex. 17. b
Et tentauerunt deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis.
Et male locuti sunt de deo: dixerunt, Nunquid poterit deus parare mensam in deserto? Nu. 11. a
Quoniā percussit petram, ⁊ fluxerūt aque, ⁊ torrētes inundauerūt: Nu. 20. b
Nunquid et panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?
Ideo audiuit dominus, et distulit: Nu. 11. a
et ignis accensus est in Jacob, et ira ascendit in Israel:

Quia

Quia non crediderunt in deo, nec
sperauerunt in salutari eius.
Et mandauit nubibus desuper, et
ianuas celi aperuit.
Et pluit illis māna ad manducā-
dum, et panem celi dedit eis.
Panē angeloꝝ māducauit homo:
cibaria misit eis in abundantia.
Transtulit austrum de celo: et in-
duxit in virtute sua africum.
Ex.16.c Et pluit super eos sicut puluerem
Nu.11.b carnes: et sicut arenam maris vo-
Ioan.6 d latilia pennata.
I.co.10 a Et ceciderunt in medio castroꝛum
Nu.11.g eoꝛum: circa tabernacula eoꝛum.
Et manducauerūt ⁊ saturati sunt
nimis, et desiderium eoꝛum attulit
eis: non sunt fraudati a desiderio
suo.
Adhuc esce eoꝛum erāt in oꝛe ipso-
Nu.11.g rum: et ira dei ascendit super eos.
Et occidit pingues eoꝛum: et ele-
ctos Israel impediuit.
In omnibus his peccauerunt ad-
huc: et non crediderunt in mirabi-
libus eius.
Et defecerunt in vanitate dies eo-
rum: et anni eoꝝ cum festinatione.
Cum occideret eos querebant eū:
et reuertebantur, et diluculo veni-
ebant ad Deum.
Et rememoꝛati sunt quia deꝰ ad-
iutoꝛ est eoꝛum: et deꝰ excelsus re-
demptoꝛ eoꝛum est.
Et dilexerunt eū in oꝛe suo: et lin-
gua sua mentiti sunt ei.
Coꝛ autem eoꝛum nō erat rectum
cum eo: nec fideles habiti sunt in
testamento eius.
Ipse autem est misericoꝛs, et pꝛo-
pitius fiet peccatis eoꝛum: et non
disperdet eos.
Et abundauit vt auerteret iram
suam: et non accēdit omnem iram
suam.
Et recoꝛdatus est quia caro sunt:
spiritus vadens et non rediens.
Quoties exacerbauerunt eū in de-
serto: in iram concitauerunt eum
in inaquoso?
Et conuersi sunt, et tentauerunt
deum: et sanctum Israel exacer-
bauerunt.
Non sunt recoꝛdati manus eius,
die qua redemit eos de manu tri-
bulantis.
Sicut posuit ī Egypto signa sua
et pꝛodigia sua in campo Taneos.
Et conuertit in sanguinem flumi- Exo.7.d
na eoꝛum: et imbꝛes eoꝛum ne bi-
berent.
Misit in eos cynomyiam: et com- 8.f
edit eos: et ranā, ⁊ disperdidit eos. 8.a
Et dedit erugini fructus eoꝛum: et 10.c
laboꝛes eoꝛum locuste.
Et occidit in grandine vineas eo- 9.a
rum: et moꝛos eoꝛum in pꝛuina.
Et tradidit grandini iumenta eo- 9.e
rum: et possessionem eorum igni.
Misit in eos iram indignationis
sue, indignationem, et iram, et tri-
bulationem: immissiones per an-
gelos malos.
Viam fecit semite ire sue, et nō pe-
percit a moꝛte animabus eoꝛum:
et iumenta eoꝝ in moꝛte cōclusit.
Et percussit omne pꝛimogenitum Ex.12.d
in terra Egypti: pꝛimitias omnis
laboꝛis eoꝝ in tabernaculis Chā.
Et abstulit sicut oues populū su-
um: et perduxit eos tanquam gre-
gem in deserto.
Et deduxit eos in spe, et non timu-
erunt: et inimicos eoꝛum operuit Ex.14.e
mare.
Et induxit eos in mōtem sanctifi-
cationis sue: mōtem quem acqui-
siuit dextera eius.
Et eiecit a facie eoꝛum gentes: et Iosu.13b
soꝛte diuisit eis terram in funicu-
lo distributionis.
Et habitare fecit in tabernaculis
eoꝛum tribus Israel.
Et tentauerūt, et exacerbauerunt
deum excelsum: et testimonia eius
non custodierunt.
Et auerterunt se, et non seruaue-
runt pactū: quemadmodū patres
An eoꝛum

eorũ, cõuersi sunt in arcũ prauũ.
In iram cõcitauerunt eum in col-
libꝰ suis: & in sculptilibꝰ suis ad e-
mulationem eum prouocauerunt.
Audiuit deꝰ et spreuit: et ad nihilũ
redegit valde Israel.
Et repulit tabernaculũ Silo: ta- 1.Re.4.a
bernaculũ suum vbi habitauit in
hominibus.
Et tradidit in captiuitatẽ virtutẽ
eorum: et pulchritudinem eorum
in manus inimici.
Et cõclusit in gladio populum su-
um: et hereditatem suam spreuit.
Iuuenes eorum comedit ignis: et
virgines eoꝝ non sunt lamentate.
Sacerdotes eorũ in gladio cecide-
runt: et vidue eoꝝ non plorabant.
Et excitatus est tanquam dormi-
ens dominus: tanquã potens cra-
pulatus a vino.
1.Re.5.b Et percussit inimicos suos in po-
1.re.17.f steriora: opprobrium sempiternũ
dedit illis.
Et repulit tabernaculum Ioseph:
et tribum Ephraim non elegit.
Sed elegit tribum Iuda: montem
Sion quem dilexit.
Et edificauit sicut vnicorniũ san-
ctificium suum in terra: quã fun-
dauit in secula.
1.re.16.c Et elegit Dauid seruum suum, et
sustulit eum de gregibꝰ ouium: de
post fetantes accepit eum,
Pascere Iacob seruum suum, et
Israel hereditatem suam.
Et pauit eos in innocentia cordis
sui: et in intellectibꝰ manuum su-
arum deduxit eos.

¶ Psalmus Asaph. LXXVIII.

Deus venerũt gẽtes in he-
reditatem tuam, polluerũt
templũ sanctum tuum: po-
suerunt Hierusalem in po-
morum custodiam.
Posuerunt morticina seruorũ tu-
orum escas volatilibꝰ celi: carnes
sanctorum tuorum bestiis terre.
1.Ma.7.c Effunderunt sanguinem eoꝝ tan-
quam aquam in circuitu Hieru-
salem: et non erat qui sepeliret.
Facti sumꝰ opprobriũ vicinis no-
stris: subsannatio & illusio his qui
in circuitu nostro sunt.
Usquequo dñe irasceris in finem:
accẽdetur velut ignis zelus tuus?
Effunde iram tuam in gentes que Hie.10.d
te nõ nouerũt: et in regna que no-
men tuum non inuocauerunt.
Quia comederunt Iacob, & locum
eius desolauerunt.
Ne memineris iniquitatũ nostra- Esa.64.d
rum antiquarũ: cito anticipẽt nos
misericordie tue, quia pauperes fa-
cti sumus nimis.
Adiuua nos deus salutaris noster:
propter gloriam nominis tui dñe
libera nos, & propitius esto pecca-
tis nostris propter nomen tuum.
Ne forte dicant in gentibꝰ, vbi est
deus eorum? et innotescat in nati-
onibus coram oculis nostris.
Ultio sanguinis seruoꝝ tuorũ qui
effusus est: introeat i cõspectu tuo
gemitus compeditorum.
Secũdum magnitudinem brachii
tui posside filios mortificatorum.
Et redde vicinis nostris septuplũ
in sinu eorum: improperium ipso-
rum quod exprobrauerũt tibi dñe.
Nos aũt populus tuꝰ et oues pa-
scue tue cõfitebimur tibi in seculũ.
In generatione et generationem
annũtiabimus laudem tuam.

¶ In finem pro iis qui com-
mutabuntur, testimonium Asaph,
Psalmus LXXIX.

Qui regis Israel intende:
qui deducis velut ouem
Ioseph.
Qui sedes sup cherubim,
manifestare coram Ephraim, Bẽ-
iamin, et Manasse.
Excita potẽtiam tuam, et veni: vt
saluos facias nos.
Deus conuerte nos: et ostende fa-
ciem tuam, et salui erimus.
Domine deus virtutum, quousqꝫ
irasceris

irascetis super orationē serui tui?
Cibabis nos pane lachrymarum: et potum dabis nobis i lachrymis in mensura?
Posuisti nos i cōtradictionem vicinis nostris: et inimici nostri subsannauerunt nos.
Deus virtutum conuerte nos: et ostēde faciem tuam, et salui erim⁹.
Vineam de Egypto transtulisti: eiecisti gentes, et plantasti eam.
Dux itineris fuisti in conspectu eius: et plātasti radices eius, et impleuit terram.
Operuit mōtes vmbra eius: et arbusta eius cedros dei.
Extendit palmites suos vsq; ad mare: et vsq; ad flumen propagines eius.
Vt quid destruxisti maceriam ei⁹: et vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viam?
Exterminauit eam aper de sylua: et singularis fer⁹ depastus est eā.
Deus virtutum conuertere: respice de celo, et vide, et visita vineam istam,
Et perfice eā quam plantauit dextera tua: et super filium hominis quem confirmasti tibi.
Incēsa igni ꝛ suffossa: ab increpatione vultus tui peribunt.
Fiat manus tua super virū dextere tue: ꝛ super filium hominis quē confirmasti tibi.
Et non discedimus a te: viuificabis nos, et nomē tuū inuocabim⁹.
Domine deus virtutum conuerte nos: et ostende faciem tuam, et salui erimus.

¶ In finem pro torcularibus, Psalmus Asaph, quinta sabbati. LXXX.

EXultate deo adiutori nostro: iubilate deo Jacob.
Sumite psalmū, ꝛ date tympanum: psalterium iucundū cum cithara.
Buccinate i neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestre.
Quia preceptum i Jsrael est, ꝛ iudicium deo Jacob.
Testimonium in Joseph posuit illud: cum exiret de terra Egypti: linguā quam nō nouerat audiuit. Ge. 41.f
Diuertit ab oneribus dorsum ei⁹: manus eius in cophino seruierūt.
In tribulatione inuocasti me, ꝛ liberaui te, exaudiui te in abscondito tempestatis: probaui te apud aquam contradictionis. Ex. 17.b
Audi populus meus, et cōtestabor te: Jsrael si audieris me, non erit in te deus recēs, neq; adorabis deum alienum.
Ego enim sum dominus deus tu⁹ qui eduxi te de terra Egypti: dilata os tuum, et implebo illud. Ex. 20.a
Et nō audiuit populus meus vocem meam: et Jsrael non intendit mihi.
Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuētionibus suis. Act. 14.c
Si populus meus audisset me: Jsrael si in viis meis ambulasset, Baruch, 3.b
Pro nihilo forsitan inimicos eorū humiliassem: et super tribulantes eos misissem manum meam.
Inimici domini mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in secula.
Et cibauit eos ex adipe frumenti: et de petra melle saturauit eos.

¶ Psalmus Asaph. LXXXI.

DEus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.
Vsquequo iudicatis iniquitatem: et facies peccatoꝝ sumitis?
Judicate egeno et pupillo: humilē et pauperem iustificate.
Eripite pauperem: et egenum de manu peccatoris liberate. pro. 24 a
Nescierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terre.
Ego dixi, Dii estis, et filii excelsi omnes, Ioā. 10.g

Vos aūt sicut homines moriemini: et sicut vnus de principib⁹ cadetis.
Surge deus, iudica terram: quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.

¶ Canticum Psalmus Asaph. LXXXII.

DEus quis similis erit tibi? ne taceas, neq̃ compescaris Deus.
Quoniā ecce inimici tui sonuerūt: et qui oderunt te, extulerūt caput.
Super populum tuum malignauerunt consilium: et cogitauerunt aduersus sanctos tuos.
Dixerunt, Venite, et disperdamus eos de gente: et nō memoretur nomen Israel vltra.
Quoniam cogitauerunt vnanimiter: simul aduersus te testamentū disposuerūt tabernacula Idumeorum et Ismahelite,
Moab, et Agareni, Gebal, et Ammon, & Amalec: alienigene cum habitantibus Tyrum.
Etenim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis Lot.
Iudi. 7.f Fac illis sicut Madian et Sisare:
&. 4.d sicut Iabin in torrente Cisson.
Disperierunt in Endor: facti sunt vt stercus terre.
Iudi. 7.g Pone principes eorū sicut Oreb & Zeb: et Zebee, et Salmana,
Omnes principes eorum, qui dixerunt, Hereditate possideam⁹ sanctuarium dei.
Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.
Sicut ignis qui comburit syluam, et sicut flamma cōburens montes:
Ita persequeris illos in tempestate tua: et in ira tua turbabis eos.
Imple facies eorum ignominia: et querent nomen tuum domine.
Erubescant et conturbentur in seculū seculi: et cōfundant̃ & pereāt.
Et cognoscāt quia nomē tibi dñs: tu solus altissimus in omni terra.

¶ In finem pro torcularibus filiis Core, Psalmus. LXXXIII.

QUam dilecta tabernacula tua domine virtutum: cōcupiscit et deficit anima mea in atria domini.
Cor meum et caro mea exultauerunt in deum viuum.
Etenim passer inuenit sibi domū: et turtur nidum sibi, vbi reponat pullos suos.
Altaria tua domine virtutum: rex meus et deus meus.
Beati qui habitāt in domo tua domine: i secula seculorum laudabūt te.
Beatus vir cui⁹ est auxiliū abs te, ascēsiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, i loco quē posuit.
Etenim benedictionē dabit legislator, ibunt de virtute in virtutē: videbitur deus deorum in Sion.
Dñe deus virtutū exaudi orationē meā: auribus percipe deus Iacob.
Protector noster aspice deus, & respice in faciem Christi tui.
Quia melior est dies vna in atriis tuis super millia.
Elegi abiect⁹ esse in domo dei mei: magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia misericordiā et veritatē diligit deus: gratiā & gloriā dabit dñs.
Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: domine virtutū, beatus homo q̃ sperat in te.

¶ In finem filiis Core Psalmus. LXXXIIII.

BEnedixisti dñe terram tuam: auertisti captiuitatē Iacob.
Remisisti iniquitatem plebis tue: operuisti omnia peccata eorū.
Mitigasti omnē iram tuam: auertisti ab ira indignationis tue.
Conuerte nos deus salutaris noster: et auerte iram tuam a nobis.
Nūquid in eternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam a generatione in generationem?
Deus tu cōuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te.

Ostende nobis domine misericor-
diā tuā: et salutare tuū da nobis.
Audiam quid loquatur in me do-
minus deus: quoniā loquetur pa-
cem in plebem suam.
Et super sanctos suos, et i eos qui
conuertuntur ad cor.
Ueruntamen prope timentes eum
salutare ipsius: ut inhabitet gloria
in terra nostra.
Misericordia et veritas obuiaue-
rūt sibi: iustitia & pax osculate sūt.
Ueritas de terra orta est: et iusti-
tia de celo prospexit.
Etenim dñs dabit benignitatem: &
terra nostra dabit fructum suum.
Justitia ante eū ambulabit: et po-
net in via gressus suos.

¶ Oratio ipsi Dauid. LXXXV.

INclina dñe aurē tuā, et exaudi
me: qm̄ inops et pauper sū ego.
Custodi animam meam, quo-
niam sanctus sum: saluum fac
seruū tuū deus meus sperantē i te.
Miserere mei domine, quoniam ad
te clamaui tota die: letifica animā
serui tui, quoniam ad te domine a-
nimam meam leuaui.
Joel. 2. c Quoniam tu domine suauis & mi-
tis: et multe misericordie omnibus
inuocantibus te.
Auribꝰ percipe dñe orationē meā:
et intende voci deprecationis mee.
In die tribulationis mee clamaui
ad te: quia exaudisti me.
Non est similis tui in diis domine:
et non est secundum opera tua.
Omnes gentes quascunq; fecisti,
venient et adorabunt corā te domi-
ne: et glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu, et faciēs
mirabilia: tu es deus solus.
Deduc me domine in via tua & in-
grediar in veritate tua: letetur cor
meum, ut timeat nomen tuum.
Cōfitebor tibi domine deus meus
in toto corde meo: & glorificabo no-
men tuum in eternum.
Quia misericordia tua magna est
super me: et eruisti animam meam
ex inferno inferiori.
Deus iniqui insurrexerunt super
me: et synagoga potentium quesi-
erunt animam meam: et non pro-
posuerunt te in conspectu suo.
Et tu domine Deus miserator et
misericors, patiens et multe mise-
ricordie et verax,
Respice in me, et miserere mei, da
imperium tuum puero tuo: et sal-
uum fac filium ancille tue.
Fac mecum signum in bonum, ut
videant qui oderunt me, & confun-
dantur: quoniam tu domine adiu-
uisti me, et consolatus es me.

¶ Filiis Core Psalmus cantici.
LXXXVI.

FUndamenta eius in montibꝰ
sanctis: diligit dominus por-
tas Sion super omnia taber-
nacula Jacob.
Gloriosa dicta sūt de te, ciuitas dei.
Memor ero Raab, et Babylonis
scientium me.
Ecce alienigene, et Tyrus, et po-
pulus Ethiopum: hi fuerunt illic.
Nunquid Sion dicet, Homo, et
homo natus est in ea: et ipse fun-
dauit eam altissimus.
Dominus narrabit in scripturis
populorum: et principum horum
qui fuerunt in ea.
Sicut letantium omnium, habi-
tatio est in te.

¶ Canticum Psalmi filiis Core
in finem pro Mahalath ad respon-
dendū, intellectꝰ Eman Ezrahitæ.
LXXXVII.

DOmine deꝰ salutis mee: in
die clamaui & nocte corā te.
Intret in cōspectu tuo ora-
tio mea: inclina aurem tuam ad
precem meam.
Quia repleta est malis aīa mea: et
vita mea inferno appropinquauit.
Estimatus sum cum descendentibꝰ
in lacū: factus sum sicut homo sine
adiutorio, inter mortuos liber.

Sicut

Sicut vulnerati dormientes in se-
pulchris, quorũ nõ es memor am-
plius: ⁊ ipsi de manu tua repulsi sũt.
Posuerunt me in lacu inferiori: in
tenebrosis, et in umbra mortis.
Super me cõfirmatus est furor tuus:
et oẽs fluctus tuos induxisti sup me.
Longe fecisti notos meos a me: po-
suerunt me abominationem sibi.
Traditus sum, et non egrediebar:
oculi mei languerunt pre inopia.
Clamaui ad te domine tota die: ex-
pandi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies mirabi-
lia: aut medici suscitabunt, et cõ-
fitebuntur tibi?
Nunquid narrabit aliquis in se-
pulchro misericordiam tuam: ⁊ ve-
ritatem tuam in perditione?
Nunquid cognoscẽtur in tenebris
mirabilia tua: et iustitia tua in ter-
ra obliuionis?
Et ego ad te Domine clamaui: et
mane oratio mea preueniet te.
Ut quid domine repellis orationẽ
meam, auertis faciem tuam a me?
Pauper sum ego et in laboribus a
iuuentute mea: exaltatus autẽ hu-
miliatus sum et conturbatus.
In me transierunt ire tue: ⁊ terro-
res tui conturbauerunt me.
Circundederunt me sicut aqua: to-
ta die circundederunt me simul.
Elongasti a me amicum et proxi-
mum: et notos meos a miseria.

¶ Intellectus Ethan Ezrahitæ.

LXXXVIII.

Misericordias domini in e-
ternum cantabo.
In generatione ⁊ genera-
tionem annuntiabo veritatem tu-
am in ore meo.
Quoniam dixisti, In eternum mi-
sericordia edificabitur: in celis pre-
parabitur veritas tua in eis.
2.Re.7 c Disposui testamentũ electis meis,
iuraui Dauid seruo meo, vsque in
eternum preparabo semen tuum.
Et edificabo in generatione et ge-
nerationem sedem tuam.
Cõfitebunt celi mirabilia tua dñe:
eteni veritatẽ tuã i ecclesia sctõrũ.
Quoniã quis in nubibus equabitur
dño: similis erit deo in filiis dei?
Deus qui glorificatur in concilio
sanctorũ: magnus et terribilis sup
omnes qui in circumitu eius sunt.
Domine deus virtutũ, quis simi-
lis tibi? potens es domine, et veri-
tas tua in circumitu tuo.
Tu dominaris potestati maris:
motũ aũt fluctuũ eius tu mitigas.
Tu humiliasti sicut vulneratum
superbum: in brachio virtutis tue
dispersisti inimicos tuos.
Tui sunt celi et tua est terra, orbẽ Gen.1.a
terre, et plenitudinem eius tu fun-
dasti: aquilonem ⁊ mare tu creasti.
Thabor ⁊ Hermon in nomine tuo
exultabũt: tuũ brachiũ cũ potẽtia.
Firmetur manus tua, et exaltetur
dextera tua: iustitia et iudiciũ pre-
paratio sedis tue.
Misericordia et veritas precedent
faciem tuam: beatus populus qui
scit iubilationem.
Dñe in lumine vultus tui ambula-
bũt, ⁊ in nomine tuo exultabũt to-
ta die, ⁊ in iustitia tua exaltabunt.
Quoniã gloria virtutis eorum tu
es, et in beneplacito tuo exaltabi-
tur cornu nostrum.
Quia domini est assumptio nostra,
et sancti Israel regis nostri.
Tũc locutus es i visione sctis tuis,
et dixisti, Posui adiutoriũ in potẽ-
te: et exaltaui electũ de plebe mea.
Inueni Dauid seruum meũ: oleo 1.re.16.c
sancto meo vnxi eum. Act.13.d
Manus enim mea auxiliabitur ei:
et brachium meũ confortabit eum.
Nihil proficiet inimicus i eo: et fi-
lius iniqtatis nõ apponet nocere ei.
Et cõcidã a facie ipsius inimicos e-
ius: ⁊ odiẽtes eũ in fugã conuertã.
Et veritas mea ⁊ misericordia mea
cum ipso: et in nomine meo exalta-
bitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius: et
in fluminibus dexteram eius.
Ipse inuocauit me, Pater meus es
tu: deus meus & susceptor salutis mee.
Et ego primogenitum ponam il-
lum: excelsum pre regibus terre.
In eternum seruabo illi misericor-
diam meam: et testamentum meū
fidele ipsi.
Et ponam in seculum seculi semen
eius: et tronū eius sicut dies celi.
Si autem dereliquerint filii eius
legem meam: et in iudiciis meis nō
ambulauerint,
Si iustitias meas prophanauerint:
et mandata mea non custodierint,
Uisitabo in virga iniquitates eo-
rum: & in verberibus peccata eorū.
Misericordiam autem meam non
dispergā ab eo, neq; nocebo in ve-
ritate mea.
Neq; prophanabo testamentū me-
um: et que procedant de labiis me-
is non faciam irrita.
Semel iuraui in sctō meo, si Dauid
2.Re.7 c mētiar: semē ei' i eternū manebit.
Ioā. 12.e Et thronus eius sicut sol in cōspe-
ctu meo, et sicut luna perfecta in e-
ternum: et testis in celo fidelis.
Tu vero repulisti et despexisti: di-
stulisti Christum tuum.
Auertisti testamentū serui tui: pro-
phanasti in terra sanctuariū eius.
Destruxisti omnes sepes eius: po-
suisti firmamentū eius formidinē.
Diripuerūt eū oēs trāseuntes vi-
am: fact' est opprobriū vicinis suis.
Exaltasti dexteram deprimentium
eum: letificasti oēs inimicos eius.
Auertisti adiutorium gladii eius: &
non es auxiliatus ei in bello.
Destruxisti eum ab emundatione:
et sedem eius in terra collisisti.
Minorasti dies tēporis eius: per-
fudisti eum confusione.
Usquequo domine auertis in finē:
exardescet sicut ignis ira tua?
Memorare que mea substātia: nū-
quid enim vane constituisti omnes
filios hominum?
Quis est homo qui viuet, & non vi-
debit mortem: eruet animam suam
de manu inferi?
Ubi sunt misericordie tue antique 2.re. 7.c
domine: sicut iurasti Dauid in ve-
ritate tua?
Memor esto domine opprobrii ser-
uorum tuorum, quod continui in
sinu meo multarum gentium,
Qđ exprobrauerūt inimici tui do-
mine, q exprobrauerūt cōmutati-
onem Christi tui.
Benedict' dn̄s in eternū: fiat fiat.

¶ Oratio Moysi hominis dei.
LXXXIX.

Domine refugium factus es
nobis a generatione in ge-
nerationem.
Priusquā montes fierent, aut for-
maretur terra, et orbis: a seculo et
vsque in seculum tu es deus.
Ne auertas hominē i humilitatē: &
dixisti, Cōuertimini filii hominū.
Qm̄ mille anni ante oculos tuos:
tanq̄ dies hesterna que preteriit.
Et custodia i nocte, que pro nihilo
habentur, eorum anni erunt.
Mane sicut herba transeat, mane
floreat & transeat: vespere decidat,
induret, et arescat.
Quia defecimus in ira tua: et in
furore tuo turbati sumus.
Posuisti iniquitates nostras in cō
spectu tuo: seculum nostrum in il-
luminatione vultus tui.
Quoniam omnes dies nostri defe-
cerunt: et in ira tua defecimus.
Anni nostri sicut aranea medita-
buntur: dies annorum nostrorum Ecc. 18.a
in ipsis septuaginta annis.
Si aūt in potētatib' octoginta an-
ni: et amplius eorū labor et dolor.
Quoniam superuenit māsuetudo:
et corripiemur.
Quis nouit potestatē ire tue: & pre
timore tuo irā tuam dinumerare?
Dexteram tuam sic notam fac: et
eruditos corde in sapientia.

Cōuertere

Conuertere dñe, vsquequo? et deprecabilis esto super seruos tuos.
Repleti sumus mane misericordia tua: et exultauim⁹ et delectati sumus omnibus diebus nostris.
Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala.
Respice in seruos tuos, ⁊ in opera tua: et dirige filios eorum.
Et sit splendor dñi dei nostri super nos, et opera manuum nostrarum dirige super nos: ⁊ opus manuum nostrarum dirige.

¶ Laus cantici Dauid. XC.

QUi habitat ĩ adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur.
Dicet domino, Susceptor meus es tu, et refugium meum deus meus, sperabo in eum.
Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantiũ, et a verbo aspero.
Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis.
Scuto circundabit te veritas ei⁹: non timebis a timore nocturno,
A sagitta volante in die, a negotio perãbulante in tenebris: ab incursu et demonio meridiano.
Cadent a latere tuo mille, ⁊ decem millia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.
Veruntamen oculis tuis considerabis: et retributionẽ peccatorum videbis.
Quoniam tu es domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuũ.
Non accedet ad te malum: et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Mat. 4.a Quoniã angelis suis mãdauit de
Luc. 4.b te: vt custodiant te in omnibus viis tuis.
In manib⁹ portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
Super aspidem et basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem et draconem.
Quoniã in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.
Clamauit ad me, et ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatiõe: eripiam eum, et glorificabo eum.
Lõgitudine dierum replebo eum: et ostendam illi salutare meum.

¶ Psalmus cantici in die sabbati. XCI.

BOnum est confiteri domino: et psallere noĩ tuo altissime.
Ad annuntiãdum mane misericordiam tuam, ⁊ veritatẽ tuam per noctem.
In decachordo, psalterio, cum cantico in cithara.
Quia delectasti me domine in factura tua: et in operibus manuum tuarum exultabo.
Quã magnificata sunt opera tua domine? nimis profunde facte sunt cogitationes tue.
Vir insipiẽs nõ cognoscet: et stultus non intelliget hec.
Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum: et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem,
Vt intereant in seculum seculi: tu autem altissimus in eternum dñe.
Quoniam ecce inimici tui domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: et dispergẽtur omnes qui operantur iniquitatem.
Et exaltabiť sicut vnicornis cornu meũ: et senectus mea in misericordia vberi.
Et despexit oculus meus inimicos meos: et insurgentibus in me malignantibus, audiet auris mea.
Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur.
Plãtati in domo domini: in atriis domus dei nostri florebunt.
Adhuc multiplicabũtur in senecta, vberi et bene patientes erunt, vt annuntient,
Quoniam rectus dñs deus noster: et non est iniquitas in eo.

Laus

¶ Laus cantici Dauid in die ante sabbatum, quando inhabitata est terra, XCII.

Dominus regnauit, decorē indutus est: indut⁹ est dominus fortitudinem, et precinxit se.
Etenim firmauit orbem terre: qui non commouebitur.
Parata sedes tua Deus ex tunc: a seculo tu es.
Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam,
Eleuauerunt flumina fluctus suos, a vocib⁹ aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domū tuam decet sanctitudo dñe in longitudine dierum.

¶ Psalmus Dauid, quarta sabbati. XCIII.

Deus vltionū dominus: deus vltionum libere egit.
Exaltare qui iudicas terrā: redde retributionē supbis.
Usquequo peccatores dñe: vsquequo peccatores gloriabuntur?
Effabuntur, et loquentur iniquitatem: loquentur omnes qui operantur iniustitiam?
Populum tuum domine humiliauerūt: et hereditatem tuam vexauerunt.
Uiduam et aduenā interfecerunt: et pupillos occiderunt.
Et dixerunt, Non videbit dominus: nec intelliget deus Jacob.
Intelligite insipientes in populo: et stulti aliquando sapite.
Qui plantauit aurem, nō audiet: aut qui finxit oculū, nō cōsiderat?
Qui corripit gentes, non arguet? qui docet hominem scientiam?
Dominus scit cogitatiōes hominum quoniam vane sunt.
Beat⁹ homo quē tu erudieris dñe: et de lege tua docueris eum,
Ut mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.
Quia non repellet dominus plebē suam, et hereditatem suam non derelinquet.
Quoadusq; iustitia cōuertatur in iudicium: et qui iuxta illam? omnes qui recto sunt corde.
Quis cōsurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?
Nisi quia dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea.
Si dicebam, Motus est pes me⁹: misericordia tua domine adiuuabat me.
Secundum multitudinem dolorū meorum in corde meo, consolationes tue letificauerunt animam meam.
Nūquid adheret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborē in pcepto?
Captabunt in animā iusti: et sanguinē innocētem condempnabūt.
Et factus est mihi dominus in refugium: Deus meus in adiutorium spei mee.
Et reddet illis iniquitatem ipsorum, et in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos dominus deus noster.

¶ Laus cātici ipsi dauid. XCIIII.

Uenite, exultemus domino, iubilemus deo salutari nostro.
Preoccupemus faciem eius in confessione: et in psalmis iubilemus ei.
Quoniam deus magnus domin⁹: et rex magnus super oēs deos:
Quia ī manu ei⁹ sunt fines terre: et altitudines montiū ipsius sunt.
Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud: et siccam manus eius formauerunt.
Uenite, adoremus, et procidam⁹, et ploremus ante dominū qui fecit nos: quia ipse est dñs deus noster,
Et nos populus pascue eius: et oues manus eius.

Do Hodie

Hebr.3.b Hodie si vocē eius audieritis: nolite obdurare corda vestra.
Sicut in irritatione secundum diē tentationis in deserto,
Ubi tētauerunt me patres vestri: probauerūt et viderūt opera mea.
Quadraginta annis offensus fui generationi illi: et dixi, Semper hi errant corde.
Et isti non cognouerunt vias meas: vt iuraui ī ira mea, Si introi-
Heb.4.a bunt in requiem meam.

¶ Canticum Dauid quādo dom⁹ ædificabatᷓ post captiuitatē. XCV.

I.pa 16 c Cantate dño canticum nouū: cātate domino omnis terra.
Cantate domino, et benedicite nomini eius: annūtiate de die in diem salutare eius.
Annuntiate inter gētes gloriā ei⁹: in omnibus populis mirabilia ei⁹.
Ec. 43.d Quoniā magnus dominus, et laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.
Quoniam omnes dii gentium demonia: dominus autē celos fecit.
Confessio et pulchritudo in cōspectu eius: sanctimonia ꝛ magnificētia in sanctificatione eius.
Afferte dño patrie gētium, afferte domino gloriam et honorē: afferte domino gloriam nomini eius.
Tollite hostias, ꝛ introite in atria eius: adorate dominū in atrio sancto eius.
Commoueatur a facie ei⁹ vniuersa terra: dicite in gentib⁹ quia dominus regnauit.
Etenim correxit orbē terre qui nō commouebitur: iudicabit populos in equitate.
Letentur celi et exultet terra, commoueatur mare et plenitudo eius: gaudebunt campi, et omnia que in eis sunt.
Tunc exultabunt oīa ligna syluarum a facie dñi, quia venit: quoniā venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terre in equitate: et populos in veritate sua.

¶ Huic Dauid quando terra eius restituta est. XCVI.

Dominus regnauit, exultet terra: letenᷓ insule multe.
Nubes ꝛ caligo in circumitu eius: iustitia et iudiciū correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum precedet: et inflāmabit in circūitu inimicos ei⁹.
Illuxerūt fulgura eius orbi terre: vidit, et commota est terra.
Montes sicut cera fluxerunt a facie domini: a facie domini omnis terra.
Annuntiauerunt celi iustitiā eius, et viderunt oēs ꝓpuli gloriā eius.
Confundantur omnes qui adorāt sculptilia: et qui gloriantur in simulacris suis. Ex.20.a Le. 26.a Deu.5.a
Adorate eum omnes angeli eius: Hebr.1.c audiuit, et letata est Sion.
Et exultauerunt filie Iude propᷓ iudicia tua domine.
Quoniam tu dñs altissimus super omnem terrā, nimis exaltatus es super omnes deos.
Qui diligitis dominum odite malum: custodit domin⁹ animas sanctorum suorum: de manu peccatoris liberabit eos. Amos 5.d Ro.12.b
Lux orta est iusto: ꝛ rectis corde letitia.
Letamini iusti in dño: ꝛ cōfitemini memorie sanctificationis eius.

¶ Psalmus ipsi Dauid. XCVII.

Cantate domino cāticum nouum: quia mirabilia fecit.
Saluauit sibi dextera eius: et brachium sanctum eius. Esa.52.c
Notū fecit dominus salutare suū: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.
Recordat⁹ est misericordie sue: et veritatis sue domui Israel.
Viderunt omnes termini terre salutare dei nostri.
Iubilate deo omnis terra, cātate, et exultate, et psallite.

Psallite domino in cithara, in cithara et voce psalmi: in tubis ductilibus, et voce tube cornee.

Iubilate i cōspectu regis dñi, moueatur mare et plenitudo eius: orbis terrarum, et qui habitāt in eo.

Flumina plaudent manu, simul mōtes exultabunt a conspectu dñi: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum i iustitia: et populos in equitate.

¶ Psalmus Dauid. XCVIII.

Dominꝰ regnauit, irascātur populi: qui sedet super cherubim, moueatur terra.

Dñs in Sion magnꝰ: et excelsus, super omnes populos.

Cōfiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile et sanctum est: et honor regis iudicium diligit.

Tu parasti directiones: iudicium et iustitiam in Iacob tu fecisti.

Exaltate dominum deum nostrū: et adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.

Moyses et Aaron in sacerdotibus eius: et Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.

Inuocabant dominum, et ipse exaudiebat eos: in colūna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia eius: et preceptum quod dedit illis.

Domine deꝰ noster tu exaudiebas eos: deus tu propitius fuisti eis, et vlciscens in omnes adinuentiones eorum.

Exaltate dominum deum nostrū, et adorate in mōte sancto eiꝰ: quoniam sanctꝰ dominus deus noster.

¶ Psalmus in confessione. XCIX.

Iubilate deo oīs terra: seruite domino in letitia.

Introite in conspectu eius in exultatione.

Scitote quoniam dominus ipse est deꝰ: ipse fecit nos, et non ipsi nos.

Populus eius et oues pascue eiꝰ: introite portas eius in cōfessione: atria eiꝰ i hymnis, cōfitemini illi.

Laudate nomen eiꝰ quoniam suauis est dominus, in eternum misericordia eius: et vsq; in generatione et generationem veritas eius.

¶ Psalmus ipsi Dauid. C.

Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine.

Psallam et intelligam in via immaculata: quando venies ad me.

Perambulabam in innocētia cordis mei, in medio domus mee.

Nō proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes preuaricationes odiui.

Non adhesit mihi cor prauum: declinantem a me malignum nō cognoscebam.

Detrahētem secreto proximo suo: hunc persequebar.

Superbo oculo et insatiabili corde: cum hoc non edebam.

Oculi mei ad fideles terre, vt sedeant mecū: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabit.

Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiā: qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.

In matutino interficiebā oēs peccatores terre: vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

¶ Oratio pauperis cum anxiatus fuerit, et coram domino effuderit precem suam. CI.

Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam a me: in quacunq; die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacūq; die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum vt fenum, et aruit

cor meum : quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemit⁹ mei adhesit os meum carni mee.
Similis factus sum pellicano solitudinis : factus sum sicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui, ⁊ factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabāt mihi inimici mei: et qui laudabant me, aduersum me iurabant.
Quia cinerē tanꝙ panē manducabam, et potū meū cū fletu miscebā.
A facie ire indignationis tue: quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerunt : et ego sicut fenum arui.
Tu autem domine in eternum permanes : et memoriale tuum in generatione et generationem.
Tu exurgēs misereberis Sion: ꝗa tēpus miserēdi ei⁹, ꝗa venit tēpus.
Quoniā placuerunt seruis tuis lapides eius: ⁊ terre eius miserebunt.
Et timebunt gentes nomen tuum dñe: ⁊ oēs reges terre gloriā tuam.
Quia edificauit dominus Sion: et videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humilium : et non spreuit precem eorum.
Scribant hec ī generatione altera: et popul⁹ ꝗ creabit laudabit dñm.
Quia prospexit de excelso scō suo, dominus de celo in terram aspexit.
Vt audiret gemitus compeditorū, vt solueret filios interemptorum:
Vt annunciēt in Sion nomen do-
He.1.c.d mini: et laudē eius in Hierusalem.
In cōueniendo populos in vnum, et reges vt seruiant domino.
Respondit ei in via virtutis sue, Paucitatē dierū meoꝝ nūtia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione et generationem anni tui.
Initio tu domine terrā fundasti, ⁊ opera manuum tuarum sunt celi.
Ipsi peribūt, tu autē permanes: et oēs sicut vestimentū veterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur : tu autē idem ipse es : et anni tui non deficient.
Filii seruorum tuorum habitabūt: et semen eoꝝ in seculum dirigetur.

¶ Ipsi Dauid. CII.

Benedic anima mea domino : et omnia ꝗ intra me sunt nomini sancto eius.
Benedic anima mea domino: ⁊ noli obliuisci oēs retributiones eius.
Qui propitiat oibus iniquitatib⁹ tuis: ꝗ sanat oēs īfirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitā tuā : qui coronat te in misericordia et miserationibus.
Qui replet in bonis desideriū tuū: renouabit vt aquile iuuentus tua.
Faciens misericordias dñs, ⁊ iudicium omnib⁹ iniuriā patientibus.
Notas fecit vias suas Moysi : filiis Israel voluntates suas. Nu.14.c
Miserator et misericors dominus: longanimis ⁊ multum misericors.
Non in perpetuum irascetur: neq; in eternum cōminabitur.
Non secundum peccata nostra fecit nobis: neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis.
Quoniam secundum altitudinem celi a terra : corroborauit misericordiam suam super timentes se.
Quātū distat ort⁹ ab occidēte: lōge fecit a nobis iniqtates nostras.
Quomodo miseretur pater filiorū, misert⁹ est dñs timētib⁹ se: quoniā ipse cognouit figmentū nostrum.
Recordatus est quoniā puluis sumus, homo sicut fenum, dies eius tanꝙ flos agri sic efflorebit.
Quoniam spiritus pertransibit in illo, et non subsistet: et non cognoscet amplius locum suum.
Misericordia aūt dñi ab eterno, et vsq; in eternū super timentes eum.
Et iustitia illius ī filios filioꝝ, his qui seruant testamentum eius,
Et memores sunt mādatorum ipsius ad

sius ad faciendum ea.
Dn̄s in celo parauit sedem suā: et regnū ipsius oībus dominabitur.
Benedicite dn̄o omnes angeli ei⁹, potētes virtute: faciētes verbū illi⁹, ad audiēdā vocē sermonū ei⁹.
Benedicite dn̄o oēs virtutes eius: ministri eius q̄ facitis volūtatē ei⁹.
Benedicite domino omnia opera eius, in omni loco dominationis ei⁹ benedic anima mea domino.

¶ Ipsi Dauid. CIII.

BEnedic anima mea dn̄o: domine deus meus magnificatus es vehementer.
Confessionem et decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento.
Extendens celum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius.
Qui ponis nubem ascēsum tuum: qui ambulas super pēnas ventoꝝ.
Qui facis angelos tuos spiritus: ⁊ ministros tuos ignem vrentem. Hebr. 1. c
Qui fundasti terrā sup stabilitatē suā: nō inclinabitur i seculū seculi.
Abyssus sicut vestimentum amict⁹ eius: super montes stabunt aque.
Ab increpatione tua fugiēt: a voce tonitrui tui formidabunt.
Ascendunt montes et descendunt campi in locum quem fundasti eis.
Terminum posuisti quē non trāsgredientur: neq̧ conuertentur operire terram.
Qui emittis fontes i cōuallib⁹: int̄ mediū montiū pertransibūt aque.
Potabūt omnes bestie agri: expectabunt onagri in siti sua.
Super ea volucres celi habitabūt: de medio petrarum dabunt voces.
Rigans mōtes de superiorib⁹ suis, de fructu operū tuoꝝ satiabit̄ terra.
Producens fenum iumentis: et herbam seruituti hominum,
Ut educas panem de terra, et vinum letificet cor hominis:
Ut exhilaret faciem in oleo: et panis cor hominis confirmet.
Saturabuntur ligna campi, et cedri Libani quas plātauit: illic passeres nidificabunt.
Erodii domus dux est eorum, mōtes excelsi ceruis: petra refugium herinaciis.
Fecit lunam in tēpora: sol cognouit occasum suum.
Posuisti tenebras, et facta est nox: in ipsa pertrāsibūt oēs bestie sylue.
Catuli leonum rugientes vt rapiant: et querant a deo escam sibi.
Ortus est sol, et congregati sunt: ⁊ in cubilibus suis collocabuntur.
Exibit homo ad opus suum: et ad operationē suam vsq̧ ad vesperā.
Quā magnificata sunt opera tua domine, ⁊ omnia in sapiētia fecisti: impleta est terra possessione tua.
Hoc mare magnum, et spaciosum manibus: illic reptilia, quorum nō est numerus.
Animalia pusilla cū magnis: illic naues pertransibunt.
Draco iste quem formasti ad illudendum ei: omnia a te expectant, vt des illis escam in tempore.
Dante te illis, colligēt: aperiēte te manū tuā, oīa replebunt̄ bonitate.
Auertente aūt te faciē turbabunt̄, auferes spiritū eorū, et deficient: et in puluerem suum reuertentur.
Emitte spiritum tuum ⁊ creabuntur: et renouabis faciem terre.
Sit gloria domini i seculum: letabitur dominus in operibus suis.
Qui respicit terram, ⁊ facit eā tremere: qui tangit mōtes ⁊ fumigāt.
Cantabo domino i vita mea: psallam deo meo quamdiu sum.
Iucundum sit ei eloquium meum: ego vero delectabor in domino.
Deficient peccatores a terr[illegible] et iniqui, ita vt non sint: ben[illegible]ic anima mea domino.

¶ Hal[illegible]uia. CIIII.

COnfite[illegible]ini domino, ⁊ inuocate [illegible]omen eius: annunciate [illegible]er gentes opera eius. 1. Par. 16 Esa. 12
Can[illegible]ate ei, et psallite ei: narrate omnia

omnia mirabilia eius.
Laudamini in nomine sancto eius:
letetur cor querentium dominum.
Querite dominum et confirmamini:
querite faciem eius semper.
Mementote mirabiliū eius q̄ fecit:
prodigia eius et iudicia oris eius,
Semen Abraham, serui eius: filii
Jacob, electi eius.
Ipse dominus deus noster: in universa
terra iudicia eius.
Memor fuit in seculum testamenti
sui: verbi quod mandauit in mille
generationes,
ge.12.cd Quod disposuit ad Abraham: et
iuramenti sui ad Isaac.
Et statuit illud Jacob ī preceptū:
et Israel in testamentum eternū,
Dicens, Tibi dabo terram Chanaan:
funiculū hereditatis vestre.
Cum essent numero breui: paucissimi
et incole eius.
Et pertransierunt de gente in gentem:
et de regno ad populū alterū.
Nō reliquit hominem nocere eis:
et corripuit pro eis reges,
1.pa.15 e Nolite tangere christos meos: et in
2.Re.1.c prophetis meis nolite malignari.
Et vocauit famem super terrā: et
omne firmamentū panis cōtriuit.
Ge.37.f Misit ante eos virum: in seruum
venundatus est Joseph.
Humiliauerūt in cōpedibus pedes
39.d eius, ferrum pertransiit animam
eius: donec veniret verbum eius.
Eloquium Domini inflammauit
eum, misit rex et soluit eum: prin-
41.b ceps populorum et dimisit eum.
41.e Constituit eum dñm domus sue, et
principem omnis possessionis sue.
[illegible] erudiret principes eius sicut
sem[illegible]sum, et senes eius pruden-
tiam do[illegible]ret.
46.a Et intrauit Israel in Egyptum: et
Jacob accola f[illegible] in terra Cham.
Et auxit populum [illegible]ū vehementer:
et firmauit eū super in[illegible]micos eius.
Conuertit cor eorū vt odi[illegible]t populum
ei⁹: et dolū facerēt ī seru[illegible]s ei⁹.

Misit Moysem seruum suum: Aaron
quem elegit ipsum. Ex. 1.b.c
Posuit in eis verba signorum suorum: 3.c.4.de
et prodigiorū in terra Chā. 7.a
Misit tenebras et obscurauit: et 10.f
non exacerbauit sermones suos.
Cōuertit aquas eorum in sanguinem: 7.d
et occidit pisces eorum.
Edidit terra eorum ranas in penetralibus 8.b
regum ipsorum.
Dixit, et venit cynomyia, et cinifes 8.f.g.e
in omnibus finibus eorum.
Posuit pluuias eorum grandinē: 9.e
ignem cōburentē in terra ipsorum.
Et percussit vineas eorū et ficulneas
eorū: et cōtriuit lignū finiū eorū.
Dixit, et venit locusta, et brucus: 10.c.d
cuius non erat numerus.
Et cōedit omne fenū in terra eorū:
et comedit oēm fructū terre eorū.
Et percussit oē primogenitū in terra Ex. 12.d
eorū: primitias oīs laboris eorū.
Et eduxit eos cū argento et auro: et 13.d
non erat in tribub⁹ eorū infirm⁹.
Letata est Egyptus in profectione
eorum: quia incubuit timor eorum
super eos.
Expandit nubē in protectionē eorū: Ex.13.d
et ignem vt luceret eis per noctem. psa.77b
Petierunt, et venit coturnix: et pane Ex. 16.c
celi saturauit eos.
Dirupit petram, et fluxerūt aque, Nu. 20.c
abierunt in sicco flumina.
Quoniā memor fuit verbi sci sui ge.22.cd
qd̄ habuit ad Abraham puerū suū.
Et eduxit populum suū in exultatione: Iosue.3d
et electos suos in letitia.
Et dedit illis regiones gentium: et
labores populorum possederunt:
Ut custodiāt iustificationes eius:
et legem eius exquirant.

¶ Haleluia, haleluia. CV.

Confitemini domino quoniā Judith.
bonus: quoniam in seculum 13.c
misericordia eius.
Quis loquetur potentias domini: Ecc.43d
auditas faciet omnes laudes ei⁹?
Beati qui custodiunt iudicium: et
faciunt iustitiā in omnī tempore.

Memento

Memẽto nostri dñe in beneplacito populi tui: visita nos i salutari tuo
Ad vidẽdũ i bonitate electoꝝ tu- orum, ad letandũ in letitia gentis tue: vt lauderis cũ hereditate tua.
Iudith. 7.d Peccauimus cũ patribus nostris: iniuste egimus, iniquitatẽ fecim⁹.
Patres nostri in Egypto non in- tellexerunt mirabilia tua: non fu- erunt memores multitudinis mi- sericordie tue.
Et irritauerũt ascendentes in ma- re: mare rubrum.
Et saluauit eos propter nomẽ suũ: vt notam faceret potẽtiam suam.
Ex.14.e Et increpuit mare rubrum, et ex- siccatum est: et deduxit eos in abys- sis sicut in deserto.
Et saluauit eos de manu odien- tiũ: ⁊ redemit eos de manu inimici.
Ex.14.g Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.
Et crediderũt verbis eius: et lau- dauerunt laudem eius.
Cito fecerũt, obliti sunt operũ ei⁹: et non sustinuerunt cõsilium eius.
Et cõcupierũt cõcupiscentiã in de-
Ex.17.a serto: ⁊ tẽtauerũt deũ in inaquoso:
Et dedit eis peticionem ipsorũ: et
Nu.11.g misit saturitatem in animas eorũ.
Et irritauerũt Moysen in castris: Aaron sanctum domini.
Nu.16.e Aperta est terra, et deglutiuit Da- than: et operuit super congregati- onem Abiron.
Et exarsit ignis in synagoga eoꝝ: flamma combussit peccatores.
Et fecerunt vitulum in Horeb: et
Ex.32.a adorauerunt sculptile.
Et mutauerũt gloriã suã in simili- tudinem vituli comedentis fenũ.
Obliti sunt deum q̃ saluauit eos, q̃ fecit magnalia i Egypto, mirabilia in terra Chã: terribilia i mari rubro.
Ex.32.c Et dixit vt disperderet eos: si non Moyses elect⁹ eius stetisset in con- fractione in conspectu eius,
Vt auerteret iram eius ne disper- deret eos. Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.
Nõ crediderũt verbo eius, ⁊ mur- murauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem domini.
Et eleuauit manũ suam super eos: Nu.14.c
vt prosterneret eos in deserto.
Et vt deijceret semẽ eoꝝ in nationi- bus, ⁊ disperderet eos i regionib⁹.
Et initiati sunt Beelphegor: et cõ- ederunt sacrificia mortuorum.
Et irritauerũt eũ i adinuẽtionib⁹ suis: et multiplicata est i eis ruina.
Et stetit Phinees, et placauit: et Nu.25.b
cessauit quassatio.
Et reputatum est ei in iustitiam in generatione et generationẽ, vsque in sempiternum.
Et irritauerũt eũ ad aquas cõtra- Nu.20.a
dictionis: ⁊ vexat⁹ ẽ Moyses propt eos, q̃a exacerbauerũt spiritũ ei⁹.
Et distinxit i labiis suis, Nõ disp- diderũt gẽtes quas dixit dñs illis.
Et cõmixti sunt inter gentes, ⁊ di- dicerunt opera eorum, et seruierũt sculptilibus eorum: et factum est illis in scandalum.
Et immolauerunt filios suos, ⁊ fi- lias suas demoniis.
Et effuderunt sanguinem innocẽ- tem: sanguinem filiorum suorum, et filiarũ suarũ: quas sacrificaue- runt sculptilibus Chanaan.
Et infecta est terra i sanguinib⁹, ⁊ cõtaminata est i operib⁹ eoꝝ: ⁊ for- nicati sunt i adinuentionib⁹ suis.
Et iratus est furore dominus in populum suum: et abhominat⁹ est hereditatem suam.
Et tradidit eos in manus gentiũ: et dominati sunt eoꝝ q̃ oderũt eos.
Et tribulauerũt eos inimici eorũ, et humiliati sunt sub manibus eo- rum, sepe liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerũt eum in consilio suo: et humiliati sunt in iniquitatibus suis.
Et vidit cum tribularentur: et au- diuit orationem eorum.
Et memor fuit testamenti sui: et deu.30.a
penituit

penituit eum secūdum multitudi-
nem misericordie sue.
Et dedit eos in misericordias in
cōspectu omnium qui ceperāt eos.
Saluos nos fac domine deus no-
ster: et cōgrega nos de nationib⁹,
Ut confiteamur noī sancto tuo: et
gloriemur in laude tua.
Benedictus dominus deus Israel
a seculo et vsq; in seculum: et dicet
omnis populus, Fiat fiat.

¶ Haleluia. CVI.

Iudith. 13. Confitemini domino quoniā
bonus: quoniam in seculum
misericordia eius.
Dicant qui redempti sunt a domi-
no, quos redemit de manu inimici:
et de regionibus congregauit eos,
A solis ortu et occasu, ab aquilone
et mari.
Errauerūt in solitudine ⁊ inaquo-
so: viam ciuitatis habitaculi non
inuenerunt.
Esurientes et sitientes: anima eo-
rum in ipsis defecit.
Et clamauerūt ad dominum cum
tribularentur: et de necessitatibus
eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in viam rectam: vt
irent in ciuitatem habitationis.
Cōfiteantur dn̄o misericordie ei⁹:
et mirabilia eius filiis hominum.
Quia satiauit animam inanem: et
animam esuriētem satiauit bonis,
Sedētes ī tenebris ⁊ ī vmbra mor-
tis: vinctos in mendicitate et ferro.
Quia exacerbauerunt eloquia dei:
et consilium altissimi irritauerūt.
Et humiliatum est in laborib⁹ cor
eorum: infirmati sunt, nec fuit qui
adiuuaret.
Et clamauerunt ad dominum cum
tribularentur: et de necessitatibus
eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris ⁊ vmbra
mortis: et vincula eorum disrupit.
Cōfiteantur dn̄o misericordie ei⁹:
et mirabilia eius filiis hominum.
Quia contriuit portas ereas: et
vectes ferreos confregit.
Suscepit eos de via iniquitatis e-
orum: propter iniustitias enī suas
humiliati sunt.
Omnem escam abominata est ani
ma eorum: et appropinquauerunt
vsq; ad portas mortis.
Et clamauerūt ad dominum cum
tribularentur: et de necessitatibus
eorum liberauit eos.
Misit verbum suum, et sanauit e-
os: ⁊ eripuit eos de interitionibus
eorum.
Confiteantur domino misericor-
die eius: et mirabilia ei⁹ filiis ho-
minum.
Et sacrificent sacrificiū laudis: et
annuntiēt opera ei⁹ in exultatiōe.
Qui descendunt mare in nauibus,
facientes operationē in aquis mul-
tis,
Ipsi viderūt opera domini, et mi-
rabilia eius in profundo.
Dixit, et stetit spiritus procelle: et
exaltati sunt fluctus eius.
Ascendunt vsq; ad celos, et descē-
dunt vsq; ad abyssos: anima eorū
in malis tabescebat.
Turbati sunt et moti sunt sicut e-
brius: et omnis sapientia eorū de-
uorata est.
Et clamauerūt ad dominum cum
tribularentur: et de necessitatibus
eorum eduxit eos.
Et statuit procellam eius in aurā:
et siluerunt fluctus eius.
Et letati sunt quia siluerūt: et de-
duxit eos in portum voluntatis e-
orum.
Confiteantur domino misericor-
die eius: et mirabilia ei⁹ filiis ho-
minum.
Et exaltent eum in ecclesia plebis:
et in cathedra seniorum laudēt eū.
Posuit flumina in desertum: ⁊ ex- 3.re.17
itus aquarum in sitim.
Terram fructiferam in salsuginē,
a malitia inhabitantium in ea.
Posuit desertum in stagna aqua-
rum: et

rum: et terram sine aqua in exitus aquarum.
Et collocauit illic esuriētes: et cōstituerūt ciuitatem habitationis.
Et seminauerunt agros: et plantauerunt vineas: et fecerunt fructum natiuitatis.
Et benedixit eis, et multiplicati sunt nimis: et iumenta eorum non minorauit.
Et pauci facti sunt: et vexati sunt a tribulatione malorum et dolore.
Effusa est contentio super principes: et errare fecit eos in inuio, et non in via.
Et adiuuit pauperem de inopia: et posuit sicut oues familias.
Iob.22 c Videbunt recti et letabūtur: et oīs iniquitas oppilabit os suum.
Quis sapiens, et custodiet hec: et intelliget misericordias domini?

¶ Canticum Psalmus Dauid, CVII.

Paratum cor meum deus, paratum cor meum: cantabo et psallam in gloria mea.
Exurge gloria mea, exurge psalterium ꝛ cithara: exurgam diluculo.
Cōfitebor tibi in populis domine: et psallam tibi in nationibus.
Quia magna est super celos misericordia tua: et vsq ad nubes veritas tua.
Exaltare super celos deus, et sup omnem terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui.
Saluum fac dextera tua et exaudi me: deus locutus est in sancto suo.
Exultabo, ꝛ diuidam Sichimam: et conuallem tabernaculorum dimetiar.
Meus est Galaad, ꝛ meus est Manasses: et Ephraim fortitudo capitis mei.
Iuda rex meus: Moab lebes spei mee.
In Idumeam extēdam calciamētum meum: mihi alienigene amici facti sunt.
Quis deducet me ī ciuitatem munitam? quis deducet me vsq in Idumeam?
Nonne tu deus qui repulisti nos? et non exibis deus in virtutibus nostris?
Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
In deo faciemus virtutē: et ipse ad nihilū deducet inimicos nostros.

¶ In finē Psalmus Dauid. CVIII.

Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est.
Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, et sermonibus odii circundederunt me: et expugnauerūt me gratis.
Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam.
Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: et odium pro dilectione mea.
Constitue super eum peccatorem: et diabolus stet a dextris eius.
Cum iudicatur, exeat condemnatus: et oratio eius fiat in peccatū.
Fiant dies eius pauci: ꝛ episcopatum eius accipiat alter. Ioā.17.c Actu.1.d
Fiant filii eius orphani: et vxor eius vidua.
Nutantes transferantur filii eius et mēdicent: et eiciantur de habitationibus suis.
Scrutetur fenerator omnem substantiam eius: et diripiant alieni labores eius.
Nō sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.
Fiāt nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomē eius.
In memoriā redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini: et peccatum matris eius non deleat.
Fiant contra dominum semper, et dispereat de terra memoria eorum: pro eo ꝙ non est recordatus facere misericordiam.

Et persecutus est hominē inopem et mendicum, et compunctum corde mortificare.
Et dilexit maledictionem, & veniet ei: et noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.
Et induit maledictionem sicut vestimentum, et intrauit sicut aqua in interiora eius, et sicut oleum in ossibus eius.
Fiat ei sicut vestimētum quo operitur: & sicut zona qua semper precingitur.
Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum: et qui loquuntur mala aduersus animam meam.
Et tu domine dn̄e fac mecum propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua.
Libera me quia egenus et pauper ego sum: et cor meum conturbatū est intra me.
Sicut vmbra cum declinat, ablatus sum: et excussus sum sicut locuste.
Genua mea infirmata sunt a ieiunio: et caro mea immutata est propter oleum.
Et ego factus sum opprobriū illis: viderūt me, & mouerūt capita sua.
Adiuua me dn̄e deus meus: saluū me fac secūdum misericordiā tuā.
Et sciant quia manus tua hec: et tu domine fecisti eam.
Maledicēt illi, et tu benedices, qui insurgunt in me cōfundantur: seruus autem tuus letabitur.
Induātur qui detrahunt mihi pudore: et operiantur sicut diploide confusione sua.
Confitebor dn̄o nimis in ore meo: et in medio multorum laudabo eum.
Quia astitit a dextris pauperis: vt saluam faceret a persequētibus animam meam.

¶ Psalmus Dauid. CIX.

Mat.22d I.co.15d Hebr.I.d et.10.c
DIxit dominus domino meo, Sede a dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
Virgā virtutis tue emittet dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum. Actu.2.f
Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.
Iurauit dominus, et nō penitebit eum: Tu es sacerdos in eternum, secundum ordinem Melchisedec. Heb.7.c Ioā.12.e Heb.5.b
Dominus a dextris tuis: cōfregit in die ire sue reges.
Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: cōquassabit capita in terra multorum.
De torrēte in via bibet: propterea exaltabit caput.

¶ Halleluia. CX.

COnfitebor tibi domine i toto corde meo: in consilio iustorum et congregatione.
Magna opera domini: exquisita in omnes voluntates eius.
Cōfessio & magnificētia opus eius: et iustitia eius manet in seculū seculi.
Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors et miserator dn̄s: escam dedit timentibus se.
Memor erit in seculum testamenti sui, virtutem operum suorum annuntiabit populo suo:
Vt det illis hereditatē gentiū: opera manuū eius, veritas et iudiciū.
Fidelia omnia mandata eius: cōfirmata in seculum seculi, facta in veritate et equitate.
Redemptionem misit populo suo: mandauit in eternum testamētum suum.
Sanctum et terribile nomen eius: initium sapientie, timor domini. Pro.1.a &.9.c Ecc.1.b
Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculum seculi.

¶ Halleluia reuersionis Aggæi & Zachariæ. CXI.

BEatus vir qui timet dominū: in mādatis eius volet nimis.
Potēs in terra erit semē eius: generatio rectorum benedicetur.

Gloria et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculum seculi.
Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors et miserator et iustus.
Iucundus homo qui miseretur et commodat, disponet sermones suos in iudicio: quia in eternum non commouebitur.
In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius sperare in domino: confirmatum est cor eius, non commouebitur donec despiciat inimicos suos.
2.co. 9.e Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit, et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet: desiderium peccatorum peribit.

¶ Halleluia. CXII.

Laudate pueri dominum: laudate nomen domini.
Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et usque in seculum.
Mala. 1.c A solis ortu usque ad occasum: laudabile nomen domini.
Excelsus super omnes gentes dominus: et super celos gloria eius.
Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat: et humilia respicit in celo et in terra?
Suscitans a terra inopem: et de stercore erigens pauperem.
Ut collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum letantem.

¶ Halleluia. CXIII.

Ex. 13. a In exitu Israel de Egypto, domus Jacob de populo barbaro.
Facta est Judea sanctificatio eius, Israel potestas eius.
Mare vidit et fugit: Jordanis conuersus est retrorsum.
Montes exultauerunt ut arietes: et colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare quod fugisti? et tu Jordanis, quia conuersus es retrorsum?
Montes exultastis sicut arietes: et colles sicut agni ouium.
A facie domini mota est terra: a facie dei Jacob.
Qui conuertit petram in stagna aquarum: et rupem in fontes aquarum.
Non nobis domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam.
Super misericordia tua et veritate tua: nequando dicant gentes, Ubi est deus eorum?
Deus autem noster in celo: omnia quecunque voluit fecit.
Simulachra gentium argentum et aurum: opera manuum hominum.
Os habent, et non loquentur: oculos habent et non videbunt. Sap. 15 d
Aures habent, et non audient: nares habent, et non odorabunt.
Manus habent et non palpabunt, pedes habent et non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo.
Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis.
Domus Israel sperauit in domino: adiutor eorum et protector eorum est.
Domus Aaron sperauit in domino: adiutor eorum et protector eorum est.
Qui timent dominum sperauerunt in domino: adiutor eorum et protector eorum est.
Dominus memor fuit nostri: et benedixit nobis.
Benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron.
Benedixit omnibus qui timent dominum: pusillis cum maioribus.
Adiiciat dominus super vos: super vos et super filios vestros.
Benedicti vos a domino: qui fecit celum et terram.
Celum celi domino: terram autem dedit filiis hominum.
Non mortui laudabunt te domine: neque omnes qui descendunt in infernum. Baruch, 2. d

Dan. 2. c Sed nos qui viuimus benedicim⁹ dño: ex hoc nunc ⁊ vsqꝫ in seculum.

Halleluia. CXIIII.

DIlexi, quoniã exaudiet dominus vocẽ orationis mee.
Quia inclinauit aurẽ suã mihi: et in diebus meis inuocabo.
Circundederũt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationem et dolorem inueni: et nomen domini inuocaui.
O domine libera animam meam: misericors dominus ⁊ iustus, ⁊ deus noster miseretur.
Custodiẽs paruulos dominus: humiliatus sum, et liberauit me.
Cõuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu.
Placebo dño in regione viuorum.

Halleluia. CXV.

2.co.4.c CRedidi, propter quod locut⁹ sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Rom.3.a Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mendax.
Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi?
Calicem salutaris accipiam: ⁊ nomen domini inuocabo.
Vota mea domino reddam coram omni populo eius: pretiosa in conspectu domini mors sanctorũ eius.
Sap. 9. a O domine quia ego seruus tuus: ego seru⁹ tuus, ⁊ filius ancille tue.
Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomẽ domini inuocabo.
Vota mea dño reddam in cõspectu omnis populi eius: in atriis dom⁹ domini in medio tui Hierusalem.

Halleluia. CXVI.

Ro. 15. c LAudate dominũ oẽs gentes: laudate eum omnes populi.
Iol. 12. c Quoniam cõfirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum.

Halleluia. CXVII.

COnfitemini domino quoniã bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicat nunc Israel quoniã bonus: qm̃ in seculum misericordia eius.
Dicat nunc domus Aaron: quoniã in seculum misericordia eius.
Dicant nunc qui timent dominũ: quoniã in seculũ misericordia ei⁹.
De tribulatione inuocaui dñm: et exaudiuit me in latitudine domin⁹.
Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Heb.13.a
Dominus mihi adiutor: et ego despiciam inimicos meos.
Bonum est confidere in domino: ꝙ confidere in homine.
Bonum est sperare in domino: ꝙ sperare in principibus.
Omnes gentes circũierũt me: ⁊ in nomine dñi quia vltus sum in eos.
Circundantes circundederũt me: ⁊ in nomine dñi, quia vlt⁹ sum i eos.
Circundederũt me sicut apes, ⁊ exarserunt sicut ignis in spinis: et in nomine dñi quia vltus sum in eos.
Impulsus euersus sum vt caderẽ: et dominus suscepit me.
Fortitudo mea et laus mea dominus: et factus est mihi in salutem. Ex. 12. a Ex. 15. a
Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum.
Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.
Non moriar, sed viuam: et narrabo opera domini.
Castigans castigauit me dominus: et morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iustitie, ingressus in eas confitebor dño: hec porta domini, iusti intrabunt in eam.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me: ⁊ factus es mihi in salutem.
Lapidẽ quẽ reprobauerũt edificãtes: hic factus est in caput anguli. Mat.21d Mar.12a
A domino factum est istud: ⁊ est mirabile in oculis nostris. Luc.20c Actu.4b

Hec est

Ro. 9. g Hec est dies quam fecit dominus:
1.Pe. 2.a exultemus & letemur in ea.
Esa.28.d O domine saluum me fac, o domi-
Mat.21 b ne bene prosperare: benedictus qui
venit in nomine domini.
Benediximus vobis de domo do-
mini: deus domin⁹ et illuxit nobis.
Constituite diem solennem in con-
densis: vsque ad cornu altaris.
Deus meus es tu, & cõfitebor tibi:
deus meus es tu, et exaltabo te.
Confitebor tibi quoniam exaudi-
sti me: et factus es mihi in salutem.
Cõfitemini dño quoniam bonus:
quoniã in seculũ misericordia ei⁹.

Halleluia. CXVIII.

Aleph. BEati immaculati in via: qui
ambulant in lege domini.
Beati q̃ scrutant̃ testimonia
eius: in toto corde exquirunt eum.
Non enim qui operãtur iniquita-
tem: in viis eius ambulauerunt.
Tu mandasti mandata tua custo-
diri nimis.
Utinam dirigantur vie mee ad cu-
stodiendas iustificationes tuas.
Tunc non cõfundar: cum perspe-
xero in omnibus mandatis tuis.
Cõfitebor tibi i directione cordis:
in eo q̃ didici iudicia iustitie tue.
Iustificationes tuas custodiã: nõ
me derelinquas vsquequaq̃.
Beth. IN quo corrigit adolescẽtior vi-
am suam? in custodiendo ser-
mones tuos.
In toto corde meo exquisiui te:
ne repellas me a mandatis tuis.
In corde meo abscõdi eloquia tua:
vt non peccem tibi.
Benedictus es domine: doce me iu-
stificationes tuas.
In labiis meis pronũtiaui omnia
iudicia oris tui.
In via testimoniorum tuorum de-
lectat⁹ sum: sicut in oĩbus diuitiis.
In mandatis tuis exercebor: et cõ-
siderabo vias tuas.
In iustificationibus tuis medita-
bor: nõ obliuiscar sermones tuos.
Retribue seruo tuo, viuifica me: Gimel.
R et custodiam sermones tuos.
Reuela oculos meos: et con-
siderabo mirabilia de lege tua.
Incola ego sum in terra: non ab-
scondas a me mandata tua.
Concupiuit aĩa mea desiderare iu-
stificationes tuas in omni tẽpore.
Increpasti superbos: maledicti qui
declinant a mandatis tuis.
Aufer a me opprobrium & contem-
ptũ: quia testimonia tua exquisiui.
Etenim sederũt pricipes, & aduer-
sum me loquebant̃: seruus aũt tu⁹
exercebat̃ in iustificationib⁹ tuis.
Nam et testimonia tua meditatio
mea est: et consilium meum iustifi-
cationes tue.
Adhesit pauimẽto aĩa mea: vi- Daleth.
A uifica me secundũ verbũ tuũ.
Vias meas enũtiaui, & exaudi-
sti me: doce me iustificationes tuas.
Viam iustificationũ tuarũ instrue
me: & exercebor in mirabilib⁹ tuis.
Dormitauit anima mea pre tedio:
confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amoue a me: et
de lege tua miserere mei.
Viam veritatis elegi, iudicia tua
non sum oblitus.
Adhesi testimoniis tuis Domine:
noli me confundere.
Viam mandatorũ tuorũ cucurri:
cum dilatasti cor meum.
LEgem pone mihi domine vi- He.
am iustificationum tuarum:
et exquiram eam semper.
Da mihi intellectum, & scru-
tabor legem tuam: et custodiam il-
lam in toto corde meo.
Deduc me in semita mandatorum
tuorum: quia ipsam volui.
Inclina cor meũ i testimonia tua:
et non in auaritiam.
Auerte oculos meos ne videãt va-
nitatem: in via tua viuifica me.
Statue seruo tuo eloquium tuum
in timore tuo.
Amputa opprobrium meũ quod su-
spicatus

spicatꝰ sum: q̃a iudicia tua iucũda.
Ecce concupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me.

Vau. ET veniat sup me misericordia tua domine: salutare tuum secundum eloquiũ tuũ.
Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: quia speraui in sermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaq;: quia in iudiciis tuis supersperaui.
Et custodiam legem tuam semper: in seculum et in seculum seculi.
Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui.
Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regũ: et non cõfundebar.
Et meditabar in mandatis tuis: que dilexi.
Et leuaui manus meas ad mãdata tua que dilexi: et exercebor in iustificationibus tuis.

Zain. MEmor esto verbi tui seruo tuo: ĩ quo mihi spẽ dedisti.
Hec me cõsolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.
Superbi inique agebant vsquequaq;: a lege aũt tua nõ declinaui.
Memor fui iudiciorum tuorũ a seculo domine: et consolatus sum.
Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibꝰ legem tuam.
Cantabiles mihi erant iustificationes tue in loco peregrinationis mee.
Memor fui nocte nominis tui domine: et custodiui legem tuam.
Hec facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.

Heth. POrtio mea domine, dixi, custodire legem tuam.
Deprecatꝰ sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum.
Cogitaui vias meas: ⁊ cõuerti pedes meos in testimonia tua.
Paratus sum, ⁊ nõ sum turbatus: vt custodiam mandata tua.
Funes peccatorum circũplexi sunt me: et legẽ tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tue.
Particeps ego sum omnium timentium te: et custodientium mãdata tua.
Misericordia tua domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.

BOnitatẽ fecisti cũ seruo tuo dñe, secundum verbum tuũ. Teth.
Bonitatem, et disciplinam, et scientiã doce me: quia mãdatis tuis credidi.
Priusq̃ humiliarer ego deliqui: propterea eloquiũ tuũ custodiui.
Bonus es tu: ⁊ in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est super me iniquitas superborũ: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.
Coagulatum est sicut lac cor eorũ: ego vero legẽ tuam meditatꝰ sum.
Bonum mihi, quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.
Bonũ mihi lex oris tuis super millia auri et argenti.

MAnus tue fecerunt me et plasmauerunt me: da mihi intellectum, vt discam mandata tua. Iod.
Qui timent te videbunt me, et letabuntur: quia in verba tua supersperaui.
Cognoui dñe quia equitas iudicia tua: ⁊ ĩ veritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua vt cõsoletur me: secũdũ eloquiũ tuũ seruo tuo.
Ueniant mihi miserationes tue, et viuã: q̃a lex tua meditatio mea est.
Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerũt in me: ego autem exercebor in mãdatis tuis.
Conuertantur mihi timentes te: ⁊ qui nouerunt testimonia tua.
Fiat cor meũ immaculatũ in iustificationibꝰ tuis, vt non cõfundar.

Defecit

Caph. Defecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum supersperaui.
Defecerūt oculi mei in eloquium tuum: dicentes, Quando consolaberis me?
Quia fact⁹ sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.
Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium?
Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.
Omnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sunt me, adiuua me.
Paulominus consummauerūt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.
Secundum misericordiam tuā viuifica me: et custodiam testimonia oris tui.

Lamed. In eternum domine verbum tuum permanet in celo.
In generatione et generationē veritas tua: fundasti terram, et permanet.
Ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.
Nisi ꝙ lex tua meditatio mea est: tunc forte periissem in humilitate mea.
In eternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me.
Tuus sum ego, saluū me fac: quoniā iustificationes tuas exquisiui.
Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi.
Omnis cōsummationis vidi finē: latum mandatum tuum nimis.

Mem. Quomodo dilexi legem tuā domine: tota die meditatio mea est.
Sup inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: qa in eternum mihi est.
Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi: quia mandata tua quesiui.
Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua.
A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi.
Quā dulcia faucib⁹ meis eloquia tua super mel ori meo.
A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnē viam iniquitatis.

Nun. Lucerna pedibus meis verbū tuum: & lumen semitis meis.
Iuraui & statui custodire iudicia iustitie tue.
Humiliatus sum vsquequaqꝫ domine: viuifica me secundum verbum tuum.
Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: & iudicia tua doce me.
Anima mea in manibus meis semper: et legem tuā non sum oblitus.
Posuerunt peccatores laqueū mihi: et de mandatis tuis non erraui.
Hereditate acquisiui testimonia tua in eternum: quia exultatio cordis mei sunt.
Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternū: propter retributionem.

Samech. Iniquos odio habui: et legem tuam dilexi.
Adiutor et susceptor meus es tu: et in verbū tuū supsperaui.
Declinate a me maligni: et scrutabor mandata dei mei.
Suscipe me secundum eloquiū tuum, et viuam: et non confundas me ab expectatione mea.
Adiuua me et saluus ero: et meditabor ī iustificationib⁹ tuis semp.
Spreuisti oēs discedētes a iudiciis tuis: quia iniusta cogitatio eorū.
Preuaricantes reputaui oēs peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua.
Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui.

Feci

Ain. FEci iudiciũ et iusticiam : non
tradas me calumniãtib⁹ me.
Suscipe seruũ tuum in bonũ :
non calumnient me superbi.
Oculi mei defecerũt ĩ salutare tuũ:
et in eloquiũ iustitie tue. Fac cum
seruo tuo secũdũ misericordiã tuã:
et iustificationes tuas doce me.
Seruus tuus sum ego: da mihi in=
tellectum, vt sciam testimonia tua.
Tẽpus faciendi dñe : dissipauerũt
legẽ tuã. Ideo dilexi mandata tua
super aurũ ⁊ topazion. Propterea
ad omnia mandata tua dirigebar:
omnem viam iniquã odio habui.

Phe. MIrabilia testimonia tua : ideo
scrutata est anima mea.
Declaratio sermonũ tuorũ il=
luminat: ⁊ intellectũ dat paruulis.
Os meũ aperui, et attraxi spiritũ:
quia mandata tua desiderabam.
Aspice in me, ⁊ miserere mei secũdũ
iudicium diligentiũ nomen tuum.
Gressus meos dirige secundũ elo=
quiũ tuum : et non dominetur mei
oĩs iniustitia. Redime me a calũ=
niis hominũ: vt custodiã mandata
tua. Faciẽ tuã illumina sup̱ seruũ
tuũ: ⁊ doce me iustificationes tuas.
Exit⁹ aquarũ deduxerũt oculi mei:
quia non custodierũt legẽ tuam.

Sade. IUst⁹ es dñe: ⁊ rectũ iudiciũ tuũ.
Mãdasti iustitiã testimonia tua:
et veritatem tuã nimis. Tabe=
scere me fecit zel⁹ me⁹: q̄a obliti sũt
verba tua inimici mei. Ignitũ elo=
quiũ tuũ vehemẽter: et seruus tu⁹
dilexit illud. Adolescentul⁹ sum ego
et cõtemptus: iustificationes tuas
nõ sum oblit⁹. Iustitia tua iustitia
in eternum : et lex tua veritas.
Tribulatio ⁊ angustia inuenerunt
me: mãdata tua meditatio mea est.
Equitas testimonia tua in eternũ:
intellectum da mihi, et viuam.

Coph. CLamaui in toto corde, exaudi
me dñe: iustificationes tuas re
quiram. Clamaui ad te, saluũ
me fac: vt custodiã mandata tua.
Preueni in maturitate, et clama=
ui, quia ĩ verba tua supersperaui.
Preuenerunt oculi mei ad te dilu=
culo: vt meditarer eloquia tua.
Uocem meam audi secundum mi=
sericordiam tuam domine: et secũ=
dum iudicium tuum viuifica me.
Appropinquauerunt persequentes
me iniquitati: a lege autẽ tua lon=
ge facti sunt.
Prope es tu domine: et omnes vie
tue veritas.
Initio cognoui de testimoniis tu=
is : quia in eternum fundasti ea.

VIde humilitatem meam, et Res.
eripe me : quia legem tuam
non sum oblitus.
Iudica iudicium meum, et
redime me : propter eloquium tuũ
viuifica me.
Longe a peccatoribus salus: quia
iustificatiões tuas nõ exquisierũt.
Misericordie tue multe dñe : secũ=
dum iudicium tuum viuifica me.
Multi qui persequuntur me, ⁊ tri=
bulant me: a testimoniis tuis non
declinaui.
Uidi preuaricãtes, et tabescebam:
quia eloquia tua nõ custodierunt.
Uide q̄m mandata tua dilexi dñe:
in misericordia tua viuifica me.
Principiũ verborũ tuorũ veritas:
in eternũ oĩa iudicia iustitie tue.

PRincipes persecuti sunt me Sin.
gratis: ⁊ a verbis tuis formi=
dauit cor meum.
Letabor ego sup̱ eloquia tua:
sicut qui inuenit spolia multa.
Iniquitatẽ odio habui, et abomi=
natus sum: legem aũt tuam dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi su=
per iudicia iustitie tue.
Pax multa diligentibus legem tu
am : et non est illis scandalum.
Expectabam salutare tuum domi=
ne : et mandata tua dilexi.
Custodiuit anima mea testimonia
tua : et dilexit ea vehementer.
Seruaui mandata tua et testimo=
nia tus

nia tua: quia omnes vie mee i cōspectu tuo.

Thau. Appropinquet deprecatio mea in cōspectu tuo domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.

Eructabunt labia mea hymnum, cū docueris me iustificatiōes tuas.

Pronuntiabit lingua mea eloquiū tuū: quia oia mandata tua equitas.

Fiat man⁹ tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi.

Concupiui salutare tuum dñe: et lex tua meditatio mea est.

Uiuet anima mea et laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

Erraui sicut ouis que periit: quere seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

¶ Canticum graduum. CXIX.

Ionæ.2 b Ad dñm cum tribularer clamaui: et exaudiuit me.

Dñe libera aiam meā a labiis iniqs: & a ligua dolosa.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?

Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatoriis.

Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantib⁹ Cedar: multū incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, erā pacificus: cū loquebar illis impugnabant me gratis.

¶ Canticū graduum. CXX.

Leuaui oculos meos i montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino: qui fecit celum et terram.

Non det in commotionem pedem tuū: neq dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neq dormiet qui custodit Israel.

Dñs custodit te: domin⁹ protectio tua, super manum dexteram tuā.

Per diem sol non vret te: neq luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dñs.

Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum, ex hoc nunc et vsq in seculum.

¶ Canticum graduū. CXXI.

Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem.

Hierusalē que edificat vt ciuitas: cui⁹ participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt trib⁹, tribus domini: testimoniū Israel ad confitendum nomini domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid.

Rogate que ad pacem sunt Hierusalem: et abundantia diligētib⁹ te.

Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te.

Propter domū domini dei nostri, quesiui bona tibi.

Canticū graduū. CXXII.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.

Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancille in manib⁹ dñe sue: ita oculi nostri ad dñm deū nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sum⁹ despectione.

Quia multū repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, et despectio superbis.

¶ Canticum graduum. CXXIII.

Nisi quia dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia dominus erat in nobis:

Cum exurgerent homines in nos,

forte viuos deglutissent nos.
Cum irasceretur furor eorum i nos, forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentē pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
Benedict⁹ dominus, qui non dedit nos in captionem dētibus eorum.
Anima nostra sicut passer erepta ē de laqueo venantium.
Laqueus cōtritus est: et nos liberati sumus.
Adiutorium nostrū in nomine domini: qui fecit celum et terram.

¶ Canticum graduum.

CXXIIII.

Qui confidunt in Domino sicut mons Sion: non cōmouebitur ī eternum qui habitat in Hierusalem.
Montes in circumitu eius: et dominus in circumitu populi sui, ex hoc nunc et vsq; in seculum.
Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.
Benefac dn̄e bonis et rectis corde.
Declinantes aūt in obligationes, adducet dominus cum operantib⁹ iniquitatem: pax super Israel. alias obliquationes.

¶ Canticum graduum. CXXV.

In conuertēdo dominus captiuitatem Sion: facti sumus sicut consolati.
Tūc repletū est gaudio os nostrū: et lingua nostra exultatione.
Tunc dicent inter gētes, Magnificauit dominus facere cum eis.
Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus letantes.
Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro. Alias cōuerte.
Qui seminant in lachrymis: in exultatione metent.
Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua.
Venientes autē venient cum exultatiōe: portātes manipulos suos.

¶ Canticum graduum Salomoni.

CXXVI.

Nisi dn̄s edificauerit domū: in vanum laborauerūt qui edificant eam.
Nisi dominus custodierit ciuitatē: frustra vigilat, qui custodit eam.
Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis suis somnū: ecce hereditas domini, filii, merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potētis: ita filii excussorum.
Beatus vir qui impleuit desideriū suum ex ipsis: non confundetur cū loquetur inimicis suis in porta.

¶ Canticum graduum.

CXXVII.

Beati omnes qui timēt dn̄m: qui ambulant in viis eius.
Labores manuū tuarū quia manducabis beatus es, et bene tibi erit.
Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue.
Filii tui sicut nouelle oliuarum: in circumitu mense tue.
Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum.
Benedicat tibi dominus ex Sion: et videas bona Hierusalem omnibus diebus vite tue.
Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israel.

¶ Canticum graduū. CXXVIII.

Sepe expugnauerunt me a iuuētute mea, dicat nūc Israel, Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.
Supra dorsum meū fabricauerūt peccatores: prolongauerūt iniquitatem suam.
Dominus iustus concidet ceruices peccatorum: confundantur et conuertant retrorsum omnes qui oderunt Sion.

Fiant

Fiant sicut fenum tectorum: quod priusquam euellatur, exaruit.
De quo non impleuit manum suã qui metit: et sinum suum, qui manipulos colligit.
Et non dixerunt qui preteribant, Benedictio domini super vos: benediximus vobis in nomine dñi.

¶ Canticum graduum. CXXIX.

De profũdis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuę intendentes in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris dñe: domine quis sustinebit?
Quia apud te ꝓpitiatio est: et propter legem tuam sustinui te dñe.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in dño.
A custodia matutina vsq; ad noctẽ speret Israel in domino.
Quia apud dominũ misericordia: et copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel ex omnib⁹ iniquitatibus eius.

¶ Canticum graduum. CXXX.

Domine non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei.
Neq; ambulaui ĩ magnis: neq; in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea.
Speret Israel in dño ex hoc nunc et vsq; in seculum.

¶ Canticum graduum. CXXXI.

Memento domine Dauid, et omnis mansuetudinis eius.
Sicut iurauit dño, votũ vouit deo Jacob.
Si introiero in tabernaculum domus mee, si ascendero in lectũ strati mei.
Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem,
Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Jacob.
Ecce audiuimus eam ĩ Ephrata: inuenimus eam in campis sylue.
Introibimus in tabernaculũ ei⁹: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.
Surge domine in requiem tuam: tu & arca sanctificationis tue. 1.pa. 6.g
Sacerdotes tui induãtur iustitia: et sancti tui exultent.
Propter Dauid seruum tuum: nõ auertas faciem Christi tui.
Jurauit dominus Dauid veritatem, et non frustrabitur eam, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Luce. 1.e Actu. 2.c
Si custodierit filii tui testamentũ meum: et testimonia mea hec que docebo eos,
Et filii eorum vsq; in seculum sedebunt super sedem tuam.
Quoniam elegit dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.
Hec requies mea ĩ seculum seculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicẽs benedicã: pauperes eius saturabo panibus.
Sacerdotes eius induã salutari: & sancti eius exultatione exultabũt.
Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo. Luce. 1.g
Inimicos eius induam cõfusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Mala. 3.a Luce. 1.b

¶ Canticum graduum. CXXXII.

Ecce ꝙ bonũ et ꝙ iucundum, habitare fratres in vnum.
Sicut vnguẽtum in capite, quod descẽdit in barbã, barbam Aaron;
Quod descendit in oram vestimẽti eius: sicut ros Hermon, qui descẽdit in montem Sion.
Quoniam illic mãdauit dominus benedictionem: et vitam vsq; in seculum.

¶ Canticum graduū. CXXXIII.

Ecce nunc benedicite dominū: omnes serui domini.
Qui statis ī domo domini, in atriis domus dei nostri.
In noctib⁹ extollite man⁹ vestras in sancta: et benedicite dominum.
Benedicat te domin⁹ ex Sion: qui fecit celum et terram.

Halleluia. CXXXIIII.

Laudate nomen domini, laudate serui dominum.
Qui statis in domo domini: in atriis domus dei nostri.
Laudate dominū, quia bonus dominus: psallite nomini eius, quoniam suaue.
Quoniam Jacob elegit sibi dominus: Israel in possessionem sibi.
Quia ego cognoui ꝙ magnus est dn̄s: et de⁹ noster pre omnib⁹ diis.
Omnia quecunqꝫ voluit dominus fecit in celo ⁊ in terra: in mari et in omnibus abyssis.
Hie. 10. c Educens nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiam fecit.
Qui producit ventos de thesauris suis: qui percussit primogenita Ex. 12. d Egypti ab homine vsqꝫ ad pecus.
Et misit signa et prodigia ī medio tui Egypte: in Pharaonem et in omnes seruos eius.
Nu. 21. e & g Qui percussit gētes multas, et occidit reges fortes.
Seon regē Amorrheorum, et Og regē Basan, ⁊ oīa regna Chanaā.
Et dedit terram eoꝝ hereditatem, Iosue. 12. c hereditatem Israel populo suo.
Domine nomen tuū in eternum: domine memoriale tuum in generatione et generationem.
Quia iudicabit dn̄s populum suū: et in seruis suis deprecabitur.
Simulachra gentium argentum ⁊ aurum: opera manuum hominum.
Sup. 15 d Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbunt.
Aures habent et non audient: neqꝫ enim est spiritus in ore ipsorum.
Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis.
Dom⁹ Israel benedicite domino: domus Aaron benedicite domino.
Domus Leui benedicite dn̄o: qui timetis dominum, benedicite dn̄o.
Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem.

Halleluia. CXXXV.

Confitemini domino quoniā bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Confitemini deo deorum: quoniā in eternum misericordia eius.
Confitemini domino dominorum: quoniam in eternum misericordia eius.
Qui facit mirabilia magna solus: quoniā in eternū misericordia ei⁹.
Qui fecit celos in intellectu: quoniam in eternum misericordia ei⁹. Gen. 1.
Qui firmauit terrā super aquas: quoniā in eternū misericordia ei⁹. 1. a
Qui fecit luminaria magna: quoniam in eternum misericordia ei⁹. 1. b
Solem in potestatem diei: quoniā in eternum misericordia eius.
Lunā ⁊ stellas, in potestatē noctis: quoniā ī eternū misericordia eius.
Qui percussit Egyptum, cum primogenitis eorum: quoniā in eternum misericordia eius. Ex. 12. d
Qui eduxit Israel de medio eorū: quoniā in eternū misericordia ei⁹. Ex. 13. d
In manu potēti ⁊ brachio excelso: quoniā in eternū misericordia ei⁹.
Qui diuisit mare rubrum in diuisiones: quoniam in eternum misericordia eius. 14. e
Et eduxit Israel per medium ei⁹: quoniā in eternū misericordia ei⁹.
Et excussit Pharaonem et virtutem eius in mari rubro: quoniā in eternum misericordia eius. 14. g
Qui traduxit populum suum per desertum: quoniam ī eternum misericordia eius.
Qui percussit reges magnos: quoniam in eternum misericordia ei⁹.

Et occidit

Et occidit reges fortes: quoniam
Nu. 21. e in eternum misericordia eius.
Seon regem Amorrheorum: quoniã in eternum misericordia eius.
Nu. 12. g Et Og regem Basan: quoniam in eternum misericordia eius.
Iosue. 12. c Et dedit terram eorũ hereditatẽ: quoniã in eternũ misericordia ei⁹.
hereditatẽ Israel seruo suo: quoniam in eternum misericordia ei⁹.
Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam in eternum, misericordia eius.
Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniã in eternũ misericordia ei⁹.
Qui dat escam omni carni: quoniam in eternum misericordia eius.
Confitemini deo celi: quoniam in eternum misericordia eius.
Confitemini domino dominorum: quoniã in eternũ misericordia ei⁹.

¶ Hieremiæ. CXXXVI.

Super flumina Babylonis illic sedimus et fleuimus: dum recordaremur tui Sion.
In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.
Quia illic interrogauerũt nos qui captiuos duxerunt nos verba cãtionum,
Et qui abduxerũt nos, Hymnum cantate nobis de canticis Sion.
Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena?
Si oblitus fuero tui Hierusalem: obliuioni detur dextera mea.
Adhereat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui.
Si non proposuero Hierusalem in principio letitie mee.
Memor esto domine filiorum Edom, in die Hierusalem.
Qui dicunt, Exinanite exinanite vsq ad fundamentum in ea.
Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionẽ tuam, quam retribuisti nobis.
Esa. 13. c Beatus qui tenebit et allidet paruulos tuos ad petram.

¶ Ipsi Dauid. CXXXVII.

Confitebor tibi domine ĩ toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.
In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.
Super misericordia tua ⁊ veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.
In quacũq die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi domine omnes reges terre: quia audierunt omnia verba oris tui.
Et cantent in viis domini: quoniam magna est gloria domini.
Quoniam excelsus dñs: ⁊ humilia respicit, et alta a longe cognoscit.
Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: et sup iram inimicorum meorũ extẽdisti manũ tuam, ⁊ saluũ me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me: domine misericordia tua in seculũ, opera manuum tuarum ne despicias.

¶ In finem Psalmus Dauid. CXXXVIII.

Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, et resurrectionem meam.
Intellexisti cogitationes meas delonge: semitam meam et funiculũ meum inuestigasti.
Et oẽs vias meas preuidisti: quia non est sermo in lingua mea.
Ecce tu domine cognouisti omnia, nouissima et antiqua tu formasti me, ⁊ posuisti sup me manũ tuam.
Mirabilis facta est scientia tua ex me: cõfortata ẽ, ⁊ nõ potero ad eã.
Quo ibo a spiritu tuo? et q̃ a facie tua fugiam?
Si ascendero in celum, tu illic es: Amos. 9. a
si descendero in infernum, ades.
Si sumpsero pẽnas meas diluculo, ⁊ habitauero ĩ extremis maris:
Etenim

Etenim illuc manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua.
Et dixi, Forsitan tenebre cõculcabunt me: & nox illuminatio mea in deliciis meis.
Quia tenebre non obscurabuntur a te: et nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita et lumẽ eius.
Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de utero matris mee.
Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, et anima mea cognoscet nimis.
Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto: et substantia mea in inferioribus terre.
Imperfectum meum viderũt oculi tui, et in libro tuo oẽs scribẽtur: dies formabuntur et nemo in eis.
Mihi aũt nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum.
Dinumerabo eos, et super arenã multiplicabuntur: exurrexi, et adhuc sum tecum.
Si occideris deus peccatores: viri sanguinum declinate a me.
Quia dicitis in cogitatione: accipiant in vanitate ciuitates suas.
Nonne qui oderũt te dñe oderam: et super inimicos tuos tabescebã?
Perfecto odio oderã illos: inimici facti sunt mihi.
Proba me de⁹, & scito cor meũ: interroga me, & cognosce semitas meas.
Et vide si via iniquitatis in me est et deduc me in via eterna.

¶ In finem Psalmus Dauid. CXXXIX.

Eripe me dñe ab homine malo: a viro iniquo eripe me.
Qui cogitauerunt iniqtates in corde: tota die cõstituebãt plia.
Sup. 13. b Acuerũt linguas suas sicut serpẽ-
Ro. 3. b tes: venenũ aspidũ sub labiis eor.
Custodi me dñe de manu peccatoris: et ab hominib⁹ iniqs eripe me.
Qui cogitauerũt supplãtare gressus meos: absconderũt superbi laqueum mihi.
Et funes extẽderunt in laqueum: iuxta iter scandalũ posuerũt mihi.
Dixi dño, Deus meus es tu: exaudi dñe vocem deprecationis mee.
Dñe deus virtus salutis mee: obumbrasti sup caput meũ ĩ die belli.
Ne tradas me dñe a desiderio meo peccatori: cogitauerũt cõtra me, ne derelinquas me, ne forte exaltent.
Caput circuitꝰ eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos.
Cadẽt sup eos carbones: ĩ ignẽ deiicies eos, ĩ miseriis nõ subsistent.
Vir linguosus nõ dirigetur ĩ terra: virũ iniustũ mala capiẽt ĩ interitu.
Cognoui quia faciet dñs iudiciũ inopis: et vindictam pauperum.
Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: et habitabunt recti cũ vultu tuo.

¶ Psalmus Dauid. CXL.

Domine clamaui ad te, exaudi me: intende voci mee, cum clamauero ad te.
Dirigatur oratio mea sicut incensum ĩ cõspectu tuo: eleuatio manuum mearũ sacrificium vespertinũ.
Pone domine custodiam ori meo: et ostium circũstantie labiis meis. Ecc. 22. d
Non declines cor meum in verba malitie, ad excusandas excusationes in peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cũ electis eorum.
Corripiet me iustꝰ ĩ misericordia, et increpabit me: oleum aũt peccatoris nõ impinguet caput meum.
Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petre iudices eorum.
Audiẽt verba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terram.
Dissipata sunt ossa nostra secꝰ infernũ: quia ad te domine, domine oculi mei, in te speraui: non auferas animam meam.

Custodi me a laqueo quem statue-
runt mihi: et a scandalis operan-
tium iniquitatem.
Cadēt in retiacula ei⁹ peccatores:
singulariť sum ego donec transeā.
¶ Intellectus Dauid cum esset in
spelunca oratio. CXLI.
V Oce mea ad dn̄m clamaui: vo-
ce mea ad dn̄m deprecat⁹ sum.
Effundo in cōspectu eius ora-
tionem meam: et tribulationē meā
ante ipsum pronuntio.
In deficiendo ex me spiritum me-
um: & tu cognouisti semitas meas.
In via hac qua ambulabā, abscō-
derunt laqueum mihi.
Cōsiderabā ad dexterā, et videbā:
et non erat qui cognosceret me.
Periit fuga a me: & non est qui re-
quirat animam meam.
Clamaui ad te dn̄e: dixi, tu es spes
mea, portio mea ī terra viuentiū.
Intende ad deprecationem meam:
quia humiliatus sum nimis.
Libera me a psequentib⁹ me: quia
confortati sunt super me.
Educ de custodia animam meam,
ad cōfitendū nomini tuo: me expe-
ctant iusti, donec retribuas mihi.
22.d ¶ Psalmus Dauid quando eū filius
suus persequebať. CXLII.
D Omine exaudi orationem
meam, aurib⁹ percipe ob-
secrationē meā: in veritate
tua exaudi me in tua iustitia.
Et non intres in iudicium cum ser
uo tuo: quia non iustificabitur in
conspectu tuo omnis viuens.
Quia psecutus est inimic⁹ animā
meā: humiliauit ī terra vitā meā.
Collocauit me in obscuris sicut
mortuos seculi, et anxiatus est su-
per me spirit⁹ meus: in me turba-
tum est cor meum.
Memor fui dierū antiquor, medi-
tatus sum ī omnib⁹ operib⁹ tuis:
in factis manuū tuar meditabar.
Expandi manus meas ad te: ani-
ma mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine: defe-
cit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam a me: &
similis ero descendentib⁹ in lacum.
Auditam fac mihi mane misericor-
diam tuam: quia in te speraui.
Notā fac mihi viā in qua ambulē:
quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis dn̄e, ad
te confugi: doce me facere volūta-
tem tuam, quia deus meus es tu.
Spirit⁹ tuus bon⁹ deducet me in
terrā rectā: propter nomē tuū dn̄e
viuificabis me, in equitate tua
Educes de tribulatiōe animā me-
am: et in misericordia tua disper-
des omnes inimicos meos.
Et perdes oēs qui tribulāt animā
meā: quoniam ego seru⁹ tu⁹ sum.
Dauid adūsus Goliath. CXLIII.
B Enedictus dn̄s deus me⁹ qui
docet man⁹ meas ad preliū: &
digitos meos ad bellum.
Misericordia mea & refugiū
meū: susceptor me⁹ & liberator me⁹.
Protector meus, & in ipso speraui:
qui subdit populū meum sub me.
Dn̄e qd est homo qa innotuisti ei?
aut filius hominis qa reputas eū?
Homo vanitati similis factus est: Iob.8.b
dies eius sicut vmbra pretereunt.
Dn̄e inclina celos tuos, et descēde:
tange montes, et fumigabunt.
Fulgura coruscationem, & dissipa-
bis eos: emitte sagittas tuas, & cō-
turbabis eos.
Emitte manum tuam de alto, eri-
pe me & libera me de aquis multis,
et de manu filiorum alienorum.
Quorum os locutū est vanitatē:
et dextera eor dextera iniquitatis.
Deus canticū nouū cātabo tibi: in
psalterio decachordo psallam tibi.
Qui das salutem regibus: qui re-
demisti Dauid seruū tuū, de gla-
dio maligno eripe me,
Et erue me de manu filior alieno-
rū, quor os locutū est vanitatē: et
dextera eorū, dextera iniquitatis.
Quorum

Quorum filii sicut nouelle plātationes in iuuentute sua.
Filie eorum composite: circumornate vt similitudo templi.
Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.
Oues eorum fetose, abundantes in egressibus suis: boues eorum crasse.
Nō est ruina macerie, neqȝ transitus, neqȝ clamor i plateis eorum.
Beatum dixerūt populum cui hec sunt: beatus populus, cuius dominus deus eius.

¶ Laudatio ipsi Dauid.

CXLIIII.

Exaltabo te deus meus rex: ꝛ benedicam nomini tuo in seculum, et in seculum seculi.
Per singulos dies benedicam tibi: ꝛ laudabo nomen tuum in seculū: et in seculum seculi.
Magnus dn̄s ꝛ laudabilis nimis: ꝛ magnitudinis eius non est finis:
Generatio et generatio laudabit opera tua: et potentiam tuam pronuntiabunt.
Magnificētiam glorie sanctitatis tue loquent: et mirabilia tua narrabunt.
Et virtutem terribilium tuorum dicent: ꝛ magnitudinē tuam narrabunt.
Memoriam abūdantie suauitatis tue eructabūt: et iustitia tua exultabunt.
Miserator et misericors dominus: patiens et multum misericors.
Suauis dn̄s vniuersis: et miserationes eius super omnia opera eiꝰ.
Cōfiteantur tibi dn̄e omnia opera tua: et sancti tui benedicant tibi.
Gloriam regni tui dicent: ꝛ potentiam tuam loquentur,
Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuā: et gloriam magnificentie regni tui.
Regnum tuum regnum omniū seculorum: et dominatio tua in omni generatione et generationem.
Fidelis dominus in omnibus verbis suis: et sanctus in omnibus operibus suis.
Alleuat dn̄s omnes qui corruunt: et erigit omnes elisos.
Oculi omnium in te sperant dn̄e: et tu das escam illorum in tempore opportuno.
Aperis tu manū tuam: et imples omne animal benedictione.
Justus dn̄s in omnibus viis suis: et sanctus in omnibꝰ operibꝰ suis.
Prope est dominus omnibꝰ inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate.
Voluntatem timentium se faciet, et deprecationem eorum exaudiet: et saluos faciet eos.
Custodit dominꝰ omnes diligētes se: et omnes peccatores disperdet.
Laudationem domini loquetur os meum: ꝛ benedicat omnis caro nomini sancto eius i seculum et in seculum seculi.

¶ Halleluia Aggæi & Zachariæ.

CXLV.

Lauda anima mea dn̄m, laudabo dn̄m in vita mea: psallam deo meo quādiu fuero:
Nolite confidere in principibus: in filiis hominum, in quibus non est salus.
Exibit spiritus eius, et reuertetur in terram suam: in illa die peribūt omnes cogitationes eorum.
Beatus cuius deꝰ Jacob adiutor eiꝰ, spes eiꝰ in domino deo ipsius:
qui fecit celum et terram, mare, et Act. 14. c
omnia que in eis sunt. Apocal.
Qui custodit veritatem in seculū, 14. b
facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus.
Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cecos.
Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos.
Dominus custodit aduenas, pupillum et viduam suscipiet: ꝛ vias

peccato-

peccatorum disperdet.
Regnabit dominus in secula deus tuus Sion, in generatione ⁊ generationem.

¶ Halleluia. CXLVI.

Laudate dominum quoniam bonus est psalmus deo nostro, sit iucũda decoraq; laudatio.
Edificans Hierusalem dominus, dispersiones Israelis cõgregabit,
Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum.
Qui numerat multitudinẽ stellarum: et omnibus eis nomina vocat.
Magnus dominus noster, et magna virtus eius: et sapientie eius non est numerus.
Suscipiens mansuetos dominus: humilians autem peccatores vsq; ad terram.
Precinite domino in confessione: psallite deo nostro in cithara.
Qui operit celum nubibus: et parat terre pluuiam.
Qui producit in montib⁹ fenum, et herbam seruituti hominum.
Qui dat iumentis escam ipsorum: et pullis coruorum inuocantib⁹ eum.
Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.
Beneplacitum est dño super timẽtes eum: et in eis qui sperãt super misericordia eius.

¶ Halleluia. CXLVII.

Lauda Hierusalẽ dominum: lauda deum tuum Sion.
Quoniam cõfortauit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem: ⁊ adipe frumenti satiat te.
Qui emittit eloquium suum terre: velociter currit sermo eius.
Qui dat niuẽ sicut lanam: nebulã sicut cinerem spargit.
Mittit crystallum suum sicut buccellas: ante faciẽ frigoris ei⁹ quis sustinebit?
Emittet verbum suum, ⁊ liquefaciet ea: flabit spiritus eius, et fluent aque.
Qui annuntiat vbum suũ Jacob: iustitias et iudicia sua Israel.
Non fecit taliter omni nationi: et iudicia sua non manifestauit eis.

¶ Halleluia. CXLVIII.

Laudate dñm de celis: laudate eum in excelsis.
Laudate eũ oẽs angeli eius: laudate eum omnes virtutes ei⁹.
Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stelle et lumen.
Laudate eũ celi celorũ: et aque que Dan.3.c
super celos sunt, laudẽt nomẽ dñi.
Quia ipse dixit, et facta sunt: ipse mandauit, et creata sunt.
Statuit ea in eternum ⁊ in seculũ seculi: preceptũ posuit et non preteribit.
Laudate dominum de terra: dracones et omnes abyssi,
Ignis, grando, nix, glacies spirit⁹ procellarũ: que faciũt verbũ eius,
Mõtes ⁊ omnes colles, ligna fructifera, et omnes cedri,
Bestie, et vniuersa pecora, serpentes et volucres pennate,
Reges terre et omnes populi: principes et omnes iudices terre,
Iuuenes et virgines, senes cũ iunioribus, laudent nomen domini: quia exaltatum est nomẽ ei⁹ soli⁹.
Confessio eius super celum et terram: et exaltauit cornu populi sui.
Hymn⁹ omnib⁹ sanctis eius: filiis Israel populo appropinquãti sibi.

¶ Halleluia. CXLIX.

Cantate domino cãticum nouũ: laus eius in ecclesia sanctorum.
Letetur Israel in eo qui fecit eũ: ⁊ filii Sion exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei.
Quia beneplacitũ est dño i populo suo: et exaltauit mãsuetos i salutẽ.

Ex Exulta-

Exultabunt sancti in gloria : letabuntur in cubilibus suis.
Alias exaltatiões
Exultationes dei in gutture eorũ, et gladii ancipites in manibꝰ eorũ.
Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in cõpedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciãt in eis iudiciũ cõscriptũ: gloria hec est omnibꝰ sanctis eius.

¶ Halleluia. CL.

Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eũ in sono tube: laudate eum in psalterio et cithara.
Laudate eum in tympano ꝛ choro: laudate eum in chordis et organo.
Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritꝰ laudet dominum.

FINIT LIBER PSALMORVM

LIBER PROVERBIORVM, QVEM HEBRAEI MISLE APPELLANT.

A PARABOLAE Salomonis filii David regis Israel, ad sciendam sapiẽtiam ꝛ disciplinam, ad intelligẽda verba prudentie, ꝛ suscipiendam eruditionẽ doctrine, iustitiam, et iudicium, et equitatem: vt detur paruulis astutia, adolescenti scientia et intellectus. Audiens sapiens, sapientior erit: ꝛ intelligẽs, gubernacula possidebit. Animaduertet parabolã et interpretationem, verba sapiẽtum, et enigmata eorum. Timor domini, principium sapiẽtie. Sapientiam atq; doctrinam stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinam patris tui, et ne dimittas legẽ matris tue, vt addatur gratia capiti tuo, ꝛ torques collo tuo. Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas. Si dixerit, Ueni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamꝰ tediculas cõtra insontem frustra, deglutiamus eũ sicut infernus viuentem, et integrum quasi descendentem in lacũ. Omnẽ pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis, sortẽ mitte nobiscũ, marsupium vnum sit omnium nostrũ. Fili mi ne ambules cum eis, prohibe pedẽ tuum a semitis eorum. Pedes enim illorum ad malũ currunt, et festinant vt effundant sanguinem. Frustra aũt iacitur rete ante oculos pẽnatorum. Ipsi quoq; cõtra sanguinẽ suũ insidiantur, et moliũtur fraudes cõtra animas suas. Sic semite omnis auari, animas possidẽtium rapiunt. Sapiẽtia foris predicat, in plateis dat vocẽ suam: in capite turbarum clamitat, in foribꝰ portarum vrbis profert verba sua, dicens, Usquequo paruuli diligitis infantiam, et stulti ea que sibi sunt noxia cupiunt, ꝛ imprudentes odibunt scientiam. Conuertimini ad correptionem meam: en proferam vobis spiritum meum, et ostẽdam vobis verba mea. Quia vocaui et renuistis: extẽdi manum meam, et nõ fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meũ, et increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo, ꝛ subsannabo, cũ vobis id quod timebatis aduenerit. Cum irruerit repẽtina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio et angustia.

Psalmo. 110.d Ecc.1.b B Esa.59.b C Esa.65.b Hier.7.c D

Tunc

Tunc inuocabūt me, et non exau-
diam, mane consurgent, et non in-
uenient me: eo q exosam habuerint
disciplinam, & timorem domini nō
susceperint, nec acquieuerint con-
silio meo, & detraxerint vniuerse cor-
reptioni mee. Comedēt igitur fru-
ctus vie sue, suisq; cōsiliis satura-
būtur. Auersio paruulorum inter-
ficiet eos, & prosperitas stultorum
perdet illos. Qui autem me audie-
rit, absq; terrore requiescet, & abū-
dātia perfruetur, timore malorum
sublato.

CAPVT. II.

A Fili mi, si susceperis sermones
meos, & mādata mea abscon-
deris penes te, vt audiat sapi-
entiā auris tua: inclina cor tuum
ad cognoscendam prudentiam. Si
enim sapiētiam inuocaueris, et in-
clinaueris cor tuum prudentie, si
quesieris eam quasi pecuniam, et
sicut thesauros effoderis illā: tunc
intelliges timorem domini, et sciē-
tiam dei inuenies. quia dominus
dat sapientiam, et ex ore eius pru-
B dentia et scientia. Custodiet recto-
rum salutem, et proteget gradien-
tes simpliciter, seruās semitas iu-
stitie, & vias sanctorum custodiēs.
Tunc intelliges iustitiam, et iudi-
cium, et equitatem, et omnem se-
mitam bonā. Si intrauerit sapiē-
tia cor tuum, et scientia anime tue
placuerit: consilium custodiet te, et
prudentia seruabit te, vt eruaris a
via mala, ab homine qui peruersa
C loquitur, qui relinquunt iter rectū
et ambulant per vias tenebrosas.
qui letantur cum malefecerint, et
exultant in rebus pessimis: quorum
vie peruerse sunt, et infames gres-
sus eorū. Vt eruaris a muliere a-
liena, & ab extranea que mollit ser-
mones suos, et relinquit ducem pu-
bertatis sue, et pacti dei sui oblita
est. inclinata est enim ad mortē do-
mus eius, et ad inferos semite ip-
sius. omnes qui ingrediuntur ad
eam, nō reuertentur, nec apprehē-
dent semitas vite. Vt ambules in
via bona, & calles iustorum custo-
dias. Qui enim recti sunt, habita-
bunt in terra, et simplices perma-
nebunt in ea. Impii vero de terra
perdentur, & qui inique agunt, au-
ferentur ex ea.

CAPVT. III.

Fili mi, ne obliuiscaris legis A
mee, & precepta mea cor tuum
custodiat. longitudinem enim
dierum, & annos vite, & pacem ap-
ponent tibi. Misericordia et veri-
tas te non deserant, circunda eas
gutturi tuo, et describe in tabulis
cordis tui: et inuenies gratiam et
disciplinam bonā coram deo et ho-
minibus. Habe fiduciam in domi-
no ex toto corde tuo, et ne innita-
ris prudentie tue. In omnibus vi-
is tuis cogita illum, et ipse diriget
gressus tuos. Ne sis sapiens apud Ro.12.c
temetipsum. Time dominum, et B
recede a malo. sanitas quippe erit
vmbilico tuo, et irrigatio ossium
tuorum. Honora dominum de tua Tob.4.b
substātia, et de primitiis omnium Luc.14.c
frugum tuarum da pauperibus: et
implebuntur horrea tua saturita-
te, & vino torcularia tua redunda-
bunt. Disciplinam domini, fili mi, Heb.12.b
ne abiicias, nec deficias cum ab eo Apo.3.d
corriperis. quem enim diligit do-
minus, corripit: et quasi pater in
filio complacet sibi. Beatus homo
qui inuenit sapientiam, et qui af-
fluit prudentia. melior est acquisi-
tio eius negotiatione argenti, et
auro primo fructus eius. Pretio-
sior est cunctis opibus: et omnia que
desiderantur, huic nō valēt compa-
rari. lōgitudo dierū in dextera eius,
et in sinistra illius diuitie & gloria.
Vie eius vie pulchre, et oēs semi-
te illius pacifice. Lignū vite est his
qui apprehenderint eam: et qui te- C
nuerint eam beati. Dominus sa-

pientia fundauit terram, stabiliuit
celos prudentia. Sapientia illius
eruperunt abyssi, et nubes rore cõ-
crescũt. Fili mi, ne effluant hec ab
oculis tuis. Custodi legem atq; cõ-
siliũ: et erit vita anime tue, et gra-
tia faucibus tuis. tunc ambulabis
fiducialiter in via tua, et pes tuus
non impinget. si dormieris, nõ ti-
mebis: quiesces, ⁊ suauis erit som-
nus tu⁹. Ne paueas repentino ter-
rore, et irruentes tibi potẽtias im-
piorum. dominus enim erit in late-
re tuo, et custodiet pedem tuum ne
capiaris. Noli prohibere beneface-
re eũ qui potest. si vales, et ipse be-
nefac. Nec dicas amico tuo, Vade
D et reuertere, et cras dabo tibi: cum
statim possis dare. Ne moliaris a-
mico tuo malum, cum ille in te ha-
beat fiduciam. Non cõtendas ad-
uersus hominem frustra, cum ipse
tibi nihil mali fecerit. Ne emuleris
hominẽ iniustũ, nec imiteris vias
eius: quia abominatio domini est
omnis illusor, ⁊ cum simplicib⁹ ser-
mocinatio eius. Egestas a domino
in domo impii: habitacula autẽ iu-
storum benedicentur. Ipse deludet
illusores, et mansuetis dabit gra-
tiam. Gloriã sapientes possidebũt:
stultorum exaltatio ignominia.

CAPVT. IIII.

A Audite filii disciplinam pa-
tris, ⁊ attendite, vt sciatis
prudentiam. Donum bonũ
tribuam vobis, legem meã ne de-
relinquatis. Nã ⁊ ego fili⁹ fui pa-
tris mei, tenellus, ⁊ vnigenitus co-
ram matre mea: et docebat me, atq;
dicebat, Suscipiat verba mea cor
tuum, custodi precepta mea, et vi-
ues. Posside sapientiam, posside
prudentiam. Ne obliuiscaris, neq;
declines a verbis oris mei. Ne di-
mittas eam, et custodiet te: dilige
B eam, et conseruabit te. Principiũ
sapientie, posside sapientiam, et in
omni possessione tua acquire pru-
dentiam. arripe illam, et exaltabit
te: glorificaberis ab ea, cum eã fu-
eris amplexat⁹. Dabit capiti tuo
augmenta gratiarum, ⁊ corona in-
clyta proteget te. Audi fili mi, ⁊ su-
scipe verba mea, vt multiplicentur
tibi anni vite. Viam sapiẽtie mõ-
straui tibi, et duxi te per semitas
equitatis: quas cum ingressus fu-
eris, non artabuntur gressus tui, ⁊
currẽs non habebis offendiculum.
Tene disciplinam, ne dimittas eã.
custodi illã, quia ipsa est vita tua.
Ne delecteris i semitis impiorum, C
nec tibi placeat malorum via. fuge
ab ea, nec transeas per illam, decli-
na et desere eam. non enim dormi-
unt, nisi malefecerint: et non rapi-
tur somnus ab eis, nisi supplanta-
uerint. comedunt panem impieta-
tis, ⁊ vinũ iniquitatis bibunt. Iu-
storum autẽ semita, quasi lux splẽ-
dens, procedit ⁊ crescit vsq; ad per-
fectam diem. Via impiorum tene-
brosa: nesciunt vbi corruant. Fili
mi ausculta sermones meos, et ad
eloquia mea inclina aurẽ tuam. ne
recedant ab oculis tuis, custodi ea
in medio cordis tui: vita enim sunt
inuenientib⁹ ea, et vniuerse carni
sanitas. Omni custodia serua cor
tuũ: quia ex ipso vita procedit. Re- D
moue a te os prauum, et detrahen-
tia labia sint procul a te. Oculi tui
recta videant, ⁊ palpebre tue prece-
dant gressus tuos. Dirige semitas
pedibus tuis, et omnes vie tue sta-
bilientur. Ne declines ad dexterã,
neq; ad sinistram, auerte pedẽ tuũ
a malo. vias enim q̃ a dextris sunt
nouit domin⁹: peruerse vero sunt,
que a sinistris sunt. Ipse enim re-
ctos faciet cursus tuos, itinera aũt
tua in pace producet.

CAPVT. V.

Fili mi, attẽde ad sapiẽtiã me- A
am, et prudentie mee inclina
aurem tuã, vt custodias co-
gitationes, et disciplinã labia tua
cõseruent

conseruent. Ne intenderis fallacie
mulieris. fauus enim distillans la-
bia meretricis, ⁊ nitidius oleo gut-
tur eius. nouissima autem illius a-
mara quasi absynthium, et lingua
ei⁹ acuta quasi gladi⁹ biceps. Pe-
des eius descendunt in mortem, et
ad inferos gressus eius penetrant.
B Per semitā vite nō ambulāt, vagi
sunt gressus eius ⁊ inuestigabiles.
Nunc ergo fili mi audi me, ⁊ ne re-
cedas a verbis oris mei. Longe fac
ab ea viam tuam, et ne appropin-
ques foribus domus eius. Ne des
alienis honorem tuū, et annos tu-
os crudeli. ne forte impleant extra-
nie viribus tuis, ⁊ labores tui sint
in domo aliena, et gemas in nouis-
simis quando cōsumpseris carnes
tuas et corpus tuum, et dicas, Cur
C detestatus sum disciplinā, et incre-
pationib⁹ non acquieuit cor meū,
nec audiui vocē docentiū me, ⁊ ma-
gistris non inclinaui aurē meam?
Pene fui in omni malo, in medio
ecclesie et synagoge. Bibe aquā de
cisterna tua, et fluenta putei tui.
Deriuentur fontes tui foras, et in
plateis aquas tuas diuide. Habe-
to eas solus, nec sint alieni parti-
cipes tui. Sit vena tua benedicta,
D et letare cū muliere adolescētie tue:
cerua charissima, ⁊ gratissim⁹ hin-
nul⁹. Ubera eius inebriēt te in om-
ni tempore, in amore eius delectare
iugiter. Quare seduceris fili mi ab
aliena, et foueris in sinu alterius?
Iob.34.c Respicit dominus vias hominis, ⁊
omnes gressus eius cōsiderat. In-
iquitates sue capiunt impiū, et fu-
nibus peccatorum suorum cōstrin-
gitur. Ipse morietur, quia non ha-
buit disciplinam, et in multitudine
stultitie sue decipietur.

CAPUT. VI.

A Fili mi, si spoponderis pro a-
mico tuo, defixisti apud extra-
neum manum tuam, illaque-
atus es verbis oris tui, et captus
propriis sermonibus. Fac ergo q̄
dico fili mi, et temetipsum libera,
quia incidisti in manū proximi tui.
Discurre, festina, suscita amicum
tuū: ne dederis somnū oculis tuis,
nec dormitēt palpebre tue. Eruere
quasi damula de manu, et quasi a-
uis de isidiis aucupis. Uade ad for-
micā o piger, et cōsidera vias eius,
et disce sapientiā. que cum non ha-
beat ducē, nec preceptorē, nec prin-
cipē, parat in estate cibū sibi, et cō-
gregat in messe qd̄ comedat. Usque-
quo piger dormies? Quando con- B
surges e somno tuo? Paululū dor-
mies, paululū dormitabis, paululū
cōseres manus tuas, vt dormias: ⁊
veniet tibi quasi viator egestas, et
pauperies quasi vir armatus. Si
vero impiger fueris, veniet vt fōs
messis tua, et egestas longe fugiet
a te. Homo apostata vir inutilis,
gradit̄ ore peruerso, annuit oculis,
terit pede, digito loquit̄, prauo cor-
de machinat̄ malū, et oī tēpore iur-
gia seminat. huic extemplo veniet
perditio sua, et subito conteretur,
nec habebit vltra medicinam. Sex
sunt que odit dominus, et septimū C
detestatur anima eius: oculos sub-
limes, linguā mendacē, manus ef-
fundentes innoxium sanguinē, cor
machinās cogitationes pessimas,
pedes veloces ad currendū in ma-
lum, proferētem mendacia, testem
fallacem, et eum qui seminat inter
fratres discordias. Cōserua fili mi
precepta patris tui, et ne dimittas
legem matris tue. Liga ea in corde
tuo iugiter, ⁊ circūda gutturi tuo.
Cū ambulaueris, gradiantur te-
cum: cum dormieris, custodiāt te:
et euigilans loquere cū eis. Quia
mandatum lucerna est, et lex lux: ⁊
via vite increpacio discipline, vt
custodiant te a muliere mala, et a
blanda lingua extranee. Non con-
cupiscat pulchritudinem eius co[r]
tuum, ne capiaris nutibus illius.

pretium

pretiũ enim scorti vix est vnius pa-
nis: mulier autem viri, pretiosam
animam capit. Nunquid potest ho-
D mo abscondere ignem in sinu suo,
vt vestimenta illius non ardeant?
aut ambulare super prunas, et nõ
comburentur plante eius? sic qui
ingreditur ad mulierem proximi sui,
nõ erit mundus, cum tetigerit eã.
Non grandis est culpa, cum quis
furatus fuerit. furatur enim vt e-
surientem impleat animã. Depre-
hensus quoque, reddet septuplum,
et omnem substantiam domus sue
tradet, et liberabit se. Qui autem
adulter est propter cordis inopiã
perdet animam suam. turpitudinẽ
et ignominiam congregat sibi, et
opprobrium illius non delebitur.
quia zelus et furor viri non parcet
in die vindicte, nec acquiescet cuius-
quam precibus, nec suscipiet pro re-
demptione dona plurima.

CAPVT. VII.

A Fili mi, custodi sermones me-
os, et precepta mea reconde
tibi. Fili honora dominum, et
valebis, preter eum vero ne timu-
eris alienũ. Serua mandata mea,
et viues: et legem meam quasi pu-
pillam oculi tui. Liga ea in digi-
tis tuis, scribe illa in tabulis cor-
dis tui. Dic sapientie, Soror mea
es, et prudentiam voca amicam tu-
am, vt custodiat te a muliere extra-
nea, et ab aliena que verba sua dul-
cia facit. De fenestra enim domus
B mee per cancellos prospexi, et video
paruulos. Cõsidero vecordem iu-
uenem, qui transit per plateas iu-
xta angulum: et prope viam domus
illius graditur in obscuro, aduespe-
rascente die, in noctis tenebris, et
caligine. Et ecce occurrit illi mulier
ornatu meretricio, preparata ad de-
cipiendas animas, garrula et va-
ga, quietis impatiens, nec valens
in domo cõsistere pedibus suis: nũc
foris, nunc in plateis, nunc iuxta
angulos insidians. Apprehẽsumque
deosculatur iuuenẽ, et procaci vul-
tu blanditur, dicẽs, Victimas pro C
salute deuoui, hodie reddidi vota
mea. idcirco egressa sum in occur-
sum tuum, desiderans te videre, et
reperi. Intexui funibus lectulũ me-
um, straui tapetibus pictis ex E-
gypto. aspersi cubile meũ myrrha
et aloe, et cinnamomo. veni, inebri-
emur vberibus, et fruamur cupitis
amplexibus, donec illucescat dies.
non est enim vir in domo sua, abiit
via longissima, sacculum pecunie
secum tulit, in die plene lune reuer-
surus est in domũ suam. Irretiuit D
eum multis sermonibus, et blan-
diciis labiorũ protraxit illum. Sta-
tim eam sequitur quasi bos ductus
ad victimam, et quasi agnus lasci-
uiens: et ignorat quod ad vincula stul-
tus trahatur, donec transfigat sa-
gitta iecur eius: velut si auis festi-
net ad laqueum, et nescit quod de pe-
riculo anime illius agitur. Nunc
ergo fili mi, audi me, et attẽde ver-
bis oris mei. Ne abstrahatur in viis
illius mens tua, neque decipiaris se-
mitis eius. multos enim vulnera-
tos deiecit, et fortissimi quique interfe-
cti sunt ab ea. Via inferi domus eius,
penetrantes interiora mortis.

CAPVT. VIII. A

Nunquid non sapientia cla-
mitat, et prudentia dat vo-
cem suam? In summis ex-
celsisque verticibus supra viã in me-
diis semitis stans, iuxta portas ci-
uitatis in ipsis foribus loquitur, di-
cẽs, O viri, ad vos clamito, et vox
mea ad filios hominum. Intelligi-
te paruuli astutiam, et insipientes
animaduertite. Audite quoniam de
rebus magnis locutura sum, et ape-
rientur labia mea, vt recta predi-
cent. Veritatẽ meditabitur guttur
meum, et labia mea detestabuntur
impium. Iusti sunt omnes sermones
mei,

mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum. recti sunt intelligentibus, et equi inuenientibus scientiam. Accipite disciplinam meã, et non pecuniam: doctrinã magis, quam aurũ eligite. Melior est enim sapientia cunctis pretiosissimis: et omne desiderabile, ei non potest comparari. Ego sapientia habito in consilio, et eruditis intersum cogitationibus. Timor domini odit malũ: arrogantiam, et superbiam, et viã prauã, et os bilingue detestor. Meum est consilium et equitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, et legum conditores iusta decernũt. Per me principes imperant, et potentes decernunt iustitiam. Ego diligẽtes me, diligo: et qui mane vigilauerit ad me, inuenient me. Mecum sunt diuitie et gloria, opes superne et iusticia. Melior est enim fructus meus auro et
C lapide pretioso et genimina mea argẽto electo. In viis iustitie ambulabo, in medio semitarũ iudicii, vt
Sapi. 9. b ditem diligentes me, et thesauros eorum repleã. Dominus possedit me in initio viarum suarũ, antequam quicquã faceret a principio. Ab eterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego iam concepta erã: necdũ fontes aquarũ eruperãt. Necdum mõtes graui mole constiterãt, ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, et flumina, et cardines orbis terre. Quando preparabat celos, aderã: quando certa lege et gyro vallabat abyssos: quando ethera firmabat sursum, et librabat fontes aquarũ. quando circundabat mari terminũ
D suũ, et legẽ ponebat aquis, ne trãsirent fines suos: quando appendebat fundamenta terre, cũ eo erã cuncta cõponens: et delectabar per singulos dies, ludens corã eo omni tempore: ludens in orbe terrarum, et delicie mee, esse cum filiis hominũ. Nunc ergo filii audite me, Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, et estote sapiẽtes, et nolite abiicere eam. Beatus homo qui audit me, qui vigilat ad fores meas quotidie, et obseruat ad postes ostii mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, et hauriet salutem a domino. qui autem in me peccauerit, ledet animam suam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

CAPVT. IX. A

Sapientia edificauit sibi domũ, excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, et proposuit mensam suã. Misit ancillas suas vt vocarẽt ad arcem, et ad menia ciuitatis, Si quis est paruulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est, Venite, cõedite panem meum, et bibite vinũ quod miscui vobis. Relinquite infantiam, et viuite, et ambulate per vias prudentie. Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit: et qui arguit impium, sibi maculã generat. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientẽ, et diliget te. Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia. Doce iustum, et festinabit accipere. Principium sapiẽtie, timor domini, et scientia sanctorũ, prudẽtia. Per me enim multiplicabuntur dies tui, et addentur tibi anni vite. Si sapiens fueris, tibimetipsi eris, si aũt illusor, solus portabis malũ. Mulier stulta et clamosa plenaque illecebris, et nihil omnino sciẽs, sedet in foribus domus sue super sellã in excelso vrbis loco, vt vocaret transeuntes per viã et pergentes i itinere suo, Quis est paruulus declinet ad me. Et vecordi locuta est, Aque furtiue dulciores sunt, et panis abscõditus suauior. Et ignorauit quod ibi sint gigantes, et in profundis inferni conuiue eius.

Margin: B (Et insipientibus); C Sup. 1. a; Psalmo. 110. d; Eccl. 1. b (Da sapienti … Principium); D (gentes i itinere).

Qui

Qui enim applicabitur illi, descẽ-
det ad inferos: nam qui abscesserit
ab ea, saluabitur.

Parabolæ Salomonis.

CAPVT. X.

A FIliꝰ sapiẽs letificat patrem:
filius vero stultꝰ mestitia est
Ecc.5.d matris sue. Nil proderũt the-
sauri impietatis: iustitia vero libe-
rabit a morte. Non affliget domi-
nus fame animam iusti, ⁊ insidias
impiorum subuertet. Egestatẽ o-
perata est manus remissa: manus
autẽ fortium, diuitias parat. Qui
nititur mendaciis, hic pascit ven-
tos, idem autẽ ipse sequitur aues
volantes. Qui cõgregat in messe,
filius sapiẽs est: qui autem stertit
B estate, filius confusionis. Benedi-
ctio dñi super caput iusti: os autem
impiorũ operit iniquitas. Memo-
ria iusti cum laudibꝰ: ⁊ nomen im-
piorum putrescet. Sapiens corde
precepta suscipiet: stultus ceditur
labiis. Qui ambulat simpliciter,
ambulat confidenter: qui autẽ de-
prauat vias suas, manifestꝰ erit.
Qui annuit oculo, dabit dolorem:
et stultus labiis verberabitur. Ve-
1.Pe.4.b na vite, os iusti: os autem impio-
rum operit iniquitatẽ. Odium su-
Ecc.27.c scitat rixas: et vniuersa delicta o-
perit charitas. In labiis sapientis
inuenitur sapiẽtia: ⁊ virga in dor-
so eius qui indiget corde. Sapien-
tes abscondunt scientiam: os aũt
C stulti cõfusioni proximũ est. Sub-
stantia diuitis, vrbs fortitudinis
eius: pauor pauperũ, egestas eorum.
Opus iusti ad vitã: fructꝰ aũt im-
pii ad peccatũ. Via vite, custodiẽti
disciplinã: q̃ aũt increpationes re-
linquit, errat. Abscõdũt odiũ labia
mẽdacia: q̃ profert contumeliã, in-
sipiens est. In multiloquio nõ de-
erit peccatũ: qui aũt moderatur labia
sua, prudentissimus est. Argentum
electũ lingua iusti: cor aũt impiorũ
pro nihilo. Labia iusti erudiunt plu-
rimos: q̃ aũt indocti sunt, in cordis
egestate morientur. Benedictio dñi
diuites facit, nec sociabitur eis af-
flictio. Quasi per risum stultus o-
peratur scelus: sapientia autem est
viro prudẽtia. Quod timet impiꝰ, D
veniet super eum: desiderium suũ
iustis dabitur. Quasi tẽpestas trã-
siens non erit impius: iustus autẽ
quasi fundamẽtũ sempiternũ. Si-
cut acetum dentibꝰ, et fumus ocu-
lis, sic piger his qui miserũt eum.
Timor domini apponet dies, ⁊ an-
ni impiorum breuiabuntur. Expe-
ctatio iustorum, letitia: spes autem
impiorum peribit. Fortitudo sim-
plicis, via domini: et pauor his qui
operantur malum. Iustus in eter-
num non cõmouebitur: impii autẽ
non habitabunt super terram. Os
iusti parturiet sapientiã: et lingua
prauorum peribit. Labia iusti con-
siderant placita: et os impiorum
peruersa.

CAPVT. XI.

STatera dolosa abominatio est A
apud deum, et pondus equum
voluntas eius. Vbi fuerit su-
perbia, ibi erit et contumelia: vbi
autẽ est humilitas, ibi ⁊ sapientia.
Simplicitas iustorum diriget eos,
et supplantatio peruersorũ vasta-
bit illos. Non proderunt diuitie in Ecc.5.
die vltionis, iustitia autẽ liberabit
a morte. Iustitia simplicis diriget
viam eius: et in impietate sua cor-
ruet impius. Iustitia rectorũ libe-
rabit eos: et in insidiis suis capiẽ-
tur iniqui. Mortuo homine impio Sapi.5.
nulla erit vltra spes, et expectatio
solicitorũ peribit. Iustus de angu-
stia liberatꝰ est: et tradetur impius 1.
pro eo. Simulator ore decipit ami- B
cum suum: iusti autem liberabun-
tur scientia. In bonis iustorum exul-
tabit ciuitas: et in perditione im-
piorũ erit laudatio. Benedictione
iustorum exaltabitur ciuitas: ⁊ ore
impiorũ subuertetur. Qui despicit
amicum

amicum suum, indigens corde est: vir autē prudens tacebit. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: q̄ aūt fidelis est, celat amici cōmissum. Ubi non est gubernator, populus corruet: salus autem, vbi
C multa cōsilia. Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo: qui autē cauet laqueos, securus erit. Mulier gratiosa inueniet gloriam, & robusti habebūt diuitias. Benefacit anime sue vir misericors: qui autē crudelis est, etiā propinquos abiicit. Impius facit opus instabile: seminanti autem iustitiam, merces fidelis. Clemētia preparat vitam: et sectatio malorum mortem. Abominabile domino cor prauū, et volūtas eius in his qui simpliciť ambulant. Manus in manu non erit innocens malus: semen autem iu-
Eccl.9.b storum saluabitur. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua. Desideriū iustorum omne bonū est: prestolatio impiorum furor. Alii diuidunt propria, et di-
D tiores fiunt: alii rapiunt non sua, et semper in egestate sunt. Anima que benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoq; inebriabitur. Qui abscondit frumēta, maledicetur in populis: benedictio autē super caput vendentium. Bene consurgit diluculo, q̄ querit bona: qui aūt inuestigator malorū est, opprimetur ab eis. Qui cōfidit ī diuitiis suis, corruet: iusti aūt quasi virēs foliū germinabūt. Qui conturbat domū suā, possidebit vētos: et qui stultus est, seruiet sapiēti. Fructus iusti lignū vite, et qui suscipit ani-
1.Pe.4.d mas, sapiēs est. Si iust⁹ ī terra recipit, quāto magis impi⁹ & peccator?

CAPVT. XII.

A Qui diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipiens est. Qui bon⁹ est, hauriet gratiam a domino: qui autem confidit in cogitationib⁹ suis, impie agit. Non roborabitur homo ex impietate: et radix iustorum nō commouebitur. Mulier diligens, corona est viro suo: et putredo in ossibus eius, que cōfusione res dignas gerit. Cogitationes iustorū, iudicia: et cōsilia impiorum, fraudulenta. Verba impiorum insidiantur sanguini, os iustorum liberabit eos. Verte impios, et non erunt: dom⁹ autem iustorum permanebit. Do- B
ctrina sua noscetur vir: qui autem vanus et excors est, patebit contēptui. Melior est pauper et sufficiēs Ecc.10.d
sibi, ꝙ gloriosus & indigens pane. Nouit iustus iumētorum suorum animas: viscera autem impiorum crudelia. Qui operatur terram su- Ecc.20.d
am, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, stultissim⁹ est. Qui suauis est ī vini demorationib⁹, in suis munitionibus relinquit cōtumeliam. Desiderium impii monimentum est pessimorum: radix aūt iustorum proficiet. Propter peccata labiorum ruina proximat malo: effugiet autem iustus de angustia. De fructu oris sui vnusquisq; replebitur bonis, et iuxta opera manuum suarum retribuetur ei. Via C
stulti recta in oculis eius: qui autē sapiens est, audit consilia. Fatuus statim indicat iram suam: qui autē dissimulat iniuriam, callidus est. Qui quod nouit loquitur, iudex iustitie est: qui autem mētitur, testis est fraudulentus. Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientie: lingua autem sapiētium, sanitas est. Labium veritatis firmū erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii. Dolus, in corde cogitantium mala: qui autem pacis ineūt cōsilia, sequitur eos gaudium. Nō contristabit iustum, quicquid ei acciderit: impii aūt replebuntur malo. Abominatio est dño labia men- D

dacia : qui autem fideliter agunt,
placent ei. Homo versutꝰ celat sci-
entiam, et cor insipientium prouo-
cat stultitiã. Manꝰ fortium domi-
nabitur: que autem remissa est, tri-
butis seruiet. Meror in corde viri
humiliabit illum, et sermone bono
letificabitur. Qui negligit damnũ
propter amicum, iustꝰ est : iter aũt
impiorum decipiet eos. Non inue-
niet fraudulentus lucrum, et sub-
stantia hominis erit auri pretium.
In semita iustitie vita: iter autem
deuium ducit ad mortem.

CAPUT. XIII.

A Filiꝰ sapiens, doctrina patris:
qui autem illusor est, non au-
dit cũ arguit. De fructu oris
homo satiabitur bonis: anima aũt
preuaricator iniqua. Qui custodit
os suum, custodit animã suam: qui
autem incõsideratus est ad loquẽ-
dum, sentiet mala. Vult et nõ vult
piger: anima autẽ operantium im-
pinguabitur. Verbum mendax iu-
stus detestabitur: impius aũt con-
fundit, et confundetur. Iustitia cu-
stodit innocentis viam: impietas
autem peccatorem supplantat. Est
quasi diues, cum nihil habeat, et est
quasi pauper, cum in multis diui-
B tiis sit. Redemptio anime viri, di-
uitie sue: qui autem pauper est, in-
crepationem non sustinet. Lux iu-
storum letificat: lucerna aũt impi-
orum extinguetur. Inter superbos
semper iurgia sunt : qui autem a-
gunt omnia cum cõsilio, reguntur
sapiẽtia. Substantia festinata mi-
nuetur: que autem paulatim colli-
gitur manu, multiplicabit. Spes
que differtur affligit animã : lignũ
C vite desiderium veniens. Qui de-
trahit alicui rei, ipse se in futurum
obligat: qui autem timet preceptũ,
in pace versabitur. Filio doloso ni-
hil erit boni : seruo autem sapiẽti,
prosperi erunt actus, et dirigetur
via eius. Lex sapientis fons vite,
vt declinet a ruina mortis. Doctri-
na bona dabit gratiam : in itinere
contemptorũ vorago. Astutus om-
nia agit cum consilio : qui autem
fatuus est, aperit stultitiam. Nun-
tius impii cadet in malum: legatus
autem fidelis, sanitas. Egestas et
ignominia ei qui deserit disciplinã:
qui autem acquiescit arguẽti, glo- D
rificabitur. Desiderium si comple-
atur, delectat animam: detestantur
stulti eos qui fugiũt mala. Qui cũ
sapientibus graditur, sapiẽs erit:
amicꝰ stultorum similis efficietur.
Peccatores persequetur malum: et
iustis retribuentur bona. Bonus
reliquet heredes filios et nepotes :
et custoditur iusto substantia pec-
catoris. Multi cibi in noualibus
patrum: et aliis cõgregantur absq;
iudicio. Qui parcit virge, odit fi-
lium suum : qui autẽ diligit illum,
instãter erudit. Iustus comedit et
replet animam suam: vẽter autem
impiorum insaturabilis.

CAPUT. XIIII. A

Sapiens mulier edificauit do-
mum suam: insipiens extructã
quoq; manibus destruet. Am- Iob.12.a
bulans recto itinere, et timens do-
minũ, despicitur ab eo qui infami
graditur via. In ore stulti virga
superbie, labia autem sapientum
custodiunt eos. Vbi non sunt bo-
ues, presepe vacuũ est : vbi autem
plurime segetes, ibi manifesta est
fortitudo bouis. Testis fidelis nõ
mentietur : profert autem menda-
cium dolosus testis. Querit deri-
sor sapientiam, et non inuenit: do-
ctrina prudẽtium facilis. Vade cõ-
tra virum stultum, et nescito labia
prudentie. Sapientia callidi, est in-
telligere viam suam: et impruden-
tia stultorum errãs. Stultus illu- B
det peccatum, et inter iustos mora-
bitur gratia. Cor quod nouit ama-
ritudinem anime sue, in gaudio e-
ius nõ miscebitur extraneus. Do-
mus

mus impiorum delebitur, taberna-
cula iustorũ germinabunt. Est via
que videtur homini iusta: nouissi-
ma autem eius deducunt ad mor-
tem. Risus dolore miscebitur, & ex-
trema gaudii luct⁹ occupabit. Viis
suis replebitur stultus, et super eũ
erit vir bon⁹. Innocẽs credit om-
ni verbo: astutus considerat gres-
sus suos. Filio doloso nihil erit bo-
ni: seruo autem sapienti prosperi
erunt actus, et dirigetur via eius.
Sapiens timet et declinat a malo:
stultus transilit & confidit. Impa-
tiens operabitur stultitiam: et vir
versutus odiosus est. Possidebunt
paruuli stultitiam: et expectabunt
C astuti sciẽtiam. Jacebũt mali ante
bonos: et impii ante portas iusto-
rum. Etiam proximo suo pauper
odiosus erit: amici vero diuitum
multi. Qui despicit proximum su-
um, peccat: qui autem miseretur
pauperis, beatus erit. Qui credit
in domino, misericordiam diligit.
Errant qui operantur malum: mi-
sericordia & veritas preparant bo-
na. In omni opere erit abundan-
tia: vbi autẽ verba sunt plurima,
ibi frequenter egestas. Corona sa-
pientum, diuitie eorum: fatuitas
stultorum imprudentia. Liberat
animas testis fidelis: & profert mẽ-
dacia versipellis. In timore domi-
ni fiducia fortitudinis, et filiis ei⁹
D erit spes. Timor domini fons vite,
vt declinet a ruina mortis. In mul-
titudine populi dignitas regis: et
in paucitate plebis ignominia pri-
cipis. Qui patiens est, multa gu-
bernatur sapientia: qui autem im-
patiẽs est, exaltat stultitiam suam.
Vita carnium, sanitas cordis: pu-
tredo ossium, inuidia. Qui calum-
niatur egentem, exprobrat factori
eius: honorat autem eum, qui mi-
seretur pauperis. In malitia sua re-
pelletur impi⁹: sperat aũt iustus in
morte sua. In corde prudẽtis requi-
escit sapiẽtia, et indoctos quosq; e-
rudiet. Justitia eleuat gentẽ: mise-
ros aũt facit populos peccatũ. Ac-
ceptus est regi minister intelligẽs:
iracũdiam eius inutilis sustinebit.

CAPUT. XV.

Responsio mollis frangit i-
ram: sermo durus suscitat A
furorem. Lingua sapiẽtum
ornat sciẽtiam: os fatuorum ebul-
lit stultitiã. In omni loco oculi do-
mini contemplantur bonos et ma-
los. Lingua placabilis, lignum vi-
te: que autem immoderata est, con-
teret spiritum. Stultus irridet di-
sciplinam patris sui: qui autẽ cu-
stodit increpationes, astutior fiet.
In abundanti iustitia virtus ma-
xima est, cogitatiões autem impi-
orum eradicabuntur. Domus iusti
plurima fortitudo, et in fructibus
impii conturbatio. Labia sapientũ
disseminabunt scientiam: cor stul- B
torum dissimile erit. Victime impi-
orum abominabiles domino: vota
iustorũ placabilia. Abominatio est Ecc.34.c
domino via impii: qui sequitur iu-
stitiam, diligitur ab eo. Doctrina
mala deserentiũ viam vite: qui in-
crepationes odit, morietur. Infer-
nus et perditio coram dño: quanto
magis corda filiorũ hominũ? Non
amat pestilens eum qui se corripit,
nec ad sapientes gradit. Cor gau-
dens exhilarat faciem: in merore a-
nimi deiicietur spirit⁹. Cor sapiẽs
queret doctrinam: et os stultorum
pascetur imperitia. Oẽs dies pau-
peris, mali: secura mẽs quasi iuge
cõuiuium. Melius est parum cũ ti-
more dñi, q̃ thesauri magni & insa-
tiabiles. Melius est vocari ad ole-
ra cum charitate: q̃ ad vitulum sa-
ginatum cum odio. Vir iracundus
prouocat rixas: q̃ patiens est, miti-
gat suscitatas. Iter pigrorũ quasi
sepes spinarũ: via iustorum absq;
offendiculo. Filius sapiẽs letificat
patrem: et stultus homo despicit C

 matrem

matrem suam. Stultitia gaudium
stulto: et vir prudens dirigit gres-
sus suos. Dissipantur cogitationes
vbi non est consiliũ: vbi vero sunt
plures cõsiliarii, confirmãtur. Le-
tatur homo in sententia oris sui: et
sermo opportun⁹ est optim⁹. Se-
mita vite super eruditum, vt decli-
net de inferno nouissimo. Domum
superborum demolietur dñs: et fir-
mos faciet terminos vidue. Abo-
minatio domini cogitationes male:
et purus sermo pulcherrimus fir-
mabitur ab eo. Conturbat domum
D suam, qui sectatur auaritiam: qui
autẽ odit munera, viuet. Per mi-
sericordiã et fidem purgantur pec-
cata: per timorem autem domini
declinat omnis a malo. Mens iu-
sti meditabitur sapientiam, os im-
piorum redundat malis. Longe est
domin⁹ ab impiis: et orationes iu-
storum exaudiet. Lux oculorũ leti-
ficat animã, fama bona impiguat
ossa. Auris q̃ audit increpationes
vite, in medio sapientum cõmora-
bitur. Qui abiicit disciplinam, de-
spicit animã suam: qui autẽ acqui-
escit increpationibus, possessor est
cordis. Timor dñi disciplina sapiẽ-
tie: et gloriam precedit humilitas.

CAPVT. XVI.

A Hominis est aĩam p̄parare,
et domini gubernare linguã.
Omnes vie hominis patẽt
oculis eius: spirituũ ponderator est
dominus. Reuela dño opera tua, &
dirigentur cogitationes tue. Vni-
uersa propter semetipsum operat⁹
est dominus: impium quoqʒ ad diẽ
malum. Abominatio dñi est omnis
arrogãs: etiam si manus ad manũ
fuerit, non erit innocens. Initium
vie bone, facere iustitiam: accepta
est autem apud deum magis q̃ im-
molare hostias. Misericordia & ve-
ritate redimitur iniquitas: et in ti-
more dñi declinatur a malo. Cum
placuerint domino vie hominis, in-
imicos quoqʒ ei⁹ cõuertet ad pacẽ.
Melius est parum cum iustitia, q̃
multi fructus cum iniquitate. Cor B
hominis disponit viam suã, sed do-
mini est dirigere gressus eius. Di-
uinatio i labiis regis, in iudicio nõ
errabit os eius. Pondus et statera
iudicia domini sunt: et opera eius
omnes lapides sacculi. Abomina-
biles regi qui agunt impie: quoniã
iustitia firmatur soliũ. Voluntas
regum labia iusta: qui recta loqui-
tur, diligetur. Indignatio regis,
nuntii mortis: et vir sapiẽs placa-
bit eam. In hilaritate vult⁹ regis,
vita: et clementia eius quasi imber
serotinus. Posside sapientiã, quia
auro melior est: et acquire pruden-
tiam, quia preciosior est argento.
Semita iustorũ declinat mala: cu-
stos anime sue seruat viam suam. C
Contritionem precedit superbia, &
ante ruinam exaltabitur spiritus.
Melius est humiliari cum mitib⁹,
q̃ diuidere spolia cũ superbis. E-
ruditus in verbo reperiet bona: et
qui sperat in dño beatus est. Qui
sapiẽs est corde, appellabitur pru-
dens: et qui dulcis eloquio, maiora
reperiet. Fons vite eruditio possi-
dentis: doctrina stultorũ, fatuitas.
Cor sapientis erudiet os eius, & la-
biis eius addet gratiã. Fauus mel-
lis cõposita verba: dulcedo anime
et sanitas ossiũ. Est via que vide-
tur homini recta, et nouissima eius Sup.14b
ducunt ad mortem. Anima laborã- D
tis laborat sibi, quia cõpulit eũ os
suum. Vir insipiens fodit malum,
et in labiis eius ignis ardescit. Ho-
mo peruersus suscitat lites, et ver-
bosus separat principes. Vir ini-
quus lactat amicum suum, et ducit
eum per viã non bonã. Qui atto-
nitis oculis cogitat praua, mordẽs
labia sua perficiet malum. Corona
dignitatis senectus, que in viis iu-
stitie reperietur. Melior est patiẽs
viro forti: & qui dominatur animo
suo

suo, expugnatore vrbium. Sortes
mittuntur in sinum, sed a domino
temperantur.

CAPUT. XVII.

A Melior est buccella sicca cũ
gaudio, quàm dom⁹ plena vi-
ctimis cum iurgio. Seru⁹
Ecc.10.d sapiens dominabitur filiis stultis,
et inter fratres hereditatẽ diuidet.
Sicut igne probatur argentũ & au
rum camino, ita corda probat do-
minus. Malus obedit lingue ini-
que: et fallax obtẽperat labiis mẽ-
dacibus. Qui despicit pauperem,
exprobrat factori eius: et qui in ru-
ina letatur alterius, nõ erit impu-
nitus. Corona senum, filii filiorũ:
et gloria filiorum, patres eorũ. Nõ
decent stultum verba cõposita, nec
B principem labium mentiẽs. Gem-
ma gratissima expectatio prestolã-
tis: quocunque se vertit, prudenter
intelligit. Qui celat delictũ, querit
amicitias, qui altero sermone repe-
tit, separat federatos. Plus profi-
cit correctio apud prudentẽ, quàm cen-
tum plage apud stultũ. Semper iur-
gia querit malus: angel⁹ aũt cru-
delis mittetur contra eũ. Expedit
magis vrse occurrere raptis feti-
b⁹, quàm fatuo cõfidenti sibi i stultitia
C sua. Qui reddit mala pro bonis,
Ro.12.d non recedet malum de domo eius.
1.Pet.3.b Qui dimittit aquam, caput est iur-
1.Thesa. giorum: et anteq̃ patiatur contu-
5.d meliam, iudiciũ deserit. Et qui iu-
Esaie.5.e stificat impium, et qui condemnat
iustũ, abominabilis est vterque apd
deum. Quid prodest stulto habere
diuitias, cum sapientiã emere non
possit? Qui altam facit domũ suã,
querit ruinã: et qui euitat discere,
incidet in mala. Omni tempore di-
ligit qui amicus est, & frater in an-
gustiis cõprobatur. Stult⁹ homo
plaudet manibus, cum sponde-
rit pro amico suo. Qui meditat᷑ di-
scordias, diligit rixas: et qui exal-
tat os suũ, querit ruinã. Qui per-
uersi cordis est, nõ inueniet bonũ:
et qui vertit linguã, incidet in ma-
lum. Natus est stultus in ignomi-
niam suam, sed nec pater in fatuo D
letabitur. Animus gaudens etatẽ
floridam facit: spiritus tristis ex- Sup.15.b
siccat ossa. Munera de sinu impius
accipit, vt peruertat semitas iudi-
cii. In facie prudentis lucet sapiẽ-
tia: oculi stultorũ in finibus terre. Eccl.2.c
Ira patris filius stultus, et dolor &.8.a
matris que genuit eũ. Non est bo-
num, damnũ inferre iusto, nec per-
cutere principem qui recta iudicat.
Qui moderat᷑ sermones suos, do-
ctus et prudens est: & pretiosi spiri- Iacob.1.c
tus, vir eruditus. Stultus quoque
si tacuerit, sapiens reputabitur: et
si cõpresserit labia sua, intelligens.

CAPUT. XVIII.

Occasiones querit qui vult re-
cedere ab amico, omni tem- A
pore erit exprobrabilis. Nõ
recipit stultus verba prudẽtie, nisi
ea dixeris, que versantur in corde
eius. Impius cum in profundum
venerit peccatorum, contẽnit: sed
sequitur eum ignominia, et oppro-
briũ. Aqua profunda verba ex ore
viri: et torrens redũdans fons sa-
pientie. Accipere personã impii nõ
est bonũ, vt declines a veritate iu-
dicii. Labia stulti miscent se rixis,
et os ei⁹ iurgia prouocat. Os stul-
ti cõtritio eius, et labia ipsius rui- B
na anime ei⁹. Verba biliguis, qua-
si simplicia: & ipsa perueniunt vsque
ad interiora ventris. Pigrũ deiicit
timor: anime aũt effeminator esu-
rient. Qui mollis et dissolutus est
in opere suo, frater est sua opera dis
sipantis. Turris fortissima nomẽ
domini: ad ipsam currit iustus, et
exaltabit᷑. Substãtia diuitis vrbs
roboris eius, et quasi murus va-
lidus circundans eum. Anteq̃ con-
teratur, exaltatur cor hominis: et
anteq̃ glorificetur, humiliat᷑. Qui Ecc.11.a
prius respondet quàm audiat, stultum C
se esse

se esse demonstrat, ⁊ confusione dignum. Spiritus viri sustentat imbecillitatẽ suam: spiritum vero ad irascẽdum facilem quis poterit sustinere? Cor prudentis possidebit scientiam, ⁊ auris sapientium querit doctrinam. Donum hominis dilatat viam eius, et ante principes spatium ei facit. Iust⁹ prior est accusator sui: venit amicus eius, et inuestigabit eum. Cõtradictiones comprimit sors, et inter potentes quoq; diiudicat. Frater q̃ adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma, et iudicia quasi vectes vrbiũ. De fru-
D ctu oris viri replebitur vẽter eius: et genimina labiorum ipsius saturabunt eum. Mors et vita in manibus lingue: qui diligunt eam, cõedent fruct⁹ eius. Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, et hauriet iucunditatem a dño. Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulterã, stultus est et insipiens. Cum obsecrationib⁹ loquetur pauper, et diues effabitur rigide. Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit, q̃ frater.

CAPVT. XIX.

A Melior est pauper q̃ ambulat in simplicitate sua, q̃ torquens labia sua, ⁊ insipiẽs. Vbi non est scientia, anime non est bonum: ⁊ qui festinus est pedibus, offendet. Stultitia hominis supplãtat gressus eius, et contra dominũ feruet animo suo. Diuitie addunt amicos plurimos: a paupere autẽ et hi quos habuit separantur. Te-
Dan. 13 E stis falsus non erit impunitus: et qui mendacia loquitur, non effugiet. Multi colunt personam potentis, et amici sunt dona tribuentis. Fratres omnes pauperis oderunt eum, insuper et amici procul recesserunt ab eo. Qui tãtum verba se-
B ctatur, nihil habebit: qui autẽ possessor est mentis, diligit animam suam, et custos prudentie inueniet bona. Falsus testis non erit impunitus: ⁊ qui loquitur mendacia, peribit. Non decent stultum delicie, nec seruum dominari principibus. Doctrina viri per patientiam noscitur, ⁊ gloria eius est iniqua pretergredi. Sicut fremitus leonis, ita et regis ira: et sicut ros super herbam, ita et hilaritas eius. Dolor patris, filius stultus: ⁊ tecta iugiter perstillãtia, litigiosa mulier. Domus ⁊ diuitie dantur a parẽtibus, a domino autem proprie vxor
prudens. Pigredo immittit soporẽ, et anima dissoluta esuriet. Qui C
custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit viam suam, mortificabitur. Feneratur domino, qui miseretur pauperis, et vicissitudinem suam reddet ei. Erudi filium tuũ, ne desperes: ad interfectionem autem ei⁹ ne ponas animam tuã. Qui enim impatiens est, sustinebit damnum: et cum rapuerit, aliud apponet. Audi consilium, et suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis. Multe cogitationes in corde viri: volũtas autem domini in eternum permanebit. Homo indigens misericors est, et melior est pauper, q̃ vir mendax. Timor domini ad vi- D
tam: et in plenitudine commorabitur, absq; visitatione pessimi. Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eã.
Pestilente flagellato stultus sapi- Inf. 21. b
entior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget sapiẽtiam. Qui affligit patrem, et fugit matrem, ignominiosus erit, et infelix. Non cesses audire fili doctrinam, nec ignores sermones scientie. Testis iniquus deridet iudicium, ⁊ os impiorum deuorat iniquitatem. Parata sunt derisoribus iudicia, et mallei percutientes stultorum corporibus.

Caput

CAPVT. XX.

A Luxuriosa res vinū, ⁊ tumul-
tuosa ebrietas: quicunq; his
delectatur, non erit sapiens.
Sicut rugitus leonis, ita et terror
regis: qui prouocat eum, peccat in
animā suam. Honor est homini q̄
separat se a cōtentionibus: omnes
autē stulti miscentur contumeliis.
Propter frig⁹ piger arare noluit,
mendicabit ergo estate, et non da-
bitur illi. Sicut aqua profunda, sic
consiliū in corde viri: sed homo sa-
piēs exhauriet illud. Multi homi-
nes misericordes vocantur: virum
B autem fidelem quis inueniet? Ju-
stus q̄ ambulat ī simplicitate sua,
beatos post se filios derelinquit.
Rex qui sedet in solio iudicii, dissi-
I.Ioā.I.a pat omne malū intuitu suo. Quis
3.Re.8.e potest dicere, Mundū est cor meū,
2.pa.6.g purus sum a peccato? Pondus et
Eccl.7.c pondus, mēsura et mēsura, vtrūq;
abominabile est apud dominū. Ex
studiis suis intelligit puer, si mun-
da et recta sint opera eius. Aurem
audientem ⁊ oculum videntem do-
minus fecit vtrunq;. Noli diligere
somnum, ne te egestas opprimat.
Aperi oculos tuos, et saturare pa-
C nibus. Malum est, malum est, dicit
omnis emptor: et cū recesserit, tūc
gloriabitur. Est aurum, et multi-
tudo gēmarum: vas autem pretio-
sum labia sciētie. Tolle vestimen-
tum eius, qui fideiussor extitit ali-
eni, et pro extraneis aufer pignus
ab eo. Suauis est homini panis
mendacii, et postea implebitur os
eius calculo. Cogitationes cōsiliis
roborant, ⁊ gubernaculis tractan-
da sūt bella. Ei qui reuelat myste-
ria, et ambulat fraudulent, et dila-
Ex.21.c tat labia sua, ne cōmiscearis. Qui
Le.20.b maledicit patri suo et matri, extin-
Mat 15 a guetur lumen eius in mediis tene-
D bris. Hereditas ad quā festinatur
in principio, in nouissimo benedi-
Sup.17 c ctione carebit. Ne dicas, Reddam
malum: expecta dominum et libe-
rabit te. Abominatio est apud do- Ro.12.d
minum pondus et pondus, statera I.pet.3.b
dolosa non est bona. A domino di- I.the.5 d
riguntur gressus viri. quis autem
hominum intelligere potest viā su-
am? Ruina est homini deuorare
sanctos: et post, vota retractare.
Dissipat impios rex sapiens, et in-
curuat super eos fornicem. Lucer-
na domini spiraculū hominis, que
inuestigat omnia secreta ventris.
Misericordia ⁊ veritas custodiunt
regem, et roboratur clemētia thro-
nus eius. Exultatio iuuenum for-
titudo eorum, et dignitas senum
canities. Liuor vulneris absterget
mala, et plage in secretioribus vē-
tris.

CAPVT. XXI.

Sicut diuisiones aquarum, ita A
cor regis in manu Domini:
quocunq; voluerit, inclinabit
illud. Omnis via viri recta sibi
videtur, appendit autem corda do- I.re.15.e
minus. Facere misericordiā et iu- Mat.9.b
diciū magis placet domino, q̄ vi- Osee.6.c
ctime. Exaltatio oculorum et dila-
tatio cordis: lucerna impiorū pec-
catum. Cogitationes robusti sem-
per in abundantia: omnis autē pi-
ger in egestate est. Qui congregat
thesauros lingua mēdacii, vanus
et excors est, et impinget ad laque- B
os mortis. Rapine impiorum de-
trahent eos, quia noluerunt face-
re iudicium. Peruersa via viri, a-
liena est: qui autem mundus est, Inf.25.d
rectum opus eius. Melius est se-
dere in angulo domatis, q̄ cum
muliere litigiosa, et in domo com-
muni. Anima impii desiderat ma-
lum, non miserebitur proximo suo.
Multato pestilente, sapiētior erit Sup.19 d
paruul⁹: et si sectet sapientē, sumet
scientiā. Excogitat iustus de domo
impii, vt detrahat impios a malo.
Qui ob-

Qui obturat aurē suā ad clamo-
rē pauperis: et ipse clamabit, ꝛ non
exaudietur. Munus abscōditū ex-
tinguit iras: et donū in sinu indi-
C gnationē maximam. Gaudium iu-
sto est facere iudiciū: et pauor ope-
rantib⁹ iniquitatē. Vir q̄ errave-
rit a via doctrine, i cetu gigantium
cōmorabitur. Qui diligit epulas,
in egestate erit: qui amat vinum et
pinguia, nō ditabit. Pro iusto da-
tur impius: et pro recto iniquus.
Melius est habitare in terra deser-
Ecc.25.e ta, q̄ cum muliere rixosa et iracun-
da. Thesaur⁹ desiderabilis, ꝛ oleū
in habitaculo iusti: ꝛ imprudēs ho-
mo dissipabit illud. Qui sequitur
iustitiam et misericordiā, inueniet
D vitam, iustitiam et gloriā. Ciuita-
tem fortium ascēdit sapiēs, destru-
xitq; robur fiducie ei⁹. Qui custo-
dit os suū, ꝛ linguā suā, custodit ab
angustiis animā suam. Superb⁹ ꝛ
arrogās vocatur indoctus, q̄ in ira
operatur superbiā. Desideria occi-
dunt pigrum: noluerūt eni quicq̄
manus ei⁹ operari. Tota die cōcu-
Esaie.1.d piscit et desiderat: qui autē iustus
est, tribuet, ꝛ nō cessabit. Hostie im
piorum abominabiles, que offerū-
tur ex scelere. Testis mēdax peribit:
vir obediēs loquetur victoriā. Vir
impius procaciter obfirmat vultū
suum: qui autem rectus est, corrigit
viam suā. Non est sapientia, nō est
prudentia, nō est consilium contra
dominū. Equus paratur ad diē bel-
li: dn̄s autem salutem tribuit.

Ecc.7.a

CAPVT. XXII.

A Melius est nomen bonum, q̄
diuitie multe: super argen-
tum enim ꝛ aurum, gratia
bona. Diues ꝛ pauper obuiauerūt
sibi: vtriusq; operator est domin⁹.
Callidus vidit malū, et abscondit
se: innocens pertransiit, et afflictus
est damno. Finis modestie timor
domini, diuitie et gloria ꝛ vita. Ar-
ma et gladii in via peruersi: custos
autē anime sue lōge recedit ab eis.
Prouerbium est, Adolescens iuxta
viam suā, etiam cum senuerit, non
recedet ab ea. Diues pauperibus
imperat: et qui accipit mutuū, ser-
uus est fenerātis. Qui seminat in- B
iquitatem, metet mala: et virga ire
sue cōsummabitur. Qui pron⁹ est
ad misericordiam, benedicetur. de Ecc.31.c
panibus enim suis dedit pauperi.
Victoriam ꝛ honorē acquiret q̄ dat
munera: animā aūt aufert accipiē-
tium. Eiice derisorem, et exibit cū
eo iurgium: cessabuntq; cause, ꝛ cō
tumelie. Qui diligit cordis mundi-
tiam, propter gratiam labiorum
suorum habebit amicū regē. Oculi
domini custodiunt scientiā, et sup-
plātant verba iniqui. Dicit piger,
Leo est foris, i medio platearū oc-
cidēdus sum. Fouea profunda os
aliene: cui iratus est dn̄s, incidet in
eā. Stultitia colligata est in corde
pueri: et virga discipline fugabit e- C
am. Qui calumniatur pauperē, vt
augeat diuitias suas: dabit ipse di
tiori, et egebit. Fili mi inclina aurē
tuā, ꝛ audi verba sapientiū. Appo-
ne aūt cor ad doctrinam meā. Que
pulchra erit tibi, cū seruaueris eā
in ventre tuo: et redundabit in la-
biis tuis, vt sit in domino fiducia
tua, vnde et ostendi eam tibi hodie.
Ecce descripsi eā tibi tripliciter, in
cogitationibus et scientia, vt ostē- D
derem tibi firmitatē et eloquia ve-
ritatis, respondere ex his illis q̄ mi-
serunt te. Non facias violentiam
pauperi, quia pauper est: neq; con-
teras egenū in porta: quia iudica-
bit dn̄s causam eius, et cōfiget eos
qui confixerūt animam eius. Noli
esse amicus homini iracundo, neq;
ambules cū viro furioso: ne forte
discas semitas eius, ꝛ sumas scan-
dalum anime tue. Noli esse cū his
qui defigunt manus suas, et q̄ va-
des se offerūt pro debitis. Si enim
nō habes, vnde restituas, q̄d cause
est vt

est vt tollat operimentum de cubili tuo? Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Vidisti virum velocē in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

CAPVT. XXIII.

A Quando sederis, vt cōedas cum principe, diligēter attende que posita sunt ante faciem tuā, et statue cultrū in gutture tuo, si tamē habes in potestate animam tuam. Ne desideres de cibis eius, in quo est panis mēdacii. Noli laborare, vt diteris: sed prudentie tue pone modum. Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere: quia faciēt sibi pennas quasi aquile, et volabūt in celum. Ne cōedas cum homine inuido, et ne desideres cibos ei⁹: quoniam in similitudinē arioli et cōiectoris estimat quod ignorat. Com-
B ede et bibe dicet tibi, et mens eius non est tecū. Cibos quos cōederas euomes, & perdes pulchros sermones tuos. In auribus insipiētium ne loquaris: quia despiciēt doctrinam eloquii tui. Ne attingas paruulorum terminos, et agrū pupillorū ne introeas. Propinquus enī illorum fortis est, et ipse iudicabit cōtra te causam illorū. Ingrediatur ad doctrinam cor tuū, et aures
Sup.13.d tue ad verba scientie. Noli subtra-
Ecc.30.a here a puero disciplinā. si enim percusseris eum virga, non morietur. Tu virga percuties eum: & animā eius de inferno liberabis. Fili mi, si sapiēs fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum. & exultabūt renes mei, cū locuta fuerint rectū labia tua. Non emuletur cor tuū peccatores, sed in timore dñi esto tota die: quia habebis spem in nouissimo, et prestolatio tua nō auferetur. Audi fili mi, et esto sapiens,
C et dirige in via animū tuum. Noli esse in cōuiuiis potatorū, nec in cōessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt: qui vacantes potibus, & dantes symbola, cōsumentur, & vestietur pannis dormitatio. Audi patrē tuum qui genuit te: et ne contemnas cum senuerit mater tua. Veritatem eme, et noli vendere sapientiam, et doctrinam, et intelligentiā. Exultat gaudio pater iusti, & qui sapientem genuit, letabitur in eo. Gaudeat pater tu⁹, et mater tua, et exultet que genuit te. Prebe fili mi cor tuum mihi, et oculi tui vias meas custodiāt. Fouea enim profunda est meretrix, et puteus angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro, et quos incautos inuenerit, interficiet. Cui ve? cui⁹ patri ve? cui rixe? cui fouee? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, et stu- D
dent calicibus epotandis? Ne intuearis vinum, quando flauescit, cum splenduerit in vitro color ei⁹: ingreditur blāde, sed in nouissimo mordebit vt coluber, et sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas, et cor tuum loquetur peruersa. Et eris sicut dormiens in medio mari, et quasi sopitus gubernator amisso clauo, et dices, Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. quando euigilabo, et rursus vina reperiam?

CAPVT. XXIIII.

Ne emuleris viros malos, nec desideres esse cum eis: A
quia rapinas meditat̄ mēs eorum, et fraudes labia eorum loquuntur. Sapiētia edificabit domus, et prudentia roborabitur. In doctrina replebuntur cellaria, vniuersa substantia ptiosa et pulcherrima. Vir sapiēs fortis est: vir doctus, robustus et validus. Quia cū dispositione initur bellum: et erit salus, vbi multa consilia sunt. Ex-

Et celsa

celsa stulto sapiētia, in porta nō a-
periet os suum. Qui cogitat mala
facere, stultus vocabit. Cogitatio
stulti peccatū est, & abominatio ho-
minum detractor. Si desperaueris
lapsus: ī die angustie imminuetur
fortitudo tua. Erue eos qui ducū-
Psa. 81.a tur ad mortem: et qui trahūtur ad
B interitū liberare ne cesses. Si dixe-
ris, Vires non suppetunt: qui in-
spector est cordis, ipse intelligit, et
seruatorem aīe tue nihil fallit, red-
detq; homini iuxta opera sua. Cō-
ede fili mi mel, quia bonū est, et fa-
uum dulcissimum gutturi tuo: sic
et doctrina sapientie, aīe tue: quā
cum inueneris, habebis in nouissi-
mis spem, et spes tua non peribit.
Ne insidieris, et queras impietatē
in domo iusti, neq; vastes requiem
eius. septies enim cadet iustus et
resurget: impii autem corruent in
C malum. Cū ceciderit inimicus tu⁹,
ne gaudeas, et in ruina eius ne ex-
ultet cor tuū: ne forte videat dñs,
et displiceat ei, et auferat ab eo irā
suam. Ne contēdas cum pessimis,
nec emuleris impios, quoniam nō
habent futurorum spem mali, & lu-
cerna impiorum extinguetur. Ti-
me dominū fili mi, & regem, et cum
detractoribus non commiscearis,
Quoniam repente consurget per-
ditio eorū, et ruinam vtriusq; quis
nouit? Hec quoq; sapiētibus, Co-
gnoscere personam in iudicio, non
Leu.19 c est bonum. Qui dicunt impio, Iu-
Deut.1.c stus es: maledicēt eis populi, & de-
Ecc.42 a testabuntur eos tribus. Qui argu-
unt eū, laudabūtur, et super ipsos
veniet benedictio. Labia deoscula-
bitur, qui recta verba respondet.
Prepara foris opus tuum, et dili-
genter exerce agrum tuum, et po-
D stea edifices domum tuam. Ne sis
testis frustra contra proximum tu-
Sup.10 d um, nec lactes quēquam labiis tu-
is. Ne dicas, Quomodo fecit mihi,
sic faciam ei: reddam vnicuiq; se-
cundum opus suum. Per agrum
hominis pigri trāsiui, et per vineā
viri stulti: et ecce totum repleuerāt
vrtice, operuerant superficiem ei⁹
spine, et maceria lapidum destructa
erat. Quod cum vidissem, posui in
corde meo, et exemplo didici disci-
plinam. Vsquequo piger dormies?
vsquequo de somno cōsurges? Pa-
rum inquā dormies, modicum dor-
mitabis, pauxillum manus conse-
res, vt quiescas: & veniet tibi quasi
cursor egestas tua, et mendicitas
quasi vir armatus.

Hæ quoq; Parabolæ Salomonis,
quas transtulerūt viri Ezechiæ re-
gis Iuda.

CAPVT. XXV.

Gloria dei est celare verbum, A
et gloria regum inuestigare
sermonem. Celum sursum,
et terra deorsum, et cor regum in-
scrutabile. Aufer rubiginem de ar-
gento, & egredietur vas purissimū.
Aufer impietatem de vultu regis,
et firmabitur iustitia thronus ei⁹.
Ne gloriosus appareas coram re-
ge, et in loco magnorū ne steteris.
Meli⁹ est enim vt dicatur tibi, A-
scende huc: q̄ vt humilieris coram Luc.14c
principe. Que viderunt oculi tui,
ne proferas ī iurgio cito: ne postea
emendare non possis, cum dehone-
staueris amicum tuū. Causam tuā B
tracta cum amico tuo, et secretum
extraneo ne reueles: ne forte insul-
tet tibi cum audierit, et exprobrare
non cesset. Gratia et amicitia libe-
rant, quas tibi serua, ne exproba-
bilis fias. Mala aurea in lectis ar-
genttes, qui loquitur verbum in
tēpore suo. Inauris aurea, et mar-
garitum fulgens, qui arguit sapi-
entem, et aurem obediētem. Sicut
frigus niuis in die messis, ita lega-
tus fidelis ei qui miserit eū, animā
ipsius requiescere facit. Nubes et
ventus et pluuie non sequētes, vir
gloriosus, & promissa non cōplens.
Patien-

Sup.15 a Patientia lenietur princeps, & lin-
C gua mollis confringet duritiam.
Mel inuenisti, cōede quod sufficit
tibi: ne forte satiat⁹ euomas illud.
Subtrahe pedem tuũ de domo pro-
ximi tui, ne quando satiatus oderit
te. Iaculum, et gladius, et sagitta
acuta, homo q̃ loquitur cōtra pro-
ximũ suũ falsum testimoniũ. Dens
putrid⁹, et pes lassus, q̃ sperat sup
infideli i die angustie, & amittit pal
lium i die frigoris. Acetũ in nitro,
qui cantat carmina cordi pessimo.
Sicut tinea vestimēto, & vermis li-
Roman. gno, ita tristitia viri nocet cordi. Si
12.d esurierit inimicus tuus, ciba illũ: si
sitierit, da ei aquam bibere. prunas
enĩ congregabis super caput ei⁹, et
dñs reddet tibi. Vent⁹ aquilo dissi-
D pat pluuias, & facies tristis linguã
detrahentē. Meli⁹ est sedere in an-
Sup.21.b gulo domatis, q̃ cũ muliere litigi-
osa, et i domo cōmuni. Aqua frigi-
da aie sitienti: et nuntius bonus de
terra longinqua. Fons turbatus
pede, et vena corrupta, iustus ca-
dens coram impio. Sicut qui mel
multum comedit, nō est ei bonum:
sic qui scrutator est maiestatis, op-
Eccle.3.c primetur a gloria. Sicut vrbs pa-
tens & absq; murorum ambitu, ita
vir qui non potest in loquendo co-
hibere spiritum suum.

CAPVT. XXVI.

A Quomodo nix in estate, et
pluuie in messe, sic indecēs
est stulto gloria. Nã sicut
auis ad alia transuolans,
et passer q̃ libet vadēs: sic maledi-
ctum frustra prolatum in quempiã
superueniet. Flagellum equo, & ca-
mus asino, & virga dorso imprudē-
tium. Ne respondeas stulto iuxta
stultitiam suam, ne efficiaris ei si-
milis. Responde stulto iuxta stulti-
tiam suã, ne sibi sapiens esse vide-
atur. Claudus pedibus, et iniqui-
tatem bibēs, qui mittit verba per
nuntium stultum. Quomodo pul-
chras frustra habet claud⁹ tibias: B
sic indecēs est in ore stultorum pa-
rabola. Sicut qui mittit lapidē in
aceruum Mercurii: ita qui tribuit
insipienti honorem. Quo modo si
spina nascatur in manu temulēti:
sic parabola in ore stultorũ. Iudi-
cium determinat causas: et qui im-
ponit stulto silentiũ, iras mitigat.
Sicut canis qui reuertitur ad vo- 2.Pe.2.d
mitũ suũ, sic imprudens qui iterat
stultitiã suam. Vidisti hominē sa-
pientē sibi videri: magis illo spem
habebit insipiens. Dicit piger, Leo
est in via, & leena i itinerib⁹. Sicut
ostiũ vertit̃ i cardine suo, ita piger C
i lectulo suo. Abscōdit piger man⁹ Sup.19 d
sub ascella sua, et laborat si ad os
suum eas conuerterit. Sapientior
sibi piger videtur septem viris lo-
quentib⁹ sentētias. Sicut qui ap-
prehendit aurib⁹ canē, sic qui trã-
sit impatiēs, & cōmiscetur rixe alte-
rius. Sicut noxius est q̃ mittit sa-
gittas, et lanceas in mortē: ita vir
qui fraudulent̃ nocet amico suo, et
cum fuerit deprehensus, dicit, Lu-
dens feci. Cum defecerint ligna,
extinguet̃ ignis: et susurrone sub-
tracto, iurgia cōquiescũt. Sicut car-
bones ad prunas, & ligna ad ignē, Ecc.28.b
sic homo iracundus suscitat rixas.
Verba susurronis quasi simplicia,
& ipsa perueniũt ad intima cordis.
Quomodo si argēto sordido orna- D
re velis vas fictile, sic labia tumē-
tia cum pessimo corde sociata. La-
biis suis intelligitur inimicus, cũ
in corde tractauerit dolos. quando
submiserit vocē suam, ne credide-
ris ei, quoniam septē nequitie sunt
in corde illi⁹. Qui operit odiũ frau-
dulenter, reuelabitur malitia eius
in cōcilio. Qui fodit foueam, inci- Ecc.10.b
det in eam: et qui voluit lapidem, Ecc.27d
reuertetur ad eum. Lingua fallax
non amat veritatem, et os lubricũ
operatur ruinas.

CAPVT. XXVII.

A NE gloꝛieris i craſtinū, ignorans quid ſuperuētura pariat dies. Laudet te alienus, et non os tuum: extraneus, et non
Ecc.22.b labia tua. Grauе eſt ſaxum, et onerosa arena : ſed ira ſtulti vtroqꝫ grauioꝛ. Ira non habet miſericoꝛdiam, nec erumpens furoꝛ: ⁊ impetum concitati ferre quis poterit? Melioꝛ eſt manifeſta coꝛreptio, ꝙ amoꝛ abſcōdit⁹. Melioꝛa ſunt vulnera diligētis, ꝙ fraudulēta oſcu-
Iob.6.b la odientis. Anima ſaturata calcabit fauū, et aīa eſuriens etiā ama-
B rum ꝑ dulci ſumet. Sicut auis trāſmigrās de nido ſuo, ſic vir q̄ derelinquit locum ſuū. Vnguēto et variis odoꝛibus delectatur coꝛ: et bonis amici cōſiliis anima dulcoꝛatꝛ. Amicum tuū, et amicum patris tui ne dimiſeris: ⁊ domū fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tue. Melioꝛ eſt vicinus iuxta, ꝙ frater pꝛocul. Stude ſapientie fili mi, et letifica coꝛ meum, vt poſſim expꝛobꝛanti reſpondere ſermonem. Aſtutus videns malū, abſconditus eſt, paruuli tranſeuntes ſuſtinue-
Sup.20 c runt diſpendia. Tolle veſtimentū eius qui ſpopondit pꝛo extraneo, ⁊
C pꝛo alienis aufer ei pign⁹. Qui benedicit pꝛoximo ſuo voce grādi, de nocte cōſurgens maledicēti ſimilis erit. Tecta perſtillantia in die frigoꝛis, et litigioſa mulier comparātur: qui retinet eam, quaſi qui ventum teneat, ⁊ oleū dextere ſue euacuet. Ferrū ferro exacuitur, et homo exacuit faciē amici ſui. Qui ſeruat ficum, comedet fructus eius: et qui cuſtos eſt dn̄i ſui, gloꝛificabitꝛ. Quo modo i aquis reſplendēt vultus pꝛoſpicientiū, ſic coꝛda hominum manifeſta ſunt pꝛudentibus. Infernus ⁊ perditio nunꝙ implē-
Ecc.14 b tur, ſimiliter et oculi hominū inſatiabiles. Quo modo pꝛobatꝛ in cōflatoꝛio argentū, ⁊ i foꝛnace aurū : ſic pꝛobatur homo oꝛe laudantis. Coꝛ iniqui inquirit mala, coꝛ autē D
rectum inquirit ſcientiam. Si contuderis ſtultū in pila, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtulticia eius. Diligēter agnoſce vultum pecoꝛis tui, tuoſqꝫ greges cōſidera. non enim habebis iugiter poteſtatē, ſed coꝛona tribuetur in generatione ⁊ generationē. Aperta ſunt pꝛata, et apparuerunt herbe virentes, et collecta ſunt fena de montib⁹. Agni ad veſtimētū tuū: ⁊ hedi, ad agri pꝛetiū. Sufficiat tibi lac capꝛarū in cibos tuos, et in neceſſaria domus tue, ⁊ ad victum ancillis tuis.

CAPVT. XXVIII.

FVgit impi⁹ nemine perſequēte: iuſtus autē quaſi leo cōfidens, abſqꝫ terroꝛe erit. A
Pꝛopter peccata terre multi pꝛincipes eius: et pꝛopter hominis ſapientiā ⁊ hoꝛum ſcientiā que dicūtur, vita ducis longioꝛ erit. Vir pauper calumnians pauperes, ſimilis eſt imbꝛi vehementi, in quo paratur fames. Qui derelinquūt legem, laudant impium: qui cuſtodiunt, ſuccenduntur cōtra eū. Viri mali non cogitant iudiciū: qui aūt inquirūt dominū, animaduertūt oīa. Meli- Sup.19 i
oꝛ eſt pauper ambulās in ſimplicitate ſua, ꝙ diues in pꝛauis itineribus. Qui cuſtodit legem, filius ſapiens eſt: qui aūt comeſſatoꝛes paſcit, cōfundit patrē ſuū. Qui coa- B
ceruat diuitias vſuris, et fenoꝛe liberali, in pauperes congregat eas. Qui declinat aures ſuas, ne audiat legem, oꝛatio eius erit execrabilis. Qui decipit iuſtos i via mala, in interitu ſuo coꝛruet, et ſimplices poſſidebūt bona eius. Sapiēs ſibi videtur vir diues : pauper aūt pꝛudens ſcrutabitur eum. In exultatione iuſtoꝛum multa gloꝛia eſt : regnantib⁹ impiis ruine hominū. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur

rigetur: qui aũt confessus fuerit, ⁊
reliquerit ea, misericordiã cõseque-
C tur. Beatus homo q̃ semper est pa-
uidus: q̃ vero mentis est dure, cor-
ruet in malum. Leo rugiens, et vr-
sus esuriens, princeps impius sup
populum pauperẽ. Dux indigens
prudẽtia, multos opprimet per ca-
lumniã: q̃ aũt odit auaritiã, longi
fient dies eius. Hominẽ qui calũ-
niatur anime sanguinẽ, si vsq; ad
lacum fugerit, nemo sustinet. Qui
ambulat simpliciter, saluus erit: q̃
Sup.12.b peruersis graditur viis, cõcidet se-
Ecc.20 d mel. Qui operatur terrã suam, sa-
tiabitur panibus: qui aũt sectatur
otium, replebitur egestate. Vir fi-
delis multũ laudabitur: qui aũt fe-
stinat ditari, nõ erit innocẽs. Qui
cognoscit in iudicio faciem, nõ be-
nefacit, iste et pro buccella panis de-
serit veritatẽ. Vir q̃ festinat ditari,
D et aliis inuidet, ignorat q egestas
superueniet ei. Qui corripit homi-
nem, gratiã postea inueniet apud
eum magis, q̃ ille q̃ per lingue blã-
dimẽta decipit. Qui subtrahit ali-
quid a patre suo, ⁊ a matre, ⁊ dicit,
Hoc nõ esse peccatũ: particeps ho-
micide est. Qui se iactat et dilatat,
iurgia concitat: qui vero sperat in
domino, sanabitur. Qui cõfidit in
corde suo stultus est: qui aũt gradit
sapienter, ipse saluabitur. Qui dat
pauperi, nõ indigebit: qui despicit
deprecantem, sustinebit penuriam.
Cum surrexerint impii, abscondẽ-
tur homines: cũ illi perierint, mul-
tiplicabuntur iusti.

CAPVT. XXIX.

A VIro qui corripientem dura
ceruice contẽnit, repẽtinus
ei superueniet interitus, et
eum sanitas nõ sequetur. In mul-
tiplicatione iustorũ letabitur vul-
gus: cum impii sumpserint princi-
Luc.15 c patum, gemet populus. Vir qui a-
mat sapiẽtiam, letificat patrẽ suũ:
qui aũt nutrit scorta, perdet substã-
tiam. Rex iustus eriget terrã, vir
auarus destruet eã. Homo qui blã-
dis fictisq; sermonibus loquitur a-
mico suo, rete expandit gressibus
suis. Peccantẽ virũ iniquũ inuol-
uet laqueus, ⁊ iustus laudabit atq;
gaudebit. Nouit iustus causã pau-
perũ, impius ignorat scientiã. Ho-
mines pestilentes dissipant ciuita- B
tem, sapiẽtes vero auertũt furorẽ.
Vir sapiens si cũ stulto cõtenderit,
siue irascatur, siue rideat, nõ inue-
niet requiẽ. Viri sanguinũ oderũt
simplicẽ: iusti aũt querũt animam
eius. Totum spiritũ suum profert
stultus: sapiẽs differt ⁊ reseruat in
posterũ. Princeps qui libenter au-
dit verba mendacii, oẽs ministros
habet impios. Pauper et creditor
obuiauerũt sibi: vtriusq; illumina-
tor est dominus. Rex qui iudicat in
veritate pauperes, thronus eius in
eternũ firmabitur. Virga atq; cor-
rectio tribuit sapientiam: puer aũt C
qui dimittitur volũtati sue, cõfun-
dit matrẽ suã. In multiplicatione
impiorum multiplicabuntur scele-
ra, ⁊ iusti ruinas eorum videbunt.
Erudi filium tuum, ⁊ refrigerabit
te, et dabit delicias anime tue. Cũ
prophetia defecerit, dissipabit po-
pulus: qui vero custodit legẽ, bea-
tus est. Seruus verbis non potest
erudiri: quia qd dicis intelligit, et
respondere contẽnit. Vidisti homi-
nem velocẽ ad loquendũ? stultitia
magis speranda est, q̃ illius corre-
ctio. Qui delicate a pueritia sua nu-
trit seruũ suum, postea sentiet eum D
contumacem. Vir iracundus pro-
uocat rixas: et qui ad indignandũ
facilis est, erit ad peccata procliui-
or. Superbũ sequitur humilitas, ⁊ Iob.22 d
humilem spiritu suscipiet gloria.
Qui cũ fure partitur, odit animã
suã: adiurantẽ audit, et nõ indicat.
Qui timet hominem, cito corruet:
qui sperat i domino, subleuabitur.
Multi

Multi requirũt faciem pꝛincipis, et iudiciũ a domino egreditur singuloꝛum. Abominantur iusti virũ impium: ⁊ abominantur impii eos qui in recta sunt via. Verbũ custodiẽs filius, extra perditionem erit.

CAPVT. XXX.

A Verba cõgregantis filii vomẽtis. Visio quam locutus est vir, cum quo est deus, et qui deo secũ moꝛante cõfoꝛtatus, ait, Stultissimus sum viroꝛũ, ⁊ sapientia hominũ nõ est mecũ. Non didici sapientiã, et noui scientiam sanctoꝛum. Quis ascendit in celũ, atqꝫ descendit? Quis cõtinuit spiritum in manibus suis? Quis colligauit aquas quasi ĩ vestimento? Quis suscitauit oẽs terminos terre? Quod nomen est eius, et quod
Psa. 18. c nomen filii eius, si nosti? Ois sermo dei ignitus, clypeus est sperantibus in se: Ne addas quicꝙ verbis illius, et arguaris, inueniariſqꝫ mẽdax. Duo rogaui te, ne deneges mihi antequã moꝛiar, Vanitatem, et verba mendacii longe fac a me. Mendicitatẽ, ⁊ diuitias ne dederis
B mihi: tribue tantum victui meo necessaria. ne foꝛte satiat⁹ illiciar ad negandum, et dicã, Quis est dñs? aut egestate cõpulsus furer, ⁊ periurem nomen dei mei. Ne accuses seruũ ad dominũ suũ, ne foꝛte maledicat tibi, et coꝛruas. Generatio que patri suo maledicit, ⁊ que matri sue non benedicit. Generatio ꝙ sibi munda videtur, et tamen non est lota a soꝛdibus suis. Generatio cuius excelsi sunt oculi, et palpebꝛe eius ĩ alta surrecte. Generatio que pꝛo dentibus gladios habet, et cõmandit molaribus suis, vt cõedat inopes de terra, et pauperes ex hominibus. Sanguisuge due sunt filie, dicentes, Affer affer. Tria sunt
C insaturabilia, et quartũ qđ nunꝙ dicit Sufficit, Infern⁹, ⁊ os vulue, et terra que non satiat aqua: ignis vero nunꝙ dicit Sufficit. Oculum qui subsannat patrẽ, et qui despicit partum matris sue, suffodiant eum coꝛui de toꝛrentibus, et comedant eum filie aquile. Tria sunt difficilia mihi, et quartum penitus ignoꝛo, Viam aquile in celo, viam colubꝛi super petrã, viam nauis in medio mari, ⁊ viã viri in adolescẽtula. Talis est via mulieris adultere, que comedit, ⁊ tergẽs os suũ, dicit, Non sum operata malũ. Per tria mouetur terra, et quartum nõ potest sustinere, Per seruum cum regnauerit, per stultum cum saturatus fuerit cibo, ⁊ p odiosam mulierem cũ in matrimoniũ fuerit assumpta: et per ancillam cum fuerit heres domine sue. Quatuoꝛ sunt D
minima terre, ⁊ ipsa sunt sapientioꝛa sapientib⁹, foꝛmice popul⁹ infirmus, qui pꝛeparat in messe cibũ suum: lepusculus plebs inualida, ꝙ collocat in petra cubile suũ: regem locusta non habet, ⁊ egreditur vniuersa per turmas suas: stellio manibus nititur, ⁊ moꝛatur in edibus regis. Tria sunt que bene gradiũtur, ⁊ quartum quod incedit feliciter: leo foꝛtissim⁹ bestiarũ, ad nullius pauebit occursum: gallus succinctus lumbos suos: et aries, nec est rex qui resistat ei. Et qui stultus apparuerit, postquã eleuatus est in sublime: si eni intellexisset, oꝛi suo imposuisset manũ. Qui autẽ foꝛtiter pꝛemit vbera ad eliciẽdum lac, expꝛimit butyꝛum: ⁊ qui vehementer emungit, elicit sanguinẽ: ⁊ qui pꝛouocat iras, pꝛoducit discoꝛdias.

¶ Verba Lamuelis regis, visio qua erudiuit eum mater sua.

CAPVT. XXXI.

A Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votoꝛũ meoꝛũ? Ne dederis mulieribus substantiã tuam, et diuitias tuas ad delendos reges. Noli regib⁹ o Lamuel, noli regib⁹

regibus dare vinum: quia nullum
secretū est vbi regnat ebrietas. Ne
forte bibant et obliuiscantur iudi-
ciorum, ⁊ mutent causam filiorum
pauperis. Date siceram merentibꝰ,
et vinū his qui amaro sūt animo.
Bibant et obliuiscantur egestatis
sue, et doloris sui non recordentur
ampliꝰ. Aperi os tuū muto, et cau-
sis omnium filiorum qui pertran-
B seunt. Aperi os tuū, decerne quod
iustū est, ⁊ vindica inopē, ⁊ pauperē.
¶ Aleph. Mulierē fortem quis in-
ueniet? procul, et de vltimis finibꝰ
pretium eius.
¶ Beth. Confidit in ea cor viri sui,
et spoliis non indigebit.
¶ Gimel. Reddet ei bonum, et non
malum, omnibus diebus vite sue.
¶ Daleth. Quesiuit lanam, ⁊ linū,
⁊ operata est cōsilio manuū suarū.
¶ He. Facta est quasi nauis insti-
toris de longe portans panē suum.
¶ Vau. De nocte surrexit, deditq;
predam domesticis suis, et cibaria
ancillis suis.
¶ Zain. Considerauit agrū, ⁊ emit
eum, de fructu manuū suarum plā-
tauit vineam.
C ¶ Heth. Accinxit fortitudine lum-
bos suos, ⁊ roborauit brachiū suū.
¶ Teth. Gustauit et vidit quoniā
bona est negotiatio eius, non exti-
guetur in nocte lucerna eius.
¶ Iod. Manū suā misit ad fortia, ⁊
digiti eius apprehenderunt fusum.
¶ Caph. Manū suā aperuit inopi,
et palmas suas extēdit ad pauperē.
¶ Lamed. Non timebit domui sue
a frigoribꝰ niuis. Omnes enim do-
mestici eius vestiti sunt duplicibꝰ.
¶ Mem. Stragulatā vestē fecit si-
bi, byssus ⁊ purpura indumētū eiꝰ.
¶ Nun. Nobilis in portis vir eius,
quando sederit cū senatoribꝰ terre.
¶ Samech. Sindonē fecit et vendi-
dit, et cingulū tradidit Chananeo.
D ¶ Ain. Fortitudo et decor indumē-
tum eiꝰ, et ridebit in die nouissimo.
¶ Phe. Os suum aperuit sapiētie,
et lex clementie in lingua eius.
¶ Zade. Considerat semitas domꝰ
sue, et panem otiosa non comedit.
¶ Coph. Surrexerunt filii eius, et
beatissimā predicauerunt: vir eius,
et laudauit eam.
¶ Res. Multe filie congregauerūt
diuitias: tu supergressa es vniuer-
sas.
¶ Sin. Fallax gratia, et vana est
pulchritudo, mulier timens domi-
num ipsa laudabitur.
¶ Thau. Date ei de fructu manuū
suarum, et laudent eam in portis
opera eius.

FINIS.

LIBER SAPIENTIAE.



DILIGITE iu-
stitiā, qui iudica- Esa. 56. a
tis terrā. Sentite A
de dño in bonita-
te, et i simplicitate
cordis querite illū:
quoniā inuenitur
ab his qui non tentāt illum: appa-
ret aūt eis qui fidem habēt in illū.
peruerse enim cogitationes sepa-
rant a deo, probata aūt virtus cor-
ripit insipiētes. quoniam in male-
uolam animā non introibit sapiē-
tia: nec habitabit in corpore subdi-
to peccatis. Spiritus enim sanctꝰ Hie. 4. c
discipline effugiet fictum, ⁊ auferet B
se a cogitationibꝰ que sunt sine in-
tellectu, et corripietur a superueni-
ente iniquitate. Benignus est enim
spiritus sapientie, et non liberabit
maledicum a labiis suis: quoniam
renum illius testis est deus, et cor-
dis illius scrutator est verus, ⁊ lin-
gue eius auditor. Quoniam spiri-
tus domini repleuit orbem terrarū:
et hoc quod cōtinet omnia, sciētiā
habet

habet vocis. Propter hoc q̃ loquit̃
iniqua, non potest latere, nec prete-
riet illum corripiens iudicium. In
C cogitationib⁹ enim impii interro-
gatio erit: sermonũ autẽ illius au-
ditio ad deũ veniet, ad correptionẽ
iniquitatum illius. Quoniã auris
zeli audit omnia, & tumultus mur-
murationũ non absconditur. Cu-
stodite ergo vos a murmuratione,
que nihil prodest, et a detractione
parcite lingue. quoniam sermo ob-
scurus in vacuum non ibit. os aũt
quod mẽtitur, occidit animã. No-
lite zelare mortem ĩ errore vite ve-
stre, neq; acquiratis perditionẽ in
D operibus manuum vestrarum. Quo-
niam deus mortem nõ fecit, nec le-
tatur in perditiõe viuorum. Crea-
uit enĩ, vt essent omnia, et sanabi-
les fecit nationes orbis terrarum:
et non est in illis medicamẽtum ex-
terminii, nec inferorum regnum in
terra. Iustitia enim perpetua est,
et immortalis: iniustitia aũt, mor-
tis est acquisitio. impii autem ma-
nibus et verbis accersierunt illam:
et estimantes illam amicam, deflu-
xerunt, et sponsiones posuerunt ad
illam: quoniam morte digni sunt,
qui sunt ex parte illius.

CAPUT. II.

A Dixerunt enim impii cogitã-
tes apud se nõ recte, Exigu-
um, & cum tedio est tempus
vite nostre, et non est refrigerium
in fine hominis, et nõ est qui agni-
tus sit reuersus ab inferis: quia ex
nihilo nati sumus, et post hoc eri-
mus tanq̃ si nõ fuerimus. quoniã
fumus et flatus est in naribus no-
stris, et sermo scintille ad commo-
uendum cor nostrum. Quia extin-
ctus cinis erit corpus nostrũ, & spi-
ritus diffundetur tanquam mollis
aer, & transibit vita nostra tanquã
vestigiũ nubis, et sicut nebula dis-
soluetur, que fugata est a radiis so-
lis et a calore illius aggrauata: et
nomen nostrum obliuionẽ accipiet
per tẽpus, et nemo memoriam ha- B
bebit operũ nostrorũ. Umbre enim
trãsitus est tempus nostrum, et nõ 1.pa.19d
est reuersio finis nostri: quoniam
consignata est, et nemo reuertitur.
Uenite ergo, & fruamur bonis que
sunt, & vtamur creatura, tanquam Esa.56d
in iuuentute celeriter. Uino pre-
tioso, & vnguẽtis nos impleamus,
et nõ pretereat nos flos temporis.
Coronemus nos rosis, antequam
marcescãt: nullum pratũ sit, quod
non pertranseat luxuria nostra. Ne-
mo vestrũ exors sit luxurie nostre:
vbiq; relinquamus signa letitie,
quoniam hec est pars nostra, et hec
est sors nostra. Opprimamus pau-
perem iustum, & non parcamus vi-
due, nec veterani reuereamur ca-
nos multi temporis. Sit autẽ for-
titudo nostra, lex iniustitie. quod C
enim infirmum est, inutile inuenit̃.
Circumueniamus ergo iustũ, quo-
niam inutilis est nobis, et contra-
rius est operibus nostris, & impro-
perat nobis peccata legis, et diffa-
mat in nos peccata discipline no-
stre. Promittit se scientiam dei ha-
bere, et filium dei se nominat. Fa- Mat.27
ctus est nobis in traductionem co-
gitationum nostrarum. Grauis est
nobis etiam ad videndum. quoniã
dissimilis est aliis vita illius, & im-
mutate sunt vie ei⁹. Tanq̃ nuga-
ces estimati sumus ab illo, et absti-
net se a viis nostris tanquã ab im-
munditiis, & prefert nouissima iu-
storum, et gloriatur patrem se ha-
bere deum. Uideamus ergo si ser- D
mones illius veri sint, et tentemus
que vẽtura sunt illi, et sciemus que
erunt nouissima illius. Si enim est
verus filius dei, suscipiet illum, et Mat.27
liberabit illum de manu contrari-
orum. Contumelia, et tormẽto in-
terrogemus eum, vt sciamus reue-
rentiam eius, et probemus patien- Hie.11.d
tiam illius. Morte turpissima cõ-
demnemus

demnemus eum, erit enim ei respe-
ctus ex sermonibus illius. Hec co-
gitauerunt, et errauerunt: excęca-
uit enim illos malitia eorū. Et ne-
scierunt sacramenta dei, neq; mer-
cedem sperauerunt iustitie, nec iu-
dicauerunt honorem animaꝝ san-
ctarum. Quoniam Deus creauit
Gen. 1. d hominem inexterminabilem, et ad
2.b. 5.a imaginē similitudinis sue fecit illū
Ecc.17.a Inuidia autē diaboli mors introi-
Gen. 3.a uit in orbem terrarum. imitantur
autem illum qui sunt ex parte illiꝰ.

CAPVT. III.

A Iustorum autem anime in manu
Deu.33 a dei sunt, et non tanget illos tor-
mentum mortis. Visi sunt ocu-
lis insipientiū mori: et existimata
est afflictio exitꝰ illorum. Et ab iti-
nere iusto abierūt in exterminium,
et quod a nobis est iter exterminii:
illi autem sunt in pace. Et si coram
hominibꝰ tormenta passi sunt, spes
illorū immortalitate plena est. Et
in paucis vexati, i multis bene dis-
ponentur: quoniam deus tentauit
eos, et inuenit illos dignos se. Tā-
quam aurum in fornace probauit
B illos, et quasi holocausti hostiā ac-
cepit illos, et in tempore erit respe-
ctus illorum. Fulgebunt iusti, ⁊ tā-
Mat.13.f quā scintille in arundineto discur-
rent. Iudicabunt nationes, et do-
minabunt populis, ⁊ regnabit dn̄s
illorum in perpetuū. Qui confidūt
in illo, intelligent veritatem, et fi-
deles in dilectione acquiescent illi:
quoniam donum ⁊ pax est electis e-
ius. Impii autem secūdum que co-
gitauerunt, correptionē habebunt:
qui neglexerūt iustum, ⁊ a domino
C recesserunt. Sapiētiam enim et di-
sciplinam qui abiicit, infelix est: et
vacua est spes illorum, et labores
sine fructu, ⁊ inutilia opera eorum.
Mulieres eorum insensate sunt, et
nequissimi filii illorum. Maledicta
creatura eorum: quoniam felix est
sterilis, et incoinquinata, que ne-
sciuit thorū in delicto, habebit fru-
ctum in respectione animarum san-
ctarum, et spado qui nō operatꝰ est
per manus suas iniquitatē, nec co-
gitauit aduersus deū nequissima.
Dabitur enim illi fidei donū electū,
et sors i tēplo dei acceptissima. Bo-
norū enim laborꝝ gloriosus est fru- D
ctus, ⁊ que nō cōcidit radix sapien-
tie. Filii autem adulterorum in cō-
summatione erūt, ⁊ ab iniquo tho-
ro semē exterminabitur. Et si qui-
dem lōge vite erūt, in nihilum cō-
putabuntur, et sine honore erit no-
uissima senectꝰ illorum. Et si cele-
rius defuncti fuerint, non habebūt
spem, nec in die agnitionis allocu-
tionem. Nationis enim inique, di-
re sunt consummationes.

CAPVT. IIII.

O Quam pulchra est casta ge- A
neratio cum claritate? Im-
mortalis est enim memoria
illius: quoniam et apud deum no-
ta est, et apud homines. Cum pre-
sens est, imitantur illam: et deside-
rant eam cum se eduxerit, ⁊ in per-
petuū coronata triumphat incoin-
quinatoꝝ certaminum premiū vin-
cēs. Multigena aūt impiorū mul-
titudo nō erit vtilis, et adulterine
plātatiōes nō dabūt radices altas
nec stabile firmamētū collocabūt.
Et si i ramis in tēpore germinaue-
rint: infirmiter posita, a vento cō-
mouebuntur, ⁊ a nimietate vento-
rum eradicabuntur. Confringent B
enim rami inconsummati, et fructꝰ
illorū inutiles, ⁊ acerbi ad mandu-
candum, ⁊ ad nihilum apti. Ex ini-
quis enim oēs filii qui nascuntur,
testes sunt neq̄tie aduersus paren-
tes in interrogatiōe sua. Iustꝰ aūt
si morte preoccupatus fuerit, in re-
frigerio erit. Senectꝰ eni venerabi-
lis est, nō diuturna, neq; annorum
numero cōputata. cani aūt sūt sen-
sus hominis: ⁊ etas senectutis, vita
immaculata. Placēs deo factꝰ dile-

ctus et viuens inter peccatores trās-
C latus est. raptus est, ne malitia mu-
taret intellectū eius, aut ne fictio de-
ciperet aiam illius. Fascinatio enim
nugacitatis obscurat bona. et incō-
stātia concupiscētie trāsuertit sen-
sum sine malitia Cōsummatus in bre-
ui, expleuit tēpora multa. Placita
enim erat deo anima illius: propter
hoc properauit educere illū de me-
dio iniquitatū. populi aūt vidētes,
et nō intelligentes, nec ponentes in
precordiis talia. Quoniā gratia dei
et misericordia in sanctos eius, et re-
spectus in electos illius. Condēnat aūt
iustus mortuus viuos impios, et iu-
uentus celerius cōsummata longā
vitam iniusti. Uidebunt enim finē
sapiētis, et non intelligent quid co-
D gitauerit de illo deus, et quare mu-
nierit illum dns. Uidebunt enim,
et contēnent eum: illos autem dns
irridebit. et erunt post hec deciden-
tes sine honore, et in contumeliā in-
ter mortuos in perpetuum: quoniā
disrūpet illos inflatos sine voce, et
cōmouebit illos a fundamentis, et
vsque ad supremum desolabūtur, et
erunt gementes, et memoria illorū
periet. Uenient in cogitatione pec-
catorum suorū timidi, et traducent
illos ex aduerso iniquitates ipsorum.

CAPVT. V.

A Tunc stabunt iusti in magna
cōstantia aduersus eos qui
se angustiauerunt, et qui ab-
stulerūt labores eorum. Uidētes tur-
babuntur timore horribili, et mira-
būtur in subitatiōe insperate salu-
tis, gementes pre angustia spiritus,
dicētes intra se, penitētiā agētes, et
pre angustia spiritus gemētes, dicē-
tes, Hi sūt quos habuimus aliquā-
do in derisum, et i similitudinē im-
properii. Nos insensati vitam illorum
estimabamus insaniā, et finē illorum
sine honore. ecce quomodo compu-
tati sunt inter filios dei, et inter san-
ctos sors illorum est. Ergo errauimus a via veritatis, et iustitie lumē
non luxit nobis, et sol intelligentie
nō est ortus nobis. Lassati sumus in B
via iniquitatis, et perditionis, et am-
bulauimus vias difficiles: viā aūt
dñi ignorauimus. Quid nobis pro-
fuit superbia? aut diuitiarum iactan-
tia quid cōtulit nobis? Transierūt
oīa illa tanquam vmbra, et tanquā nū-
tius precurrens: et tanquam nauis que
pertrāsit fluctuantē aquā: cuius cū
preterierit, nō est vestigiū inuenire,
neque semitam carine illius in flucti-
bus. aut tanquam auis que transuolat
in aere, cuius nullū inuenitur argu-
mentū itineris illius, sed tantū soni-
tus alarū verberās leuem ventū: et
scindens per vim itineris aerē: cō-
motis alis transuolauit, et post hoc
nullū signū inuenitur itineris illius. C
aut tāquam sagitta emissa i locum
destinatū: diuisus aer cōtinuo in se
reclusus est, vt ignoretur trāsitus illius:
sic et nos nati continuo desiuimus
esse, et virtutis quidem nullū signū
valuimus ostendere: in malignita-
te aūt nostra consumpti sumus. Ta-
lia dixerūt in inferno hi qui pecca- Pro. II.
uerunt: quoniam spes impii tanquam
lanugo est, que a vento tollitur: et
tanquam spuma gracilis, que a procel-
la dispergitur: et tanquam fumus qui
a vento diffusus est: et tanquam memo-
ria hospitis vnius diei pretereuntis.
Iusti aūt in perpetuum viuent, et
apud dñm est merces eorum, et co-
gitatio illorū apud altissimū. Ideo
accipiēt regnum decoris, et diade-
ma speciei de manu dñi, quoniā de-
xtera sua teget eos, et brachio san-
cto suo defendet illos. Accipiet ar- D
maturā zelus illius, et armabit cre-
aturam ad vltionem inimicorum.
Induet pro thorace iustitiam, et ac-
cipiet pro galea iudiciū certum. su-
met scutum inexpugnabile equita-
tem, acuet aūt diram irā in lanceā,
et pugnabit cum illo orbis terrarū
contra insensatos. Ibunt directe e-
missiones

missiones fulgurum, & tanq̄ a bene
curuato arcu nubiū exterminabū-
tur, & ad certum locum insilient. Et
a petrosa ira plene mittentur grā-
dines, et cādescet in illos aqua ma-
ris, et flumina concurrent duriter.
Contra illos stabit spiritus virtu-
tis, et tanq̄ turbo venti diuidet il-
los: et ad eremū perducet oēm ter-
ram iniquitas illorū, & malignitas
euertet sedes potentium.

CAPVT. VI.

A MElior est sapiētia q̄ vires:
Eccl.9.d et vir prudēs, q̄ fortis. Au-
dite ergo reges, & intelligi-
te, discite iudices finiū terre. Pre-
bete aures vos qui continetis mul-
titudines, et placetis vobis in tur-
Ro.13.a bis nationū: quoniā data est a dño
potestas vobis, & virt⁹ ab altissimo
qui interrogabit opera vestra, & co-
gitatiōes scrutabitur: quoniā cum
essetis ministri regni illi⁹, non recte
iudicastis, nec custodistis legē iusti
tie, neq; secundū volūtatē dei am-
bulastis. Horrēde et cito apparebit
vobis: quoniā iudiciū durissimū in
his qui psunt, fiet. Exiguo eni cō-
cedit misericordia: potētes aūt po-
Deu 10 d tent tormēta patient. Nō eni sub-
2.pa 19 c trahet psonā cuiusq̄ de⁹, q̄ est oīum
B dominator: nec verebit magnitu-
Iob 34 b dinē cuiusq̄: quoniā pusillū et ma-
Ecc.35 b gnū ipse fecit, et equaliter cura est
Ro.2.b illi de omnib⁹. Fortiorib⁹ aūt for-
Gala.2 b tior instat cruciatio. Ad vos ergo
Eph.6.b reges sunt hi sermones mei, vt di-
Col.5.d scatis sapiētiā, & nō excidatis. Qui
Act.10.e enim custodierint iustitiam, iuste
1.Pe.1.c iudicabunt: et qui didicerint iusta,
inueniēt quid respōdeant. Cōcupi-
scite ergo sermones meos, diligite
illos, et habebitis disciplinā. Clara
est, & que nunq̄ marcescit sapiētia,
& facile videt ab his qui diligūt eā,
et inuenit ab his qui querūt illam.
Preoccupat qui se cōcupiscunt, vt
C illis se prior ostēdat. Qui de luce vi
gilauerit ad illā, nō laborabit: assi-
dentē eni illā forib⁹ suis inueniet.
Cogitare ergo de illa, sensus est cō-
summat⁹: et qui vigilauerit propt
illā, cito secur⁹ erit. Qm̄ dignos se
ipsa circuit querēs, & in viis osten-
det se illis hilarit, & in oī prouiden-
tia occurret illis. Initiū eni illi⁹ ve-
rissima est discipline cōcupiscētia.
Cura ergo discipline dilectio est: et
dilectio custodia legū illi⁹ est. Cu-
stoditio aūt legū, cōsummatio in-
corruptionis est: incorruptio autē,
facit esse proximū deo. Cōcupiscen-
tia itaq; sapiētie deducet ad regnū
perpetuū. Si ergo delectamini se- D
dib⁹, et sceptris o reges populi, di-
ligite sapientiā, vt in perpetuū re-
gnetis. diligite lumen sapiētie oēs
qui preestis populis. Quid est autē
sapiētia, et quemadmodū facta sit,
referā: et nō abscōdam a vobis sa-
cramenta dei, sed ab initio natiui-
tatis inuestigabo, et ponā in lucem
scientiam illius, & nō preteribo ve-
ritatem, neq; cū inuidia tabescente
iter habebo: quoniam talis homo
non erit particeps sapientie. Mul-
titudo aūt sapientium, sanitas est
orbis terrarum: et rex sapiens po-
puli stabilimentum est. Ergo acci-
pite disciplinam per sermones me-
os, et proderit vobis.

CAPVT. VII.

SUm quidē & ego mortalis ho- A
mo, similis omnib⁹, & ex gene-
re terreno illius qui prior fact⁹
est, & in vētre matris figurat⁹ sum
caro, decem mensiū tēpore coagu-
lat⁹ sum ī sanguine, ex semine ho-
minis, et delectamento somni con-
ueniente. Et ego natus accepi cō-
munem aerem, et in similiter fa-
ctam decidi terram: et primam vo-
cem similem omnibus emisi plo-
rās: in inuolumētis nutritus sum,
et curis magnis. Nemo enim ex
regibus aliud habuit natiuitatis
initium. Unus ergo introitus est
omnibus ad vitam, & similis exit⁹.

Propter hoc optaui, et datus est mihi sensus: et inuocaui, et venit in me spiritus sapientie. ⁊ preposui illam
Iob.28.c regnis et sedibus, et diuitias nihil esse duxi in coparatione illius. Nec coparaui illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in coparatione illius arena est exigua, et tanquam lutum estimabitur argentum in conspectu il-
B lius. Super salutem, et speciem dilexi illam, et proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile
3.Re.3.b est lumen illius. Venerunt autem mihi oia bona pariter cum illa, ⁊ innumerabilis honestas per manus illius, et letatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapientia, ⁊ ignorabam quoniam horum oim mater est. Quam sine fictione didici, et sine inuidia communico, et honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitie dei, propter discipline dona commendati. Mihi autem dedit deus dicere ex sententia, ⁊ presumere digna horum, que mihi dantur: quoniam ipse sapientie dux est, et sapientium emendator. in manu enim illius et nos, et sermones nostri, ⁊ omnis sapientia, et operum scientie disciplina. Ipse
C enim dedit mihi horum que sunt, scientiam veram, vt sciam dispositionem orbis terrarum: et virtutes elementorum, initium et consummationem et medietatem temporum, vicissitudinum permutationes, ⁊ mutationem omnium, morum mutationes, et diuisiones temporum, anni cursus, ⁊ stellarum dispositiones. naturas animalium, et iras bestiarum, vim ventorum, et cogitationes hominum, differentias virgultorum, et virtutes radicum, et quecunque sunt abscosa et improuisa, didici. Omnium enim artifex docuit me sapientia. Est enim in illa spiritus intelligentie, sanctus, multiplex, vnicus, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, oia prospiciens, et qui capiat omnes spiritus intelligibiles, mundus, subtilis. Omnibus enim D
mobilibus mobilior est sapientia. attingit autem vbique propter suam munditiam. Vapor est enim virtutis dei, et emanatio quedam est claritatis omnipotentis Dei syncera: et ideo nihil inquinatum in eam incurrit. candor est enim lucis eterne, ⁊ speculum sine macula dei maiestatis, ⁊ imago bonitatis illius. Et cum sit vna, oia Heb.1.a
potest: et in se permanens omnia innouat, et per nationes in animas sanctas se transfert, amicos dei, ⁊ prophetas constituit. Neminem enim diligit deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Est enim hec speciosior sole, ⁊ super omnem dispositionem stellarum, luci coparata inuenitur prior. Illi enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia.

CAPVT. VIII.

Attingit ergo a fine vsque A
ad finem fortiter, et disponit oia suauiter. Hanc amaui, et exquisiui eam a iuuentute mea, et quesiui sponsam mihi eam assumere, ⁊ amator factus sum forme illius. Generositatem illius glorificat, contubernium habens dei: sed et omnium dominus dilexit illam. doctrix enim est discipline dei, et electrix operum illius. Et si diuitie appetuntur in vita: quid sapientia locupletius, que operatur oia? Si autem sensus operatur, quis horum que sunt, magis quam illa, est artifex? Et si iustitiam B
quis diligit: labores huius magnas habent virtutes. sobrietatem enim ⁊ sapientiam docet: et iustitiam, ⁊ virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Et si multitudinem scientie desiderat quis: scit preterita, et de futuris estimat: scit versutias sermonum, et dissolutiones argumen-

gumentorũ: signa et monstra scit,
antequam fiant, et euentus temporũ ꝛ
seculorũ. Proposui ergo hanc ad-
ducere mihi ad cõuiuendum: sciẽs
qm̃ mecũ cõmunicabit de bonis, et
erit allocutio cogitationis, et tedii
C mei. Habebo propter hãc claritatẽ
ad turbas, ꝛ honorẽ apud seniores
iuuenis, ꝛ acutus inueniar in iudi-
cio, ꝛ in cõspectu potentiũ admira-
bilis ero, et facies pricipũ mirabũ-
tur me. tacentẽ me sustinebũt, ꝛ lo-
quentẽ me respiciẽt: ꝛ sermocinãte
me plura, manus ori suo imponẽt.
Preterea habebo per hanc, immor-
talitatẽ: et memoriã eternã his qui
post me futuri sunt relinquã. Di-
sponã populos, ꝛ nationes mihi e-
runt subdite. Timebũt me audiẽ-
tes reges horrendi: in multitudine
videbor bonus, ꝛ i bello fortis. In-
trans in domũ meã, cõquiescam cũ
illa: non eni habet amaritudinẽ cõ
uersatio illius, nec tediũ cõuict9 il-
D lius, sed letitiam ꝛ gaudiũ. Hec co-
gitans apud me, ꝛ cõmemorans in
corde meo quoniã immortalitas est
in cognatione sapiẽtie, ꝛ in amici-
tia illius delectatio bona, ꝛ in ope-
rib9 manuũ illi9 honestas sine de-
fectione, et in certamine loquele il-
lius sapientia, et preclaritas in cõ-
municatione sermonũ ipsius: cir-
cumibã querens, vt mihi illã assu-
merem. Puer aũt erã ingeniosus,
et sortitus sum aiam bonam. Et cũ
essem magis bonus, veni ad corp9
incoinquinatũ. Et vt sciui quoniã
aliter nõ possem esse cõtinens, nisi
deus det, et hoc ipsum erat summa
sapiẽtia, scire cuius esset hoc donũ:
adii dñm, et deprecatus sum illum,
et dixi ex totis precordiis meis,

CAPVT. IX.

A Deus patrũ meorũ, et domi-
ne, misericordie tue, q̃ fecisti
oia verbo tuo, et sapientia
tua constituisti hominem, vt domi-
naretur creature que a te facta est,
vt disponat orbem terrarũ in equi-
tate et iustitia, et in directione cor-
dis iudicium iudicet: da mihi sediũ
tuarũ assistricem sapientiã, et noli
me reprobare a pueris tuis: qm̃ ser
uus tuus sum ego, et filius ancille psa.115 b
tue, homo infirmus, et exigui tem-
poris, et minor ad intellectũ iudicii
et legũ. Et si quis erit cõsummat9 B
inter filios hominũ, si ab illo absu
erit sapiẽtia tua, in nihilum cõpu-
tabitur. Tu elegisti me regẽ popu- 1.pa.28 b
lo tuo, et iudicem filiorũ tuorum, ꝛ 2.Pa.1.b
filiarũ. et dixisti me edificare tem-
plum i monte sctõ tuo, ꝛ in ciuitate
habitationis tue altare, similitudi
nem tabernaculi scti tui quod pre- Pro. 8. c
parasti ab initio, ꝛ tecum sapientia Ioan. 1.a
tua, que nouit opera tua, q̃ ꝛ affuit
tunc cũ orbẽ terrarũ faceres, ꝛ scie-
bat quid esset placitũ oculis tuis, ꝛ
quid directũ in preceptis tuis. Mit-
te illã de celis sanctis tuis et a sede C
magnitudinis tue, vt mecum sit et
mecũ laboret, vt sciã quid acceptũ
sit apud te. scit eni illa omnia ꝛ in-
telligit, et deducet me in operibus
meis sobrie, et custodiet me in sua
potentia. Et erunt accepta opera
mea, ꝛ disponã populũ tuũ iuste, ꝛ
ero dign9 sediũ patris mei. Quis Esa.40 d
enim hominũ poterit scire consiliũ Ro. 11.d
dei? Aut quis poterit cogitare qd 1.co. 2.d
velit deus? Cogitationes eni mor-
talium timide, et incerte prouiden-
tie nostre. Corpus enim quod cor- D
rumpitur, aggrauat animã: et ter-
rena inhabitatio deprimit sensum
multa cogitantem. Et difficile esti-
mamus que in terra sunt: et que in
prospectu sunt, inuenim9 cũ labo-
re. Que aũt in celis sunt, quis in-
uestigabit? Sensum aũt tuũ quis
sciet, nisi tu dederis sapientiam, et
miseris spiritum sanctum tuum de
altissimis: et si correcte sint semite
eorum qui sunt in terris, ꝛ que tibi
placent didicerint homines? Nam
per sapientiã sanati sunt, quicũq;
placuerũt

placuerunt tibi dñe a principio.

CAPVT. X.

A Gen. 1.d Hec, illum q̄ primus formatꝰ
est a Deo pater orbis terra-
rum, cum solus esset creatꝰ,
custodiuit, et eduxit illum a delicto
suo. Et eduxit illum de limo terre,
Gen. 2.b et dedit illi virtutē continendi oīa.
Ab hac vt recessit iniustꝰ ī ira sua,
Gen. 4.b per irā homicidii fraternitatis de-
periit. Propter quod cum aqua de-
Gen. 7.b leret terram, sanauit iterum sapi-
entia, per cōtemptibile lignum iu-
stum gubernans. Hec et in cōsensu
superbie, cū se nationes extulissēt,
Ge. 11.a sciuit iustū, et cōseruauit sine que-
rela deo, et ī filiis misericordiā for-
tem custodiuit. Hec, iustū a pereū-
B tibus impiis liberauit fugientē, de-
Ge. 19.e scendēte igne in pentapolim: quibꝰ
in testimoniū nequitie fumigabū-
da cōstat deserta terra, & incerto tē-
pore fructus habētes arbores, & in-
credibilis anime memoria stās fi-
gmentū salis. Sapientiā enim pre-
tereūtes non tantū in hoc lapsi sūt
vt ignorarēt bona, sed & insipiētie
sue reliquerūt hominibꝰ memoriā,
vt in his que peccauerūt, nec late-
re potuissent. Sapiētia autē hos q̄
se obseruant, a doloribus liberauit.
Hec aūt, profugum ire fratris iu-
Ge. 28.b stum deduxit p̄ vias rectas, et ostē-
dit illi regnum dei, et dedit illi sciē-
tiam sanctor̄, honestauit illū in la-
boribꝰ, et cōpleuit labores illiꝰ. In
fraude circumuenientiū illū affuit,
illi et honestū fecit illum. Custodi-
uit illum ab inimicis, & a seductori-
C bus tutauit illū, et certamen forte
dedit illi, vt vinceret, et sciret quo-
niam omniū potētior est sapientia.
Ge. 37.f Hec, venditū iustum nō dereliquit,
sed a peccatoribus liberauit eū: de-
scenditq; cum illo ī foueā, & in vin-
culis non dereliquit illū, donec af-
ferret illi sceptrū regni, & potentiā
aduersus eos qui eū deprimebāt: &
mendaces ostendit q̄ maculauerūt
illum, & dedit illis claritatē eternā.
Hec, populum iustum, & semen sine
querela liberauit a nationibꝰ, que Exo. 1.b
illū opprimebāt. Intrauit in aīam
serui dei, & stetit cōtra reges horrē- Exo. 3.b
dos in portētis et signis. Et reddi-
dit iustis mercedem laborū suorū, D
et deduxit illos in via mirabili: et
fuit illis in velamēto diei, & in luce Ex. 14.c
stellarū per noctē. & transtulit illos Psalmo.
per mare rubrū, et transuexit illos 77.b
per aquam nimiam. Inimicos aūt
illorum demersit in mare, & ab alti-
tudine inferorū eduxit illos. Ideo
iusti tulerunt spolia impiorū, et de- Ex. 12.e
cantauerūt domine nomen sanctū Ex. 15.a
tuum, & victricem manū tuam lau-
dauerunt pariter. Quoniā sapien-
tia aperuit os mutorū, et linguas
infantium fecit disertas.

CAPVT. XI.

Direxit opera eorum in ma- A
nibus prophete sancti. Iter
fecerūt per deserta, que non Ex. 16.a
habitabant: et in locis desertis fe-
cerunt casas. Steterunt cōtra ho- Ex. 17.c
stes, et de inimicis se vindicauerūt.
Sitierūt, et inuocauerūt te, et da- Nu. 20.b
ta est illis aqua de petra altissima, &
requies sitis de lapide duro. Per q̄
enim penas passi sunt inimici illo-
rū, a defectione potus sui: in eis, cū
abundarēt filii Israel, letati sunt.
Per hec, cū illis deessent, bene cum
illis actum est. Nam pro fonte qui-
dem sempiterni fluminis, humanū
sanguinem dedisti iniustis. Qui cū
minuerentur in traductione infan- B
tium occisorum, dedisti illis abun-
dantem aquā insperate: ostendens
per sitim que tunc fuit, quēadmo-
dum tuos exaltares, & aduersarios
illorū necares. Cū enim tētati sūt,
et quidem cū misericordia discipli-
nam accipiētes, scierūt quēadmo-
dum cū ira iudicati impii tormēta
paterent. Hos quidem tanq̄ pater
monens probasti: illos aūt tanquā
durus rex interrogās condēnasti.

Absentes enim, et presentes simili-
ter torquebant. Duplex enim illos
acceperat tediũ, et gemitus cũ me-
moria preteritorũ. Cũ enim audi-
rent ꝑ sua tormenta bene secũ agi,
cõmemorati sunt dominũ admirã-
tes in finẽ exitus. Quẽ enim in ex-
positione praua proiectũ deriserũt,
in finẽ euentus mirati sunt. Nõ si-
C militer iustis faciẽs, pro cogitationi-
bus aũt insẽsatis iniquitates illo-
rum. Quod quidam errantes colebãt
mutos serpentes, et bestias super-
uacuas, immisisti illis multitudinẽ
mutorũ animaliũ i vindictã: vt sci-
rent quia ꝑ que peccat quis, ꝑ hec ꝛ
torquetur. Non enim impossibilis
erat omnipotẽs manꝰ tua, q̃ crea-
uit orbẽ terrarũ ex materia inuisa,
immittere illis multitudinẽ vrsorũ,
aut audaces leones, aut noui gene
ris ira plenas, et ignotas bestias,
aut vaporẽ igneũ spirãtes, aut fu-
mi odorẽ proferẽtes, aut horrẽdas
ab oculis scintillas emittẽtes: qua-
rũ nõ solũ lesura poterat illos ex-
terminare, sed ꝛ aspectꝰ ꝑ timorẽ occi-
dere. Sed ꝛ sine his vno spiritu po-
D terant occidi persecutionẽ passi ab
ipsis factis suis, et dispergi ꝑ spiri-
tũ virtutis tue: sed oĩa in mẽsura ꝛ
numero ꝛ põdere disposuisti. Mul-
tum enim valere tibi soli supererat
semper: et virtuti brachii tui quis
resistet? Quoniã tanq̃ momentũ
statere, sic est ante te orbis terrarũ
et tanq̃ gutta roris antelucani, q̃
descendit in terram. Sed misereris
omniũ, quia oĩa potes, ꝛ dissimu-
las peccata hominũ propter peni-
tentiã. Diligis enim oĩa q̃ sunt, et
nihil odisti eorũ que fecisti: nec enim
odiens aliqd, cõstituisti aut fecisti.
Quomodo aũt posset aliquid per-
manere, nisi tu voluisses? aut qd
a te vocatum nõ esset, cõseruaret?
Parcis autem omnibus: quoniam
tua sunt dñe, qui amas animas.

CAPVT. XII.

O Quam bonus, ꝛ suauis est A
domine spiritꝰ tuus in om-
nibus? Ideoq̃ eos qui exer-
rant partibus, corripis: ꝛ de quibꝰ
peccant, admones ꝛ alloqueris: vt
relicta malitia, credãt in te domine.
Illos enĩ antiquos inhabitatores
terre sancte tue, quos exhorruisti,
quoniã odibilia opera tibi faciebãt
ꝑ medicamina, ꝛ sacrificia iniusta,
et filiorũ suorũ necatores sine mi-
sericordia, et comestores viscerum
hominũ, ꝛ deuoratores sanguinis,
et authores parentes animarũ in-
auxiliatarũ perdere voluisti a me-
dio sacramẽto tuo, per manus pa-
rentum nostrorũ, vt dignam perci-
perẽt peregrinationem puerorum
dei, que tibi omniũ charior est ter-
ra. Sed et his tanquã hominibus
pepercisti, ꝛ misisti antecessores ex-
ercitus tui vespas, vt illos paula-
tim exterminarẽt. Nõ q̃a impotẽs B
eras in bello subiicere impios iustis,
aut bestiis seuis, aut verbo duro si
mul exterminare: sed partibꝰ iudi-
cans dabas locum penitentie, non
ignorãs quoniã nequam est natio
eorum, ꝛ naturalis malitia ipsorũ,
et quoniã nõ poterat mutari cogi-
tatio illorũ in perpetuũ. Semẽ enĩ
erat maledictũ ab initio, nec timẽs
aliquẽ: veniã dabas peccatis illo-
rum. Quis enĩ dicet tibi, Quid fe-
cisti? aut quis stabit cõtra iudiciũ
tuũ? aut quis i cõspectu tuo veniet
vindex iniquorũ hominũ? aut quis
tibi imputabit, si perierit nationes
quas tu fecisti? Nec enim est alius 1.Pe.5.b
deus q̃ tu, cui cura est de omnibꝰ,
vt ostendas quoniã non iniuste iu-
dicas iudicium. Neq̃ rex, neq̃ ty- C
rannus in cõspectu tuo inquirẽt de
his quos perdidisti. Cum ergo sis
iustꝰ, iuste oĩa disponis: ipsũ quoq̃
qui non debet puniri, condemnas,
et exterum estimas a tua virtute.
Virtus enim tua, iustitie initium
est: et

est: et ob hoc ꝙ omnium dominus
es, omnibus te parcere facis. Uir-
tutē enim ostendis tu, qui non cre-
deris esse in virtute cōsummatus,
et horũ qui te nesciũt, audaciã tra-
ducis. Tu aũt dominator virtutis,
cũ tranquillitate iudicas, ⁊ cũ ma-
gna reuerētia disponis nos. Subest
enĩ tibi cũ volueris, posse. Docui-
sti aũt populũ tuũ per talia opera,
quoniã oportet iustũ esse, ⁊ huma-
num, ⁊ bone spei fecisti filios tuos:
quoniã das locũ ĩ peccatis penitē-
tie. Si enĩ inimicos seruoꝝ tuorũ,
et debitos morti, cum tãta cruciasti
attētione, ⁊ liberasti, dans tēpus et
locũ per que possent mutari a mali-
tia: cũ quãta diligētia iudicasti fili-
os tuos, quoꝝ parentibꝰ iuramēta
⁊ cōuentiões dedisti bonaꝝ ꝓmissi-
D onũ? Cũ ergo das nobis disciplinã
inimicos nostros multipliciter fla-
gellas, vt bonitatē tuam cogitemꝰ
iudicãtes: et cũ de nobis iudicatur,
speremꝰ misericordiã tuã. Unde et
illis qui ĩ vita sua insensate ⁊ iniu-
ste vixerunt, per hec que coluerũt,
dedisti summa tormēta. Etenim in
erroris via diutiꝰ errauerũt, deos
estimãtes hec que ĩ animalibꝰ sunt
superuacua, infantium insensato-
rum more viuentes. Propter hoc
tãꝗ̃ pueris insensatis iudiciũ ĩ de-
risum dedisti. Qui autem ludibriis
increpationis non sunt correcti: di-
gnum dei iudicium experti sunt. in
his enĩ que patiebant̃, moleste fe-
rebant, in quibꝰ patiētes indigna-
bãtur, per hec quos putabãt deos,
in ipsis cum exterminarētur, vidē-
tes illũ, quē olim negabant se nos-
se, verum deum agnouerunt: ꝓpter
quod et finis condemnationis eo-
rum veniet super illos.

CAPVT. XIII.

A Vani autem sunt omnes ho-
mines, in quibus non subest
scientia dei: et de his que nõ
viderunt bona, non potuerunt in-
telligere eum qui est, neqꝫ operibꝰ
attendentes agnouerunt quis esset
artifex, sed aut ignem, aut spiritũ,
aut citatum aerē, aut gyrum stel-
larum, aut nimiam aquam, aut so-
lem ⁊ lunam, rectores orbis terraꝝ
deos putauerunt. Quorũ et si spe-
cie delectati deos putauerũt: sciant
quanto his dominator eorũ specio-
sior est. speciei enim generator hec
omnia cōstituit. Aut si virtutem, et
opera eorum mirati sunt: intelligãt
ab illis quoniam qui hec fecit, for-
tior est illis. a magnitudine enĩ spe- Rom.1.c
ciei, et creature, cognoscibiliter po- B
terit creator horũ videri. sed tamē
adhuc in his minor est querela. Et
hi enim fortasse errant, deum que-
rentes, ⁊ volentes inuenire. Etenĩ
cum in operibꝰ illius cōuersentur:
inquirũt, et persuasum habēt quo-
niã bona sunt que videntur. Iterũ
autē nec his debet ignosci. Si enim
tantũ potuerũt scire, vt possēt esti-
mare seculũ: quomodo huiꝰ domi-
num nõ faciliꝰ inuenerũt? Infeli-
ces aũt sunt, et inter mortuos spes
illorũ est, qui appellauerũt deos o-
pera manuũ hominum, aurũ ⁊ ar-
gentum, artis inuentionē, ⁊ simili-
tudines animaliũ, aut lapidē inuti
lē opus manꝰ antique. Aut si quis C
artifex faber de sylua lignũ rectũ se- Esaiæ,
cuerit, et huius docte eradat omnē 44.b
corticē, ⁊ arte sua vsus diligent̃ fa-
bricet vas vtile in cōuersationē vi-
te, reliquiis aũt huiꝰ operis ad pre-
parationē esce abutatur: ⁊ reliquũ
hoꝝ quod ad nullum vsum facit li-
gnum curuum, ⁊ verticibus plenũ
sculpat diligenter ꝑ vacuitatē suã,
et ꝑ scientiã sue artis figuret illud,
et assimilet illud imagini hominis,
aut alicui ex animalibꝰ illud cōpa-
ret, perliniēs rubrica, et rubicundũ
faciēs fuco colore illiꝰ, et oēm ma-
culam que in illo est perliniēs: ⁊ fa- D
ciat ei dignã habitationē, et in pa-
riete ponēs illud, ⁊ cōfirmãs ferro,
ne for-

ne forte cadat prospiciēs illi, sciens
quoniā nō potest adiuuare se. imago eni est, ⁊ opus est illi adiutoriū.
Et de substātia sua, ⁊ de filiis suis,
et de nuptiis votū faciēs inquirit.
Non erubescit loqui cū illo qui sine
anima est: et pro sanitate quidē infirmum deprecatur, et pro vita rogat mortuū, et in adiutoriū inutilē
inuocat: et pro itinere petit ab eo q̄
ambulare nō potest: et de acquirēdo, et de operando, et de omnium
rerū euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.

CAPVT. XIIII.

A ITerum aliꝰ nauigare cogitās,
et per feros fluctꝰ iter facere incipiēs, ligno portāte se, fragiliꝰ
lignū inuocat. Illud eni cupiditas
acquirēdi excogitauit, ⁊ artifex sapientia fabricauit sua. Tua autem
Ex. 14. d pater ꝓuidentia ab initio cūcta gubernat: quoniam dedisti et in mari
viā, ⁊ inter fluctus semitā firmissimam, ostendens quoniā potens es
ex omnibus sanare, etiā si sine rate
aliqs adeat mare. Sed vt nō essent
vacua sapientie tue opera: propter
hoc etiā et exiguo ligno credūt homines animas suas, et trāseuntes
mare per ratem liberati sunt. Sed
⁊ ab initio cū perirēt superbi gigātes, spes orbis terrarū ad ratē cōfugiēs, remisit seculo semē natiuitatis, q̄ manu tua erat gubernata.
Benedictū est enim lignū, ꝑ quod
fit iustitia. Per manus autē quod
fit idolū, maledictū est et ipsum, et
qui fecit illud: quia ille quidē operatus est, illud aūt cū esset fragile,
B deus cognominatꝰ est. Similit̄ aūt
odio sunt deo, impius et impietas
eius. Etenim quod factū est, cū illo
qui fecit, tormenta patietur. Propter hoc ⁊ in idolis nationū nō erit
respectus: quoniā creature dei in odiū facte sunt: et in tentationē animis hominū, et in muscipulā pedibus insipictium. Initiū eni fornicatiōis, est exquisitio idolorū: ⁊ adinuentio illorū, corruptio vite est.
neq3 enim erant ab initio, neq3 erūt
in perpetuū. Superuacuitas enim
hominū hec adinuenit in orbē terrarū: et ideo breuis illorū finis est
inuentꝰ. Acerbo enim luctu dolens
pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem: et illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nūc tanquam
deum colere cepit, et constituit inter seruos suos sacra et sacrificia.
Deīde interueniente tēpore, cōualescente iniqua consuetudine, hic
error tanquam lex custoditus est, C
et tyrannorum imꝑio colebantur
figmēta. Et hos quos ī palam homines honorare nō poterant, propter hoc ꝙ longe essent, e lōginquo
figura eorū allata, euidentē imaginem regis, quē honorare volebāt,
fecerunt: vt illū qui aberat tanquā
presentem colerēt sua solicitudine.
Prouexit aūt ad horum culturā et
hos q̄ ignorabant, artificis eximia
diligētia. Ille eni volens plus placere illi qui se assūpsit, elaborauit
arte sua, vt similitudinem in meliꝰ
figuraret. Multitudo aūt hominū
adducta ꝑ speciem operis, eū q̄ ante
tēpus tanquā homo honoratꝰ fuerat, nunc deū estimauerunt. Et hec
fuit vite humane deceptio, quoniā
aut affectui, aut regibꝰ deseruiētes
homines, incommunicabile nomen
lapidibꝰ, et lignis imposuerūt. Et
non suffecerat errasse eos circa dei
scientiam, sed et in magno viuētes
insciētie bello, tot et tā magna mala pacē appellāt. Aut eni filios suos D
sacrificātes, aut obscura sacrificia
facientes, aut insanie plenas vigilias habētes: neq3 vitā, neq3 nuptias mūdas iam custodiūt, sed ⁊ aliꝰ
aliū per inuidiā occidit, aut adulterans contristat: ⁊ omnia cōmista
sunt, sanguis, homicidiū, furtum
⁊ fictio, corruptio ⁊ infidelitas, turbatio ⁊ ꝑiuriū, tumultus bonoꝝ,

Ex dei im-

dei immemoratio, animarũ inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum incõstantia, inordinatio mechie, & impudicitie. Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, et initiũ & finis. Aut eni dum letant, insaniunt: aut certe vaticinant falsa, aut viuunt iniuste, aut peierant cito. Dum enim confidũt in idolis que sine anima sunt, male iurantes noceri se non sperant. Utraque ergo illis eueniunt digne, quoniam male senserũt de deo, attendentes idolis, et iurauerunt iniuste in dolo cõtemnentes iustitiã. Non enim iurantium est virtus, sed peccantiũ pena perãbulat semper iniustorum preuaricationem.

CAPUT. XV.

A TU autẽ deus noster, suauis et verus es, patiens & in misericordia disponẽs omnia. Etenim si peccauerim⁹, tui sum⁹, scientes magnitudinem tuam: et si non peccauerimus, scimus quoniã apud te sumus computati. Nosse enim te, consummata iustitia est: et scire iustitiam et virtutẽ tuam, radix est immortalitatis. Nõ enim in errorẽ induxit nos hominum male artis excogitatio, nec vmbra picture labor sine fructu, & effigies sculpta per varios colores, cuius aspectus insensato dat concupiscentiã, & diligit mortue imaginis effigiem
B sine aĩa. Malorũ amatores digni sunt morte q̃ spẽ habẽt in talib⁹, et qui faciũt illos, et q̃ diligunt, & qui
Ro. 9. d colunt. Sed et figulus mollẽ terrã premens laboriose fingit ad vsus nostros vnũquodque vas, & de eodẽ luto fingit, q̃ mũda sunt in vsum vasa, et similit que his sunt cõtraria. Horũ autẽ vasorũ quis sit vsus, iudex est figulus. Et cũ labore vano deũ fingit de eodẽ luto, ille qui paulo ante de terra fact⁹ fuerat, & post pusillũ reducit vnde accept⁹ est, repetitus aĩe debitum quã habebat.

Sed cura est illi, non quia laboratur⁹ est, nec quoniã breuis illi vita est, sed concertat aurificib⁹ & argẽtariis, sed et erarios imitat, et gloriam p̃fert, quoniã res superuacuas
fingit. Cinis est eni cor ci⁹, et terra C
superuacua spes illi⁹, et luto vilior vita eius: quoniã ignorauit qui se finxit, & qui inspirauit illi animam que operat, & qui insufflauit ei spiritũ vitalẽ. Sed et estimauerũt lusum esse vitã nostrã, & cõuersationẽ vite cõpositã ad lucrũ, et oportere vndecunque etiã ex malo acquirere. Hic enim scit se super omnes delinquere, qui ex terre materia fragilia vasa, et sculptilia fingit. Omnes enim insipientes, et infelices supra modum anime superbi sunt, inimici populi tui, et imperantes illi: quoniam oĩa idola nationum deos
estimauerunt, quibus neque oculorũ D
visus est ad videndum, neque nares
ad percipiẽdum spiritum, neque au- Ps. 113. & 134.
res ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, sed et pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos, et qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similem homo poterit deum fingere. Cum enim sit mortalis, mortuũ fingit manibus iniq̃s. Melior est eni ipse his quos colit: quia ipse quidẽ vixit, cũ esset mortalis, illi autẽ nunquam. Sed et animalia miserrima colunt: insensata enim comparata his, illis sunt deteriora. Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicere. Effugerunt autem dei laudem, et benedictionem eius.

CAPUT. XVI.

PRopter hec & his similia pas- A
si sunt digne tormenta, et per multitudinẽ bestiarum exterminati sunt. Pro quibus tormẽtis bene disposuisti populum tuũ, quibus dedisti concupiscentiã delecta-
mẽti sui nouum saporẽ, escam pa- Nu. 11.
rans

rans eis ortygometrā: vt illi quidē
cōcupiscētes escam propter ea que
illis ostensa et missa sunt, etiam a
necessaria concupiscētia auerterē=
tur. Hi autē in breui inopes facti,
nouam gustauerunt escam. Opor=
tebat enim illis sine excusatiōe qui
dem superuenire interitum exercē=
tibus tyrannidem: his autem tan=
tum ostendere, quemadmodum in=
Nu.21.b imici eorum exterminabantur. Et=
enim cum illis superuenit seua be=
stiarum ira, morsibꝰ peruersorum
colubrorū exterminabant. Sed nō
in perpetuum ira tua permāsit, sed
ad correptionē i breui turbati sūt,
signum habentes salutis ad cōme=
B morationē mandati legis tue. Qui
enī conuersus est, nō per hoc quod
videbat sanabatur, sed per te om=
nium saluatorem. in hoc autem o=
stendisti inimicis tuis q̄a tu es qui
liberas ab oī malo. Illos enī locu=
starū, et muscarū occiderūt morsus,
et non est inuēta sanitas aīe illorū:
quia digni erāt ab huiusmodi ext=
minari. Filios aūt tuos, nec draco=
nū venenatorū vicerūt dētes. mise=
x.10.a ricordia enī tua aduenies sanabat
.8.f illos. In memoria enī sermonū tu=
po.9.b orū extminabāt, et velocit sanabāt,
ne in altā incidētes obliuionē, non
possent tuo vti adiutorio. eteni neq;
herba, neq; malagma sanauit eos,
sed tuus dñe sermo, qui sanat oīa.
Tu es enī dñe, q̄ vite et mortis ha=
eu.32 f bes potestatē, et deducis ad portas
Re.2.a mortis, et reducis: homo aūt occi=
ob.13 a dit quidē per malitiā aīam suam, et
cū exierit spiritꝰ, nō reuertet: nec
reuocabit aīam que recepta est, sed
manū tuā effugere impossibile est.
Negātes enī te nosse impii p forti=
C tudinē brachii tui flagellati sūt: no
uis aquis, et grādinibꝰ et pluuiis p=
xo.9.e secutionē passi, et p ignē cōsumpti.
Q̄d enī mirabile erat: in aqua, que
oīa extinguit, plus ignis valebat.
u.11 vindex est enī orbis iustorū. Quodā

enī tēpore māsuetabat ignis, ne cō
burerent que ad impios missa erāt
animalia: sed vt ipsi vidētes, scirēt
quoniā dei iudicio patiunt p̄secuti=
onē. Et quodā tēpore in aqua su=
pra virtutē ignis exardescebat vn=
diq;, vt iniquā terre nationē exter=
minaret. Pro quibꝰ angelorū esca Ex.19.c
nutriuisti populū tuū, et paratū pa= Nūe.11.b
nē de celo p̄stitisti illis sine labore, Psalmo.
oē delectamentū in se habentē, et oīs 77.c
saporis suauitatē. Substātia enim Ioā.6.d
tua dulcedinē tuā quā in filios ha=
bes ostēdebat: et deseruiens vniuſ=
cuiusq; volūtati, ad quod q̄sq; vo=
lebat conuertebat. Nix aūt, et gla= Exo.9.e
cies sustinebāt vim ignis, et nō ta=
bescebāt: vt scirent quoniam fructꝰ
inimicorū extminabat ignis ardens
in grādine et pluuia coruscās. Hoc D
aūt iterū, vt nutrirent iusti, ignis
etiā sue virtutis oblitꝰ est. Creatu=
ra enī tibi factori deseruiens, exar=
descit in tormentū aduersus iniu=
stos: et lenior fit ad benefaciendū
pro his q̄ in te cōfidūt. Propt hoc
et tūc oīa trāsfigurata oīum nutri=
ci gratie tue deseruiebant ad volū=
tatem eorū q̄ a te desiderati sunt: vt
scirent filii tui, quos dilexisti dñe.
quoniam nō natiuitatis fructꝰ pa= Deu. 8. a
scūt homines, sed sermo tuus hos Mat.4.a
q̄ in te crediderit cōseruat. Q̄d enī
ab igne non poterat exterminari,
statim ab exiguo radio solis calefa
ctum tabescebat: vt notum omnibꝰ
esset, quoniam oportet preuenire
solem ad benedictionem tuam, et
ad ortum lucis te ibi adorare. In=
grati enim spes tāquam hyberna=
lis glacies tabescet, et disperiet tā=
quam aqua superuacua.

CAPVT. XVII.

Magna sunt enī iudicia tua A
dñe, et inenarrabilia verba
tua: propter hoc indiscipli=
nate anime errauerūt. Dum enim
persuasum habēt iniqui, posse do=
minari nationi sancte: vinculis te= Ex.10.f

nebrarū, ꝛ longe noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitiui perpetue prouidentie iacuerunt. Et dum putant se latere in obscuris peccatis: tenebroso obliuionis velamēto dispersi sunt, pauentes horrende, et cum admiratione nimia perturbati. Neqꝫ enim que continebat illos spelunca, sine timore custodiebat: quoniā sonitus dscendens perturbabat illos, et persone tristes illis apparētes, pauorem illis prestabāt.

B Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen prebere, nec siderū lympide flamme illuminare poterāt illam noctem horrendam. Apparebat autē illis subitaneus ignis, timore plenus: et timore percussi illius q̄ nō videbatur faciei, estimabant deteriora esse que videbātur: et magice artis appositi erant derisus, ꝛ sapiētie gloria correptio cum contumelia. Illi enī q̄ promittebāt timores et perturbationes expellere se ab anima languente, hi cum derisu pleni timore languebant. Nā et si nihil illos ex monstris perturbabat: transitu animalium, ꝛ serpentium sibilatione commoti, tremebundi peribant, et aerem quem nulla ratione quis effugere posset,

Exo.7.d &.8.b

C negantes se videre. Frequēter enī preoccupāt pessima, redarguēte cō sciētia. Cū enim sit timida nequitia, dat testimonium condemnata. semper enī presumit seua pturbata consciētia. Nihil enim est timor, nisi presumptionis adiutoriū, pditio cogitationis auxiliorū. Et dū ab itro minor est expectatio, maiorem computat sentētiā ei⁹ cause de qua tormentū pstat. Illi aūt qui i potētem vere noctem, ꝛ ab infimis ꝛ ab altissimis iferis superuenientē eūdē somnū dormiētes aliquādo mōstrorū exagitabāt timore, aliqn̄ aīe deficiebāt traductione. subitaneus enī illis ꝛ insperat⁹ timor supuenerat. Deide si quisqꝫ ex illis decidisset, custodiebatur i carcere sine ferro reclusus.

D Si enim rusticus quis erat aut pastor, aut agri laborū operari⁹ preoccupat⁹ esset: ieffugibilē sustinebat necessitatē. Una enī catena tenebrarū oēs erāt colligati. Siue spirit⁹ sibilās, aut inter spissos arborū ramos auium son⁹ suauis, aut vis aque decurrētis nimiū aut son⁹ validus precipitatarū petrarū, aut ludētiū animaliū curs⁹ inuisus, aut mugientiū valida bestiarū vox, aut resonans de altissimis montib⁹ echo: deficiētes faciebāt illos pre timore. Ois enī orbis terrarū lympido illuminabatur lumine, et nō impeditis operib⁹ cōtinebatur. Solis autē illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarū, q̄ supuētura illis erat. Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris.

CAPVT. XVIII.

A Exo.10.f

Sanctis autē tuis maxima erat lux, et horū quidem vocem inimici audiebāt, sed figurā nō videbant. Et quia non ꝛ ipsi eadē passi erāt, magnificabant te: et qui ante lesi erāt, quia nō ledebantur, gratias agebāt tibi: et vt esset differētia, te deum petebant. Propt qd ignis ardentem colūnam ducē habuerunt ignote vie, ꝛ solē sine lesura boni hospitii pstitisti.

Ex.14.e Ps.77.b &.104.d

Digni quidē illi carere luce, ꝛ pati carcerē tenebrarū, qui inclusos custodiebant filios tuos, p quos incipiebat icorruptū legis lumen seculo dari. Cū cogitarēt iustorū occidere infantes: et vno exposito filio, sed liberato, i traductionē illorū, multitudinē filiorū abstulisti, ꝛ parit illos pdidisti in aqua valida.

Exo.1.c &.2.b

B Exod.14.f.g.

Illa enim nox ante cognita ē a patrib⁹ nostris: vt vere sciētes quib⁹ iuramētis crediderūt animequiores essent. Suscepta est aūt a populo tuo sanitas q̄dem iustorū, iniustorū aūt extminatio. Sicut enim lesisti aduersarios nostros: sic ꝛ nos puocās magnificasti.

sti. Abscōse eni sacrificabāt iusti pu
eri bonoꝝ, ⁊ iustitie legē i cōcordia
disposuerūt: similiť et bona ⁊ mala
recepturos iustos, patrū iā decātā-
tes laudes. Resonabat aūt incōue-
niens inimicoꝝ vox, ⁊ flebilis audi
Exod.12 d.e. ebatur planctus ploratorum infan
tium. Simili aūt pena seruꝰ cū do-
mino afflictus est, et popularis ho-
mo regi similia passus. Similiter
ergo oēs vno nomine mortis mor-
tuos habebāt innumerabiles. Nec
enim ad sepeliendum viui sufficie-
bāt: qm̄ vno momēto que erat pre-
clarior natio illorum, exterminata
C est. De omnibus enim nō creden-
tes propter beneficia, tūc cum pri-
mū fuit extminiū primogenitorū,
spoponderūt populum dei se esse.
Cū eni quietū silētiū contineret o-
mnia, et nox in suo cursu medium
iter haberet, oīpotens sermo tuus,
domine exiliēs de celo a regalibus
sedibꝰ venit, durꝰ debellator in me-
diā exterminii terrā prosiliuit, gla
diꝰ acutus isimulatum imperium
tuum portās, et stans repleuit oīa
morte, et vsq͂ ad celum attinge-
bat stās in terra. Tūc cōtinuo vi-
sus somniorū malorū turbauerūt
illos, et timores supuenerūt inspe-
rati. Et aliꝰ alibi piectꝰ semiuiuus,
propť quā moriebatur causam de-
mōstrabat mortis. Visiones eni q͂
illos turbauerūt, hec premonebāt,
ne inscii quare mala patiebantur,
perirēt. Tetigit autē tūc et iustos
tentatio mortis, et cōmotio in ere-
D mo facta est multitudinis: sed non
diu permansit ira tua. Properans
enim homo sine querela deprecari
Nū.16.g pro populis, proferens seruitutis
sue scutū oratione, et per incensum
deprecationem alligās, restitit ire,
et finem imposuit necessitati, osten
dens quoniā tuꝰ est famulꝰ. Vicit
autē turbas, non in virtute corpo-
ris, nec armatura potentie, sed ver
bo illū qui se vexabat subiecit, iura
menta parentum, et testamentum
commemorans. Cum enim iam a-
ceruatim cecidissent super alteru-
trum mortui, interstitit, et ampu-
tauit impetum, et diuisit illam que Ex,28.d
ad viuos ducebat viam. In veste
enim poderis, quam habebat, to-
tus erat orbis terrarum: ⁊ paren-
tum magnalia in quatuor ordini-
bꝰ lapidum erāt sculpta, ⁊ magni-
ficētia tua in diademate capitis il-
liꝰ scripta erat. His autē cessit qui
exterminabat, et hec extimuit. erat
enim sola tentatio ire sufficiens.

CAPVT. XIX.

Impiis aūt vsq͂ in nouissimū si- A
ne misericordia ira superuenit.
Presciebat enim et futura il-
lorum: quoniam cum ipsi permi-
sissent vt se educerent, et cum ma-
gna solicitudine premisissent illos,
consequebantur illos penitentie a-
ctus. Adhuc enim inter manus ha-
bentes luctū, et deplorātes ad mo-
numenta mortuorum, aliā sibi as-
sumpserunt cogitationē insciētie:
et quos rogantes proiecerant, hos
tanquam fugitiuos persequeban-
tur. ducebat enim illos ad hunc fi-
nem digna necessitas: et horū que
acciderant commemorationem a-
mittebant, vt que deerant tormen-
tis, repleret punitio, et populus
quidem tuus mirabiliter transiret,
illi autem nouam mortem inueni-
rent. Omnis eni creatura ad suum
genus ab initio refigurabatur, de- B
seruiēs tuis preceptis, vt pueri tui
custodirētur illesi. Nam nubes ca-
stra illorum obumbrabat, et ex a-
qua que ante erat, terra arida ap-
paruit, et in mari rubro via sine
impedimento, ⁊ cāpus germinans
de profundo nimio, per quem om-
nis natio transiuit que tegebatur
tua manu, videntes tua mirabilia
⁊ monstra. Tanq͂ enim equi depa-
uerunt escam, et tanquam agni ex-
ultauerunt magnificantes te dn̄e,
qui

qui liberasti illos. Memores enim erant adhuc eorum que in incolatu illorum facta fuerant, quemadmodū pro natione animaliū produxit terra muscas, et pro piscib⁹ eructauit fluuius multitudinē ranarum. C Nouissime autem viderūt nouā creaturam auium, cum adducti concupiscentia postulauerūt escas epulationis. In allocutione Sup.16,a enim desiderii ascendit illis de mari ortygometra, ⁊ vexationes peccatoribus superuenerunt, non sine illis que ante facta erant argumentis per vim fulminum. iuste enim patiebantur secundum suas nequitias. Etenim detestabiliorē inhospitalitatem instituerunt. alii quidem ignotos non recipiebant aduenas, alii autem bonos hospites in seruitutem redigebant. Et non solum hec, sed et alius quidē respectus illorum erat: quoniam inuiti recipiebant extraneos. Qui autem cum letitia receperunt hos, qui eisdem vsi erant institutis, seuissimis afflixerūt doloribus. Percussi sunt autem cecitate: sicut illi in foribus iusti, cū subitaneis cooperti essent tenebris, vnusquisque transitum ostii sui querebat. D In se enim elemēta dum conuertuntur, sicut i organo qualitatis son⁹ immutatur, et omnia suum sonū custodiunt. vnde estimari ex ipso visu certo potest. Agrestia enim in aquatica cōuertebantur: et quecūque erant natantia, in terrā trāsibant. Ignis i aqua valebat supra suam virtutē, ⁊ aqua extinguētis nature obliuiscebat. Flāme ecōtrario, corruptibiliū animaliū nō vexauerūt carnes coambulātiū, nec dissoluebant illā, q̄ facile dissoluebat, sicut glacies bonā escā. In omnib⁹ enim magnificasti populū tuū dn̄e, ⁊ honorasti, et non despexisti in oī tempore, et in omni loco assistens eis.

FINIS.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MATTHAEVM.



IBER Generatiōis Iesu Christi filii Dauid filii Abraham. A Luce.3.e Abraham genuit Isaac. Isaac autē, genuit Iacob. Iacob aūt, genuit Iudā ⁊ fratres ei⁹. Ge.21.e Ge.25.d Ge.29.g Iudas aūt, genuit Phares et Zaram de Thamar. Phares aūt, genuit Esron. Esrō aūt, genuit Arā. Ge.38.g I.Pa.2.a ruth.4.d Aram aūt, genuit Aminadab. Aminadab aūt, genuit Naasson. Naasson aūt, genuit Salmō. Salmō aūt, genuit Booz de Raab. Booz autē, genuit Obed ex Ruth. Obed autē, genuit Iesse. Iesse autem, genuit Dauid regem. Dauid aūt rex, genuit Salomonē ex ea q̄ fuit Urie. 2.re.12.f I.Pa.3.b Salomō autē, genuit Roboā. Roboam aūt, genuit Abiā. Abia autē, genuit Asa. Asa autē, genuit Iosaphat. Iosaphat aūt, genuit Iorā. Ioram aūt, genuit Oziam. Ozias B autē, genuit Ioatham. Ioatham aūt, genuit Achaz. Achaz autē, genuit Ezeciam. Ezecias aūt, genuit Manassem. Manasses aūt, genuit Amon. Amon aūt genuit Iosiam. Iosias autē, genuit Iechoniam et fratres eius i trāsmigratione Babylonis. 2. Paral. 36.a b I.Pa.3.c ¶ Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autē, genuit Zorobabel. Zorobabel aūt, genuit Abiud. Abiud aūt, genuit Eliacim. Eliacim autem, genuit Azor. Azor autē, genuit Sadoc. Sadoc aūt, genuit Achim. Achim aūt, genuit

Eliud.

Eliud. Eliud autem, genuit Ele-
azar. Eleazar autem, genuit Ma-
than. Mathan aũt, genuit Jacob.
Jacob autẽ, genuit Joseph virum
Marie, de qua natus est Jesus qui
C vocatur Christus. ¶ Omnes itaq;
generationes ab Abraham vsq; ad
Dauid, generationes quatuorde-
cim. et a Dauid vsque ad transmi-
grationem Babylonis, generatio-
nes quatuordecim. et a transmi-
gratione Babylonis, vsq; ad Chri-
stũ, generationes quatuordecim.
Christi autem generatio sic erat.
¶ Cum esset desponsata mater Je-
su Maria, Joseph, anteq̃ cõueni-
rent, inuenta est in vtero habẽs de
spiritu sancto. Joseph autẽ vir ei⁹
cum esset iustus et nollet eã tradu-
cere: voluit occulte dimittere eam.
Hec aũt eo cogitante, ecce angelus
domini apparuit in somnis ei, di-
cẽs, Joseph fili Dauid, noli time-
re accipere Mariam coniugẽ tuã.
quod enim in ea natũ est, de spiritu
sancto est. pariet aũt filium: et vo-
cabis nomen eius Jesum. ipse enĩ
Luce.2.c saluum faciet populũ suũ a pecca-
tis eorum. Hoc aũt totũ factum est
D vt adimpleretur quod dictum est a
domino per prophetam dicentem,
Ecce virgo in vtero habebit, ⁊ pa-
Esai.7.c riet filium: et vocabunt nomen ei⁹
Emmanuel, qd̃ est interpretatum,
nobiscum deus. Exurgẽs aũt Jo-
seph a somno, fecit sicut precepit ei
angel⁹ dñi, ⁊ accepit cõiugem suã.
Et non cognoscebat eã, donec pe-
perit filiũ suũ primogenitũ: et vo-
cauit nomen eius Jesum.

CAPVT. II.

A CUm ergo natus esset Jesus
in Bethleẽ Jude in diebus
Herodis regis, ecce Magi
ab oriente venerũt Hierosolymã,
dicentes, Ubi est qui natus est rex
Judeorum? vidimus enim stellam
eius in oriente, ⁊ venimus adorare
eũ. Audiens aũt Herodes rex, tur-
batus est, et omnis hierosolyma cũ
illo. Et congregans omnes princi-
pes sacerdotum et scribas populi,
sciscitabat ab eis vbi Christus na-
sceretur. At illi dixerũt ei, In Beth-
leem Jude. sic enim scriptũ est per
prophetam, Et tu Bethleem terra Mich.5.a
Juda, nequaquã minima es in pri- Ioan.7.f
cipibus Juda. ex te enim exiet dux,
qui regat populum meum Israel.
Tũc Herodes clam vocatis Ma-
gis, diligẽter didicit ab eis tempus
stelle que apparuit eis. et mittens
illos in Bethleẽ, dixit, Ite, ⁊ inter- B
rogate diligenter de puero: et cum
inueneritis, renuntiate mihi, vt et
ego veniẽs adorem eum. Qui cum
audissent regem, abierunt. et ecce
stella quam viderãt in oriente, an-
tecedebat eos, vsquedum veniens
staret supra vbi erat puer. Uiden-
tes autem stellam, gauisi sunt gau
dio magno valde. Et intrantes do-
mum, inuenerunt puerũ cum Ma-
ria matre eius. et procidentes ad-
orauerunt eum: et apertis thesau-
ris suis, obtulerunt ei munera:
aurum, thus, et myrrham. Et re- Ps.71.b
sponso accepto in somnis ne redi-
rent ad Herodem, per aliam viam
reuersi sunt in regionẽ suam. Qui
cum recessissent, ecce angel⁹ domi- C
ni apparuit in somnis Joseph, di-
cens, Surge et accipe puerũ et ma-
trem eius, et fuge in Egyptum: et
esto ibi vsquedum dicam tibi. Fu-
turũ est enim, vt Herodes querat
puerum ad perdendum eum. Qui
consurgens, accepit puerum ⁊ ma-
trem eius nocte: et secessit in Egy-
ptum. Et erat ibi vsq; ad obitũ He
rodis: vt adimpleretur quod dictũ
est a domino per prophetam dicen-
tem, Ex Egypto vocaui filium me Osee.11.a
um. Tunc Herodes videns quoniã
illusus esset a Magis, irat⁹ est val-
de: et mittẽs occidit omnes pueros
qui erant in Bethleem et in omni-
bus finib⁹ eius, a bimatu et infra,
secundũ

D secundum tempus qđ exquisierat
a Magis. Tunc ad impletum est
Hie.31.c quod dictum est per Hieremiam
prophetam dicentem, Vox in Ra=
ma audita est, ploratus & vlulatus
multꝰ, Rachel plorãs filios suos,
et noluit consolari, quia non sunt.
Defuncto autem Herode, ecce an=
gelus dñi apparuit in somnis Io=
seph in Egypto, dicens, Surge, et
accipe puerũ et matrem eius, & va=
de in terram Israel. defuncti sunt
enim qui querebãt animam pueri.
Qui cõsurgens, accepit puerum et
matrẽ eiꝰ, et venit in terrã Israel.
Audiẽs aũt ꝙ Archelaꝰ regnaret i
Iudea ꝓ Herode patre suo, timuit
illo ire: et admonitꝰ in somnis, se=
cessit in partes Galilee. Et veniẽs
habitauit in ciuitate que vocatur
Nazareth: vt adimpleret qđ dictũ
est per prophetas, Quoniam Na=
zareus vocabitur.

CAPVT. III.

A IN diebus aũt illis venit Ioan=
Marc.1.a nes Baptista predicãs in deser=
Luce.3.a to Iudee, & dicẽs, Penitentiam
Esai.21.c agite: appropinquauit enim regnũ
&.31.c celorũ. Hic est enim de quo dictum
&.45.d est per Isaiam prophetã dicẽtem,
Zach.1,a Vox clamãtis in deserto, Parate
Isa.40 a viã dñi, rectas facite semitas eius.
Ioan.1.c Ipse autem Ioannes habebat ve=
Mar.1.a stimentũ de pilis camelorum, & zo=
nam pelliceam circa lumbos suos:
esca autem eius erat locuste et mel
B syluestre. Tũc exibat ad eum Hie=
rosolyma et omnis Iudea, et om=
Luce.3.b nis regio circa Iordanẽ: & baptiza=
bant ab eo in Iordane confitentes
peccata sua. Videns autem multos
phariseorum & saduceorũ venien=
tes ad baptismum suum, dixit eis,
Progenies viperarũ, quis demon=
strauit vobis fugere a vẽtura ira?
Facite ergo fructum dignum peni=
tentie. Et ne velitis dicere intra
vos, Patrẽ habemꝰ Abrahã. dico
enim vobis quoniã potens est deꝰ
de lapidibꝰ istis suscitare filios A=
brahe. Iam enim securis ad radicẽ
arborũ posita est. Omnis ergo ar=
bor que non facit fructum bonum,
excidetur, et in ignẽ mittetur. Ego
quidem baptizo vos in aqua in pe=
nitentiam: qui autem post me ven=
turus est, fortior me est, cuius non
sum dignus calceamenta portare,
ipse vos baptizabit in spiritu san= Luc.3.d
cto et igni. Cuius ventilabrum in
manu sua, et permundabit aream
suam: & congregabit triticũ in hor=
reum suum: paleas autem combu=
ret igni inextinguibili. Tunc venit
Iesus a Galilea i Iordanẽ, ad Io= Marc.1.b
annem: vt baptizaretur ab eo. Io= Luc.3.d
annes autẽ prohibebat eum dicẽs, D
Ego a te debeo baptizari, et tu ve=
nis ad me? Respondens autem Ie=
sus, dixit ei, Sine modo, sic enim
decet nos implere omnem iustitiã.
Tũc dimisit eum. Baptizatus aũt
Iesus, confestim ascendit de aqua.
et ecce aperti sunt ei celi: et vidit
spiritum dei descendentem sicut co=
lumbam, et veniẽtem super ipsum.
Et ecce vox de celis, dicens, Hic est
filius meus dilectus, in quo mihi
complacui.

CAPVT. IIII.

TUnc Iesus ductus est in de= A
sertũ a spiritu, vt tẽtaret a Marc.1.b
diabolo. Et cũ ieiunasset q̃= Luc.4.a
draginta diebꝰ & quadragita nocti=
bus, postea esuriit. Et accedẽs tẽta
tor, dixit ei, Si filius dei es, dic vt
lapides isti panes fiãt. Qui respõ=
dens, dixit, Scriptum est: Non in
solo pane viuit homo, sed in omni Deu.8.a
verbo quod ꝓcedit de ore dei. Tũc
assumpsit eum diabolus i sanctam
ciuitatem, & statuit eum super pin=
naculum templi, et dicit ei, Si filiꝰ
dei es, mitte te deorsum. Scriptum
est enim, Quia angelis suis mãda= Psal 90c
bit de te, et in manibus tollent te,
ne forte offendas ad lapidem pedẽ
tuum. Ait illi Iesus, Rursum scri= B
ptum

Deu.6.c tum est, Non tentabis dominum
deum tuum. Iterum assumpsit eũ
diabolus in montem excelsum val-
de: et ostendit ei omnia regna mũ-
di, ꝛ gloꝛiam eoꝛum, et dicit ei, Hec
omnia tibi dabo, si cadens adoꝛa-
ueris me. Tũc dicit ei Iesꝰ, Uade
retro satana: scriptum est eni, Do-
Deu.6.c &.10.d minum deum tuum adoꝛabis: ꝛ illi
soli seruies. Tunc reliquit eum di-
abolus: et ecce angeli accesserunt, ꝛ
Marc.1.c ministrabant ei. Cum autẽ audis-
Luc.4.c set Iesus ꝙ Ioannes traditꝰ esset,
Ioã.4.f secessit in Galileam: et relicta ciui-
tate Nazareth, venit et habitauit ĩ
ciuitate Capharnaũ maritima, in
finibus Zabulon et Nephthalim,
vt adimpleretur quod dictũ est per
Esai.9.a Esaiam pꝛophetã, Terra Zabulõ
C ꝛ terra Nephthalĩ, via maris trãs
Ioꝛdanem Galilee gentium: po-
pulus qui ambulabat in tenebꝛis,
vidit lucem magnam: et sedentibꝰ
in regione vmbꝛe moꝛtis, lux oꝛta
est eis. Exinde cepit Iesus pꝛedica-
re, ꝛ dicere, Penitentiam agite: ap-
pꝛopinquauit enim regnũ celoꝛũ.
Marc.1.a Ambulans autẽ Iesus iuxta mare
Luce.5.a Galilee, vidit duos fratres, Simo-
nem qui vocatur Petrus, et An-
dꝛeam fratrem eius, mittentes re-
te in mare (erant enim piscatoꝛes)
et ait illis, Uenite post me: et faciã
vos fieri piscatoꝛes hominum. At
illi continuo relictis retibus, secuti
D sunt eum. Et pꝛocedens inde, vidit
alios duos fratres, Iacobum Ze-
bedei ꝛ Ioannem fratrẽ eius in na-
ui cum Zebedeo patre eoꝛum refi-
cientes retia sua: et vocauit eos.
Illi autem statim relictis retibus ꝛ
patre, secuti sunt eum. Et circum-
ibat Iesus totam Galileam, docẽs
in synagogis eoꝛum, et pꝛedicans
Euangelium regni: et sanans om-
nem languoꝛem, et omnem infir-
mitatem in ꝑpulo. Et abiit opinio
eius in totam Syꝛiam. et obtule-
runt ei omnes male habentes, va-
riis lãguoꝛibus et toꝛmentis com-
pꝛehẽsos, ꝛ qui demonia habebãt,
et lunaticos, et paralyticos, et cu-
rauit eos: et secute sunt eum turbe
multe de Galilea, et Decapoli, et
Hierosolymis, et de Iudea, ꝛ trãs
Ioꝛdanem.

CAPVT. V.

VIdẽs autem Iesus turbas, A
ascendit in montem: et cum
sedisset, accesserunt ad eum
discipuli eius: et aperiẽs os suum,
docebat eos, dicens, Beati paupe- Luc.6.d
res spiritu: quoniã ipsoꝛum est re-
gnum celoꝛum. Beati mites: quo-
niam ipsi possidebunt terram. Be-
ati qui lugent: quoniam ipsi cõso-
labuntur. Beati qui esuriunt, et si-
tiũt iustitiam: quoniam ipsi satu-
rabũtur. Beati misericoꝛdes: quo-
niam ipsi misericoꝛdiã consequen-
tur. Beati mundo coꝛde: quoniam
ipsi deum videbunt. Beati pacifici:
quoniam filii dei vocabuntur. Be-
ati qui persecutionem patiuntur 1.Pet.3.c
pꝛopter iustitiam: quoniam ipsoꝛũ
est regnum celoꝛum. Beati estis cũ
maledixerit vobis homines, ꝛ per-
secuti vos fuerint, et dixerint om-
ne malum aduersum vos mẽtien-
tes, pꝛopter me. gaudete et exulta-
te: quoniam merces vestra copiosa B
est in celis. sic enim persecuti sunt
pꝛophetas ꝗ fuerũt ante vos. Uos
estis sal terre. Qđ si sal euanuerit: Mar.9.g
in quo salietur? ad nihilũ valet vl- Lu.14.g
tra, nisi vt mittatur foꝛas, et con-
culcetur ab hominibus. Uos estis
lux mundi. Non potest ciuitas ab-
scondi supꝛa montem posita. neqꝫ Mar.4.c
accendunt lucernam, et ponunt eã Luce.8.c
sub modio, sed super candelabꝛum, &.11.c
vt luceat omnibꝰ qui ĩ domo sunt.
Sic luceat lux vestra coꝛam homi-
nibus: vt videãt opera vestra bo-
na, et gloꝛificent patrem vestrum
qui in celis est. Nolite putare quo-
niam veni soluere legem aut pꝛo-
phetas. nõ veni soluere: sed adim-

Lu.16.d plere. Amen quippe dico vobis, do-
C nec transeat celum et terra, iota v-
num aut vnus apex non preteribit
Iaco.2.b a lege donec omnia fiãt. Qui ergo
soluerit vnũ de mandatis istis mi-
nimis, et docuerit sic homines: mi-
nimus vocabitur ĩ regno celorum.
qui aũt fecerit et docuerit: hic ma-
gnus vocabitur in regno celorum.
Dico autem vobis, quia nisi abũ-
dauerit iustitia vestra plus q̃ scri-
barum et phariseorum, non intra-
bitis in regnum celorum. Audistis
Ex.29.c quia dictum est antiquis, Non oc-
Deu.5.b cides. qui autem occiderit, reus erit
iudicio. Ego autẽ dico vobis, quia
omnis qui irascitur fratri suo, reꝰ
erit iudicio. qui autem dixerit fra-
D tri suo, rhaca: reus erit cõsilio. qui
autẽ dixerit, fatue: reus erit gehẽ-
ne ignis. Si ergo offers munꝰ tu-
um ad altare, et ibi recordatus fu-
eris quia frater tuus habet aliquid
aduersum te: relinque ibi munꝰ tu-
um ante altare, et vade, prius recõ-
ciliare fratri tuo: et tunc veniens
Lu.12.g offer munus tuum. Esto consenti-
ens aduersario tuo cito dum es in
via cũ eo: ne forte tradat te aduer-
sarius iudici, et iudex tradat te mi-
nistro, et in carcerẽ mittaris. Amẽ
dico tibi, non exies inde donec red-
das nouissimum quadrantem. Au-
Ex.20.c distis quia dictũ est antiquis, Non
mechaberis. Ego autẽ dico vobis,
quia omnis qui viderit mulierẽ ad
concupiscendum eam, iam mecha-
Inf.18.b tus est eam in corde suo. Qđ si ocu-
Mar.9.g lus tuus dexter scandalizat te, erue
E eum, ⁊ proiice abs te. expedit enim
tibi vt pereat vnum membroꝝ tu-
orum, q̃ totum corpus tuũ mitta-
tur in gehennã ignis. Et si dextera
manus tua scãdalizat te, abscinde
eam, et proiice abs te: expedit e-
nim tibi vt pereat vnũ membrorũ
tuorum, q̃ totum corpus tuũ eat
in gehennam. Dictum est autem,
deu.24.a Quicunq; dimiserit vxorem suam,

det ei libellum repudii. Ego autem Inf.19.b
dico vobis, quia omnis qui dimi- Mar 10 b
serit vxorem suam, excepta forni- Lu.16.d
cationis causa, facit eam mechari: 1.cor7 b
et qui dimissam duxerit, adulterat. Le.19.c
Iterum audistis quia dictũ est an- Ex.20.b
tiquis, Nõ periurabis: reddes au- Deu.5.b
tem domino iuramenta tua. Ego F
autem dico vobis, non iurare om-
nino. neq; per celum: quia thronus
dei est. neq; per terram: quia sca-
bellum est pedum eius. neq; per Hi-
erosolymam: quia ciuitas est ma-
gni regis. neq; per caput tuum iu-
raueris: quia non potes vnum ca-
pillum album facere aut nigrum.
Sit autem sermo vester, est est, nõ Iaco.5.c
non. quod autem his abundantius
est, a malo est. Audistis quia dictũ
est, Oculum pro oculo, et dentem
pro dente. Ego autem dico vobis, Exo.21.c
non resistere malo: sed si quis te p- De.19.d
cusserit in dexteram maxillam tuã, Le.24.d
prebe illi et alteram. et ei qui vult Luc.6.e
tecum in iudicio contendere, et tu- 1.Co.6b
nicam tuã tollere: dimitte ei et pal-
lium. et quicunq; te angariauerit
mille passus, vade cum illo et alia
duo. Qui autem petit a te, da ei: et G
volẽti mutuare a te, ne auertaris.
Audistis quia dictum est, Diliges Le.19.d
proximum tuũ, et odio habebis in-
imicum tuum. Ego autẽ dico vo- Luc.6.d
bis, diligite inimicos vestros, be-
nefacite his qui oderunt vos, et o-
rate pro persequentibus et calum-
niantibus vos: vt sitis filii patris
vestri qui in celis est: qui solem suũ
oriri facit super bonos et malos, et
pluit super iustos et iniustos. Si Luc.6.e
enĩ diligitis eos qui vos diligunt,
quam mercedem habetis? nonne et
publicani hoc faciunt? Et si salu-
taueritis fratres vestros tantum,
quid amplꝰ facitis? nonne ⁊ Eth-
nici hoc faciunt? Estote ergo vos
perfecti, sicut ⁊ pater vester celestis
perfectus est.

CAPVT. VI.

A ATtendite ne iustitiam ve-
stram faciatis coram homi
nibus, vt videamini ab eis:
alioquin mercedem non habebitis
apud patrem vestrum qui in celis
est. Cum ergo facis eleemosynam,
noli tuba canere ante te, sicut hy-
pocrite faciunt in synagogis et in
vicis, vt honorificentur ab homi-
nibus. Amen dico vobis, receperũt
mercedem suam. Te autem facien-
te eleemosynã, nesciat sinistra tua
quid faciat dextera tua: vt sit elee-
mosyna tua in abscondito, et pater
tuus qui videt in abscondito, red-
det tibi. Et cum oratis, non eritis
sicut hypocrite qui amant in syna-
gogis et in angulis platearum stã-
tes orare, vt videantur ab homini-
bus. Amen dico vobis, receperunt
mercedem suam. Tu autem cum o-
raueris, intra in cubiculum tuum,
et clauso ostio ora patrem tuum in
abscondito: et pater tuus qui videt
in abscondito, reddet tibi. Orantes
autem nolite multum loqui, sicut
Ethnici faciunt: putant enim ꝙ in
B multiloquio suo exaudiãtur. No-
lite ergo assimilari eis. scit enĩ pa-
ter vester quid opꝰ sit vobis, ante
Luc.11.a ꝙ petatis eum. Sic ergo vos ora-
bitis, Pater noster qui es in celis,
sanctificetur nomẽ tuum. Adueni-
at regnum tuum. Fiat voluntas
tua, sicut in celo, et in terra. Panẽ
nostrum supersubstantialẽ da no-
bis hodie. Et dimitte nobis debita
nostra, sicut et nos dimittimus de-
bitoribus nostris. Et ne nos indu-
cas in tẽtationem. Sed libera nos
Mar.11.c a malo. Amẽ. Si enim dimiseritis
Eccl 28 a hominibus peccata eorum: dimit-
tet & vobis pater vester celestis de-
licta vestra. Si autem non dimise-
ritis hominibꝰ: nec pater vester di-
mittet vobis peccata vestra. Cum
aũt ieiunatis, nolite fieri sicut hy-
pocrite tristes. Exterminant enim
facies suas, vt appareãt hominibꝰ
ieiunantes. Amen dico vobis, quia
receperũt mercedem suam. Tu aũt C
cum ieiunas, vnge caput tuum, et
faciem tuam laua: ne videaris ho-
minibus ieiunãs, sed patri tuo qui
est in absconso: et pater tuꝰ qui vi-
det in absconso, reddet tibi. Nolite Luc.12 d
thesaurizare vobis thesauros ĩ ter
ra: vbi erugo et tinea demolitur, et
vbi fures effodiunt & furanť. The-
saurizate autẽ vobis thesauros in
celo: vbi neqꝫ erugo, neqꝫ tinea de-
molitur, et vbi fures non effodiũt
nec furantur. Vbi enim est thesau-
rus tuus: ibi est & cor tuum. Lucer- Luc.11.e
na corporis tui, est oculus tuus. Si
oculus tuus fuerit simplex: totum
corpus tuum lucidum erit. Si aũt
oculus tuꝰ fuerit nequam: totum
corpus tuum tenebrosum erit. Si
ergo lumen quod in te est, tenebre
sunt: ipse tenebre quante erunt?
Nemo potest duobus dominis ser- Luc.16 c
uire. aut enim vnum odio habebit,
et alterum diliget: aut vnum susti-
nebit, et alterum contẽnet. Nõ po-
testis deo seruire, & mãmone. Ideo Luc.12.c
dico vobis, ne soliciti sitis aĩe ve- 1.Pet 5 b
stre quid manducetis, neqꝫ corpori Psalmo.
vestro quid induamini. Nõne ani- 54.d
ma plus est ꝙ esca: et corpus plus D
ꝙ vestimẽtum? Respicite volatilia
celi, quoniam non serunt neqꝫ me-
tunt, neqꝫ congregant in horrea:
et pater vester celestis pascit illa,
nonne vos magis pluris estis il-
lis? Quis autem vestrum cogitãs,
potest adiicere ad staturam suã cu
bitum vnũ? Et de vestimẽto quid
soliciti estis? Considerate lilia a-
gri quomodo crescunt: non labo-
rant neqꝫ nent. Dico autem vobis
quoniã nec Salomon in omni glo-
ria sua coopertus est sicut vnũ ex
istis. Si enim fenũ agri quod ho-
die est, et cras in clibanũ mittitur,
deus sic vestit: quanto magis vos
modice fidei? Nolite ergo soliciti

esse, dicẽtes, Quid manducabimꝰ,
aut quid bibemus, aut quo operi-
emur? hec enim omnia gentes in-
quirũt. Scit enim pater vester q̃a
his omnibus indigetis. Querite
ergo primum regnum dei et iusti-
tiam eius: et hec omnia adiicien-
tur vobis. Nolite ergo soliciti esse
in crastinum. crastinus enim dies
solicitus erit sibiipsi. sufficit diei
malitia sua.

CAPVT. VII.

A Nolite iudicare, et non iudi-
Luc.6.f cabimini. nolite condemna-
re, et non condemnabimini.
Ro.2.a In quo eni iudicio iudicaueritis,
iudicabimini: et in qua mensura
mensi fueritis, remetietur vobis.
Mar.4.c Quid autem vides festucam in o-
Luc.6.f culo fratris tui: et trabem in ocu-
lo tuo nõ vides? Aut quomodo di-
cis fratri tuo, Frater, sine eiiciam
festucã de oculo tuo: et ecce trabs
est in oculo tuo? Hypocrita, eiice
primũ trabem de oculo tuo, et tũc
videbis eiicere festucã de oculo fra
tris tui. Nolite dare sanctum cani-
bꝰ: neq; mittatis margaritas ve-
stras ante porcos ne forte cõculcẽt
Infr.21.c eas pedibus suis, et conuersi dirũ-
Mar.11.c pant vos. Petite et dabit vobis:
Luc.11.b querite et inuenietis: pulsate, et a-
Io.14.b perietur vobis. Omnis eni qui pe-
&.16.e tit, accipit: et qui querit, inuenit:
Iaco.1.a et pulsanti aperietur. Aut quis est
B ex vobis homo, quem si petierit fi-
lius suus panem, nunquid lapidẽ
porriget ei? Aut si piscem petierit:
nunquid serpentẽ porriget ei? Si
ergo vos cũ sitis mali, nostis bona
data dare filiis vestris: quãto ma-
gis pater vester qui in celis est, da-
Luc.6.e bit bona petentibus se? Oĩa ergo
Tob.4.c quecũq; vultis vt faciãt vobis ho-
mines: ita et vos facite illis. Hec est
Luc.13.e eni lex et prophete. Intrate per an-
gustã portã: quia lata porta, et spa-
tiosa via est que ducit ad perditio-
nẽ, et multi sunt qui itrant per eã.

Quam angusta porta et arcta via
est que ducit ad vitam: et pauci sunt
qui inueniunt eã? Attẽdite a falsis C
prophetis, qui veniunt ad vos in
vestimẽtis ouium, intrinsecꝰ autẽ
sunt lupi rapaces. a fructibus eorũ
cognoscetis eos. Nunquid colli- Lu.6.f
gunt de spinis vuas, aut de tribu-
lis ficus? Sic omnis arbor bona,
fructus bonos facit: mala autem
arbor, malos fructus facit. Non
potest arbor bona, malos fructus
facere: neque arbor mala, bonos
fructus facere. Omnis arbor que
non facit fructum bonum, excide-
tur, et in ignem mittetur. Igitur
ex fructibus eorũ cognoscetis eos.
Non omnis qui dicit mihi, Domi-
ne domine, intrabit in regnum ce-
lorum: sed qui facit voluntatẽ pa-
tris mei qui in celis est, ipse intra-
bit in regnũ celorum. Multi dicẽt D
mihi in illa die, Domine domine, lu.13.e
nonne in nomine tuo prophetaui-
mus, et in nomine tuo demonia e-
iecimus, et in nomine tuo virtutes
multas fecimꝰ? Et tũc confitebor Psal.6.c
illis, quia nunquã noui vos: disce- inf.25.d
dite a me oẽs qui operamini iniq̃- Luc.13.f
tatem. Omnis ergo qui audit ver- Luc.6.g
ba mea hec, et facit ea: assimilabi- Ro.2.b
tur viro sapienti qui edificauit do- iacob.1
mũ suã super petram, et descendit
pluuia, et venerũt flumina, et fla-
uerũt venti, et irruerũt in domum
illam, et non cecidit. fundata enim
erat super petram. Et omnis qui
audit verba mea hec, et non facit
ea: similis erit viro stulto qui edi-
ficauit domum suã super arenam,
et descendit pluuia et venerũt flu-
mina, et flauerũt venti, et irruerũt
in domũ illam, et cecidit, et fuit ru-
ina illius magna. Et factũ est: cũ Marc.1.
cõsummasset Jesus verba hec, ad- Luc.4.
mirabantur turbe super doctrina
eius. Erat enim docens eos sicut
potestatẽ habens, et nõ sicut scri-
be eorum et pharisei.

CAPVT. VIII.

A Cum aūt descendisset de mō-
Mar. I.d te, secute sunt eū turbe mul-
Luc. 5.c te: & ecce leprosus veniens,
adorabat eū dicēs, Domine si vis,
potes me mundare. Et extendens
Jesus manū, tetigit eum, dicens,
Volo. Mūdare. Et cōfestim mū-
data est lepra eiꝰ. Et ait illi Jesus,
Vide nemini dixeris: sed vade, o-
stēde te sacerdoti, & offer munꝰ tuū
quod precepit Moyses in testimo-
Leui.14.a nium illis. Cū aūt introisset Ca-
Luc.7.a pharnaū, accessit ad eum Centu-
rio, rogans eum, et dicens, Do-
mine: puer meꝰ iacet in domo pa-
ralyticus, et male torquetur. et ait
illi Jesus, Ego veniam et curabo
eū. Et respondens Centurio, ait,
Domine, non sum dignus vt in-
tres sub tectum meū: sed tantū dic
verbo, et sanabit puer meus. Nā
et ego homo sum sub potestate cō-
stitutus, habens sub me milites:
et dico huic vade, et vadit: et alio
veni, et venit: et seruo meo, fac
B hoc, et facit. Audiens autem hec
Jesus, miratus est: et sequentibꝰ
se dixit, Amen dico vobis, non in-
ueni tantam fidem in Jsrael. Dico
autem vobis ꝙ multi ab oriente et
occidente venient, et recumbent
cum Abraham et Jsaac et Jacob
in regno celorum: filii autem reg-
ni eiicientur in tenebras exterio-
res. ibi erit fletus et stridor denti-
um. Et dixit Jesus Centurioni,
Vade, et sicut credidisti, fiat tibi.
Mar. I.c Et sanatꝰ est puer ex illa hora. Et
Luc. 4.f cum venisset Jesus in domum Pe-
tri, vidit socrum eius iacentem et
febricitantem: et tetigit manum
Mar. I.d eius, et dimisit eam febris, et sur-
Luc. 4.g rexit et ministrabat eis. Vespere
autem facto, obtulerunt ei multos
demonia habentes, et eiiciebat spi-
ritꝰ verbo: & oēs male habētes cu-
rauit, vt adimpleret quod dictū est
Esa. 53 b p Esaiam prophetā, dicētem, Jpse
infirmitates nostras accepit: et C
egrotationes nostras portauit. Vi I.Pe.2.d
dens aūt Jesus turbas multas cir Luc. 9.g
cum se, iussit discipulos ire trans
fretū. Et accedēs vnus scriba, ait
illi, Magister, sequar te quocunq;
ieris. Et dicit ei Jesus, Vulpes fo-
ueas habent, & volucres celi nidos:
filius aūt hominis non habet vbi
caput suum reclinet. Alius autem
de discipulis eius ait illi, Domine
permitte me primum ire et sepelire
patrem meū. Jesus autem ait illi,
Sequere me, et dimitte mortuos
sepelire mortuos suos. Et ascen- Mar. 4.d
dente eo in nauiculam, secuti sunt Luc. 8.d
eū discipuli eius: & ecce motus ma-
gnus factus est in mari, ita vt na-
uicula operiretur fluctibꝰ, ipse vero
dormiebat. Et accesserūt ad eū di-
scipuli eius: & suscitauerunt eū di-
cētes, Domine, salua nos, perimꝰ.
Et dicit eis Jesus, Quid timidi e-
stis modice fidei? Tūc surgēs, im-
perauit vētis & mari, & facta est trā
quillitas magna. Porro homines
mirati sūt dicētes, Qualis est hic, D
quia venti et mare obediunt ei? Et Mat. 5.a
cum venisset Jesus trans fretum Luc. 8.d
ī regionem Gerasenorum, occur-
rerunt ei duo habentes demonia,
de monumentis exeuntes, seui ni-
mis, ita vt nemo posset trāsire per
viā illā. Et ecce clamauerunt, di-
cētes, Quid nobis et tibi Jesu fili
dei? Venisti huc ante tempus tor-
quere nos? Erat aūt nō longe ab
illis grex multorū porcorū pascēs.
Demones aūt rogabant eū dicen-
tes, Si eiicis nos hinc, mitte nos
in gregem porcorum. Et ait illis,
Ite. At illi exeūtes, abierūt in por
cos. et ecce magno impetu abiit to-
tus grex p preceps in mare: & mor-
tui sunt in aquis. Pastores autē
fugerunt: et venientes in ciuita-
tem, nuntiauerunt hec omnia, et de
his qui demonia habuerāt. Et ecce
tota ciuitas exiit obuiam Jesu. Et
viso

uiso eo, rogabant eum vt transi-
ret a finibus eorum.

CAPVT. IX.

A Mar.2.a Luc.5.d ET ascendens Iesus in naui-
culam, transfretauit: et ve-
nit in ciuitatem suã. Et ecce
offerebant ei paralyticum iacentẽ
in lecto. Et videns Iesus fidem il-
lorum, dixit paralytico, Confide
fili, remittuntur tibi peccata tua.
Et ecce quidam de scribis dixerunt
intra se, Hic blasphemat. Et cũ vi-
disset Iesus cogitationes eorum,
dixit, Vt quid cogitatis mala in
cordibus vestris? Quid est facilius,
dicere, Dimittuntur tibi peccata
tua: an dicere, Surge et ambula?
Vt autem sciatis quia filius homi-
nis habet potestatẽ in terra dimit-
tendi peccata: (tũc ait paralytico)
Surge, tolle lectum tuũ, & vade in
domum tuã. Et surrexit: et abiit
in domum suam. Videntes autem
turbe, timuerũt, et glorificauerũt
deũ, qui dedit potestatem talẽ ho-
Mar.2.b minibus. Et cũ transiret inde Ie-
Luce.5.f sus, vidit hominem sedẽtem in te-
lonio, Mattheum nomine. Et ait
B illi, Sequere me. Et surgens, se-
cutus est eum. Et factũ est, discũ-
bente eo in domo, ecce multi pu-
blicani et peccatores veniẽtes, di-
scumbebãt cum Iesu et discipulis
eius. Et videntes pharisei, dice-
bant discipulis eius, Quare cum
publicanis et peccatoribus mãdu-
cat magister vester? At Iesus au-
diens, ait, Non est opus valenti-
bus medico, sed male habentibus.
Osee.6.c euntes autẽ, discite quid est, Mi-
I.Ti.I.c sericordiam volo, & non sacrificiũ.
Mar.2.c Non enim veni vocare iustos, sed
Lu.5.f g peccatores. Tunc accesserũt ad eũ
discipuli Ioannis, dicẽtes, Qua-
re nos et pharisei ieiunamus fre-
quenter: discipuli autem tui non
ieiunant? Et ait illis Iesus, Nu-
quid possũt filii sponsi lugere quã-
diu cum illis est sponsus? Venient
autem dies, cum auferetur ab eis
sponsus: & tũc ieiunabunt. Nemo
autem immittit commissuram pã-
ni rudis in vestimentũ vetus. tol-
lit enim plenitudinem eius a vesti-
mento: et peior scissura fit. Neque
mittunt vinum nouũ in vtres ve- C
teres: alioquin rumpũtur vtres,
et vinum effunditur, et vtres pe-
reunt. Sed vinũ nouum in vtres
nouos mittunt: et ambo cõseruã-
tur. Hec illo loquente ad eos, ecce Mar.5.b
princeps vnus accessit, & adorabat Luce.8.f
eũ dicens, Domine, filia mea mo-
do defũcta est: sed veni impone ma-
num tuam super eam, et viuet. Et
surgens Iesus sequebatur eum, et
discipuli eius. Et ecce mulier, que
sãguinis fluxum patiebatur duo-
decim annis, accessit retro, et teti-
git fimbriam vestimenti eius. Di-
cebat enim intra se, Si tetigero tã-
tum vestimentũ eius: salua ero. At
Iesus conuersus et videns eã, di-
xit, Confide filia, fides tua te sal-
uam fecit. Et salua facta est muli-
er ex illa hora. Et cũ venisset Iesus
in domum principis, et vidisset ti-
bicines et turbã tumultuantem, di
cit illis, Recedite: non est enim mor-
tua puella, sed dormit. Et deride-
bãt eum. Et cũ eiecta esset turba,
intrauit: et tenuit manum eius, et
dixit, Puella, surge. Et surrexit pu-
ella. Et exiit fama hec in vniuersã
terrã. Et transeunte inde Iesu, se-
cuti sunt eum duo ceci clamantes &
dicentes, Miserere nostri fili Da-
uid. Cum autẽ venisset domũ, ac- D
cesserunt ad eum ceci. Et dicit eis
Iesus, Creditis quia hoc possum
facere vobis? Dicunt ei, Vtique
domine. Tunc tetigit oculos eorũ,
dicens, Secũdum fidem vestram
fiat vobis. Et aperti sunt oculi eo-
rum, et cõminatus est illis Iesus,
dicens, Videte ne quis sciat. Illi
aũt exeũtes diffamauerũt eũ in to
ta terra illa. Egressis autem illis, Inf.12.b
ecce

Mar.3.c ecce obtulerũt ei hominẽ mutum,
Lu.11.b demonium habentem. Et eiecto de-
monio, locutus est mutus: et mi-
rate sũt turbe, dicentes, Nunquã
apparuit sic in Israel. Pharisei aũt
dicebãt, In principe demoniorum
eiicit demones. Et circumibat Je-
sus omnes ciuitates, ⁊ castella, do-
cens in synagogis eorum, et predi-
cans euãgeliũ regni, et curãs oẽm
languorem et omnem infirmitatẽ.
Mar.6.e Videns autem turbas misertus est
Lu.10.a eis: quia erant vexati et iacentes
sicut oues nõ habentes pastorem.
Tũc dicit discipulis suis, Messis
quidem multa operarii aũt pauci.
Rogate ergo dominum messis, vt
mittat operarios in messem suam.

CAPVT. X.

A ET cõuocatis duodecim disci-
Mar.3.b pulis suis, dedit illis potesta-
Lu.6.b.c tem spirituum immundorũ,
vt eiicerent eos, et curarent omnẽ
languorem, et omnem infirmita-
tem. Duodecim autem apostolorũ
nomina sunt hec: Primus, Simõ
qui dicitur Petrꝰ, et Andreas fra-
ter eius, Philippus et Bartholo-
meus, Jacobus Zebedei, et Joan-
nes frater eius, Thomas et Mat-
theus publicanus, et Jacobus Al-
phei et Thaddeus, Simon Cana-
Mar.6.a.b neus, et Judas Iscariotes, qui et
tradidit eum. Hos duodecim misit
Luc.9.a Iesus: precipiens eis, dicens, In
&.10.a. viam gentiũ ne abieritis, ⁊ in ciui-
tates Samaritanorum ne intra-
ueritis: sed potius ite ad oues que
perierũt domus Israel. Eũtes aũt
predicate, dicẽtes, Quia appropi-
quauit regnũ celorũ. Infirmos cu
rate, mortuos suscitate, leprosos
mundate, demones eiicite. gratis
accepistis, gratis date. Nolite pos-
sidere aurum, neq; argentum, neq;
pecuniam in zonis vestris: nõ pe-
B ram ĩ via, neq; duas tunicas, neq;
calceamenta, neque virgam. dig-
Luc.10.b nus enim est operarius cibo suo.
In quamcunque autem ciuitatem I.Ti.5.c
aut castellum intraueritis, inter-
rogate quis in ea dignus sit: et ibi
manete donec exeatis. Intrantes
autem in domum, salutate eã, di-
cẽtes, Pax huic domui. Et si qui-
dem fuerit domus digna, veniet
pax vestra super eam. si autem nõ
fuerit digna: pax vestra reuertetur
ad vos. Et quicunq; non recepe-
rit vos, neq; audierit sermones ve Act.13.c
stros: exeuntes foras de domo vel
ciuitate, excutite puluerem de pe-
dibꝰ vestris. Amẽ dico vobis, tole-
rabilius erit terre Sodomorum et
Gomorrheorum in die iudicii, ꝙ
illi ciuitati. Ecce ego mitto vos, si- Lu.10.a
cut oues in medio luporum. Estote
ergo prudentes sicut serpentes, et
simplices sicut colũbe. Cauete aũt
ab hominibus. Tradẽt enim vos
in cõciliis, et ĩ synagogis suis fla-
gellabunt vos: et ad presides et
reges ducemini propt me, in testi-
moniũ illis et gẽtibꝰ. Cum autem Lu.12.b
tradent vos, nolite cogitare quo-
modo aut quid loquamini: dabitur
enim vobis ĩ illa hora quid loqua-
mini. Non enim vos estis qui lo-
quimini, sed spiritus patris vestri
qui loquitur in vobis. Tradet aũt C
frater fratrem in mortem, et pater
filium: et insurgent filii in paren-
tes, ⁊ morte eos afficient: et eritis
odio omnibus hominibus propter
nomen meum. qui autem perseue-
rauerit vsque in finem, hic saluus
erit. Cum autem persequẽtur vos
in ciuitate ista: fugite in aliam. a-
men dico vobis, non consumma-
bitis ciuitates Israel donec veni-
at filius hominis. Non est disci- Luce.6.f
pulus super magistrum, nec ser- Ioã.13.b
uus super dominum suum. suffi- &.15.c
cit discipulo vt sit sicut magister
eius: et seruo, sicut dominus e-
ius. Si patrẽfamilias Beelzebub
vocauerũt: quanto magis dome-
sticos eiꝰ? Ne ergo timueritis eos.
Nihil

Mar.4.c Nihil enim est opertum, quod non
Luce.8.c reueletur: et occultum, quod non
&.12.a sciatur. Quod dico vobis in tene-
bris, dicite in lumine: & quod in au-
re auditis, predicate super tecta. Et
nolite timere eos qui occidunt cor-
pus, animam autem non possunt
occidere: sed potius timete eum qui
potest et animam et corpus perde-
re in gehennam. Nonne duo pas-
seres asse veneunt: et vnus ex illis
non cadet super terram sine patre
D vestro? Vestri autem et capilli ca-
pitis omnes numerati sunt. Noli-
te ergo timere: multis passeribus
Mar.8.d meliores estis vos. Omnis ergo q̄
Luce.9 c cōfitebitur me coram hominibus:
&.12.b confitebor et ego eum coram patre
2.Ti.2.b meo qui in celis est. qui autem ne-
gauerit me coram hominibus: ne-
gabo et ego eum coram patre meo
Luc.12.f qui in celis est. Nolite arbitrari q̄a
pacem venerim mittere in terram.
non veni pacem mittere: sed gladi-
um. veni enim separare hominem
Mic.7.b aduersus patrem suum, et filiam
aduersus matrem suam, & nurum
aduersus socrum suam: et inimici
hominis, domestici eius. Qui amat
patrem aut matrem plus q̄ me, nō
est me dignus. et qui amat filium
aut filiam super me, non est me di-
gnus. Et qui nō accipit crucem su-
Inf.16.d am, et sequitur me: non est me di-
Luce.9 c gnus. Qui inuenit animam suam:
14.f.& perdet illam. et qui perdiderit ani-
17.g. mam suā propter me: inueniet eā.
Ioā.12.d Qui recipit vos, me recipit: et qui
Luc.10.c me recipit, recipit eū qui me misit.
Ioā.13.c Qui recipit prophetam in nomine
prophete: mercedem prophete acci-
piet. et qui recipit iustum in nomi-
ne iusti: mercedem iusti accipiet. Et
Mar.9.f quicunq; potum dederit vni ex mi-
nimis istis calicem aque frigide,
tantum in nomine discipuli: amen
dico vobis, non perdet mercedem
suam.

CAPVT. XI.

ET factum est, cū consummas- A
set Iesus precipiēs duodecim
discipulis suis: transiit inde,
vt doceret et predicaret in ciuitati-
bus eorum. Ioannes aūt cum au-
disset i vinculis opera Christi: mit- Luc.7.c
tēs duos de discipulis suis, ait illi,
Tu es qui vēturus es, an aliū ex-
pectamus? Et respondens Iesus,
ait illis, Euntes renūtiate Ioan-
ni que audistis et vidistis: ceci vi-
dent, claudi ambulant, leprosi mū-
dantur, surdi audiunt, mortui re-
surgunt, pauperes euāgelizantur.
& beatus est qui non fuerit scanda-
lizatus in me. Illis autem abeun-
tibus, cepit Iesus dicere ad turbas
de Ioanne, Quid existis in desertū
videre? arundinem vento agitatā?
Sed quid existis videre? hominem
mollibus vestitum? Ecce qui mol- B
libus vestiuntur, in domibus regū
sunt. Sed quid existis videre? pro-
phetam? Etiam dico vobis, & plus Mala.3.a
q̄ prophetam. Hic est enim de quo
scriptum est, Ecce ego mitto ange-
lum meum ante faciem tuam, qui
preparabit viam tuā ante te. Amē
dico vobis, non surrexit inter na-
tos mulierum maior Ioanne Bap- Lu.16.d
tista. qui autem minor est in regno
celorum, maior est illo. A diebus
autē Ioannis Baptiste vsq; nunc,
regnum celorum vim patitur, & vi-
olenti rapiunt illud. Omnes enim
prophete & lex vsq; ad Ioannē pro-
phetauerunt: et si vultis recipere, Mal.4.b
ipse est Elias qui vēturus est. Qui
habet aures audiendi, audiat. Cui Luce.7
autem similem estimabo generati-
onem istam? Similis est pueris se-
dentibus in foro: qui clamantes co-
equalibus suis, dicunt, Cecinimus
vobis, et non saltastis: lamentaui-
mus, & non planxistis. Venit enim
Ioannes neq; manducās, neq; bi-
bens: et dicūt, Demonium habet.
Venit filius hominis manducans C
et bi-

et bibēs: ⁊ dicūt, Ecce homo vorax
et potator vini, publicanorum et pec-
catorum amicus. Et iustificata est
Lu.10.c sapientia a filiis suis. ¶Tunc cepit
exprobrare ciuitatibus, in quibus
facte sunt plurime v̄tutes ei⁹, quia
non egissent penitentiam. Ve tibi
Chorozaī, ve tibi Bethsaida: quia
si ī Tyro ⁊ Sidone facte essent vir-
tutes que facte sunt in vobis, olim
in cilicio et cinere penitētiam egis-
sent. Veruntamē dico vobis: Tyro
D et Sidoni remissius erit in die iu-
dicii, q̄ vobis. Et tu Capharnaū,
nūquid vsq̄ in celum exaltaberis?
vsq̄ in infernum descendes. quia si
ī Sodomis facte fuissēt virtutesq̄
facte sunt in te, forte mā̄sissent vsq̄
in hanc diem. Veruntamē dico vo-
bis, quia terre Sodomorum remis-
Lu.10.d sius erit ī die iudicii, q̄ tibi. In illo
tempore respondens Jesus dixit,
Confiteor tibi pater domine celi
et terre, quia abscondisti hec a sa-
pientibus et prudentibus, et reue-
lasti ea paruulis. Ita pater: quo-
Luc.10.d niam sic fuit placitum ante te. Oia
mihi tradita sunt a patre meo. Et
nemo nouit filium, nisi pater: neq̄
patrem quis nouit, nisi filius, ⁊ cui
voluerit filius reuelare. Venite ad
me omnes qui laboratis, et onera-
ti estis: et ego reficiam vos. ¶Tolli-
te iugum meum super vos, ⁊ disci-
Hier.6.a te a me, quia mitis sum et humilis
1.Ioā.5.a corde: ⁊ inuenietis requiem anima-
bus vestris. Iugum enim meum,
suaue est: et onus meum, leue.

CAPVT. XII.

A IN illo tempore, abiit Jesus per
Mar.2.b sata, sabbato: discipuli autem e-
Luc.6.a ius esurientes, ceperunt vellere
spicas, ⁊ manducare. Pharisei au-
tem videntes, dixerunt ei, Ecce, di-
scipuli tui faciūt quod nō licet eis
facere sabbatis. At ille dixit eis,
Non legistis quid fecerit Dauid
1.re.21.b quando esuriit, et qui cum eo erāt:
quomodo intrauit in domum dei,
et panes propositiōis cōedit, quos
non licebat ei edere, neq̄ his qui cū
eo erant, nisi solis sacerdotibus?
Aut nō legistis in lege quia sabba- Nu.28.a
tis sacerdotes in templo sabbatum
violant: et sine crimine sunt? Dico
autem vobis, quia templo maior
est hic. Si autem sciretis quid est,
Misericordiam volo et non sacri- Osee.6.c
ficium, nunquam condemnassetis
innocentes. dominus enim est fili⁹
hominis, etiā sabbati. Et cum in- Mar.3.a
de transisset, venit in synagogam Luc.6.b
eorum. Et ecce homo manum ha-
bens aridam, et interrogabant eū
dicentes, Si licet sabbatis curare?
vt accusarent eum. Ipse autem di-
xit illis, Quis erit ex vobis homo
qui habeat ouem vnam: et si ceci-
derit hec sabbatis in foueam, non-
ne tenebit et leuabit eam? Quanto
magis melior est homo oue? Itaq̄
licet sabbatis benefacere. ¶Tunc ait
homini, Extende manum tuam. Et
extendit: et restituta est sanitati, si-
cut altera. Exeuntes autem Pha- B
risei, consilium faciebant aduersus
eum quomodo perderent eum. Je-
sus autem sciens, secessit inde: et
secuti sunt eum multi, et curauit e-
os omnes. et precepit eis ne mani-
festum eum facerent. Vt adimple-
retur quod dictum est per Esaiam
prophetam, dicentem, Ecce puer Esa.42.a
meus quem elegi, dilectus meus in
quo bene cōplacuit anime mee. Po-
nam spiritum meum super eum, et
iudicium gentibus nuntiabit. Nō
contēdet neq̄ clamabit, neq̄ audiet
aliquis in plateis vocem eius. A-
rundinem quassatam non confrin-
get, et linum fumigans non extin-
guet, donec eiiciat ad victoriam iu-
dicium: ⁊ in nomine eius gētes spe-
rabunt. ¶Tunc oblatus est ei demo- Sup.9.d
nium habens, cecus et mutus: et Mar.3.c
curauit eum, ita vt loqueretur et Luc.11.b
videret. Et stupebant omnes tur-
be, et dicebāt, Nunquid hic est fili⁹

Dauid? Pharisei autem audien-
tes, dixerunt, Hic non eiicit demo-
nes, nisi in Beelzebub principe de-
moniorum. Jesus autem sciēs co-
gitationes eorum, dixit eis, Omne
regnum diuisum contra se, desola-
bitur: et omnis ciuitas vel domus
diuisa cōtra se, non stabit. Et si sa-
tanas satanam eiicit, aduersus se
diuisus est. quomodo ergo stabit re
gnum eius? Et si ego in Beelzebub
eiicio demones: filii vestri in quo e-
iiciunt? Ideo ipsi, iudices vestri e-
C runt. Si autem ego in spiritu dei
eiicio demones: igitur peruenit in
vos regnum dei. Aut quomodo po-
test quisquā intrare in domum for-
tis, et vasa eius diripere: nisi prius
alligauerit fortem, et tunc domum
illius diripiet? Qui nō est mecum,
contra me est: et qui non congregat
Mar.3.d mecum, spargit. Ideo dico vobis:
Lu.12.b omne peccatum et blasphemia re-
mittetur hominibus: spiritus autē
blasphemia nō remittetur. Et qui-
cunque dixerit verbum cōtra filium
hominis, remittetur ei, qui autem
dixerit contra spiritum sanctum,
non remittetur ei, neque in hoc secu-
lo neque in futuro. Aut facite arborē
bonam, et fructum eius bonū: aut
facite arborem malam, et fructum
Luc.6.g eius malum. siquidem ex fructu ar-
bor agnoscitur. Progenies vipera-
rū, quomodo potestis bona loqui,
cum sitis mali? ex abundātia enim
cordis os loquitur. Bonus homo,
de bono thesauro profert bona: et
malus homo, de malo thesauro pro-
fert mala. Dico autem vobis quo-
niam omne verbum otiosum quod
locuti fuerint homines, reddēt ra-
tionem de eo in die iudicii. Ex ver-
Luc.11.d bis enim tuis iustificaberis, et ex
verbis tuis condemnaberis. Tunc
responderunt ei quidam de scribis
et phariseis, dicentes, Magister,
volumus a te signum videre. Qui
respondēs ait illis, Generatio ma-
la et adultera signum querit: et si-
gnum non dabitur ei, nisi signum
Jone prophete. Sicut enī fuit Jo- Ione.2.a
nas in ventre ceti tribus diebus et
tribus noctibus, sic erit filius ho-
minis in corde terre tribus diebus
et tribus noctibus. Viri Niniuite D
surgent in iudicio cum generatiōe
ista, et condemnabunt eam: quia Ione.3.b
penitentiam egerunt in predicati-
one Jone, et ecce plus q̄ Jonas hic.
Regina austri surget in iudicio cū
generatione ista, et condemnabit 3.re.10.a
eam: quia venit a finibus terre au- 2.par 9.a
dire sapientiam Salomonis, et ec-
ce plus q̄ Salomon hic. Cum au-
tem immundus spiritus exierit ab
homine: ambulat per loca arida que-
rens requiem, et non inuenit. Tūc
dicit, Reuertar in domum meam
vnde exiui. Et veniens, inuenit eā
vacantem, scopis mundatam, et
ornatā. Tunc vadit, et assumit se-
ptem alios spiritus secum nequio-
res se, et intrantes habitant ibi: et
fiunt nouissima hominis illius pe- 2 Pet 2 d
iora prioribus. Sic erit et genera-
tioni huic pessime. Adhuc eo loquē- Mar.3.d
te ad turbas, ecce mater eius et fra- Luce.8.c
tres stabant foris, querentes loqui
ei. Dixit autem ei quidam, Ecce
mater tua et fratres tui foris stant,
querētes te alloqui. At ipse respon-
dens dicenti sibi, ait, Que est ma-
ter mea, et qui sunt fratres mei? Et
extendens manum in discipulos su-
os, dixit, Ecce mater mea et fra-
tres mei. Quicunque enim fecerit vo-
lūtatem patris mei qui in celis est:
ipse, meus frater, soror, et mater est.

CAPVT. XIII.

In illo die exiens Jesus de do- A
mo, sedebat secus mare. Et con- Mar.4.a
gregate sunt ad eum turbe mul- Luce.8.a
te, ita vt in nauiculam ascendens,
sederet: et omnis turba stabat in li-
tore, et locutus est eis multa in pa-
rabolis, dicēs, Ecce exiit qui semi-
nat, seminare. Et dum seminat,
quedam

quedam ceciderunt secus viam, et
venerunt volucres celi et comede-
runt ea. Alia autem ceciderunt in
petrosa: vbi non habebant terram
multam, et continuo exorta sunt,
quia non habebāt altitudinem ter-
re. sole autem orto, estuauerunt: et
quia non habebant radicem, aruc-
runt. Alia autem ceciderunt in spi-
nas: et creuerunt spine, et suffoca-
uerunt ea. Alia autē ceciderunt in
terram bonam, et dabant fructum
aliud centesimum, aliud sexagesi-
mum, aliud tricesimum. Qui habet
aures audiendi, audiat. Et accedē-
B tes discipuli, dixerunt ei, Quare in
parabolis loq̄ris eis? Qui respon-
dens, ait illis, Quia vobis datum
est nosse mysteria regni celorum: il-
Inf.25.c lis autem nō est datum. Qui enim
habet, dabitur ei, et abundabit: qui
autem nō habet, et quod habet au-
feretur ab eo. Ideo ī parabolis lo-
quor eis: quia videntes non vidēt,
et audientes non audiunt, neq̄ in-
telligunt. vt adimpleat̄ in eis pro-
Esaie.6 c phetia Esaie, dicētis, Auditu audi-
Mar.4.b etis, et non intelligetis: et vidētes
Luce.8.b videbitis, & nō videbitis. Incrassa-
Ioā.12.f tum est enī cor populi huius, et au-
Act.28.f ribus grauiter audierunt, & oculos
Ro.11.b suos clauserunt: nequando videāt
oculis, et auribus audiant, & corde
intelligant, et cōuertantur et sanē
Luc.10 d eos. Vestri aūt beati oculi quia vi-
dent, et aures vestre quia audiunt.
C Amē quippe dico vobis, quia mul-
ti prophete et iusti cupierunt vide-
re que videtis, et nō viderūt: & au-
dire que auditis, et non audierūt.
Mar.4.b Vos ergo audite parabolā seminā-
Luce.8.b tis. Omnis qui audit verbū regni,
et non intelligit, venit malꝰ, et ra-
pit quod seminatū est in corde eiꝰ:
hic est qui secus viam seminatꝰ est.
Qui aūt super petrosa seminatus
est: hic est qui verbum audit, et cō-
tinuo cum gaudio accipit illud: nō
autem habet in se radicem, sed est
temporalis. facta autem tribulati-
one et persecutione propter verbū:
cōtinuo scandalizatur. Qui autem
seminatus est in spinis: hic est qui
verbum dei audit, et solicitudo se-
culi istius et fallacia diuitiarū suf-
focat verbum, et sine fructu effici-
tur. Qui vero ī terram bonam se-
minatꝰ est: hic est qui audit verbū,
et intelligit, et fructum affert: & fa-
cit aliud quidem cētesimum, aliud
autem sexagesimū, aliud vero tri-
cesimum. Aliā parabolam propo- D
suit illis, dicens, Simile factum est
regnum celorū homini qui semina-
uit bonum semen in agro suo. cum
autem dormirent homines, venit
inimicus eius, et superseminauit
zizania in medio tritici, & abiit. Cū
autem creuisset herba, et fructum
fecisset: tunc apparuerunt et ziza-
nia. Accedētes autem serui patris-
familias, dixerunt ei, Domine, nō-
ne bonum semen seminasti in agro
tuo? Unde ergo habet zizania? Et
ait illis, Inimicus homo hoc fecit.
Serui aūt dixerunt ei, Vis imus,
et colligimus ea? Et ait, Non: ne
forte colligētes zizania, eradicetis
simul cum eis et triticum. Sinite
vtraq̄ crescere vsq̄ ad messem: et
in tempore messis, dicam messori-
bus, Colligite primum zizania, et
alligate ea ī fasciculos ad combu-
rendum: triticum autem cōgrega-
te in horreum meum. Aliam para- Mar.4.d
bolam proposuit eis, dicēs, Simi- Luc.13.d
le est regnum celorum grano sina- E
pis, quod accipiens homo semina-
uit in agro suo: quod minimū qui-
dem est omnibus seminibus. cum
autem creuerit, maius est omnibꝰ
oleribus: et fit arbor, ita vt volu-
cres celi veniant, et habitent in ra-
mis eiꝰ. Aliam parabolam loquu- Luc.13.e
tus est eis, Simile est regnum ce-
lorum fermento, quod acceptum
mulier abscōdit in farine satis tri-
bus, donec fermētatum est totum.

Mar.4.d Hec omnia loquutus est Jesus in
parabolis ad turbas: et sine para-
bolis nō loquebatur eis, vt imple-
retur quod dictū est per prophetā,
dicentem, Aperiam in parabolis
Ps.77.a os meum: eructabo abscondita a
constitutione mundi. Tunc dimis-
sis turbis, venit in domum: et
accesserunt ad eum discipuli e-
ius, dicentes, Edissere nobis pa-
rabolam zizaniorum agri. Qui
respondens ait, Qui seminat bo-
num semen, est filius hominis.
Ager autem, est mundus. Bonum
vero semen, hi sunt filii regni. Zi-
zania autē, filii sunt nequam. Ini-
Apo.14 c.d micus autem qui seminauit ea, est
diabol⁹. Messis vero, consumma-
tio seculi est. Messores autem, an-
geli sunt. Sicut ergo colliguntur
F zizania, et igni comburuntur: sic
erit in consummatione seculi. mit-
tet filius hominis angelos suos,
et colligent de regno eius omnia
scādala, et eos qui faciunt iniqui-
Sapi.3.b tatem: et mittent eos in caminum
ignis. Ibi erit fletus et stridor dē-
tiū. Tunc iusti fulgebunt sicut sol
in regno patris eorum. Qui habet
aures audiendi, audiat. Simile est
regnum celorum thesauro abscon-
dito in agro: quem qui inuenit ho-
mo, abscondit, et pre gaudio illius
vadit et vēdit vniuersa que habet,
et emit agrum illum. Iterū simile
est regnum celorū homini negocia-
tori, querenti bonas margaritas.
Inuēta autem vna pretiosa mar-
garita, abiit, et vēdidit omnia que
habuit, et emit eam. Iterum simi-
le est regnum celorum sagene misse
in mare, et ex omni genere piscium
congreganti. quam, cum impleta
G esset, educentes, et secus litus se-
dentes, elegerunt bonos in vasa,
malos autem foras miserunt. Sic
erit in consummatione seculi. exi-
būt angeli, et separabunt malos
de medio iustorum, et mittent eos
in caminum ignis. ibi erit fletus et
stridor dentium. Intellexistis hec
omnia? Dicūt ei, Etiam. Ait illis,
Ideo omnis scriba doct⁹ in regnū
celorū similis est homini patrifa-
milias, q̄ profert de thesauro suo
noua et vetera. Et factum est: cū Mar.6.a
consummasset Jesus parabolas i- Luc.4.c
stas, transiit inde. Et veniens in Ioan.4.f
patriam suam, docebat eos in sy-
nagogis eorum, ita vt mirarētur,
et dicerēt, Vnde huic sapientia hec
et virtutes? Nonne hic est fabri Ioan.6.e
filius? Nonne mater eius dicitur
Maria: et frates eius, Jacobus
et Joseph, et Simon et Judas?
et sorores ei⁹, nonne omnes apud
nos sunt? Vnde ergo huic omnia
ista? Et scandalizabantur in eo.
Jesus aūt dixit eis, Nō est ppheta
sine honore, nisi in patria sua, et in
domo sua. Et nō fecit ibi virtutes
multas, propt̄ incredulitatē illorū.

CAPVT. XIIII.

IN illo tempore, audiuit Hero- A
des Tetrarcha famam Jesu: et Mar.6.b
ait pueris suis, Hic est Joānes Luc.9.a
Baptista: ipse surrexit a mortuis:
et ideo virtutes operantur in eo.
Herodes enim tenuit Joannem et Mar.6.c
alligauit eum: et posuit in carcerē Luc.3.d
propter Herodiadem vxorem fra-
tris sui. Dicebat enī illi Joannes,
Non licet tibi habere eam. Et vo-
lens illum occidere, timuit popu-
lum: quia sicut prophetam eū ha-
bebant. Die autem natalis Hero- Inf.21.c
dis saltauit filia Herodiadis ī me-
dio: et placuit Herodi. Vnde cum
iuramento pollicitus est ei dare
quodcūq; postulasset ab eo. At illa
premonita a matre sua, Da mihi
(inquit) hic in disco caput Joan-
nis Baptiste. Et contristatus est
rex: propter iuramentum autem,
et eos qui pariter recumbebant,
iussit dari. Misitq;, et decollauit
Joānem in carcere. Et allatum est B
caput eius in disco: et datum est
puelle,

puelle, et illa attulit matri sue. Et
accedentes discipuli eius, tulerũt
corpus eius, et sepelierunt illud:
et venientes nuntiauerunt Iesu.
Luc. 9.b Quod cum audisset Iesus, secessit
Marc. 6. inde in nauicula, in locum desertũ
d.e seorsum. et cũ audissẽt turbe, secu-
Joan. 6.a te sunt eũ pedestres de ciuitatibꝰ.
Et exiẽs vidit turbam multam: et
misertus est eis et curauit langui-
dos eorum. Vespere autem facto,
accesserũt ad eũ discipuli eiꝰ, dicẽ-
tes, Desertus est locus, et hora iã
preteriit: dimitte turbas, vt euntes
in castella, emant sibi escas. Iesus
aũt, dixit eis, Nõ habẽt necesse ire:
date illis vos mãducare. Respõde-
rũt ei, Nõ habemꝰ hic nisi quinque
panes et duos pisces. Qui ait eis,
Afferte mihi illos huc. Et cum ius-
sisset turbam discumbere super fe-
num: acceptis quinq; panibus et
duobus piscibus, aspiciens in ce-
lum benedixit et fregit, et dedit di-
scipulis panes, discipuli aũt tur-
bis. Et manducauerunt omnes:
C et saturati sũt. Et tulerũt reliqui-
as duodecim cophinos fragmẽto-
rum, plenos. Manducantiũ autẽ
fuit numerus: quinq; millia virorũ,
Mar. 6.f exceptis mulieribus et paruulis.
Et statim compulit Iesus discipu-
los ascendere in nauiculã, et prece-
dere eum trans fretum, donec di-
mitteret turbas. Et dimissa turba,
ascendit in montẽ solus orare. Ve-
spere autem facto, solus erat ibi.
nauicula aũt in medio mari iacta-
bat fluctibꝰ. erat eni cõtrarius vẽ-
tꝰ. Quarta aũt vigilia noctis, ve-
nit ad eos ambulãs sup mare. Et
vidẽtes eũ super mare ambulãtẽ,
turbati sunt, dicentes, Quia phã-
tasma est. Et pre timore clamaue-
runt. Statimq; Iesus locutus est
eis, dicens, Habete fiduciam: ego
sum, nolite timere. Respondens
autem Petrus dixit, Domine si
tu es, iube me ad te venire super
aquas. At ipse ait, Veni. Et des- D
cendens Petrus de nauicula, am-
bulabat super aquam vt veniret
ad Iesum. Videns vero ventum
validum, timuit: et cum cepisset
mergi, clamauit dicens, Domine,
saluũ me fac. Et cõtinuo Iesꝰ ex-
tẽdens manũ, apprehẽdit eũ: et ait
illi, Modice fidei quare dubitasti?
Et cum ascendissent in nauiculam
cessauit ventus. Qui autem in na-
uicula erãt, venerunt, et adoraue- Mar. 9.g
rũt eum dicentes, Vere filius dei
es. Et cum transfretassent, vene-
runt in terram Genesar. Et cum
cognouissent eum viri loci illius,
miserunt in vniuersam regionem
illam, et obtulerunt ei omnes ma-
le habentes: et rogabant eum vt
vel fimbriam vestimenti eius tan-
gerent. Et quicunq; tetigerũt, sal-
ui facti sunt.

CAPVT. XV. A Mar. 7.a

Tunc accesserunt ad eum ab b
Hierosolymis scribe et pha-
risei, dicentes, Quare disci
puli tui transgrediuntur traditio-
nem seniorum? non enim lauant Ex. 20. c
manꝰ suas cum panem manducãt. Deu. 5.b
Ipse autem respondens, ait illis, Ephe. 6 a
Quare et vos transgredimini mã-
datum dei propter traditionem ve-
stram? Nam deus dixit, Honora Exo. 21 c
patrem et matrem. et, Qui male- Le. 20. b
dixerit patri, vel matri, morte mo- Pro. 20 c
riatur. Vos autem dicitis, Quicũ
que dixerit patri vel matri, Munꝰ
quodcunq; est ex me, tibi proderit.
& nõ honorificabit patrẽ suum aut
matrem suã, et irritũ fecistis mã-
datum dei propter traditionẽ ve-
stram. Hypocrite, bene propheta-
uit de vobis Esaias, dicens, Po- Esa. 29 d
pulus hic, labiis me honorat: cor
autem eorum longe est a me. Sine
causa autem colunt me, docentes
doctrinas et mandata hominum. Mar. 7. c
Et conuocatis ad se turbis, dixit
eis, Audite & intelligite, Nõ quod
in-

B intrat in os, coinquinat hominẽ:
sed quod procedit ex ore, hoc coin-
quinat hominẽ. Tunc accedentes
discipuli eius dixerũt ei, Scis quia
pharisei, audito verbo hoc, scan-
dalizati sunt. At ille respondẽs ait,
Ioã.15.a Omnis plantatio quam non plã-
tauit pater meus celestis, eradica-
bitur. Sinite illos: ceci sunt, & du-
Luce.6.f ces cecorum. cecus autẽ si ceco du-
Mar.7.c catum prestet, ambo in foueã ca-
dunt. Respondens autem Petrus
dixit ei, Edissere nobis parabolã
istam. At ille dixit, Adhuc et vos
sine intellectu estis? Non intelligi-
tis quia omne quod in os intrat,
in ventrem vadit, et in secessum e-
mittitur? Que autem procedũt de
ore: de corde exeunt, et ea coinqui-
nant hominem. de corde enim exe-
unt cogitationes male, homicidia,
adulteria, fornicationes, furta, fal
sa testimonia, blasphemie. hec sũt
que coinquinant hominẽ. Non lo-
tis autẽ manibus manducare, nõ
C coinquinat hominem. Et egressus
Mar.7.c inde Iesus secessit in partes Tyri
et Sidonis. Et ecce mulier Cha-
nanea a finibꝰ illis egressa clama-
uit, dicens ei, Miserere mei domi-
ne fili Dauid: filia mea male a de-
monio vexatur. Qui non respon-
dit ei verbum. Et accedentes disci-
puli eius, rogabant eum dicentes,
Dimitte eã: quia clamat post nos.
Ipse autem respondens, ait, Non
sum missus nisi ad oues que perie-
runt domus Israel. At illa venit,
et adorauit eũ dicens, Domine ad-
iuua me. Qui respondens, ait, Nõ
est bonum sumere panem filiorũ, &
mittere canibus. At illa dixit, Etiã
domine. nã et catelli edunt de mi-
cis que cadunt de mensa domino-
rum suorũ. Tunc respondens Ie-
D sus, ait illi, O mulier, magna ẽ fi-
Mar.7.d des tua: fiat tibi sicut vis. Et sa-
nata est filia eiꝰ ex illa hora. Et cũ
transisset inde Iesus, venit secus
mare Galilee: et ascendens in mõ-
tem, sedebat ibi. Et accesserunt ad
eum turbe multe, habentes secum
mutos, cecos, claudos, debiles, et
alios multos: et proiecerũt eos ad
pedes eiꝰ, & curauit eos, ita vt tur-
be mirarentur videntes mutos lo- Esa.35.b
quẽtes, claudos ambulãtes, cecos
videntes, et magnificabant deum
Israel. Iesus autem cõuocatis di- Mar.8.a
scipulis suis, dixit, Misereor turbe:
quia triduo iam perseuerãt mecũ,
et non habent quod manducent: et
dimittere eos ieiunos nolo: ne de-
ficiant in via. Et dicũt ei discipuli,
Unde ergo nobis in deserto panes
tantos, vt saturemus turbam tã-
tam? Et ait illis Iesus, Quot ha-
betis panes? At illi dixerunt, Se-
ptem, & paucos pisciculos. Et pre-
cepit turbe vt discumberent super
terram. Et accipiẽs septem panes
et pisces, et gratias agens fregit, &
dedit discipulis suis, & discipuli de-
derunt populo. Et comederũt oẽs:
et saturati sunt. Et quod superfuit
de fragmentis tulerũt septẽ spor-
tas plenas. Erant autem qui mã-
ducauerunt, quatuor millia homi-
num, extra paruulos et mulieres.
Et dimissa turba, ascẽdit in naui-
culam: & venit in fines Magedan.

CAPVT. XVI.

E Et accesserunt ad eum phari- A
sei & sadducei tentãtes: et ro- Mar.8.b
gauerunt eum vt signũ de ce- Luc.12.g
lo ostenderet eis. At ille respondẽs,
ait illis, Facto vespere dicitis, Se-
renum erit: rubicundũ est enim ce-
lum. Et mane, Hodie tempestas:
rutilat enim triste celum. Faciem
ergo celi diiudicare nostis: signa
autẽ temporum non potestis? Ge-
neratio mala & adultera signũ que-
rit: et signum non dabitur ei, nisi
signum Ione prophete. Et relictis
illis, abiit. Et cum venissent disci- Ione.2.a
puli eius trans fretum, obliti sunt Mar.8.b
panes accipere. Qui dixit illis, In-
tuemini

Lcu.12.a tuemini et cauete a fermento pha-
B riseorum et sadduceorũ. At illi co-
gitabant inter se, dicentes, Quia
panes non accepimus. Sciens aũt
Iesus, dixit illis, Quid cogitatis
inter vos modice fidei, quia panes
35.b non habetis? Nondũ intelligitis,
neq; recordamini quinque panũ, et
quinque millium hominum, et quot
.8.a cophinos sumpsistis? neq; septem
panum, et quatuor millium homi-
num, et quot sportas sumpsistis?
Quare non intelligitis quia nõ de
pane dixi vobis, Cauete a fermen-
to phariseorũ et sadduceorũ? Tũc
intellexerunt quia nõ dixerit cauẽ-
dum a fermento panum, sed a do-
ctrina phariseorum et sadduceorũ.
Mar. 8. c Venit autem Iesus in partes Ce-
Luc. 9. c saree Philippi: et interrogabat di-
scipulos suos, dicens, Quem di-
cunt homines esse filiũ hominis?
At illi dixerunt, Alii Ioannẽ Ba-
ptistam, alii autem Eliam, alii ve-
ro Hieremiam, aut vnum ex pro-
C phetis. Dicit illis Iesus, Vos au-
tem quem me esse dicitis? Respon-
Ioan.6 g dens Simon Petrus dixit, Tu es
Christus filius dei viui. Respon-
dens autẽ Iesus dixit ei, Beatus
es Simon bar Iona: quia caro et
sanguis non reuelauit tibi, sed pa-
ter meus qui in celis est. Et ego di-
co tibi, quia tu es Petrus, et super
.8.b hanc petram edificabo ecclesiã me-
12 g am: et porte inferi non preualebũt
aduersus eam. Et tibi dabo claues
regni celorum. Et quodcunq; liga-
ueris super terram, erit ligatum et
in celis: et quodcũq; solueris super
terram, erit solutũ et in celis. Tũc
precepit discipulis suis vt nemini
dicerẽt quia ipse esset Iesus Chri-
stus. Exinde cepit Iesus ostendere
discipulis suis quia oporteret eum
ire Hierosolimam, et multa pati a
.2.a senioribus et scribis et principibus
.8.b D sacerdotũ, et occidi, et tertia die re-
surgere. Et assumẽs eum Petrus,
cepit increpare illum, dicẽs, Absit
a te domine: non erit tibi hoc. Qui
conuersus, dixit Petro, Vade post
me satana, scandalũ es mihi: quia
non sapis ea que dei sunt, sed ea q̃
hominum. Tunc Iesus dixit disci-
pulis suis, Si quis vult post me Sup.10.d
venire, abneget semetipsum, et tol- Marc.8 d
lat crucem suã et sequatur me. Qui Luc.9.g
enim voluerit animam suam sal- &.14.f.
uam facere, perdet eam. qui autẽ &.17.g
perdiderit animam suam propter Ioã.12.d
me, inueniet eam. Quid enim pro-
dest homini, si vniuersum mundũ
lucretur, anime vero sue detrimen-
tum patiatur? Aut quã dabit ho-
mo cõmutationem pro anima sua?
Filius enim hominis venturus est
in gloria patris sui cũ angelis su-
is: et tunc reddet vnicuiq; secundũ Rom.1.a
opera eius. Amen dico vobis, sunt Mar.9.a
quidã de hic stantibus qui non gu- Luc.9.c
stabunt mortẽ, donec videãt filium
hominis venientem in regno suo.

CAPVT. XVII.

Et post dies sex, assumpsit Ie- A
sus Petrum et Iacobũ et Io- Mar.9.a
annem fratrem eius, et ducit Luc.9.d
illos in mõtem excelsum seorsum:
et transfiguratus est ante eos. Et
resplenduit facies eius sicut sol:
vestimenta autem eius facta sunt
alba sicut nix. Et ecce apparuerũt
illis Moyses et Elias cum eo lo-
quentes. Respondens autem Pe-
trus dixit ad Iesum, Domine, bo-
num est nos hic esse: si vis, facia-
mus hic tria tabernacula, tibi v-
num, et Moysi vnum, et Elie v-
num. Adhuc eo loquente, ecce nu-
bes lucida obumbrauit eos. Et ec-
ce vox de nube, dicens, Hic est fili- 2.Pe.1.d
us meus dilectus in quo mihi bene
complacui: ipsum audite. Et au- B
dientes discipuli, ceciderunt in fa-
ciem suam, et timuerunt valde.
Et accessit Iesus, et tetigit eos: di-
xitq; eis, Surgite, et nolite timere.
Leuantes aũt oculos suos, neminẽ
viderũt,

viderunt, nisi solum Jesum. Et de-
scendentibus illis de monte prece-
pit illis Jesus, dicens, Nemini di-
xeritis visionem: donec filius ho-
Mar. 9.b minis a mortuis resurgat. Et inter-
rogauerunt eum discipuli, dicētes,
Mal. 4. b Quid ergo scribe dicunt ꝙ Eliam
oporteat primum venire? At ille re-
spondens, ait eis, Elias quidē ven-
turus est, et restituet omnia. dico
autē vobis quia Elias iam venit,
et non cognouerunt eum, sed fece-
runt in eo quecunq; voluerūt. Sic
et fili⁹ hominis passur⁹ est ab eis.
Tunc intellexerunt discipuli quia
C de Joāne Baptista dixisset eis. Et
Mar. 9.c cum venisset ad turbā, accessit ad
Luce. 9.e eum homo genib⁹ prouolutus an-
te eum, dicens, Domine miserere
filio meo, quia lunaticus est, ⁊ ma-
le patitur. nam sepe cadit in ignem,
et crebro in aquam. et obtuli eum
discipulis tuis: ⁊ nō potuerunt cu-
rare eum. Respondens autem Je-
sus, ait, O generatio incredula et
peruersa, quousq; ero vobiscum?
vsquequo patiar vos? Afferte huc
illum ad me. Et increpauit illum
Jesus: et exiit ab eo demonium, et
curatus est puer ex illa hora. Tunc
accesserunt discipuli ad Jesum se-
creto, et dixerunt, Quare nos non
potuimus eiicere illum? Dixit illis
Jesus, Propter incredulitatē ve-
Lu. 17. b strā. Amē quippe dico vobis, si ha
bueritis fidē sicut granū sinapis,
dicetis mōti huic, trāsi hinc illuc:
et trāsibit, et nihil impossibile erit
D vobis. Hoc autem genus non eiici-
tur, nisi per orationem ⁊ ieiunium.
Mar. 9.e Cōuersantibus autē illis in Gali-
Luc. 9.e lea, dixit illis Jesus, Filius homi-
nis tradendus est in manus ho-
minum: et occident eum, et tertia
die resurget. Et cōtristati sunt ve-
hemēter. Et cū venissent Caphar-
naum: accesserunt qui didrachma
accipiebāt, ad Petrum, et dixerūt
ei, Magister vester non soluit di-
drachma? Ait, Etiam. Et cum in-
trasset in domum, preuenit eum
Jesus, dicens, Quid tibi videtur
Simon? reges terre a quibus acci-
piunt tributum vel cēsum? a filiis
suis an ab alienis? Et ille dixit, Ab
alienis. Dixit illi Jesus, Ergo li-
beri sunt filii. Vt autem non scan-
dalizem⁹ eos: vade ad mare, ⁊ mit-
te hamum: et eum piscem qui pri-
mus ascenderit, tolle, et aperto ore
eius, inuenies staterem: illum su-
mens da eis pro me et te.

CAPVT. XVIII.

IN illa hora accesserunt discipu- A
li ad Jesum, dicentes, Quis pu- Mar. 9.
tas maior est in regno celorum? Luce. 9.
Et aduocās Jesus paruulum, sta-
tuit eum in medio eorum, et dixit,
Amen dico vobis, nisi conuersi fu-
eritis, et efficiamini sicut paruuli,
nō intrabitis in regnum celorum.
Quicūq; ergo humiliauerit se sicut
paruul⁹ iste: hic est maior in regno
celorū. Et qui susceperit vnū par-
uulum talē in nomine meo: me su-
scipit. qui aūt scandalizauerit vnū Mar. 9.f
de pusillis istis qui in me credunt, Luc. 7.
expedit ei vt suspendatur mola asi-
naria in collo eius, et demergatur
in profundum maris. Ve mundo a
scandalis. Necesse est enim vt ve-
niant scandala: veruntamē ve ho-
mini illi per quem scādalum venit.
Si autem manus tua, vel pes tu⁹ B
scandalizat te: abscinde eum, ⁊ pro- Sup. 5.e
iice abs te. bonum tibi est ad vitā Mar. 9.g
ingredi debilē vel claudum, q̄ du-
as manus vel duos pedes habentē
mitti in ignem eternum. Et si ocu-
lus tuus scandalizat te, erue eum,
et proiice abs te. bonū tibi est vnū
oculum habētem in vitam intrare,
q̄ duos oculos habentem mitti in
gehennam ignis. Videte ne contē-
natis vnum ex his pusillis. dico enī
vobis quia angeli eorū in celis sem-
per vident faciem patris mei qui in
celis est. Venit enim fili⁹ hominis Lu. 19.b
saluare

Luc.19 b saluare quod perierat. Quid vobis
Luc.15.a videt? si fuerint alicui centū oues,
et errauerit vna ex eis: nōne relin-
quit nonagintanouē in montibus,
et vadit querere eam que errauit?
et si contigerit vt inueniat eā: amē
dico vobis, quia gaudet super eam
magis ꝙ̄ super nonagitanouē que
non errauerunt. Sic non est volū-
tas ante patrem vestrum qui i ce-
lis est, vt pereat vnus de pusillis
Luc.17 a istis. Si aūt peccauerit in te frater
Le.19.d tuus, vade, ⁊ corripe eum inter te ⁊
Ecci 19 b ipsum solum. si te audierit: lucrat⁹
Iaco.5.d eris fratrem tuum. si aūt te nō au-
dierit: adhibe tecum adhuc vnum
deu.19.b vel duos, vt in ore duoꝝ vel trium
2.co.13 a testium stet oē verbum. Qd si non
Heb.10.e audierit eos: dic ecclesie. si aūt ec-
Ioan.8.c clesiam non audierit: sit tibi sicut
Ioā.20.f ethnicus et publicanus. Amen dico
C vobis, quecunqꝫ alligaueritis sup
terram, erunt ligata et in celo: et
quecunqꝫ solueritis super terram,
erunt soluta ⁊ in celo. Iterum dico
vobis, quia si duo ex vobis cōsen-
serit super terram, de omni re quā-
cūqꝫ petierit, fiet illis a patre meo
qui in celis est. Ubi enim sunt duo
vel tres cōgregati in nomine meo,
Lu.17. a ibi sum in medio eorum. Tunc ac-
cedēs Petrus ad eum, dixit, Dñe,
quoties peccabit in me frater me⁹,
et dimittam ei? Usqꝫ septies? Di-
xit illi Jesus, Non dico tibi vsque
septies: sed vsque septuagies se-
pties. Ideo assimilatum est regnū
celorum homini regi, qui voluit
rationem ponere cum seruis suis.
Et cum cepisset rationem ponere,
oblatus est ei vnus qui debebat ei
decem millia talenta. Cum aūt non
haberet vnde redderet, iussit eum
dñs eius venundari et vxorem ei⁹
et filios, et omnia que habebat, et
reddi. Procidens autem seru⁹ ille,
orabat eum, dicens, Patientiā ha-
be in me, et omnia reddā tibi. Mi-
sertus aūt dominus serui illius, di-
misit eum, et debitum dimisit ei. E-
gressus aūt seru⁹ ille, inuenit vnū
de cōseruis suis, qui debebat ei cē-
tum denarios: et tenēs suffocabat
eum dicens, Redde quod debes. Et D
procidens conseruus eius, rogabat
eum dicens, Patientiam habe in
me, et omnia reddam tibi. Ille aūt
noluit: sed abiit, et misit eū in car-
cerem, donec redderet debitū. Ui-
dentes autem cōserui eius que fie-
bant, contristati sunt valde: et ve-
nerunt, ⁊ narrauerunt domino suo
omnia que facta fuerāt. Tunc vo-
cauit illū dñs suus: et ait illi, Ser-
ue nequam, omne debitum dimisi
tibi, quoniā rogasti me: nōne ergo
oportuit et te misereri cōserui tui,
sicut ⁊ ego tui miser⁹ sum? Et ira-
tus dñs ei⁹, tradidit eū tortorib⁹,
quoadusqꝫ redderet ei vniuersum
debitum. Sic et pater me⁹ celestis
faciet vobis, si nō remiseritis vnus
quisqꝫ fratri suo de cordib⁹ vestris.

CAPUT. XIX.

Et factum est cum cōsummas- A
set Jesus sermones istos, mi- Mar.10.a
grauit a Galilea, et venit in
fines Judee trans Jordanē, et se-
cute sunt eum turbe multe: et cura-
uit eos ibi. Et accesserunt ad eum
pharisei tentantes eū, et dicentes,
Si licet homini dimittere vxorem
suam quacunqꝫ ex causa? Qui re-
spondens ait eis, Nō legistis, quia Geñ.1.b
qui fecit ab initio, masculū ⁊ femi-
nam fecit eos? Et dixit, Propter Geñ.2.d
hoc, dimittet homo patrem et ma- Ephe 5 g
trem, et adherebit vxori sue: ⁊ erūt I.cor 6 d
duo in carne vna. itaqꝫ iam nō sunt
duo: sed vna caro. Quod ergo De⁹
coniunxit, homo non separet. Di-
cunt illi, Quid ergo Moyses man- De.24.a
dauit dari libellum repudii, et di-
mittere? Ait illis, Quoniā Moy-
ses ad duritiā cordis vestri pmisit
vobis dimittere vxores vestras: Sup.5.e
ab initio aūt non fuit sic. Dico aūt Mar.10 b
vobis, quia quicūqꝫ dimiserit vxo-

&⁊ rem

Luc.16 d tem suam, nisi ob fornicationē, et
1.cor 7 b aliam duxerit: mechatur. et qui dimissam duxerit: mechatur. Dicunt ei discipuli ei⁹, Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis, Non oēs capiunt verbū istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt. et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominib⁹. et sunt eunuchi, qui seipsos castra-
Mar.10 b uerūt propter regnum celorū. Qui
Luc.18.c potest capere capiat. Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabāt eos. Iesus vero ait eis, Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire. talium est eni
Mar.10 b regnum celorum. Et cum imposu-
Luc.18 d isset eis manus, abiit inde. Et ecce vnus accedens, ait illi, Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitam eternā? Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono? Unus est bonus, deus. Si autem vis ad vi-
C tam ingredi, serua mandata. Dicit
Exo.20 c illi, Que? Jesus aūt dixit, Nō homicidium facies, Nō adulterabis, Non facies furtum, Non falsum testimonium dices, Honora patrē tuū & matrē tuā, Diliges proximū tuum sicut teipsum. Dicit illi adolescens, Omnia hec custodiui a iuuentute mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Jesus, Si vis perfectus esse, vade, vende oīa que habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in celo. & veni, sequere me. Cū audisset aūt adolescens verbū: abiit tristis: erat enim habēs multas possessiones. Jesus autem dixit discipulis suis, Amē dico vobis quia diues difficile intrabit in regnū celorum. Et iterum dico vobis: facilius est camelum per foramen acus transire, q̄ diuitem intrare in re-
D gnum celorum. Auditis autē his, discipuli mirabantur valde, dicentes, Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Jesus, dixit illis, Apud homines hoc impossibile est: apud deum aūt oīa possibilia sunt. Tunc respondēs Petrus, dixit ei, Ecce, nos reliquimus oīa, et secuti sum⁹ te: quid ergo erit nobis? Jesus aūt dixit illis, Amē dico vobis, q̄ vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et oīs qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplū accipiet, et vitam eternā possi-
debit. Multi autē erunt primi, no- Mar.10 d
uissimi: et nouissimi, primi. Luc.13.f

CAPVT. XX.

Simile est regnum celorum homini patrifamilias, qui exiit A
primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentiōe aūt facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horā tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos: et dixit illis, Ite et vos in vineā meā: et quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi aūt abierunt. Iterum autē exiit circa sextam & nonam horam: et fecit similiter. Circa vndecimā vero exiit, et inuenit alios stantes, et dicit illis, Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit. Dicit illis, Ite et vos in vineam meam. Cum sero autē factū esset, dicit dn̄s vinee procuratori suo, Uoca operarios, et redde illis mercedem, incipiens a nouissimis vsq; ad primos. Cū venissent ergo qui circa vndecimam horā venerant, acceperunt singulos denarios. Uenientes autē et primi, ar- B
bitrati sunt q̄ pl⁹ essent accepturi. Acceperunt aūt et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrēfamilias dicē-

tes,

tes, Hi nouissimi vna hora fecerūt
et pares illos nobis fecisti qui por-
tauimus pondus diei et estus? At
ille respondēs, vni eorū dixit, Ami-
ce, non facio tibi iniuriā: nonne ex
denario conuenisti mecum? Tolle
quod tuum est, et vade: volo autem
et huic nouissimo dare sicut et tibi.
Aut nō licet mihi quod volo, face-
re? an oculus tuus nequā est, quia
Sup.19.d ego bonus sum? Sic erūt nouissi-
Mar 10 d mi, primi: et primi, nouissimi. multi
Luc.13.f enim sunt vocati, pauci vero electi.
Mar.10.e Et ascendēs Iesus Hierosolymā,
Luc.18.e assumpsit duodecim discipulos se-
C creto, et ait illis, Ecce ascendimus
Hierosolymam, et filius hominis
tradetur principibus sacerdotum et
scribis, et condēnabunt eū morte,
et tradent eum gentibus ad illudē-
Mar.10.e dum & flagellandum, & crucifigen-
dum, & tertia die resurget. Tūc ac-
cessit ad eum mater filiorum Zebe-
dei cum filiis suis, adorans et pe-
tēs aliqd ab eo. Qui dixit ei, Quid
vis? Ait illi, Dic vt sedeant hi duo
filii mei, vnus ad dexteram tuam,
et vnus ad sinistram in regno tuo.
Respondens aūt Iesus, dixit, Ne-
scitis quid petatis. Potestis bibere
calicem quem ego bibiturus sum?
Dicūt ei, Possumus. Ait illis, Ca-
licem quidem meum bibetis: sedere
aūt ad dexteram meam et sinistrā,
non est meum dare vobis, sed qui-
D bus paratū est a patre meo. Et au-
diētes decē, indignati sunt de duo-
Mar.10 g bus fratribus. Iesus aūt vocauit
Luc.22.c eos ad se: & ait, Scitis quia princi-
pes gentium dominātur eorum: et
qui maiores sunt, potestatem exer-
cent in eos. Non ita erit inter vos.
sed quicunq; voluerit int vos ma-
ior fieri, sit vester minister: et q vo-
luerit inter vos prim⁹ esse, erit ve-
ster seruus. sicut filius hominis nō
venit ministrari, sed ministrare, et
dare animam suam in redemptio-
Mar.10 g nem pro multis. Et egredientibus
illis ab Iericho, secuta est eum tur- Lu.18 f g
ba multa. et ecce duo ceci sedentes
secus viam, audierunt quia Iesus
transiret: et clamauerunt, dicētes,
Domine, miserere nostri, fili Da-
uid. Turba aūt increpabat eos vt
tacerent. At illi magis clamabant,
dicentes, Dn̄e miserere nostri, fili
Dauid. Et stetit Iesus, et vocauit
eos, et ait, Quid vultis vt faciam
vobis? Dicunt illi, Dn̄e, vt aperi-
antur oculi nostri. Misertus autē
eorum Iesus, tetigit oculos eorū.
Et confestim viderunt: et secuti
sunt eum.

CAPVT. XXI.

ET cū appropinquassent Hie- A
rosolymis, et venissent Beth- Mar.11.a
phage ad montem oliueti, tūc Luc.19.e
Iesus misit duos discipulos, dicēs
eis, Ite in castellū quod cōtra vos
est, et statim inuenietis asinam al-
ligatam et pullum cum ea: soluite,
et adducite mihi. & si quis vobis a-
liquid dixerit: dicite quia dominus
his opus habet: & confestim dimit-
tet eos. Hoc autem factū est, vt ad-
impleretur quod dictum est per pro-
phetam, dicentem, Dicite filie Si- Esa.62.d
on, Ecce rex tuus venit tibi man- Zach.6 b
suetus, sedens super asinam et pul- Ioā.12.b
lum filium subiugalis. Eūtes aūt
discipuli, fecerunt sicut precepit il-
lis Iesus. Et adduxerunt asinam
et pullū: et imposuerunt super eos
vestimenta sua, et eum desuper se-
dere fecerunt. Plurima aūt turba
strauerunt vestimēta sua in via: a-
lii autem cedebant ramos de arbo-
ribus, et sternebāt in via. turbe au-
tem que precedebant et que seque-
bantur, clamabant, dicentes, Ho- B
sanna filio Dauid: benedictus qui Ps.117.d
venit in noīe dn̄i: hosanna in altissi-
mis. Et cū intrasset Hierosolymā, Mar.11.b
commota est vniuersa ciuitas, di- Luc.19 g
cens, Quis est hic? Populi autem
dicebant, Hic est Iesus propheta a
Nazareth Galilee. Et itrauit Iesus

in templum dei:et eiiciebat omnes
vendentes ⁊ ementes in templo, et
mensas numulariorū et cathedras
vendentium columbas euertit, et
Esa.56.c dicit eis, Scriptum est, Domus
Hier.7.b mea, domus orationis vocabitur:
vos autē fecistis illam speluncam
latronū. Et accesserunt ad eum ce-
ci, et claudi in tēplo: ⁊ sanauit eos.
Videntes autē principes sacerdo-
tum et scribe mirabilia que fecit, ⁊
pueros clamantes in templo, ⁊ di-
cētes, Hosanna filio Dauid: indi-
gnati sūt, et dixerūt ei, Audis quid
isti dicunt? Iesus autem dicit eis,
Psal.8.b Utiq;. nunquam legistis, Quia ex
ore infantium et lactentium perfe-
Mar.11.b cisti laudem? Et relictis illis, abiit
foras extra ciuitatem in Bethani-
am, ibiq; mansit. Mane aūt reuer-
tens in ciuitatē, esuriit. Et videns
fici arborē vnam secus viā, venit
ad eam: et nihil inuenit in ea nisi
folia tantum, et ait illi, Nunquam
ex te fructus nascatur in sempiter-
Mar.11.c num. Et arefacta est cōtinuo ficul-
nea. Et videntes discipuli, mirati
sunt, dicentes, Quomodo cōtinuo
aruit? Respondens aūt Iesus, ait
C eis, Amē dico vobis, si habueritis
fidem, ⁊ non hesitaueritis, nō solū
de ficulnea facietis, sed et si monti
huic dixeritis, Tolle et iacta te in
Sup.7.a mare: fiet. Et oīa quecunq; petie-
ritis in oratione credētes, accipie-
Ioā.15.a tis. Et cum venisset in templū, ac-
Mar.11.d cesserunt ad eum docentem, princi-
Luc.20.a pes sacerdotum et seniores populi,
dicentes, In qua potestate hec fa-
cis? ⁊ quis tibi dedit hanc potesta-
tem? Respondens autē Iesus, di-
xit eis, Interrogabo vos et ego v-
nū sermonē: quē si dixeritis mihi, ⁊
ego vobis dicā i qua potestate hec
facio: Baptism⁹ Ioānis vnde erat:
e celo, an ex hominibus? At illi co-
gitabant inter se, dicētes, Si dixe-
rim⁹ e celo: dicet nobis, Quare er-
go non credidistis illi? Si autē di-
xerimus, ex hominibus: timemus
turbam. omnes enim habent Ioā-
nem sicut prophetā. Et responden- Sup.14.a
tes Iesu, dixerunt, Nescimus. Ait
illis et ipse, Nec ego dico vobis in
qua potestate hec facio. Quid autē
vobis videtur? Homo quidā habe-
bat duos filios: et accedens ad pri-
mū, dixit, Fili, vade hodie operare
in vinea mea. Ille aūt respondēs,
ait, Nolo. Postea autē penitentia
motus, abiit. Accedens autē ad al-
terum, dixit similiter. At ille respō-
dens, ait, Eo domine. Et non iuit.
Quis ex duobus fecit voluntatem
patris? Dicunt ei, Primus. Dicit
illis Iesus, Amen dico vobis, quia
publicani et meretrices precedunt
vos ī regno dei. Venit enī ad vos
Ioannes in via iustitie: et non cre-
didistis ei. publicani autem et me-
retrices crediderunt ei: vos autem
videntes, nec penitentiā habuistis
postea, vt crederetis ei. Aliā para-
bolam audite: Homo erat paterfa- D
milias qui plantauit vineam, ⁊ se- Mar.12.a
pem circundedit ei, ⁊ fodit ī ea tor- Luc.20.a
cular, ⁊ edificauit turrim, ⁊ locauit Esaie.5.a
eam agricolis: ⁊ peregre profectus Hier.2.d
est. Cum autē tempus fructuū ap-
propinquasset: misit seruos suos ad
agricolas vt acciperēt fruct⁹ eius.
Et agricole apprehensis seruis ei⁹,
alium ceciderunt, alium occiderūt,
aliū vero lapidauerunt. Iterū mi-
sit alios seruos plures prioribus: ⁊
fecerunt illis similiter. Nouissime
aūt misit ad eos filium suū, dicēs,
Verebūtur filium meum. Agrico-
le autem videntes filium, dixerunt
intra se, Hic est heres, venite, occi-
damus eum, et habebimus heredi-
tatem eius. Et apprehensum eum,
eiecerunt extra vineam: et occide-
runt. Cū ergo venerit dn̄s vinee,
quid faciet agricolis illis? Aiunt
illi, Malos male perdet: et vineam
suā locabit aliis agricolis, qui red-
dent ei fructum tēporib⁹ suis. Di-

cit illis Jesus, Nunquam legistis
Psalmo. in scripturis, Lapidē quem repro=
117.d bauerūt edificantes, hic factus est
Act. 4. b in caput anguli, A domino factum
Ro. 9. g est istud: et est mirabile i oculis no=
1.Pe. 2.a stris. Ideo dico vobis, quia aufere=
tur a vobis regnum dei, et dabitur
Esa.28.d genti facienti fructus eius. Et qui
ceciderit super lapidē istum, cōfrin=
getur: super quem vero ceciderit,
cōteret eum. Et cū audissent prin=
cipes sacerdotum et pharisei para=
bolas eius: cognouerūt q de ipsis
diceret. Et querentes eum tenere,
timuerunt turbas: quoniam sicut
prophetam eum habebant.

CAPVT. XXII.

A ET respondēs Jesus, dixit ite=
Luc.14.d rum in parabolis eis, dicens,
Apo.19b Simile factum est regnū ce=
lorū homini regi, qui fecit nuptias
filio suo. Et misit seruos suos vo=
care inuitatos ad nuptias, et nole=
bant venire. Iterū misit alios ser=
uos, dicens, Dicite inuitatis, Ecce
prandium meum paraui, tauri mei
et altilia occisa sunt, & omnia para
ta: venite ad nuptias. Illi autē ne=
glexerunt: et abierunt, alius in vil=
lam suā, alius vero ad negotiatio=
nem suam: reliqui vero tenuerunt
seruos eius, et cōtumeliis affectos
occiderunt. Rex autem cum audis=
set, iratus est: et missis exercitibus
suis, perdidit homicidas illos, & ci=
uitatem illorū succendit. Tunc ait
seruis suis, Nuptie quidem parate
sunt: sed qui inuitati erant, nō fue=
rūt digni. Ite ergo ad exitus via=
rum: et quoscunq inueneritis, vo=
cate ad nuptias. Et egressi serui e=
ius i vias, cōgregauerūt oēs quos
inuenerūt, malos et bonos: et im=
plete sunt nuptie discumbentium.
B Intrauit autem rex vt videret dis=
cumbentes: et vidit ibi hominem
nō vestitum veste nuptiali. Et ait
illi, Amice, quomodo huc itrasti nō
habens vestē nuptialē? At ille ob=
mutuit. Tunc dixit rex ministris,
Ligatis manib9 & pedib9 eius, mit=
tite eum in tenebras exteriores: ibi
erit fletus et stridor dentiū. Multi
enim sunt vocati: pauci vero electi.
Tunc abeuntes pharisei, cōsilium Mar.12 b
inierunt, vt caperēt eum in sermo= c
ne. Et mittūt ei discipulos suos cū Luc.20 d
Herodianis, dicētes, Magister, sci=
mus quia verax es, et viam dei in
veritate doces, et non est tibi cura
de aliquo, non eni respicis personā
hominū: dic ergo nobis, quid tibi
videtur, licet censum dare Cesari,
an non? Cognita autem Jesus ne=
quitia eorum, ait, Quid me tenta=
tis hypocrite? Ostendite mihi nu= C
misma census. At illi obtulerunt ei
denarium. Et ait illis Jesus, Cu=
ius est imago hec et superscriptio?
Dicunt ei, Cesaris. Tunc ait illis,
Reddite ergo q̄ sunt Cesaris, Ce= Ro. 13. c
sari: et que sunt dei, deo. Et audiē=
tes mirati sunt: et relicto eo, abie=
runt. In illo die accesserūt ad eum Mar.12 b
sadducei, qui dicunt nō esse resur= Luc.20 d
rectionem: et interrogauerūt eum, Act. 23.b
dicētes, Magister, Moyses dixit, Deu.25b
Si quis mortuus fuerit nō habēs
filium, vt ducat frater eius vxorē
illius, et suscitet semen fratri suo.
Erant autē apud nos septem fra=
tres: et primus vxore ducta, defun=
ctus est: et non habens semen, reli=
quit vxorē suam fratri suo. Simi=
liter secundus et tertius vsque ad
septimū. Nouissime aūt omnium,
et mulier defuncta est. In resurre=
ctione ergo, cui9 erit de septē, vxor?
omnes enim habuerunt eam. Re=
spondens aūt Jesus, ait illis, Er=
ratis nesciētes scripturas, neq vir
tutē dei. In resurrectione eni neq
nubent, neq nubentur: sed sunt si=
cut angeli dei in celo. De resurre=
ctione autem mortuorum non legi=
stis quod dictum est a deo, dicente
vobis, Ego sum deus Abraham, et Exod.3 b
deus Isaac, & deus Jacob? Nō est
deus

deus mortuorum, sed viuentiū. Et
audientes turbe, mirabantur in do=
D ctrina eius. Pharisei autem audiē=
Mar.12.c tes ꝙ silētium imposuisset saddu=
Luc.10.e ceis, conuenerūt in vnum: et inter=
rogauit eum vnus ex eis legis do=
ctor, tentans eum, Magister, quod
est mandatū magnū in lege? Ait il=
Deu.6.a li Jesus, Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo, et in tota
anima tua, & in tota mēte tua. Hoc
est maximum & primum mandatū.
Secundum autem simile est huic,
Le.19.d Diliges proximum tuū sicut teip=
Mar.12.c sum. In his duob⁹ mandatis, vni=
uersa lex pendet et prophete. Con=
gregatis aūt phariseis, interroga=
uit eos Jesus, dicens, Quid vobis
Mar.12 d videtur de Christo? Cuius filius
Luc.20 d est? Dicunt ei, Dauid. Ait illis,
Quomodo ergo Dauid in spiritu
vocat eum dominū? dicens, Dixit
Psalmo. dominus dño meo, sede a dextris
109.a meis, Donec ponā inimicos tuos
scabellum pedum tuorum. Si ergo
Dauid vocat eum dominum: quo=
modo filius eius est? Et nemo po=
terat ei respondere verbū: neq; au=
sus fuit quisquā ex illa die eū am=
plius interrogare.

CAPVT. XXIII

A TUnc Jesus locutus est ad
turbas et ad discipulos su=
os dicens, Super cathedrā
Moysi sederunt scribe et pharisei.
Omnia ergo quecūq; dixerint vo=
bis, seruate et facite: secundū ope=
ra vero eorum, nolite facere. dicūt
enim, et non faciunt. Alligant autē
Luc.11.g onera grauia & importabilia, & im=
ponunt in humeros hominum: di=
gito autem suo nolunt ea mouere.
Omnia vero opera sua faciunt, vt
videant̄ ab hominib⁹. dilatāt enim
philacteria sua, et magnificāt fim=
brias. Amant autē primos recubi=
Mar.12 d tus in cenis, et primas cathedras
Luc.11.f in synagogis, & salutationes in fo=
&.20.g ro, et vocari ab hominibus rabbi.
Uos aūt nolite vocari rabbi. vn⁹ Iaco.3.a
est enim magister vester: omnes
autem vos, fratres estis. Et patrē
nolite vocare vobis super terram.
vnus est enim pater vester q̄ in ce=
lis est. Nec vocemini magistri. q̄a
magister vester, vnus est, Christ⁹. B
Qui maior est vestrum, erit mini=
ster vester. Qui autem se exaltaue=
rit, humiliabitur: et qui se humili= Luc.14.c
auerit, exaltabitur. Ue autem vo= &.18.c
bis scribe et pharisei hypocrite: q̄a
clauditis regnum celorū ante ho=
mines. vos enim non intratis: nec
introeūtes sinitis intrare. Ue vo=
bis scribe et pharisei hypocrite: q̄a Mar.12 d
comeditis domos viduarum, ora= Lu.20.g
tione longa orantes. propter hoc
amplius accipietis iudicium. Ue
vobis scribe et pharisei hypocrite:
quia circuitis mare & aridam, vt
faciatis vnum proselytum: et cum
fuerit factus, facitis eū filium ge=
henne duplo q̄ vos. Ue vobis du=
ces ceci, qui dicitis, Quicunq; iu=
rauerit per templum, nihil est: qui
autē iurauerit in auro templi, de=
bitor est. Stulti et ceci, quod enim
maius est: aurum, an templū quod
sanctificat aurū? Et quicunq; iu=
rauerit in altari, nihil est: quicunq;
aūt iurauerit in dono quod est su=
per illud, debet. Ceci, quod enī ma=
ius est: donum, an altare quod san=
ctificat donum? Qui ergo iurat in
altari: iurat in eo et in omnib⁹ que
super illud sunt. et quicunq; iura=
uerit in templo: iurat in illo et in
eo qui habitat in ipso. et qui iurat C
in celo: iurat in throno dei, et in eo Luc.11.
qui sedet super eū. Ue vobis scri=
be et pharisei hypocrite: quia deci=
matis mentam & anethum & cymi=
num, & reliquistis q̄ grauiora sunt
legis, iudicium & misericordiam, et
fidem. hec oportuit facere, & illa nō
omittere. Duces ceci, excolātes cu=
licem, camelum autem glutientes.
Ue vobis scribe et pharisei hypo=
crite:

crite: quia mundatis quod deforis
est calicis et paropsidis, intus aũt
pleni estis rapina et immunditia.
Pharisee cece, munda prius quod
int⁹ est calicis & paropsidis, vt fiat
et id quod deforis est, mundũ. Ve
vobis scribe et pharisei hypocrite,
quia similes estis sepulchris deal-
batis, que foris parent hominib⁹
speciosa, intus vero plena sunt os-
sibus mortuorũ, et oĩ spurcitia. sic
et vos a foris quidẽ paretis homi-
nib⁹ iusti: int⁹ aũt pleni estis hypo
crisi et iniquitate. Ve vobis scribe
D et pharisei hypocrite: quia edifica-
tis sepulchra prophetarũ, et orna-
tis monumenta iustorum, et dici-
tis, Si fuissemus in diebus patrũ
nostrorum, non essemus socii eorũ
in sanguine prophetarum. itaq; te-
stimonio estis vobismetipsis quia
filii estis eorum qui prophetas oc-
ciderunt. Et vos implete mensu-
ram patrum vestrorũ. Serpentes,
genimina viperarũ: quomodo fu-
gietis a iudicio gehẽne? Ideo dico
vobis, Ecce ego mitto ad vos pro-
phetas, et sapientes et scribas: & ex
illis occidetis et crucifigetis, et ex
eis flagellabitis in synagogis ve-
stris, & persequemini de ciuitate in
ciuitatem: vt veniat super vos oĩs
sanguis iust⁹ qui effusus est super
Gen.4.b terrã, a sanguine Abel iusti vsque
Heb.11.a ad sanguinem Zacharie filii Bara
2.pa.24.f chie, quẽ occidistis inter templũ et
altare. Amen dico vobis: venient
hec oĩa super generationem istam.
Luc.13.g Hierusalem Hierusalem, que occi-
dis prophetas, et lapidas eos qui
ad te missi sunt, quoties volui cõ-
4.Es.1.c gregare filios tuos quemadmodũ
gallina congregat pullos suos sub
alas, et noluisti? Ecce relinquetur
vobis domus vestra deserta. Dico
enim vobis, non me videbitis am-
odo donec dicatis, Benedictus qui
venit in nomine domini.

CAPVT. XXIIII.

ET egressus Iesus de templo, A
ibat. Et accesserunt discipuli Mar.13.a
eius vt ostenderẽt ei edifica- Luc.21.b
tiones tẽpli. Ipse aũt respondens,
dixit illis, videtis hec omnia? Amẽ
dico vobis, non relinquetur hic la- Luc.19.g
pis super lapidem, qui non destru-
atur. Sedente autẽ eo super mon-
tem oliueti, accesserunt ad eum di-
scipuli secreto, dicẽtes, Dic nobis,
quando hec erunt? et quod signum
aduentus tui, & cõsummationis se-
culi? Respondens Iesus, dixit eis,
Videte ne quis vos seducat. multi Ephesios
enim veniẽt in nomine meo, dicen- 5.b
tes, Ego sum Christus: et multos Col.2.d
seducent. Audituri enim estis pre-
lia & opiniones preliorũ. Videte ne
turbemini. oportet enim hec fieri:
sed nondũ est finis. cõsurget enim
gens in gentẽ, & regnũ in regnum,
et erunt pestilentie, et fames, & ter-
remotus per loca. hec autẽ omnia,
initia sunt dolorum. Tunc tradent Ioã.15.c
vos in tribulationẽ, & occidẽt vos: &.16.a
et eritis odio omnib⁹ gentib⁹ pro- Sup.10.c
pter nomen meum. Et tũc scanda-
lizabuntur multi: et inuicẽ tradẽt:
et odio habebunt inuicẽ. Et multi
pseudoprophete surgent: & seducẽt
multos. Et quoniã abundabit ini- B
quitas: refrigescet charitas multo-
rum. qui aũt perseuerauerit vsque
in finem, hic saluus erit. Et predi-
cabitur hoc euãgeliũ regni in vni-
uerso orbe: in testimoniũ omnibus
gentibus: & tunc veniet cõsumma-
tio. Cum ergo videritis abomina- Mar.13.b
tionem desolationis, que dicta est a Luc.21.d
Daniele propheta, stantem in loco Dan.9.g
sancto (qui legit intelligat) tũc qui
in Iudea sunt: fugiãt ad montes. &
qui in tecto: nõ descẽdat tollere ali-
quid de domo sua. et q̃ in agro: non
reuertatur tollere tunicã suã. Ve
autẽ pregnantibus et nutrientib⁹
in illis dieb⁹. Orate aũt vt nõ fiat
fuga vestra in hyeme vel sabbato.
erit

erit enim tunc tribulatio magna,
qualis nõ fuit ab initio mũdi vsq̃
modo, neq̃ fiet. Et nisi breuiati fu-
issent dies illi, non fieret salua oĩs
Mar.13.c caro: sed propter electos breuiabũ-
Luc.17.e tur dies illi. Tũc si quis vobis di-
xerit, Ecce hic est Christus, aut il-
lic: nolite credere. surgẽt enĩ pseu-
dochristi et pseudoprophete: et da-
bunt signa magna et prodigia, ita
vt in errorem inducantur (si fieri
potest) etiã electi. Ecce predixi vo-
bis. Si ergo dixerint vobis, Ecce
in deserto est: nolite exire. ecce in
penetralibus: nolite credere. Sicut
enim fulgur exit ab oriente, et pa-
C ret vsq̃ in occidẽtem: ita erit ⁊ ad-
uentus filii hominis. Ubicunq̃ fu-
erit corpus, illuc congregabuntur
Mar.13.c et aquile. Statim autem post tri-
Luc.21.e bulationẽ dierum illorum, sol ob-
Eze.32.b scurabitur, et luna non dabit lumẽ
Esai.13.b suum, et stelle cadent de celo, ⁊ vir-
Ioel.3.c tutes celorum commouebuntur: et
tunc parebit signum filii hominis
Apoc.1.b in celo. ⁊ tunc plangent omnes tri-
bus terre: ⁊ videbunt filium homi-
nis venientem in nubibus celi cum
virtute multa ⁊ maiestate. Et mit-
tet angelos suos cum tuba et voce
magna: et congregabunt electos e-
ius a quatuor vẽtis, a summis ce-
lorum vsq̃ ad terminos eorum. Ab
arbore aũt fici, discite parabolam.
cum iam ramus eius tener fuerit ⁊
folia nata, scitis q̃a prope est estas.
ita et vos, cum videritis hec om-
nia, scitote quia prope est i ianuis.
Amen dico vobis, quia non prete-
ribit generatio hec, donec hec om-
nia fiãt. Celum et terra transibũt:
Mar.13.d verba aũt mea nõ preteribunt. De
die autẽ illa et hora nemo scit, neq̃
D angeli celorum, nisi solꝰ pater. Si-
Luc.17.f cut autem in diebus Noe: ita erit
et aduentus filii hominis. sicut eni
Gen.7.b erant in diebus ante diluuium cõ-
edentes et bibentes, nubẽtes et nu-
ptui tradẽtes, vsq̃ ad eum diẽ quo
intrauit Noe in arcam, et non co-
gnouerunt donec venit diluuium,
et tulit omnes: ita erit et aduentus
filii hominis. Tunc duo erunt in Luc.17.g
agro: vnus assumetur, et vnus re-
linquetur. due molentes in mola:
vna assumetur, ⁊ vna relinquetur.
duo in lecto: vnus assumetur, et v-
nus relinquet. Uigilate ergo: quia Mar.13.d
nescitis qua hora dñs vester ven-
turus sit. Illud autẽ scitote, quo- Luc.12.e
niã si sciret paterfamilias qua ho-
ra fur vẽturꝰ esset, vigilaret vtiq̃,
et non sineret perfodi domum suã.
Ideo et vos estote parati: quia qua
nescitis hora filius hominis vẽtu-
rus est. Quis putas est fidelis seruꝰ Luc.12.e
et prudens, quem constituit domi-
nus suus super familiam suam, vt
det illis cibum in tempore? Beatꝰ
ille seruus, quem cum venerit do-
minus eius, inuenerit sic facientẽ.
Amen dico vobis, quoniam super Apo.16.c
omnia bona sua cõstituet eum. Si
autem dixerit malus seruus ille in
corde suo, Moram facit dominus
meus venire: et ceperit percutere
conseruos suos, manducet autem
et bibat cum ebriosis: veniet domi-
nus serui illius in die qua non spe-
rat, et hora qua ignorat, et diuidet
eum, partemq̃ eius ponet cum hy-
pocritis. illic erit fletus et stridor
dentium.

CAPVT. XXV.

TUnc simile erit regnum ce- A
lorum decem virginibꝰ: que
accipientes lampades suas
exierũt obuiã spõso et spõse. Quinq̃
autem ex eis, erant fatue, et quinq̃
prudentes. sed quinq̃ fatue acce-
ptis lampadibus, non sumpserunt
oleum secum: prudentes vero ac-
ceperunt oleum in vasis suis cum
lampadibus. Moram autem faci-
ente sponso, dormitauerũt omnes
ac dormierunt. Media autem nocte
clamor factus est, Ecce sponsus ve-
nit, exite obuiam ei. Tunc surrexe-
runt

eunt omnes virgines ille: et orna-
uerunt lampades suas. Fatue aũt
sapientibus dixerunt, Date nobis
de oleo vestro: quia lampades no-
stre extinguntur. Respõderunt pru-
dentes, dicentes, Ne forte non suf-
ficiat nobis et vobis: ite potius ad
vendentes, et emite vobis. Dum
autem irent emere, venit sponsus:
et que parate erant, intrauerũt cũ
eo ad nuptias, et clausa est ianua.
Nouissime vero veniunt et relique
virgines, dicẽtes, Domine, domi-
ne, aperi nobis. At ille respondens,
ait, Amen dico vobis, nescio vos.
Vigilate itaq; : quia nescitis diem
Luc.19 b neq; horam. Sicut enim homo pe-
B regre proficiscens, vocauit seruos
suos, et tradidit illis bona sua. Et
vni dedit quinq; talẽta, alii autem
duo, alii vero vnum, vnicuiq; secũ-
dum propriam virtutem: et profe-
ctus est stati. Abiit aũt qui quinq;
talenta acceperat: et operatus est
in eis, et lucratus est alia quinq;.
Similiter et qui duo acceperat, lu-
cratus est alia duo. Qui autẽ vnũ
acceperat: abiens, fodit in terram,
et abscondit pecuniam domini sui.
Post multum vero temporis venit
dominus seruorum illorum, et po-
suit rationem cum eis. Et accedẽs
qui quinq; talenta acceperat, obtu-
lit alia quinq; talenta, dicens, Do-
mine, quinq; talenta tradidisti mi-
hi: ecce alia quinq; superlucratꝰ sũ.
Ait illi dñs eius, Euge serue bone
et fidelis, quia super pauca fuisti fi
delis, super multa te constituam:
intra in gaudium domini tui. Ac-
cessit autem et qui duo talenta ac-
ceperat, et ait, Domine, duo talen-
ta tradidisti mihi: ecce alia duo su-
perlucratus sum. Ait illi dominus
eiꝰ, Euge serue bone ⁊ fidelis, quia
super pauca fuisti fidelis, sup mul-
ta te constituam, intra in gaudium
C domini tui. Accedens aũt et qui v-
num talentum acceperat, ait, Dñe,
scio quia homo durꝰ es, metis vbi
non seminasti, et congregas vbi nõ
sparsisti, et timens abii, et abscõdi
talẽtum tuum in terra: ecce habes
quod tuum est. Respondens autem
dñs eius, dixit ei, Serue male ⁊ pi-
ger, sciebas quia meto vbi nõ semi
no, et congrego vbi non sparsi: o-
portuit ergo te cõmittere pecuniã
meã numulariis, et veniẽs ego re-
cepissem vtiq; quod meum est cum
vsura. Tollite itaq; ab eo talentũ,
et date ei qui habet decẽ talenta, oĩ Sup.13.b
enim habenti dabitur, et abũdabit: Mar.4.c
ei aũt q̃ nõ habet, ⁊ qđ videt habe- Luce.8.c
re, auferetur ab eo. Et inutilẽ ser- &.19.d.
uum eiicite in tenebras exteriores,
illic erit fletus et stridor dentium.
Cum autẽ venerit filiꝰ hominis in
maiestate sua, ⁊ oẽs angeli cum eo:
tũc sedebit super sedem maiestatis
sue, ⁊ congregabuntur ante eũ oẽs
gentes, et separabit eos ab inuicẽ,
sicut pastor segregat oues ab hedis
et statuet oues quidẽ a dextris su-
is, hedos aũt a sinistris. Tunc di-
cet rex his qui a dextris eius erunt,
Venite benedicti patris mei, possi-
dete paratum vobis regnum a cõ-
stitutione mundi. esuriui enim: et Esa.58.b
dedistis mihi manducare. sitiui: et Eze.18.b
dedistis mihi bibere. hospes eram:
et collegistis me. nudus: et operui-
stis me. infirmus: et visitastis me. D
in carcere eram: et venistis ad me.
Tunc respondebunt ei iusti, dicen-
tes, Domine, quando te vidimus
esurientem, et pauimus: sitientem,
et dedimus tibi potũ? quando aũt
te vidimus hospitẽ, ⁊ collegimꝰ te:
aut nudũ, et cooperuimus te? aut
quando te vidimus infirmũ, aut in
carcere: et venimꝰ ad te? Et respõ-
dens rex, dicet illis, Amen dico vo-
bis: quãdiu fecistis vni de his fra-
tribꝰ meis minimis, mihi fecistis.
Tunc dicet et his qui a sinistris e-
runt, Discedite a me maledicti in Psal.6.e
ignẽ eternũ, qui paratꝰ est diabolo Sup.7.d

Luc. 13. f et angelis eius. esuriui enim: et nõ
dedistis mihi manducare. sitiui: et
non dedistis mihi potum. hospes e-
ram: et non collegistis me. nudus:
et non operuistis me. infirmus, et
in carcere: et nõ visitastis me. Tũc
respõdebũt ei et ipsi, dicẽtes, Dñe,
quando te vidimus esurientẽ, aut
sitientẽ, aut hospitẽ, aut nudũ, aut
infirmum, aut in carcere: et nõ mi-
nistrauimus tibi? Tunc responde-
bit illis, dicens, Amen dico vobis,
quandiu non fecistis vni de mino-
Ioan. 5. e rib⁹ his, nec mihi fecistis. Et ibũt
hi in suppliciũ eternũ: iusti aũt, in
vitam eternam.

CAPVT. XXVI.

A Et factum est: cũ cõsummasset
Mar 14 a Jesus sermones hos oẽs, di-
Luc. 22. a xit discipulis suis, Scitis q̃a
post biduũ pasca fiet, et filius ho-
minis tradetur vt crucifigat. Tũc
cõgregati sunt principes sacerdotũ
et seniores populi in atrium princi-
pis sacerdotũ, qui dicebatur Cai-
phas: et consiliũ fecerũt vt Jesum
dolo tenerẽt, et occiderẽt. Dicebãt
aũt, nõ in die festo, ne forte tumul-
Ioã. 12. a tus fieret in populo. Cũ aũt Jesus
Mar 14 a esset in Bethania, in domo Simo-
nis leprosi, accessit ad eum mulier
habens alabastrum vnguenti pre-
tiosi, et effudit super caput ipsi⁹ re-
cũbentis. Videtes aũt discipuli ei⁹,
indignati sunt, dicẽtes, Ut q̃d per-
ditio hec? potuit enim istud venun-
dari multo, et dari pauperib⁹. Sci-
ens aũt Jesus, ait illis, Quid mo-
lesti estis huic mulieri? opus enim
bonũ operata est in me. nam semp
pauperes habetis vobiscũ: me aũt
non semper habetis. Mittẽs enim
hec vnguẽtum hoc in corpus meũ:
ad sepeliendum me, fecit. Amẽ dico
vobis, vbicunq̃ predicatum fuerit
hoc euangelium in toto mundo, di-
B cetur et q̃ hec fecit in memoriã ei⁹.
Mar. 14 b Tunc abiit vnus de duodecim qui
dicebat Iudas Iscariotes, ad prin-

cipes sacerdotum: et ait illis, Quid Luc. 22 a
vultis mihi dare, et ego vobis eum
tradam? At illi cõstituerunt ei tri-
ginta argenteos. Et exinde quere-
bat opportunitatem vt eum trade-
ret. Prima autẽ die azymorum ac- mar. 14 b
cesserunt discipuli ad Jesum, dicẽ- Luc. 22 a
tes, Ubi vis paremus tibi comede-
re pascha? At Jesus dixit, Ite ĩ ci-
uitatem ad quendam: et dicite ei,
Magister dicit, Tẽpus meũ prope
est, apud te facio pascha cum disci-
pulis meis. Et fecerũt discipuli si-
cut constituit illis Jesus, et para-
uerunt pascha. Uespere autem fa- mar. 14 b
cto, discumbebat cum duodecim di- Luc. 22 b
scipulis suis. Et edẽtibus illis, di- Ioã. 13. b
xit, Amẽ dico vobis: quia vnus ve-
strum me traditurus est. Et cõtri-
stati valde, ceperunt singuli dicere,
Nunquid ego sum dñe? At ipse re-
spondens, ait, Qui intingit mecũ
manũ in paropside, hic me tradet.
Filius quidẽ hominis vadit, sicut Psa. 40 c
scriptum est de illo: ve aũt homini
illi per quẽ fili⁹ hominis traditur. C
bonum erat ei, si natus non fuisset
homo ille. Respondens aũt Judas
qui tradidit eum, dixit, Nunquid
ego sum rabbi? Ait illi, Tu dixisti. I. cor 11 e
Cenantibus aũt eis, accepit Jesus
panẽ, et benedixit, ac fregit, deditq̃
discipulis suis, et ait, Accipite et
comedite: hoc est corpus meũ. Et
accipiens calicem, gratias egit: et
dedit illis, dicẽs, Bibite ex hoc oẽs.
Hic est enim sanguis me⁹ noui te-
stamẽti, qui pro multis effundetur
in remissionem peccatorum. Dico
aũt vobis, non bibã amodo de hoc
genimine vitis vsq̃ in diẽ illum cũ
illud bibam vobiscum nouum ĩ re-
gno patris mei. Et hymno dicto, mar. 14 c
exierunt in montem oliueti. Tunc Luc. 22 d
dicit illis Jesus, Omnes vos scã- Ioã. 18. a
dalum patiemini in me, in ista no-
cte. Scriptum est enim, Percutiã Ioã. 16. g
pastorem, et dispergẽtur oues gre- Zac. 13. c
gis. Postquam autẽ resurrexero,
pre-

Mar. 14. precedam vos in Galileã. Respon=
c,& 16.b. dens aũt Petrus, ait illi, Et si oẽs
scandalizati fuerint in te, ego nun=
D quam scãdalizabor. Ait illi Jesus,
mar.14 c Amen dico tibi : quia in hac nocte
Luc.22.c antequam gallus cãtet, ter me ne=
Ioã.13.d gabis. Ait illi Petrus, Etiam si o=
portuerit me mori tecum, nõ te ne=
gabo. Similiter et omnes discipuli
mar.14 d dixerunt. Tunc venit Jesus cũ il=
Luc.22 d lis in villã que dicitur Gethsema=
ni: et dixit discipulis suis, Sedete
hic, donec vadam illuc, et orem. Et
assumpto Petro ⁊ duobꝰ filiis Ze=
bedei, cepit cõtristari ⁊ mestus esse.
Tunc ait illis, Tristis est anima
mea vsq; ad mortem: sustinete hic,
et vigilate mecum. Et progressus
pusillum, procidit in faciem suam
orans, et dicẽs, Pater mi, si possi=
bile est, transeat a me calix iste. Ve=
runtamen non sicut ego volo, sed
sicut tu. Et venit ad discipulos su=
os, et inuenit eos dormientes: ⁊ di=
cit Petro, Sic non potuistis vna
hora vigilare mecum? Vigilate, et
orate vt nõ intretis in tentationẽ.
spiritus quidem promptus est, ca=
ro autem infirma. Iterum secundo
abiit: et orauit, dicẽs, Pater mi, si
non potest hic calix transire nisi bi=
bam illum: fiat voluntas tua. Et
venit, et iterum inuenit eos dormi=
entes. erant enim oculi eorum gra=
uati. Et relictis illis, iterum abiit:
et orauit tertio, eundem sermonem
dicens. Tunc venit ad discipulos
suos, et dicit illis, Dormite iam, et
requiescite: ecce appropinquauit ho=
ra, ⁊ filiꝰ hominis tradetur in ma=
nus peccatorum. Surgite, eamus:
E ecce appropinquauit qui me tradet.
mar.14 e Adhuc eo loquẽte, Ecce Judas v=
Luc.22.e nus de duodecim venit, et cum eo
Ioã.18.a turba multa cum gladiis ⁊ fustibꝰ,
missi a principibus sacerdotum et
senioribus populi. Qui autem tra=
didit eum, dedit illis signum, dicẽs,
Quemcunq; osculatus fuero, ipse
est: tenete eum. Et confestim acce=
dens ad Jesum, dixit, Aue rabbi.
Et osculatus est eum. Dixitq; illi
Jesus, Amice, ad quid venisti? Tũc
accesserunt, ⁊ manus iniecerunt in
Jesum: et tenuerunt eum. Et ecce
vnus ex his qui erãt cum Jesu, ex=
tendens manum, exemit gladium
suum: et percutiens seruum princi=
pis sacerdotũ, amputauit auriculã
eius. Tunc ait illi Jesus, Cõuerte
gladium tuum in locum suum. oẽs Gen. 9.a
enim qui acceperint gladium, gla= Apo.13 c
dio peribunt. An putas quia non
possum rogare patrem meum: ⁊ ex=
hibebit mihi modo plus q̃ duode=
cim legiones angelorũ? Quomodo
ergo implebuntur scripture, quia Esa. 53.c
sic oportet fieri? In illa hora dixit
Jesus turbis, Tanquam ad latro=
nem existis cum gladiis ⁊ fustibus
comprehendere me? quotidie apud F
vos sedebam docens in templo: et
non me tenuistis. Hoc autem to=
tum factum est, vt adimplerentur thrẽ.4.d
scripture prophetarum. Tunc di=
scipuli omnes, relicto eo fugerunt.
At illi tenentes Jesum, duxerunt mar.14 f
ad Caipham principẽ sacerdotum, Luc.22.f
vbi scribe et seniores conuenerant. Ioã.18.c
Petrus autem sequebatur eum a
longe, vsq; in atrium principis sa=
cerdotum. Et ingressus intro, sede=
bat cum ministris: vt videret finẽ.
Principes autẽ sacerdotum et om=
ne concilium, querebãt falsum te=
stimonium contra Jesum, vt eum
morti traderent: et non inuenerũt,
cum multi falsi testes accessissent.
Nouissime autẽ venerunt duo fal=
si testes: et dixerunt, Hic dixit,
Possum destruere templum dei, et Ioan.2.d
post triduum reedificare illud. Et
surgens princeps sacerdotum, ait
illi, Nihil respondes ad ea que isti
aduersum te testificantur? Jesus
aũt tacebat. Et princeps sacerdo=
tum ait illi, Adiuro te per deum vi=
uũ, vt dicas nobis si tu es Christꝰ

filiꝰ dei. Dicit illi Iesus, Tu dixisti. verũtamen dico vobis, amodo videbitis filiũ hominis sedentẽ a dextris virtutis dei, et venientem in nubibus celi. Tũc princeps sacerdotum scidit vestimẽta sua, dicẽs, Blasphemauit: quid adhuc egemꝰ
G testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? At
Esa. 50.c illi respondentes, dixerũt, Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius: ꝛ colaphis eum ceciderũt. alii aũt palmas in faciẽ eius dederunt, dicentes, Prophitiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Petrꝰ
mar.14.g Luc.22.f Ioã.18.c vero sedebat foris, in atrio: ꝛ accessit ad eum vna ancilla, dicens, Et tu cum Iesu Galileo eras. At ille negauit corã oĩbus, dicens, Nescio
Mar.14.g Luc.22.f g Ioã.18.e quid dicis. Exeũte autẽ illo ianuã, vidit eum alia ancilla: ꝛ ait his qui erant ibi, Et hic erat cũ Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento, Quia nõ noui hominem. Et post pusillũ, accesserũt qui stabant: et dixerunt Petro, Vere ꝛ tu ex illis es: nam et loquela tua manifestum te facit. Tunc cepit detestari ꝛ iurare, quia nõ nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrꝰ verbi Iesu qui dixerat illi, Prius ꝙ gallꝰ cãtet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare.

CAPVT. XXVII.

A
Mar.15.a Luc.23.a Ioã.18.e Mane aũt facto, cõsilium inierũt oẽs principes sacerdotum et seniores populi aduersus Iesum: vt eũ morti traderent. Et vinctum adduxerũt eum: et tradiderũt Pontio Pilato presidi. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, ꝙ damnatus esset: penitẽtia ductꝰ, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus, dicẽs, Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerũt, Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: et abiẽs, laqueo se suspẽdit. Prin-
Actu.1.c cipes aũt sacerdotum acceptis argenteis, dixerũt, Nõ licet eos mittere in corbanam: quia pretiũ sanguinis est. Cõsilio aũt inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorũ. Propter hoc vocatus est ager ille, aceldema, hoc est ager sanguinis, vsqꝫ in hodiernũ diẽ. Tũc impletũ est quod dictũ est per Hieremiã prophetã dicentẽ,
Zac.11.c Et acceperunt triginta argẽteos, pretium appretiati quem appretiauerunt a filiis Israel: et dederunt eos in agrum figuli, sicut cõstituit
B mihi dñs. Iesus aũt stetit ante pre-
Mar.15.a Luc.23.a Ioã.18.f sidem: et interrogauit eum preses, dicens, Tu es rex Iudeorũ? Dicit illi Iesus, Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotũ et seniorībꝰ, nihil respõdit. Tũc dicit illi Pilatus, Nõ audis quãta aduersum te dicũt testimonia? Et nõ respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraref preses vehemẽter. Per diẽ aũt solẽnem cõsueuerat preses ꝑpulo dimittere vnũ vinctum quẽ voluissent: habebat autẽ tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Cõgregatis ergo illis, dixit Pilatus, quem vultis dimittã vobis: Barabban, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim ꝙ per inuidiam tradidissent eũ. Sedente autẽ illo pro tribunali, misit ad eũ vxor eius, dicens, Nihil tibi et iusto illi. multa enim passa sum hodie per visum propter eũ. Principes aũt sacerdotũ et seniores, ꝑsuaserunt populo vt peterent Barabban, Iesum vero perderẽt. Respondens aũt preses, ait illis, Quẽ
C
Mar.15.b Luc.23.b Ioã.18.g &.19.c vultis vobis de duobꝰ dimitti? At illi dixerũt, Barabban. Dicit illis Pilatus, Quid igitur faciã de Iesu qui dicitur Christꝰ? Dicũt oẽs, Crucifigat. Ait illis preses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes, Crucifigatur.

Videns

Videns aũt Pilat⁹ quia nihil pro-
ficeret, sed magis tumultus fieret:
accepta aqua, lauit man⁹ corã po-
pulo, dicens, Innocens ego sum a
sanguine iusti huius: vos videri-
tis. Et respondens vniuersus po-
pulus, dixit, sanguis eius sup nos,
et super filios nostros. Tũc dimisit
illis Barabban: Jesum autem fla-
gellatum tradidit eis vt crucifige-
Mar.15 b retur. Tunc milites presidis susci-
Ioã.19.a pientes Jesum in pretorio, cõgre-
gauerunt ad eũ vniuersam cohor-
tem. et exuentes eum, chlamydem
D coccineã circundederunt ei: et ple-
ctentes coronam de spinis, posue-
runt super caput eius, et arundinẽ
in dextera eius. et genu flexo ante
eum, illudebant ei, dicentes, Aue
rex Judeorum. Et expuẽtes in eũ,
acceperunt arundinem, et percuti-
ebant caput eius. Et postquam il-
luserunt ei, exuerunt eum chlamy-
dem: et induerunt eum vestimen-
Mar.15 d tis eius, et duxerunt eum vt cruci-
Luc.23.d figerent. Exeuntes autem, inuene-
runt hominem Cyreneum, nomine
Simonem: hunc angariauerũt vt
Mar.15 b tolleret crucem eius. Et venerunt
Luc.23 d in locũ qui dicit Golgotha, quod
Ioã.19.d est Caluarie locus. Et dederunt ei
vinum bibere cum felle mixtũ. Et
Mar.15 b cum gustasset, noluit bibere. Post-
Luc.23.e quam autem crucifixerũt eum, di-
Ioã.19.d uiserunt vestimẽta eius sortẽ mit-
tentes: vt impleretur quod dictum
Psal.21 d est per prophetam dicentem, Diui-
serunt sibi vestimẽta mea: et super
E vestem meam miserunt sortem. Et
sedentes seruabant eum. Et impo-
suerunt super caput eius causam
ipsius scriptam, Hic est Jesus rex
Judeorum. Tunc crucifixi sunt cũ
eo duo latrones: vnus a dextris, et
vnus a sinistris. Pretereũtes autẽ
Ioan.2.d blasphemabant eum: mouẽtes ca-
pita sua, et dicentes, Vah qui de-
struis templum dei, et in triduo il-
lud reedificas: salua temetipsum:
si filius dei es, descende de cruce.
Similiter et principes sacerdotum
illudentes cum scribis et seniorib⁹
dicebant, Alios saluos fecit, seip-
sum non potest saluum facere. si Sap. 2. d
rex Israel est, descendat nunc de
cruce, et credemus ei. confidit in
deo: liberet nunc eum si vult: dixit
enim, Quia filius dei sum. Idip- Sap. 2. c
sum autem et latrones, qui cruci-
fixi erant cum eo, improperabant
ei. A sexta autem hora, tenebre fa-
cte sunt super vniuersam terram,
vsque ad horam nonam. Et circa
horam nonam clamauit Jesus vo-
ce magna, dicens, Eli, eli, lamma Psal.21 a
zabacthani: hoc est, Deus me⁹, de-
us meus, vt quid dereliquisti me? F
Quidam autem illic stantes et au-
dientes, dicebãt, Eliam vocat iste.
Et continuo currens vnus ex eis,
acceptam spongiam impleuit ace-
to: et imposuit arundini, et dabat
ei bibere. Ceteri vero dicebãt, Si-
ne, videamus an veniat Elias li-
berans eum. Jesus autem iterum
clamans voce magna, emisit spiri-
tum. Et ecce velum templi scissum
est in duas partes, a summo vsque
deorsum. et terra mota est, et petre
scisse sunt, et monumenta aperta
sunt: et multa corpora sanctorum
qui dormierant, surrexerunt. Et
exeuntes de monumentis post re-
surrectionẽ eius, venerunt in san-
ctam ciuitatem: et apparuerũt mul-
tis. Centurio autem, et qui cum eo
erant custodiẽtes Jesum, viso ter-
remotu et his que fiebant, timue-
runt valde, dicentes, Vere filius
dei erat iste. Erant autem ibi mu-
lieres multe alonge, que secute e-
rant Jesum a Galilea, ministran-
tes ei: inter quas erat Maria Ma-
gdalene, et Maria Jacobi et Jo-
seph mater, et mater filiorũ Zebe-
dei. Cum autem sero factum esset, G
venit quidam homo diues ab Ari- Mar.15 d
mathea, nomine Joseph, qui et ipse Luc.23 g
discipulus

Ioã.19.g discipulus erat Jesu. hic accessit
ad Pilatum, et petiit corpus Je-
su. Tunc Pilatus iussit reddi cor-
pus. Et accepto corpore, Joseph
inuoluit illud in sindone munda: et
posuit illud in monumẽto suo no-
uo, quod exciderat in petra. Et
aduoluit saxum magnum ad ostiũ
monumenti, et abiit. Erat autem
ibi Maria Magdalene, et altera
Maria: sedentes contra sepulchrũ.
Altera autẽ die, que est post para-
sceuen, conuenerunt principes sa-
cerdotum et pharisei ad Pilatum,
dicẽtes, Dñe recordati sum⁹ quia
seductor ille dixit adhuc viuens,
Post tres dies resurgam. Jube
ergo custodiri sepulchrũ vsque in
diem tertium: ne forte veniant di-
scipuli eius et furentur eum, et di-
cant plebi, Surrexit a mortuis. et
erit nouissimus error peior priore.
Ait illis Pilatus, Habetis custo-
diam: ite, custodite sicut scitis. Illi
autem abeuntes, munierunt sepul-
chrum: signantes lapidem cum cu-
stodibus.

CAPUT. XXVIII.

A Vespere autem sabbati, que
Mar.15 b lucescit in prima sabbati, ve
Ioã.20.c nit Maria Magdalene, et
altera Maria videre sepulchrum.
Et ecce: terremotus factus est ma-
gnus. Angelus enim Domini de-
scendit de celo: et accedens, reuol-
uit lapidem, et sedebat super eum.
erat autem aspectus eius sicut ful-
gur: et vestimentum eius sicut nix.
Pre timore autem eius, exterriti
sunt custodes, et facti sunt velut
mortui. Respondens autem ange-
lus, dixit mulieribus, Nolite time-
re vos. scio enim q Jesum qui cru-
cifixus est, queritis. non est hic:
B surrexit enim, sicut dixit. venite, et
videte locum, vbi positus erat do-
minus. Et cito euntes, dicite disci-
pulis eius, quia surrexit: et ecce pre-
cedit vos in Galileam. ibi eum vi-
debitis. ecce predixi vobis. Et exi-
erunt cito de monumẽto cũ timore
et gaudio mogno, currentes nun-
tiare discipulis eius. Et ecce Jesus
occurrit illis, dicens, Auete. Ille
autem accesserunt, et tenuerũt pe-
des eius, et adorauerunt eũ. Tunc
ait illis Jesus, Nolite timere. ite,
nuntiate fratribus meis vt eant in
Galileam, ibi me videbunt. Que C
cum abiissent, ecce quidam de cu-
stodibus venerunt in ciuitatem, et
nuntiauerũt principibus sacerdo-
tum omnia que facta fuerant. Et
congregati cum senioribus, consi-
lio accepto, pecuniã copiosam de-
derunt militibus, dicẽtes, Dicite,
Quia discipuli eius nocte venerũt,
et furati sunt eum nobis dormien-
tibus. Et si hoc auditum fuerit a
preside, nos suadebimus ei, et se-
curos vos faciemus. At illi acce-
pta pecunia, fecerunt sicut erant
edocti. Et diuulgatum est verbum
istud apud Judeos, vsque in hodi-
ernum diem. Undecim autem di- D
scipuli abierunt in Galileam, in
montem vbi constituerat illis Je-
sus. Et videntes eum adoraue-
runt, quidam autem dubitauerũt.
Et accedens Jesus, locutus est eis
dicens, Data est mihi omnis pote- Mar.16.d
stas in celo et in terra. euntes ergo
docete omnes gentes: baptizan-
tes eos in nomine patris et filii et
spiritus sancti, docentes eos serua-
re omnia quecũq; mandaui
vobis. et ecce ego vobi-
scum sum omnibus
diebus, vsque ad
cõsummationẽ
seculi.

EVANGELII SECUNDUM MATTHAEUM, FINIS.

SANCTVM
IESV CHRISTI EVAN-
GELIVM SECVN-
DVM MAR-
CVM.



A NITIVM
Matt.3.a euangelii Je-
su Christi fi-
lii dei. Sicut
scriptũ est in
Esaia ꝓphe-
Mala.3.a ta, Ecce ego
mitto angelũ
meũ ante fa-
ciẽ tuã, q̃ preparabit viã tuã ante
Esa.40.a te. Vox clamantis in deserto, Pa-
Ioan.1.c rate viã dñi, rectas facite semitas
Lucę.3.a eius: fuit Joãnes in deserto bapti-
zans, et predicans baptismũ peni-
Matt.3.a tentie in remissionẽ peccatorũ. Et
egrediebat ad eũ oĩs Judee regio,
et Hierosolymite vniuersi: & bapti-
zabãtur ab illo in Jordanis flumi-
ne cõfitentes peccata sua. Et erat
Joãnes vestitꝰ pilis cameli, & zona
B pellicea circa lumbos eius: et locu-
Matt.3.c stas & mel syluestre edebat. Et pre-
Luce.3.c dicabat, dicens, Venit fortior me
Ioan.1.d post me: cuius nõ sum dignus pro-
cumbẽs soluere corrigiã calceamẽ-
torũ eiꝰ. Ego baptizaui vos aqua:
Matt.3.b ille vero baptizabit vos spiritu sã-
Lucę.3.d cto. Et factũ est, in diebꝰ illis venit
Iesus a Nazareth Galilee: & bapti-
zatus est a Joãne in Jordane. Et
statim ascẽdẽs de aqua, vidit celos
apertos, & spiritũ sanctum tanquã
columbam descendentem et manẽ-
tem in ipso. Et vox facta est de ce-
Matt.4.a lis, Tu es filius meus dilectus, in
Luc.4.a te cõplacui. Et statim spiritꝰ expu-
lit eum in desertum. Et erat in de-
serto quadragita diebꝰ, & quadra-
Matt.4.b ginta noctibus: et tentabatur a Sa-
tana. eratq; cum bestiis: et angeli
ministrabant illi. Postq̃ autẽ tra-
ditus est Joannes, venit Jesus in Luc.4.c
Galileam, predicãs euangeliũ re- Ioan.4.f
gni dei, et dicẽs, Quoniam imple-
tum est tempus, et appropinquauit
regnum dei: penitemini, et credite
euãgelio. Et preteriẽs secus mare Matt.4.e
Galilee, vidit Simonem & Andreã Lucę.5.a
fratrẽ eius, mittẽtes retia in mare
(erant enim piscatores) et dixit eis
Jesus, Venite post me, et faciam
vos fieri piscatores hominum. Et
protinus relictis retibꝰ, secuti sunt
eũ. Et progressus inde pusillũ, vi-
dit Jacobum Zebedei & Joannem
fratrem eius, et ipsos cõponentes
retia ĩ naui: & statim vocauit illos.
Et relicto patre suo Zebedeo in na-
ui cum mercenariis: secuti sunt eũ.
Et ingrediuntur Capharnaum: et C
statim sabbatis ingressus in syna- Mat.4.b
gogam, docebat eos. Et stupebant Luc.4.e
super doctrina eius. erat enim do- Matt.7d
cens eos quasi potestatẽ habẽs, et Luc.4.e
nõ sicut scribe. Et erat ĩ synagoga Luc.4.c
eorũ homo in spiritu immundo: et
exclamauit, dicens, Quid nobis et
tibi Jesu Nazarene? venisti perde-
re nos? scio q̃ sis sanctus dei. Et
comminatus est ei Jesus, dicens,
Obmutesce, et exi de homine. Et
discerpens eum spiritus immun-
dus, et exclamãs voce magna, exiit
ab eo. Et mirati sunt omnes: ita
vt conquirerent inter se dicentes,
Quidnam est hoc? quenam doctri-
na hec noua: quia in potestate spi-
ritibꝰ immundis imperat, et obe-
diũt ei? Et processit rumor eius sta-
tim in omnem regionem Galilee.
Et protinus egredientes de syna- Matt.8.b
goga, venerunt in domum Simo- Lucę.4.f
nis et Andree cũ Jacobo & Joãne.
Decumbebat aũt socrus Simonis
febricitãs: et statim dicunt ei de il-
la. Et accedens, eleuauit eã appre-
hensa manu eius: et cõtinuo dimi-
sit eam febris, et ministrabat eis. D
Vespere autẽ facto, cum occidisset
sol, afferebant ad eum omnes male
habentes,

habentes,et demonia habentes: et
erat omnis ciuitas congregata ad
D ianuā. Et curauit multos qui ve-
xabantur variis langoribus : et
demonia multa eiiciebat,et non si-
nebat ea loqui, quoniam sciebant
eum.Et diluculo valde surgens,e-
gressus abiit in desertum locum,
ibiq; orabat. Et prosecutꝰ est eum
Simon, et qui cum illo erant. Et
cum inuenissent eum, dixerunt ei,
Quia omnes querunt te. Et ait il-
lis, Eamus in proximos vicos et
ciuitates: vt et ibi predicem: ad
hoc enim veni. Et erat predicans
in synagogis eorū,et in omni Ga-
Matt.8.a lilea: et demonia eiiciens. Et ve-
Luce.5.c nit ad eum leprosus deprecās eum,
et genu flexo,dicit ei,Si vis,potes
me mundare. Iesus autem miser-
tus eius,extendit manum suam:et
tangens eum, ait illi, Volo, Mū-
dare. Et cū dixisset, statim disces-
sit ab eo lepra,et mundatus est. Et
comminatus est ei, statimq; eiecit
illum:et dicit ei,Vide nemini dixe-
ris: sed vade,ostēde te principi sa-
cerdotum, et offer pro emundatio-
Le.14.a ne tua que precepit Moyses in te-
Luc.4.g stimonium illis. Et egressus cepit
predicare et diffamare sermonem:
ita,vt iam non posset manifeste in-
troire in ciuitatem,sed foris in de-
sertis locis esse.et conueniebant ad
eum vndiq;.

CAPVT. II.

A ET iterum intrauit Caphar-
Matt.9.a naum post dies:& auditum est
Luce.5.d q in domo esset, et confestim
conuenerunt multi, ita vt non ca-
perent neq; ad ianuam, & loqueba-
tur eis verbum.Et venerunt ad eū
ferentes paralyticū,qui a quatuor
portabatur.Et cum nō possent of-
ferre eum illi pre turba,nudauerūt
tectum vbi erat: et patefacientes,
submiserunt grabatum in quo pa-
ralyticus iacebat. Cum autem vi-
disset Iesus fidem illorum, ait pa-
ralytico, Fili, dimittūtur tibi pec-
cata tua. Erāt autem illic quidam
de scribis sedentes: et cogitātes in
cordibus suis, Quid hic sic loqui-
tur? blasphemat. Quis potest di-
mittere peccata, nisi solus deus?
Quo statim cognito Iesus spiritu
suo quia sic cogitarent intra se,di-
xit illis,Quid ista cogitatis in cor- B
dibus vestris? Quid est facilius,
dicere paralytico, Dimittuntur
tibi peccata: an dicere, Surge,
tolle grabatum tuum et ambula?
Vt autē sciatis quia filius homi-
nis habet potestatē in terra dimit-
tendi peccata (ait paralytico) tibi
dico,surge, tolle grabatum tuum,
et vade in domum tuam.Et statim
surrexit ille: et sublato grabato,a-
biit inde coram omnibꝰ, ita vt mi-
rarentur omnes, et honorificarent
deum, dicentes, Quia nunquam
sic vidimus.Et egressus est rursus Matt.9.
ad mare: omnisq; turba veniebat Luce.5.
ad eum,et docebat eos. Et cū pre-
teriret,vidit Leui Alphei sedentem C
ad teloniū: et ait illi,Sequere me.
Et surgēs secutus est eum. Et fa-
ctum est: cum accumberet in domo
illius,multi publicani & peccatores
simul discumbebāt cum Iesu et di-
scipulis eius.erant enim multi qui
et sequebantur eum. Et scribe et
pharisei vidētes quia manducaret
cum publicanis et peccatoribꝰ, di-
xerūt discipulis eiꝰ, Quare cū pu-
blicanis et peccatoribus manducat
et bibit magister vester? Hoc audi-
to Iesus ait illis, Non necesse ha- I.Ti.
bent sani,medico:sed qui male ha-
bent.non enim veni vocare iustos, Matt.9.
sed peccatores. Et erant discipuli Lu.5.
Ioannis et phariseorum ieiunan-
tes:et veniunt,& dicunt illi, Quare
discipuli Ioannis et phariseorum
ieiunant:tui autem discipuli nō ie-
iunant? Et ait illis Iesus, Nun-
quid possunt filii nuptiarum,quā-
diu spōsus cum illis est, ieiunare?
Quanto

Quāto tēpoꝛe habent secum spon-
D sum, non possunt ieiunare. Venient
aūt dies cū auferet ab eis spōsus:
et tunc ieiunabunt in illis diebus.
Nemo assumētum panni rudis as-
suit vestimēto veteri: alioquin au-
fert supplementum nouum a vete-
ri, et maioꝛ scissura fit. Et nemo
mittit vinum nouum in vtres ve-
teres: alioquin dirumpet vinum
vtres, et vinum effundetur, et v-
tres peribunt. sed vinum nouum in
Mat.12.a vtres nouos mitti debet. Et factū
Luc.6.a est iterum cum sabbatis ambula-
ret per sata, et discipuli eius cepe-
runt pꝛogredi et vellere spicas.
Pharisei autem dicebant ei, Ecce,
quid faciunt discipuli tui sabbatis
1.Reg 21 b quod non licet? Et ait illis, Nun-
quam legistis quid fecerit Dauid,
quando necessitatem habuit et esu-
riit ipse et qui cum eo erant? quo-
modo introiuit in domum dei sub
Abiathar pꝛincipe sacerdotum, et
panes pꝛopositionis manducauit,
quos non licebat manducare, nisi
solis sacerdotibus, et dedit eis et q̄
cū eo erāt? Et dicebat eis, Sabbatū
pꝛopter hominē factū est: et nō ho-
mo pꝛopter sabbatū. Itaq; dn̄s est
filius hominis, etiam sabbati.

CAPVT. III.

A ET introiuit iterum in synago
gam: et erat ibi homo habens
Mat.12.a manum aridam. Et obserua-
Luc.6.b bant eum si sabbatis curaret: vt ac
cusarent illum. Et ait homini ha-
benti manū aridam, Surge in me-
dium. Et dicit eis, Licet sabbatis
benefacere, an male? animā saluā
facere, an perdere? At illi tacebant.
Et circumspiciēs eos cum ira, cō-
tristatus super cecitate coꝛdis eoꝝ
dicit homini, Extende manum tuā.
Et extendit: et restituta est manus
illi. Exeuntes autem pharisei, stati
cum herodianis cōsilium faciebāt
aduersus eum, quomodo eum per-
derent. Iesus aūt cū discipulis su-
is secessit ad mare: et multa turba
a Galilea et Iudea secuta est eū, et
ab Hierosolymis et ab Idumea et
trans Ioꝛdanē. et qui circa Tyꝛū
et Sidonē multitudo magna audi-
entes que faciebat, venerūt ad eū.
Et dixit Iesus discipulis suis vt
nauicula sibi deseruiret pꝛopt tur-
bam, ne cōpꝛimerēt eū. multos eni B
sanabat, ita vt irruerent in eū vt il
lum tāgerēt quotquot habebāt pla
gas. Et spiritꝰ immūdi cū illū vide
bant, pꝛocidebāt ei: et clamabāt di-
cētes, Tu es filiꝰ dei. Et vehemen
cōminabat eis, ne manifestarēt il-
lum. Et ascendēs i montē, vocauit Mat.10.a
ad se quos voluit ipse: et venerunt Lu.6.b.c
ad eū. Et fecit vt essent duodeci cū
illo: et vt mitteret eos p̄dicare. Et
dedit illis potestatē curādi infirmi-
tates, et eiiciēdi demonia. Et impo
suit Simoni nomē Petrꝰ. ⁊ Iaco-
bum Zebedei et Ioannē fratrē Ia-
cobi: et imposuit eis noīa Boaner-
ges, quod est filii tonitrui. ⁊ Andꝛe C
am et Philippū ⁊ Bartholomeū et
Mattheū et Thomā ⁊ Iacobū Al-
phei, et Thaddeū et Simonē Ca-
naneū, ⁊ Iudā Iscariotē, qui ⁊ tra-
didit illū. Et veniūt ad domū: ⁊ cō- Mat.9.d
uenit iterum turba, ita vt non pos- & 12.b
sent neq; panem manducare. Et cū Luc.11.b
audissent sui, exierunt tenere eum:
dicebant enim, Quoniā in furoꝛē
versus est. Et scribe q̄ ab Hieroso-
lymis descenderant, dicebāt, Quo-
niam Beelzebub habet. et Quia in
pꝛincipe demonioꝝ eiicit demo-
nia. Et cōuocatis eis, in parabolis
dicebat illis, Quomodo potest sa-
tanas satanā eiicere? Et si regnum
in se diuidatur, nō potest regnū il-
lud stare. Et si domus super semet-
ipsam dispartiatur: nō potest do-
mus illa stare. Et si satanas cōsur-
rexerit i semetipsum: dispartitꝰ est,
et non poterit stare, sed finē habet.
Nemo potest vasa foꝛtis ingressus D
in domū eiꝰ diripere, nisi pꝛiꝰ foꝛtē

alliget,et tunc domū eius diripiet.
Mat.12.c Amen dico vobis,quoniam oīa di=
Luc.12.b mittentur filiis hominū peccata et
blasphemie quibus blasphemaue=
rint. qui autem blasphemauerit in
spiritū sanctū,non habebit remissi=
onem in eternū , sed reus erit eter=
ni delicti: quoniam dicebant, Spi=
Mat.12 d ritum immundum habet. Et veni=
Luce.8.c unt mater eius et fratres : et foris
stantes miserunt ad eum vocantes
eum. Et sedebat circa eū turba : et
dicūt ei, Ecce mater tua et fratres
tui foris querunt te. Et respondēs
eis ait, Que est mat̄ mea et fratres
mei? Et circunspiciēs eos q̄ in cir=
cūitu eius sedebāt, ait, Ecce mater
mea et fratres mei. Qui enim fece=
rit voluntatē dei: hic, frater meus
et soror mea et mater est.

CAPVT. IIII.

A Et iterum cepit docere ad ma=
Mat.13.a re: et cōgregata est ad eū tur=
Luce.8.a ba multa , ita vt nauim ascē=
dens sederet in mari , et oīs turba
circa mare super terrā erat: ꝛ doce=
bat eos in parabolis multa, ꝛ dice=
bat illis ī doctrina sua, Audite. Ec=
ce exiit seminans ad seminandum.
Et dum seminat: aliud cecidit circa
viam, et venerunt volucres celi, et
comederunt illud. Aliud vero ceci=
dit sup̄ petrosa, vbi nō habuit ter=
ram multam: ꝛ statim exortum est,
quoniam non habebat altitudinem
terre, et quando exortus est sol, ex=
estuauit, et eo q̄ non habebat radi=
cem, exaruit. Et aliud cecidit ī spi=
nas: et ascēderunt spine, ꝛ suffoca=
uerunt illud, et fructum non dedit.
Et aliud cecidit in terram bonam:
et dabat fructū ascendentem et cre=
scentem: et afferebat vnum trigesi=
mum, et vnū sexagesimum, et vnū
centesimum. Et dicebat, Qui habet
B aures audiendi, audiat. Et cū esset
singularis , interrogauerunt eū hi
qui cum eo erāt duodecim, parabo=
lam. Et dicebat eis, Vobis datū est
nosse mysterium regni dei: illis aūt
qui foris sunt, in parabolis oīa fi=
unt, vt videntes videant et non vi= Esaie.6.c
deant, et audientes audiant et non Mat.13.b
intelligāt, nequando conuertant̄ : Luce.8.b
et dimittātur eis peccata. Et ait il= Ioan.12.f
lis, Nescitis parabolā hāc? ꝛ quo= Act.28.f
modo oēs parabolas cognoscetis? rom.11.b
Qui seminat: verbum seminat. Hi
aūt sunt qui circa viā: vbi semina=
tur v̄bum, ꝛ cum audierint, confe=
stim venit satanas, ꝛ aufert v̄bum
quod seminatū est in cordib⁹ eorū.
Et hi sunt similiter qui sup̄ petro=
sa seminātur: qui cū audierit v̄bū,
statim cum gaudio accipiunt illud:
et non habēt radicē in se, sed tēpo=
rales sunt : deinde orta tribulatiōe
vel persecutione propter verbum ,
cōfestim scandalizant̄. Et alii sunt
qui in spinis seminant̄: hi sunt qui
verbū audiunt, et erumne seculi et
deceptio diuitiarū, et circa reliqua
concupiscētie introeuntes suffocāt
verbum, et sine fructu efficitur. Et C
hi sunt qui super terrā bonā semi=
nati sunt: qui audiunt verbū et su=
scipiunt, et fructificant, vnū trige=
simum, vnū sexagesimum, ꝛ vnum
cētesimū. Et dicebat illis, Nūquid Matt.5.b
venit lucerna vt sub modio ponat̄, Luce.8.c
aut sub lecto? Nonne vt sup̄ cāde= & 11.e
labrū ponatur? Nō est eni aliquid Mat.10.c
abscōditū, qđ nō manifestet̄: nec fa Luce.8.c
ctū est occultū, qđ nō veniat ī palā.
Si q̄s habet aures audiēdi, audiat.
Et dicebat illis, Videte quid audi= Mat.7.a
atis. In qua mēsura mēsi fueritis, Luce.6.f
remetiet̄ vobis , et adiiciet̄ vobis. Mat.13.b
Qui eni habet, dabit̄ illi: et qui nō & 25.c.
habet , etiā quod habet aufere̅t ab Luce.8.c
eo. Et dicebat, Sic est regnum dei, & 19.d.
queadmodū si homo iaciat semen=
tem in terrā, et dormiat, et exurgat
nocte et die, et semē germinet et in=
crescat dum nescit ille. Ultro enim
terra fructificat, primum herbam,
deinde spicam, deinde plenum fru=
mētum in spica. Et cū ex se produ=
xerit

xerit fructus: statim mittit falcem, quoniam adest messis. Et dicebat,
Mat.13.c Cui assimilabimus regnum dei? aut
Luc.13.d cui parabole comparabimus illud?
D Sicut granū sinapis, quod cū seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus que sunt in terra: et cū seminatū fuerit, ascēdit in arborem, et fit maius omnibus oleribus: et facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra eius aues celi habitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterāt audire. sine parabola aūt nō loquebatur eis. seorsum aūt, discipulis suis disserebat oīa. Et ait illis
Mat. 8. c in illa die, cū sero esset factū, Trāseamus contra. Et dimittētes turbā, assumunt eum, ita ut erat in naui: et alie naues erant cum illo. Et facta est procella magna venti: et fluctus mittebat in nauim, ita ut impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens: et excitāt eum, et dicunt illi, Magister, nō ad te pertinet: quia perimus? Et exurgens, cōminatus est vento, et dixit mari, Tace, obmutesce. Et cessauit vētus: et facta est trāquillitas magna. Et ait illis, Quid timidi estis? necdum habetis fidem? Et timuerunt timore magno: et dicebant ad alterutrū, Quis putas est iste, quia et ventus et mare obediunt ei?

CAPVT. V.

A Mat. 8.d Luc.8. d ET venerūt trans fretum maris in regionē Gerasenorum. Et exeunti ei de naui, statim occurrit de monumētis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis. et neque catenis iam quisquam poterat eum ligare: quoniam sepe cum pedibus et catenis vinctus, dirupisset catenas, et compedes comminuisset: et nemo poterat eum domare. et semper die ac nocte in monumētis et in mōtibus erat, clamans et concidens se lapidibus. Videns aūt Jesum alonge, cucurrit, et adorauit eū: et clamās voce magna dixit, Quid mihi et tibi Jesu fili dei altissimi? adiuro te per deum ne me torqueas. Dicebat enim illi, Exi spiritus immunde ab homine isto. Et interrogabat eum, Quod tibi nomen est? Et dicit ei, Legio mihi nomen est: quia multi sumus. Et deprecabatur eū multū, B
ne se expelleret extra regionem. Erat aūt ibi circa montem grex porcorum magnus, pascens in agris. Et deprecabantur eum spiritus dicētes, Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et cōcessit eis statim Jesus. Et exeūtes spiritus immūdi, introierunt in porcos: et magno impetu grex precipitatus est in mare, ad duo millia, et suffocati sunt in mari. Qui aūt pascebāt eos fugerunt, et nuntiauerunt in ciuitatem et in agros. Et egressi sunt videre quid esset factū: et venerunt ad Jesum. et vidēt illum qui a demonio vexabatur, sedentem vestitū, et sane mētis, et timuerunt. Et narrauerunt illis, q̄ viderāt, qualiter factum esset ei qui demonium habuerat: et de porcis. Et rogare ceperūt eum ut discederet de finibus eorū. Cumque ascenderet nauim, cepit illum deprecari qui a demonio vexatus fuerat ut esset cum illo: et non admisit eū, sed ait illi, Vade in domum tuā ad tuos, et annuntia illis quāta tibi dn̄s fecerit, et misertus sit tui. At abiit, et cepit predicare in Decapoli quāta sibi fecisset Jesus: et omnes mirabantur. Et cum Matt.9.c
trāscendisset Iesus in naui rursum Luc.8.f
trans fretum, cōuenit turba multa ad eū, et erat circa mare. Et venit quidam de archisynagogis nomine Jairus: et vidēs eū, procidit ad pedes eius, et deprecabatur eū multū, dicens, Quoniam filia mea C
in extremis est, Veni, impone manum tuā super eā, ut salua sit et viuat. Et abiit cū illo: et sequebatur

eum turba multa, et comprimebāt
eum. Et mulier que erat in proflu-
uio sanguinis annis duodecim, et
fuerat multa perpessa a cōpluribꝰ
medicis, et erogauerat oīa sua, nec
quicquā profecerat, sed magis de-
terius habebat: cum audisset de
Iesu, venit ī turba retro, et tetigit
vestimentū eius. dicebat enī, Quia
si vel vestimentū eiꝰ tetigero, sal-
ua ero. Et cōfestim siccatꝰ est fons
sanguinis eius: ⁊ sensit corpore ꝙ
sanata esset a plaga. Et statim Ie-
sus ī semetipso cognoscēs virtutē
que exierat de illo, cōuersus ad tur-
bā aiebat, Quis tetigit vestimēta
mea? Et dicebant ei discipuli sui,
Vides turbā comprimentē te: et di-
cis, Quis me tetigit? Et circūspi-
ciebat videre eam que hoc fecerat.
Mulier vero timens ⁊ tremēs, sci-
ens quod factū esset in se: venit et
procidit ante eum, et dixit ei omnē
veritatē. Ille aūt dixit ei, Filia, fi-
D des tua te saluā fecit: vade in pace,
et esto sana a plaga tua. Adhuc eo
loquente, veniunt nuntii ab archi-
synagogo, dicētes, Quia filia tua
mortua est: quid vltra vexas ma-
gistrū? Iesus aūt audito verbo qđ
dicebat, ait archisynagogo, Noli
timere: tantūmodo crede. Et nō ad-
misit quenquā se sequi, nisi Petrū
et Iacobum et Ioannē fratrē Ia-
cobi. Et veniunt in domū archisy-
nagogi, et vidit tumultū, et flen-
tes, et eiulantes multū. Et ingres-
sus ait illis, Quid turbamini ⁊ plo
ratis? puella nō est mortua, sed dor
mit. Et irridebant eum. Ipse vero
eiectis omnibus, assumit patrem ⁊
matrem puelle, ⁊ qui secum erant,
et ingrediuntur vbi puella erat ia-
cens. Et tenens manum puelle, ait
illi, Talitha cumi, qđ est interpre-
tatum, Puella (tibi dico) surge. Et
cōfestim surrexit puella: ⁊ ambula-
bat. erat aūt annorū duodecim. Et
obstupuerunt stupore magno. Et
precepit illis vehementer, vt nemo
id sciret: ⁊ iussit dari illi mādūcare.

CAPVT. VI.

Et egressus inde, abiit in pa- A
triā suā: ⁊ sequebātur eū disci Mat.13.g
puli sui. Et facto sabbato, ce- Luc. 4.c
pit ī synagoga docere: et multi au- Ioan.4.f
dientes, admirabantur in doctrina
eius, dicentes, Vnde huic hec om-
nia? et que est sapiētia que data est
illi, et virtutes tales que per manꝰ
eius efficiūtur? Nōne hic est faber
filius Marie, frater Iacobi ⁊ Io-
seph et Iude et Simonis? Nōne ⁊
sorores eius hic nobiscū sunt? Et
scandalizabātur in illo. Et dicebat
illis Iesus, Quia nō est propheta
sine honore, nisi in patria sua, ⁊ in
domo sua, ⁊ in cognatione sua. Et
non poterat ibi virtutē vllam fa-
cere, nisi paucos infirmos imposi-
tis manibus, curauit: ⁊ mirabatur
propter incredulitatē eorū, et cir-
cumibat castella in circūitu, docēs.
Et vocauit duodecim: et cepit eos Mat.10
mittere binos, et dabat illis pote- Luc.9.a
statē spirituū immundorū. Et pre- B
cepit eis ne quid tollerēt in via, ni-
si virgā tantum: non peram, non
panem, neq; in zona es, sed calcea-
tos sandaliis, ⁊ ne induerent dua-
bus tunicis. Et dicebat eis, Quo-
cunq; introieritis ī domū, illic ma-
nete donec exeatis inde: ⁊ quicunq;
non receperint vos, nec audierint:
exeuntes inde, excutite puluerē de Act.13.g
pedibus vestris in testimoniū illis.
Et exeuntes predicabāt vt penitē-
tiam agerēt: et demonia multa eii-
ciebant, et vngebant oleo multos Mat.14
egros, et sanabantur. Et audiuit Luc.9.c
rex Herodes (manifestum enim fa-
ctū est nomē eius) et dicebat, Quia
Ioānes Baptista resurrexit a mor-
tuis: et propterea virtutes operant
in illo. Alii aūt dicebāt, Quia Eli-
as est. Alii vero dicebant, quia pro-
pheta est, quasi vnꝰ ex prophetis. C
Quo audito, Herodes ait, Quem
ego

ego decollaui Joannem, hic a mor-
Mat.14 a tuis resurrexit. Ipse eni Herodes
Luc.3.d misit ac tenuit Joanne, & vinxit eu
in carcere propt Herodiade vxore
Philippi fratris sui, quia duxerat
eam. Dicebat enim Joanes Hero-
di, No licet tibi habere vxore fra-
tris tui. Herodias aute insidiabat
illi: & volebat occidere eum, nec po-
terat. Herodes aut metuebat Joa-
nem, sciens eu viru iustu et sanctu:
et custodiebat eu, & audito eo, mul-
ta faciebat: & libenter eu audiebat.
Et cu dies opportunus accidisset:
Herodes natalis sui cena fecit pri-
cipib9 & tribunis & primis Galilee.
Cumq; introisset filia ipsi9 Hero-
diadis, et saltasset, & placuisset He-
rodi, simulq; recubentibus: rex ait
puelle, Pete a me quod vis: & dabo
tibi. et iurauit illi, Quia quicquid
petieris dabo tibi, licet dimidium
regni mei. Que cu exisset: dixit ma-
D tri sue, Quid petam? At illa dixit,
Caput Joanis Baptiste. Cuq; in-
troisset statim cum festinatione ad
rege, petiuit, dices, Uolo vt proti-
nus des mihi in disco caput Joan-
nis Baptiste. Et cotristat9 est rex.
Propter iusiurandu & propt simul
discubetes noluit ea cotristare: sed
misso spiculatore pcepit afferri ca-
put eius in disco, et decollauit eu in
carcere. Et attulit caput eius i di-
sco: & dedit illud puelle, & puella de-
dit matri sue. Quo audito, disci-
puli eius venerut, & tulerut corpus
eius: & posuerut illud i monumeto.
Mat.14 b Et couenietes apostoli ad Jesum,
Luc. 9.b renuntiauerut ei oia q egerat & do-
cuerat. Et ait illis, Uenite seorsum
in desertu locu, & requiescite pusillu.
Erat enim qui veniebat et redibat
multi: et nec spatiu manducandi ha-
E bebat. Et ascendetes in naui, abie-
runt in desertu locum seorsum. Et
viderut eos abeutes, & cognouerut
multi: et pedestres de omnib9 ciui-
tatib9 cocurrerut illuc, et preuene-
rut eos. Et exies, vidit turba mul- Matt.9 d
tam Iesus: & misert9 est super eos,
quia erant sicut oues non habetes
pastorem, et cepit illos docere mul-
ta. Et cu ia hora multa fieret, ac- Mat.14 b
cesserut discipuli eius, dicetes, De- Luc.9.b
sert9 est locus hic, et iam hora pre- Ioan.6.a
teriit: dimitte illos, vt eutes i pro-
ximas villas et vicos, emat sibi ci-
bos quos manducet. Et respondes
ait illis, Date illis manducare. Et
dixerut ei, Eutes emam9 ducentis
denariis panes: & dabim9 illis ma-
ducare. Et dicit eis, Quot panes
habetis? ite & videte. Et cu cogno-
uissent, dicunt, Quinq;: & duos pi-
sces. Et precepit illis vt accubere F
facerent oes secundu contubernia
super viride fenu. Et discubuerut
in partes per cetenos & quiquage-
nos. Et acceptis quinque panib9,
et duob9 piscib9: intues in celu be-
nedixit et fregit panes, et dedit di-
scipulis suis vt poneret ante eos: &
duos pisces diuisit omnib9. Et ma-
ducauerut oes, & saturati sunt. Et
sustulerut reliquias fragmetorum
duodeci cophinos plenos, et de pi-
scibus. Erat aut q maducauerut, Mat.14 c
quinque millia virorum. Et stati co- Ioan.6 b
egit discipulos suos ascedere naui,
vt precederent eum trans fretu ad
Bethsaidam: dum ipse dimitteret
populu. Et cu dimisisset eos, abiit G
in monte orare. Et cum sero esset,
erat nauis i medio mari, et ipse so-
lus i terra. Et vides eos laborates
in remigando (erat enim ventus co-
trarius eis) et circa quarta vigilia
noctis venit ad eos ambulans su-
pra mare: et volebat preterire eos.
At illi vt viderut eu ambulante su-
pra mare, putauerut phatasma es-
se: & exclamauerut. Omnes eni vi-
derut eu: et coturbati sunt. Et sta-
tim locutus est cum eis: & dixit eis,
Confidite, ego sum: nolite timere.
Et ascedit ad illos in nauim: & ces-
sauit ventus. Et plus magis intra
se stupe-

se stupebāt. nō enim intellexerūt de
panibus. erat enī cor eorū obcecatū.
Et cum trāsfretassent, venerūt in
Mat.14.d terrā Genesareth: et applicuerūt.
Cumq; egressi essent de naui, cōti-
nuo agnouerūt eū: et percurrentes
vniuersam regionē illā, ceperūt in
grabatis eos q̄ se male habebāt cir
cūferre vbi audiebāt eū esse. Et q̄-
cūq; introibat ī vicos vel ī villas,
aut ciuitates, ī plateis ponebāt in-
firmos, et deprecabāt eū, vt vel fim
briā vestimenti eius tangerent: et
quotquot tāgebāt eū, salui fiebāt.

CAPVT. VII.

A
Mat.15.a ET cōuenerunt ad eum phari-
sei et quidam de scribis, veni-
entes ab Hierosolymis. Et cū
vidissent quosdam ex discipulis e-
ius cōmunibus manibus, id est nō
lotis, manducare panes: vitupera-
uerūt. Pharisei enim et oēs Judei,
nisi crebro lauerint manus, nō mā-
ducant, tenentes traditionē senio-
rum: et a foro, nisi baptizentur, nō
comedūt. et alia multa sunt, q̄ tra-
dita sunt illis seruare, baptismata
calicū et vrceorū et eramentorū et le-
ctorū. Et interrogabāt eū pharisei
et scribe, Quare discipuli tui non
ambulāt iuxta traditionē seniorū,
sed cōmunibus manibus manducāt
panē? At ille respondens, dixit eis,
B
Esa.29.d Bene prophetauit Esaias de vobis
hypocritis, sicut scriptū est, Po-
pulus hic, labiis me honorat, cor aūt
eorū, longe est a me. in vanū autē
me colunt, docētes doctrinas et pre-
cepta hominū. Relinquentes enim
mandatū dei, tenetis traditiones
hominū, baptismata vrceorū et cali-
cū: et alia similia his facitis multa.
Et dicebat illis, Bene irritū feci-
Exo.20.c stis preceptū dei, vt traditionē ve-
Deu.5.b strā seruetis. Moyses enim dixit,
Ephe.6.a Honora patrē tuū et matrē tuā. et,
Ex.21.c Qui maledixerit patri vel matri,
Leu.20.b morte moriatur: Vos autē dicitis,
Pro.20.c Si dixerit homo patri vel matri,
Corban, quod est donū, quodcūq;
ex me, tibi profuerit: et vltra nō di-
mittitis eū quicq̄ facere patri suo,
aut matri, rescindentes verbū dei per
traditionē vestrā quā tradidistis. C
Et similia huiusmodi multa faci-
tis. Et aduocans iterū turbā, dice-
bat illis, Audite me oēs, et intelligi-
te. Nihil est extra hominē introiēs
in eū, quod possit eū coinquinare.
sed q̄ de homine procedūt, illa sunt
que cōmunicāt hominē. Si quis ha-
bet aures audiēdi, audiat. Et cū in
troisset ī domū a turba, interroga-
bāt eū discipuli eius parabolā. Et
ait illis, Sic et vos imprudentes
estis? Nō intelligitis q̄a oē extrin-
secus introiēs ī hominē, nō potest
eum cōmunicare: quia nō intrat in
cor eius, sed ī ventrē vadit, et in se-
cessum exit, purgās oēs escas? Di-
cebat aūt quoniam que de homine
exeūt, illa cōmunicāt hominē. Ab
intus enim de corde hominū male
cogitationes procedūt, adulteria,
fornicationes, homicidia, furta, a-
uaritie, nequitie, dolus, impudicitie,
oculus malus, blasphemia, superbia,
stultitia. Omnia hec mala abintus
procedūt: et cōmunicant hominem.
Et inde surgens, abiit ī fines Ty- Mat.15.c
ri et Sidonis: et ingressus domū,
neminē voluit scire, et nō potuit la-
tere. Mulier enī statim vt audiuit
de eo, cuius filia habebat spiritum
immundū, intrauit et procidit ad pe-
des eius. Erat enī mulier gentilis,
Syrophenissa genere. Et rogabat
eū vt demoniū eiiceret de filia eius. D
Qui dixit illi, Sine prius saturari
filios. non est enī bonū sumere pa-
nem filiorū, et mittere canibus. At
illa respondit, et dicit illi, Utiq; do-
mine. nam et catelli comedunt sub
mensa de micis puerorū. Et ait illi,
Propter hunc sermonē, vade, exiit
demoniū a filia tua. Et cum abiis-
set domū, inuenit puellam iacentē
supra lectum, et demonium exiisse.

Et iterū

Mat.15.c Et iterum exiens de finibus Tyri,
venit per Sidonem ad mare Gali-
lee inter medios fines Decapoleos.
Et adducũt ei surdũ & mutũ: et de-
precabãtur eũ vt imponat illi ma-
num. Et apprehendẽs eum de tur-
ba seorsum: misit digitos suos i au
riculas eius. & expuens, tetigit lin-
guam eius. et suspiciẽs in celũ, in-
gemuit: et ait illi, Ephetha, qđ est,
adaperire. Et stati aperte sunt au-
res eius: & solutum est vinculũ lin-
gue eiꝰ, & loquebatur recte. Et pre-
cepit illis ne cui dicerent. Quanto
aũt eis ꝑcipiebat, tãto magis plus
predicabãt, et eo amplius admira-
Gen.1.d bantur, dicentes, Bene oĩa fecit. et
Ecc.39.c surdos fecit audire, & mutos loqui.

CAPVT. VIII.

A In diebus illis iterum cum tur-
Mat.15 d ba multa esset, nec haberẽt quod
manducarent: cõuocatis disci-
pulis, ait illis, Misereor super tur-
bam: quia ecce iam triduo sustinẽt
me, nec habent quod manducent. &
si dimisero eos ieiunos i domũ su-
am, deficiẽt in via. quidã enĩ ex eis
de longe venerũt. Et respõderũt ei
discipuli sui, Unde istos quis pote-
rit hic saturare panibus in solitu-
dine? Et interrogauit eos, Quot
panes habetis? Qui dixerunt, Se-
ptẽ. Et ꝑcepit turbe discũbere sup
terrã. Et accipiẽs septẽ panes, gra
tias agẽs, fregit: et dabat discipu-
lis suis vt apponerẽt: & apposuerũt
turbe. Et habebãt pisciculos pau-
cos: et ipsos benedixit, et iussit ap-
poni. Et manducauerũt & saturati
sunt: et sustulerũt qđ superauerat
de fragmẽtis septẽ sportas. Erant
aũt qui manducauerãt quasi qua-
B tuor millia: et dimisit eos. Et sta-
Mat.16 a tim ascendens nauim cum discipu-
Luc.12 g lis suis, venit i partes Dalmanu-
tha. Et exierũt pharisei, et ceperũt
conquirere cum eo, querẽtes ab il-
lo signũ de celo, tentãtes eũ. Et in-
gemiscens spiritu, ait, Quid gene-
ratio ista signũ querit? Amen dico
vobis, si dabitur generationi isti
signũ. Et dimittẽs eos, ascẽdit ite- Mat.16 a
rum nauim: & abiit trans fretũ. Et
obliti sunt panẽ sumere: & nisi vnũ
panẽ non habebãt secũ in naui. Et
precipiebat eis, dicẽs, Uidete & ca-
uete a fermento phariseorũ, et fer-
mento Herodis. Et cogitabant ad
alterutrũ, dicẽtes, Quia panes nõ
habemꝰ. Quo cognito, ait illis Je-
sus, Quid cogitatis q̃a panes non
habetis? nondũ cognoscitis nec in-
telligitis? adhuc cecatũ habetis cor
vestrũ? oculos habentes non vide-
tis? et aures habentes nõ auditis?
Nec recordamini quando quinque Ioan.6 b
panes fregi i quinque millia, & quot
cophinos fragmentorũ plenos su-
stulistis? Dicũt ei, Duodeci. Quã-
do & septem panes in quatuor mil-
lia, quot sportas fragmentorũ tu-
listis? Et dicũt ei, Septẽ. Et dice- C
bat eis, Quomodo nondũ intelli-
gitis? Et veniũt Bethsaidã: & ad-
ducunt ei cecum, et rogabant eum,
vt illũ tangeret. Et apprehensa ma-
nu ceci, eduxit eum extra vicum: et
expuens in oculos eius, impositis
manibꝰ suis, interrogauit eũ si qđ
videret. Et aspiciẽs ait, Uideo ho-
mines velut arbores, ambulantes.
Deinde iterũ imposuit manus sup
oculos eius: et cepit videre, & resti-
tutus est, ita vt clare videret oĩa.
Et misit illum in domum suam, di-
cens, Uade in domũ tuam: et si in
vicũ introieris, nemini dixeris. Et
egressus est Jesus et discipuli eius Mat.16 b
in castella Cesarie Philippi: et in Luce.9.c
via interrogabat discipulos suos,
dicẽs eis, Quẽ me dicũt esse homi-
nes? Qui respõderunt illi, dicẽtes,
Joannem Baptistam, alii Eliam,
alii vero quasi vnum de prophetis.
Tunc dicit illis, Uos vero, quem
me esse dicitis? Respõdens Petrꝰ D
ait ei, Tu es Christus. Et cõmina-
tus est eis ne cui dicerẽt de illo. Et
cepit

cepit docere eos quoniam oportet
filium hominis pati multa, et re-
probari a senioribus et a summis
sacerdotibus et scribis, et occidi:
et post tres dies resurgere. Et pa-
lam verbum loquebatur. Et appre-
hendens eum Petrus, cepit incre-
pare eum. Qui conuersus et vidēs
discipulos suos, comminatus est
Petro, dicens, Vade retro me sa-
tana, quoniam non sapis que dei
Mar 16 d sunt, sed que sunt hominum. Et
& 10.d cōuocata turba cum discipulis su-
Luce.9.c is, dixit eis, Si quis vult me sequi,
&.14.f deneget semetipsum: ⁊ tollat crucē
&.17.g suā, ⁊ sequat me. Qui enī voluerit
Ioā.12.d aiam suā saluā facere, perdet eam:
qui autem perdiderit animam suā
propter me et euangelium, saluam
faciet eam. Quid enim proderit
homini, si lucretur mūdum totum,
et detrimentum anime sue faciat?
Aut quid dabit homo cōmutatiōis
p aia sua? Qui enī me cōfusus fu-
mat.10.d erit et vba mea in generatione ista
Luce.9.c adultera et peccatrice: ⁊ fili⁹ homi-
& 12.b nis confundet eū cū venerit in glo
ria patris sui cum angelis sanctis.

CAPVT. IX.

ET dicebat illis, Amē dico vo-
bis, qa sunt quidā de hic stan-
A tibus qui non gustabūt mor-
Mar 16 d tē, donec videāt regnū dei veniēs in
Luce.9.c virtute. Et post dies sex assumpsit
Mat 17 a Iesus Petrū ⁊ Iacobū ⁊ Ioannē:
Luc.9.d ⁊ ducit illos i montē excelsum seor-
sum solos, ⁊ transfigurat⁹ est corā
ipsis. Et vestimēta eius facta sunt
splēdētia ⁊ cādida nimis velut nix,
qualia fullo nō potest sup terrā cā-
dida facere. Et apparuit illis Elias
cum Moyse: et erāt loquētes cum
Iesu. Et respondens Petrus, ait
Iesu, Rabbi, bonū est nos hic esse:
et faciamus tria tabernacula, tibi
vnum, et Moysi vnū, et Elie vnū.
Non enī sciebat quid diceret, erāt
enim timore exterriti. Et facta est
nubes obumbrās eos: et venit vox
de nube, dicens, Hic est filius me⁹ B
charissimus: audite illū. Et statim
circunspicientes, neminem ampli⁹
viderunt, nisi Iesum tantum secū.
Et descendentibus illis de monte, Mat.17b
precepit illis ne cuiquam quod vi-
dissent, narrarent: nisi cum filius
hominis a mortuis resurrexit. Et
verbum cōtinuerunt apud se: con-
quirentes quid esset, Cum a mor-
tuis resurrexerit. Et interrogabāt
eum, dicentes, Quid ergo dicunt Mala.4b
pharisei ⁊ scribe quia Eliam opor-
teat venire primum? Qui respon-
dens, ait illis, Elias cum venerit
primo, restituet omnia: et quomodo Esa.53.b
scriptum est in filium hominis, vt
multa patiatur ⁊ contēnatur. Sed
dico vobis quia et Elias venit (et
fecerūt illi quecūqz voluerūt) sicut
scriptū est de eo. Et veniēs ad disci- Mal.4.b
pulos suos, vidit turbā magnā cir Mat.17c
ca eos, ⁊ scribas cōquirentes cū il- Luce.9.e
lis. Et cōfestim omnis popul⁹ vi-
dens Iesum, stupefactus est et ex- C
pauerunt: et accurrentes, saluta-
bant eum. Et interrogauit eos,
Quid inter vos conquiritis? Et re
spondēs vnus de turba, dixit, Ma-
gister, attuli filium meū ad te ha-
bentem spiritum mutum: qui vbi-
cūqz cū apprehēderit, allidit illum,
et spumat, et stridet dentibus suis,
et arescit. et dixi discipulis tuis vt
eiicerēt illū: ⁊ nō potuerūt. Qui re-
spondēs eis, dixit, O generatio in-
credula, quādiu apud vos ero? quā
diu vos patiar? afferte illū ad me.
Et attulerunt eum. Et cū vidisset
eum, statim spiritus cōturbauit il-
lum: ⁊ elisus in terrā, volutabatur
spumans. Et interrogauit patrem
eius, Quantum tēporis est, ex quo
ei hoc accidit? At ille ait, Ab infan-
tia: et frequenter eum in ignē et in
aquam misit vt eū perderet. sed si
quid potes, adiuua nos, misertus D
nostri. Iesus aūt ait illi, Si potes
credere, oia possibilia sunt credēti.
Et con-

Et cõtinuo exclamãs pater pueri,
cum lachrymis aiebat, Credo dñe:
adiuua incredulitatem meam. Et
cũ vidisset Jesus concurrentẽ tur-
bam, cõminat⁹ est spiritui immũ-
do, dicens illi, Surde ⁊ mute spiri-
tus, ego precipio tibi, exi ab eo, et
amplius ne introeas in eũ. Et ex-
clamans et multum discerpens eũ,
exiit ab eo: ⁊ factus est sicut mortu-
us, ita vt multi dicerẽt, Quia mor-
tuus est. Jesus aũt tenẽs manum
eius, eleuauit eum: et surrexit. Et
cum introisset in domum, discipuli
eius secreto introgabãt eũ, Quare
nos nõ potuimus eiicere eum? Et
dixit illis, Hoc genus in nullo po-
Mat.17 d test exire, nisi in oratione ⁊ ieiunio.
E Et inde profecti ptergrediebantur
Luc.9.e Galileam: nec volebat quenquam
scire. Docebat aũt discipulos suos:
et dicebat illis, Quoniã filius ho-
minis tradetur in manus hominũ,
et occident eum: et occisus, tertia
die resurget. At illi ignorabãt ver-
bum: ⁊ timebant interrogare eum.
Mat.18.a Et venerunt Chapharnaum. Qui
Luc.9.f cum domi esset, interrogabat eos,
Quid in via tractabatis? at illi ta-
cebant. siquidem in via inter se di-
sputauerant quis eorum maior es-
set. Et residens vocauit duodecim:
et ait illis, Si quis vult primus es-
se, erit omnium nouissimus, et om-
nium minister. Et accipiens puerũ
statuit eũ in medio eorũ. quẽ cũ cõ-
F plex⁹ esset, ait illis, Quisquis vnũ
ex huiusmodi pueris receperit i no-
mine meo: me recipit. et quicũq; me
susceperit: non me suscipit, sed eũ q̃
misit me. Respondit illi Joannes,
dicens, Magister vidimus quen-
dam in nomine tuo eiicientem de-
monia qui non sequitur nos, ⁊ pro-
hibuimus eum. Jesus autem ait,
Nolite prohibere eum. nemo est e-
1 cor 12 a nim qui faciat virtutem in nomine
meo, ⁊ possit cito male loqui de me.
qui enim nõ est aduersum vos, pro
vobis est. Quisquis enim potũ de- Mat.10 d
derit vobis calicem aque i nomine
meo quia Christi estis: amen dico
vobis non perdet mercedem suam.
Et quisquis scandalizauerit vnum
ex his pusillis credentibus in me: Mat.18.a
bonum est ei magis si circundare- Luc.17.a
tur mola asinaria collo eius, et in
mare mitteretur. Et si scandaliza-
uerit te manus tua, abscide illam. Mat 18.b
bonum est tibi debilem introire in G
vitam, q̃ duas manus habentẽ ire
in gehennam in ignem inextingui-
bilem, vbi vermis eorum nõ mori- Esa.66 g
tur, et ignis non extinguitur. Et si
pes tuus te scandalizat, amputa il
lum. bonum est tibi claudum itro-
ire in vitam eternã, q̃ duos pedes
habẽtem mitti in gehennam ignis
inextinguibilis, vbi vermis eorum
non moritur: ⁊ ignis nõ extinguit.
Qd si oculus tuus scãdalizat te, e-
iice eum. bonum est tibi luscũ intro
ire in regnũ dei, q̃ duos oculos ha-
bentẽ mitti in gehennã ignis, vbi
vermis eorũ non morit, et ignis nõ
extinguitur. Ois enim igne salie-
tur: et omnis victima sale salietur.
Bonum est sal. q si sal insulsum fu Matt.5 b
erit: in quo illud cõdietis? Habete Luc.14 g
in vobis sal, ⁊ pacẽ habete int vos.

CAPVT. X.

Et inde exurgens, venit in fi- A
nes Judee vltra Jordanem: ⁊ Mat.19.a
conueniunt iterum turbe ad
eum. et sicut consueuerat, iterum
docebat illos. Et accedẽtes phari-
sei, interrogabant eũ, Si licet viro
vxorem dimittere? tentãtes eũ. At
ille respondens, dixit eis, Quid vo
bis precepit Moyses? Qui dixerũt,
Moyses permisit libellum repudii Deu.24.
scribere, et dimittere. Quibus re- a.
spondens Jesus, ait, Ad duritiam
cordis vestri scripsit vobis pceptũ
istud. ab initio autem creature ma
sculum et feminam fecit eos deus. Gẽn.1.d.
Propter hoc, relinquet homo pa- Gẽn.2.d.
trem suum et matrem, et adhere- 1.cor.6 d

Ephe.5 g bit ad vxorē suā,⁊ erūt duo ī carne
vna. Itaq; iā nō sunt duo, sed vna
caro. Qđ ergo de⁹ cōiunxit, homo
I.cor.7b nō separet. Et ī domo iterū discipu-
li ei⁹ de eodē interrogauerūt eū. Et
B ait illis, Quicunq; dimiserit vxo-
rem suam, et aliam duxerit: adul-
terium committit super eam. Et si
vxor dimiserit virum suum, et alii
Mat.19b nupserit: mechatur. Et offerebant
Luc.18 b illi paruulos, vt tāgeret illos. Di-
scipuli autem comminabantur of-
ferentibus. Quos cum videret Je-
sus, indigne tulit, et ait illis, Si-
nite paruulos venire ad me: et ne
prohibueritis eos. talium enim est
regnum dei. Amen dico vobis: quis-
quis non receperit regnum dei ve-
lut paruulus, nō intrabit in illud.
Et complexans eos, et imponens
manus super illos, benedicebat e-
Mat.19b os. Et cum egressus esset in viam,
Luc.18 d procurrens quidam genu flexo an-
te eum, rogabat eum dicens, Ma-
gister bone, quid faciam vt vitam
eternam percipiam? Jesus autem
C dixit ei, Quid me dicis bonū? Ne-
mo bonus, nisi vnus, deus. Prece-
Exo.20c pta nosti? Ne adulteres, Ne occi-
das, Ne fureris, Ne falsum testi-
monium dixeris, Ne fraudem fece-
ris, Honora patrē tuum et matrē.
At ille respondens, ait illi, Magi-
ster, hec oia obseruaui a iuuentute
mea. Jesus autē intuitus eum: di-
lexit eū, Et dixit ei, Unū tibi deest:
vade, quecunq; habes vende, et da
pauperib⁹, et habebis thesaurū in
celo: et veni sequere me. Qui cōtri-
stat⁹ in verbo: abiit merēs. erat enī
habēs multas possessiones. Et cir-
cunspiciēs Jesus, ait discipulis su-
is, Quam difficile qui pecunias ha
bent, in regnū dei introibunt? Di-
scipuli autē obstupescebant in ver-
bis eius. At Jesus rursus respon-
dens, ait illis, Filioli, ꝙ difficile est
confidētes in pecuniis, in regnum
dei introire? Facilius est camelum
per foramen acus transire, ꝙ diui-
tem intrare in regnū dei. Qui ma-
gis admirabantur: dicentes ad se- D
metipsos, Et quis potest salu⁹ fie-
ri? Et intuēs illos Jesus, ait, Apud
homines impossibile est: sed non a-
pud deum. oia enim possibilia sunt
apud deū. Et post hec, cepit ei Pe-
trus dicere, Ecce, nos dimisimus
oia, et secuti sum⁹ te. Respondens Mat.19d
Jesus, ait, Amen dico vobis: nemo
est q̄ reliquerit domū, aut fratres,
aut sorores, aut patrē, aut matrē,
aut filios, aut agros propter me et
propt̄ euangeliū: qui nō accipiat cē-
ties tantū nūc ī tēpore hoc domos,
et fratres, ⁊ sorores, ⁊ matres, ⁊ fi-
lios, et agros cū persecutionib⁹, et
in seculo futuro vitā eternā. Mul-
ti aūt p̄mi erūt nouissimi, et nouis- Mat.19d
simi primi. Erāt aūt in via ascēdē-
tes Hierosolymā: et p̄cedebat illos E
Jesus. ⁊ stupebāt: ⁊ sequētes time- Mat.20b
bāt. Et assumēs iterū duodecī, ce- Luc.18.e
pit illis dicere que essent ei ventura.
Quia ecce ascēdim⁹ Hierosolymā,
et filius hominis tradet principib⁹
sacerdotū, et scribis et seniorib⁹, et
dānabūt eū morte, et tradēt eū gē-
tibus, et illudent ei, et conspuent
eum, et flagellabunt eum, et inter-
ficient eum, et tertia die resurget.
Et accedūt ad eū Jacob⁹ et Joan- Mat.20c
nes filii Zebedei, dicētes, Magister
volumus vt quodcūq; petierimus
facias nobis. At ille dixit eis, Quid
vultis vt faciā vobis? Et dixerūt,
Da nobis vt vn⁹ ad dexterā tuā et
alius ad sinistrā tuā sedeam⁹ in glo
ria tua. Jesus aūt ait eis, Nescitis F
quid petatis. potestis bibere calicē
quē ego bibo: aut baptismo q̄ ego
baptizor, baptizari? At illi dixerūt
ei, Possumus. Jesus aūt ait eis,
Calicē quidē quē ego bibo bibetis,
et baptismo quo ego baptizor, ba-
ptisabimini: sedere autē ad dexterā
meam vel ad sinistram, non est me-
um dare vobis, sed quibus paratū
est.

est. Et audientes decem, indignati
sunt de Jacobo et Joanne. Jesus
Luc.22.c autem vocans eos, ait illis, Scitis
quia hi qui videntur principari gē-
tibus, dominantur eis: & principes
eorum potestatem habent ipsorum.
Non ita est autē in vobis: sed qui-
cunque voluerit fieri maior, erit ve-
ster minister: et quicunque voluerit
in vobis primus esse, erit omnium
C servus. Nam et filius hominis nō
venit vt ministraretur ei, sed vt mini
straret, et daret animā suam in re-
Mat.20b demptionem pro multis. Et veni-
Lu.18 fg unt Jericho, et proficiscente eo de
Jericho, et discipulis eius & pluri-
ma multitudine, filiꝰ Timei Bar-
timeꝰ cecus, sedebat iuxta viā mē-
dicans. Qui cum audisset quia Je-
sus Nazarenus est: cepit clamare &
dicere, Jesu fili Dauid, miserere
mei. Et comminabantur ei multi,
vt taceret. At ille multo magis cla-
mabat, Fili Dauid, miserere mei.
Et stans Jesus, precepit illum vo-
cari. Et vocant cecum dicentes ei,
Animequior esto, surge, vocat te.
Qui proiecto vestimento suo, exili-
ens, venit ad eum. Et respondens
Jesus, dixit illi, Quid tibi vis faci-
am? Cecus autem dixit ei, Rabbo-
ni vt videā. Iesus aūt ait illi, Vade,
fides tua te saluum fecit. Et confe-
stim vidit, et sequebatur eū in via.

CAPVT. XI.

A
Mat.21.a
Luc.19.e
ET cum appropinquarent Hi-
erosolyme et Bethanie ad mō
tem oliuarum, mittit duos ex
discipulis suis, et ait illis, Ite i ca-
stellum quod contra vos est. et sta-
tim introeūtes illuc, inuenietis pul
lum ligatum, super quem nemo ad-
huc hominum sedit: soluite illum
et adducite. Et si quis vobis dixe-
rit, Quid facitis? dicite quia do-
mino necessarius est: et continuo il
lum dimittet huc. Et abeuntes, in-
uenerunt pullum ligatum ante ia-
nuam foris in biuio: et soluunt eū.
Et quidam de illic stantibus, dice-
bant illis, Quid facitis soluentes
pullum? Qui dixerūt eis sicut pre-
ceperat illis Jesus: et dimiserunt Ioā.12.b
eos. Et duxerunt pullū ad Jesum:
et imponunt illi vestimenta sua, et
sedit super eum. Multi autem ve- B
stimenta sua strauerunt in via. alii
autem frondes cedebant de arbori-
bus: & sternebāt in via. Et qui pre-
ibant, & qui sequebantur clamabāt
dicentes, Hosanna, benedictus qui
venit in nomine domini. benedictū
quod venit regnum patris nostri
Dauid, hosanna in excelsis. Et in- Mat.21.b
troiuit Hierosolymam i templum: Luc.19 g
et circunspectis omnibus cum iam
vespera esset hora, exiit in Betha-
niam cum duodecim. Et alia die cū Mat.21 b
exirēt a Bethania, esuriit. Cumque
vidisset a longe ficū habentē folia,
venit, si qd forte inueniret in ea. Et
cū venisset ad eā: nihil inuenit prēt
folia. nō enim erat tēpus ficorū. Et
respōdēs, dixit ei, Jam nō ampliꝰ
in eternū ex te fructū quisquā mā-
ducet. Et audiebāt discipuli eius.
Et veniunt Hierosolymam. Et cū
introisset in templum, cepit eiicere
vendentes et ementes in templo, et
mensas numulariorū et cathedras
vendentiū columbas euertit. & non
sinebat vt quisquā transferret vas
per templum: et docebat, dicens C
eis, Nonne scriptum est, Quia do- Esa.56.c
mus mea, domus orationis voca-
bitur omnibꝰ gentibus? Vos aūt fe- Hier.7.b
cistis eā speluncā latronū. Quo au
dito, principes sacerdotū et scribe
querebāt quomodo eū perderēt. time-
bāt eni eū: quoniā vniuersa turba
admirabatur sup doctrina eiꝰ. Et cū
vespera facta esset, egrediebatur de
ciuitate. Et cū mane trāsirent: vide Mat.21.c
runt ficū aridam factā a radicibꝰ.
Et recordatꝰ Petrus dixit ei, Rab
bi, ecce ficꝰ cui maledixisti aruit. Et
respōdēs Jesus ait illis, Habete fi-
dē dei. amē dico vobis quia quicūque

dixerit huic monti, Tollere et mit-
tere in mare, et non hesitauerit in
corde suo, sed crediderit ꝙ quod-
Mat. 7.a cũq; dixerit, fiat: fiet ei. Propterea
&.22.c dico vobis, oĩa quecunq; orantes
Luc.11.b petitis, credite ꝙ accipietis, ⁊ eue-
Matt.6 b nient vobis. Et cũ stabitis ad orã-
Ecc.28.a dum, dimittite si quid habetis ad-
uersus aliquẽ: vt et pater vester ꝗ
in celis est dimittat vobis peccata
D vestra. Qđ si vos non dimiseritis:
nec pater vester qui in celis est, di-
Mat.21.c mittet vobis peccata vestra. Et ve
Luc.20.a niunt rursus Hierosolymã. Et cũ
ambularet ĩ templo, accedũt ad eũ
summi sacerdotes et scribe ⁊ senio-
res, ⁊ dicũt ei, In qua potestate hec
facis? et quis dedit tibi hanc pote-
statẽ vt ista facias? Jesus aũt re-
spõdẽs, ait illis, Interrogabo vos
et ego vnũ verbum, et respondete
mihi: et dicã vobis in qua potesta-
te hec faciã. Baptismus Joannis,
de celo erat an ex hominibus? Re-
spondete mihi. At illi cogitabãt se-
cum, dicentes, Si dixerimus de ce-
lo, dicet nobis, Quare ergo nõ cre-
didistis ei? Si dixerimus ex homi-
nibꝰ, timemus populũ. omnes enĩ
habebãt Joãnem ꝙ vere prophe-
ta esset. Et respõdentes, dicũt Je-
su, Nescimus. Et respondens Je-
sus, ait illis, Neq; ego dico vobis,
in qua potestate hec faciam.

CAPVT. XII.

A ET cepit illis in parabolis lo-
Mat.21 d qui, Vineã pastinauit homo,
Luc.20 b et circundedit sepem, ⁊ fodit
Esaie.5.a lacum, ⁊ edificauit turrim, et loca-
Hiere.2d uit eam agricolis: ⁊ peregre profe-
ctus est. Et misit ad agricolas ĩ tem
pore seruũ, vt ab agricolis accipe-
ret de fructu vinee. Qui apprehen-
sum eum ceciderunt: et dimiserunt
vacuum. Et iterum misit ad illos
alium seruũ: ⁊ illum in capite vul-
nerauerunt, et contumeliis affece-
runt. Et rursum aliũ misit, et illũ
occiderunt: et plures alios, quosdã
cedentes, alios vero occidẽtes. Ad-
huc ergo vnum habẽs filium cha-
rissimum: et illum misit ad eos no-
uissimũ, dicens, Quia reuerebun-
tur filium meum. Coloni autẽ di-
xerũt adinuicem, Hic est heres: ve-
nite occidamus eum: et nostra erit
hereditas. Et apprehendentes eũ,
occiderunt: et eiecerũt extra vineã.
Quid ergo faciet dominus vinee?
Veniet, et perdet colonos: et dabit
vineam aliis. Nec scripturã hanc
legistis? Lapidem quẽ reprobaue-
runt edificãtes: hic factus est in ca- Psalmo.
put anguli: A dño factum est istud: 117.d
et est mirabile in oculis nostris. Et Esa.28.d
querebant eum tenere, et timuerũt Actu.4.b
turbam. cognouerũt enim quoniã Ro.9.g
ad eos parabolam hanc dixerit. Et 1.Pet.2.a
relicto eo abierunt. Et mittunt ad Mat.22 b
eum quosdã ex phariseis ⁊ herodi- Luc.20.d
anis: vt eũ caperent in verbo. Qui
venientes, dicũt ei, Magister, sci- B
mus ꝙ verax es, ⁊ nõ curas quen-
quã. nec enĩ vides in faciẽ hominũ:
sed in veritate viam dei doces. Li-
cet dare tributũ Cesari: an nõ da-
bimus? Qui sciens versutiã illoꝝ,
ait illis, Quid me tẽtatis? Afferte
mihi denariũ vt videam. At illi ob-
tulerũt ei. Et ait illis, Cuiꝰ est im-
ago hec, ⁊ inscriptio? Dicũt ei, Ce-
saris. Respondens aũt Jesus, dixit
illis, Reddite igitur ꝗ sũt Cesaris, Ro.13.c
Cesari: et que sunt dei, deo. Et mi-
rabantur super eo. Et venerũt ad
eum sadducei ꝗ dicunt resurrectio- Mat.22 b
nem non esse: et interrogabant eũ Luc.20 d
dicẽtes, Magister, Moyses nobis Deu.25 b
scripsit, vt si cuius frater mortuus
fuerit, ⁊ dimiserit vxorem, et filios
non reliquerit, accipiat frater eius
vxorẽ ipsius, ⁊ resuscitet semẽ fra-
tri suo. Septẽ ergo fratres erãt: et
primus accepit vxorẽ, ⁊ mortuꝰ est
nõ relicto semine. Et secũdus acce-
pit eã, ⁊ mortuꝰ est: ⁊ nec iste reliqt
semẽ. Et tertius similit̃. Et accepe-
runt eã similit̃ septem: et non reli-
querunt

querũt semen. Nouissima omniũ
defuncta ẽ ⁊ mulier. In resurrectio-
ne ergo cũ resurrexerint, cuius de
his erit vxor? septẽ enĩ habuerunt
eã vxorẽ. Et respõdens Jesus, ait
illis, Nonne ideo erratis, nõ scien-
tes scripturas neq; virtutem dei?
Cum enĩ a mortuis resurrexerint,
neq; nubẽt neq; nubentur, sed sunt
sicut angeli dei in celis. De mor-
C tuis aũt ꝙ resurgãt, nõ legistis in
libro Moysi, super rubũ quomodo
dixerit illi deus, inquiẽs, Ego sum
Exo. 3. b deus Abrahã, ⁊ deus Isaac, ⁊ deus
Jacob? Nõ est deus mortuorũ, sed
viuorum. Vos ergo multũ erratis.
Mat. 22 d Et accessit vnus de scribis qui au-
Luc. 10. e dierat illos conquirentes. et vidẽs
quoniã bene illis respõderit, inter-
rogauit eum quod esset primũ om-
niũ mandatũ. Jesus aũt respondit
ei quia primũ omniũ mandatũ est,
Deu. 6. a Audi Israel, Dñs deus tuus, deus
vnus est. Et diliges dominũ deum
tuũ ex toto corde tuo, ⁊ ex tota ani-
ma tua, ⁊ ex tota mẽte tua, et ex to-
ta virtute tua. Hoc est primũ man-
datũ. Secundum aũt simile est illi,
Le. 19. d Diliges proximũ tuum tanꝙ teip-
Mat. 22 d sum. Maius horũ aliud mandatũ
Ro. 13. c nõ est. Et ait illi scriba, Bene ma-
Gala. 5. c gister, in veritate dixisti, quia vn⁹
Iaco. 2. b est deus, et non est alius preter eũ.
Et vt diligatur ex toto corde, et ex
toto intellectu, ⁊ ex tota anima, ⁊ ex
tota fortitudine, et diligere proximũ
tanꝙ seipsum: maius est omnibus
holocaustomatibus et sacrificiis.
Jesus autẽ videns ꝙ sapienter re-
spondisset, dixit illi, Non es longe
a regno dei. Et nemo iam audebat
eũ interrogare. Et respõdens Je-
Mat. 22 d sus dicebat, docens in tẽplo, Quo-
Luc. 20 g modo dicunt scribe Christum filiũ
D esse Dauid? Ipse enim Dauid di-
cit in spiritu sancto, Dixit domin⁹
Psalmo. domino meo, sede a dextris meis,
109. a Donec ponam inimicos tuos, sca-
bellũ pedũ tuorũ. Ipse ergo Da-
uid dicit eum dominum, et vnde est
fili⁹ eius? Et multa turba eũ libẽ-
ter audiuit. Et dicebat eis ĩ doctri- Mat. 23. a
na sua, Cauete a scribis, qui volũt Luc. 11 f
in stolis ambulare, et salutari ĩ fo- & 20. g
ro, et in primis cathedris sedere in
synagogis, ⁊ primos discubitus in
cenis: qui deuorant domos vidua-
rum sub obtentu ꝓlixe orationis:
hi accipient prolixius iudiciũ. Et
sedens Jesus contra gazophylaci- Luc. 21. a
um, aspiciebat quomodo turba ia-
ctaret es in gazophylacium, ⁊ mul-
ti diuites iactabãt multa. Cum ve-
nisset autẽ vidua vna pauper: mi-
sit duo minuta, quod est quadrãs.
Et cõuocãs discipulos suos, ait il-
lis, Amẽ dico vobis, qm vidua hec
pauper plus omnib⁹ misit qui mi-
serunt ĩ gazophylaciũ. Omnes enĩ
ex eo quod abũdabat illis, miserũt:
hec vero de penuria sua, omnia q̃
habuit misit, totum victum suum.

CAPVT. XIII.

ET cũ egrederetur de templo: A
ait illi vn⁹ ex discipulis suis, Mat. 24 a
Magister, aspice quales lapi- Luc. 19 g
des, ⁊ quales structure. Et respon- Luc. 21. b
dens Jesus, ait illi, Vides has om-
nes magnas edificationes? Nõ re-
linquetur lapis sup lapidem q̃ non
destruatur. Et cũ sederet in monte
oliuarum contra templũ, interro-
gabant eum separatim Petrus et
Jacob⁹ et Joãnes ⁊ Andreas, Dic
nobis: quãdo ista fient? et quod si-
gnum erit quando hec omnia inci-
pient cõsummari? Et respondens
Jesus, cepit dicere illis, Videte ne
quis vos seducat. multi enĩ veniẽt
in nomine meo dicentes, quia ego
sum: ⁊ multos seducent. Cũ audie-
ritis aũt bella et opiniones bellorũ:
ne timueritis. oportet enĩ hec fieri:
sed nondũ finis. Exurget enĩ gens
contra gentem, et regnũ super re- B
gnum: et erunt terremotus per lo-
ca, ⁊ fames. Initiũ dolorũ, hec. Vi-
dete aũt vosmetipsos. Tradent enĩ
vos

vos in cõciliis, et in synagogis vapulabitis, et ante presides et reges stabitis propter me i testimoniũ illis Et in oẽs gentes primum oportet predicari euangeliũ. Et cum duxerint vos tradentes: nolite precogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit ĩ illa hora, id loquimini. nõ enim vos estis loquẽtes: sed spiritus sanctus. Tradet aũt frater fratrẽ ĩ mortẽ, et pater filiũ: et cõsurgẽt filii ĩ parentes, et morte afficiẽt eos. Et eritis odio omnibus, propter nomẽ meũ. Qui aũt sustinuerit in finẽ: hic saluus erit. Cum aũt videritis abominationẽ desolationis stantem vbi nõ debet (qui legit, intelligat) tunc qui in Judea sunt, fugiãt in montes. et qui sup tectũ, ne descendat in domum, nec introeat vt tollat qd de domo sua. et qui in agro erit, nõ reuertat retro tollere vestimentũ suũ. Ve aũt pregnantibus et nutrientibus in illis diebus. Orate vero vt hyeme nõ fiant. Erunt enĩ dies illi tribulationes tales, quales nõ fuerũt ab initio creature quã cõdidit deus vsqz nunc, neqz fient. Et nisi breuiasset dominus dies: nõ fuisset salua omnis caro: sed propter electos quos elegit, breuiauit dies. Et tunc si qs vobis dixerit, Ecce, hic est Christus, ecce illic: ne credideritis. Exurgent enim pseudochristi et pseudoprophete: et dabunt signa et portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos. Vos ergo videte. ecce predixi vobis omnia. Sed in illis diebus post tribulationẽ illam sol cõtenebrabitur, et luna nõ dabit splẽdorem suum, et stelle celi erunt decidentes, et virtutes q̃ in celis sunt mouebũtur. Et tunc videbũt filiũ hominis venientem in nubibus cum virtute multa et gloria. Et tũc mittet angelos suos, et cõgregabit electos suos a quatuor ventis, a summo terre vsqz ad summũ celi. A ficu aũt discite parabolam. Cũ iam ramus eius tener fuerit, et nata fuerint folia: cognoscitis quia in proximo sit estas. sic et vos cũ videritis hec fieri: scitote q ĩ proximo sit in ostiis. Amen dico vobis, qm̃ nõ transibit generatio hec, donec oĩa ista fiant. Celũ et terra transibũt: verba aũt mea nõ trãsibũt. De die autem illo vel hora, nemo scit neqz angeli in celo, neqz filius, nisi pater. Videte, vigilate, et orate. nescitis enim quãdo tẽpus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domũ suã: et dedit seruis suis potestatem cuiusqz operis, et ianitori p̃cepit vt vigilet. Vigilate ergo (nescitis enĩ quãdo dominus domus veniat: sero, an media nocte, an gallicantu, an mane) ne cũ venerit repente, inueniat vos dormiẽtes. Quod autem vobis dico, oĩbus dico, Vigilate.

Margin notes: Mat.10 b; mat.24 b; Luc.21 d; Dan.9.g; C; mat.24 b; Luc.21.b; D; mat.24 d

CAPVT. XIIII.

A Erat autem pascha et azyma post biduũ: et querebãt summi sacerdotes et scribe quomodo eum dolo tenerent et occiderent. Dicebant autem, Nõ in die festo: ne forte tumultus fieret ĩ populo. Et cũ esset Bethanie in domo Simonis Leprosi, et recumberet, venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi pistice pretiosi: et fracto alabastro, effudit sup caput eius. Erant aũt quidã indigne ferentes intra semetipsos, et dicẽtes, Vt qd perditio ista vnguẽti facta est? Poterat enim vnguentũ istud venundari plus q̃ trecẽtis denariis, et dari pauperibus. Et fremebant in eã. Jesus aũt dixit, Sinite eam: quid illi molesti estis? Bonũ opus operata est in me. semper enim pauperes habetis vobiscum, et cũ volueritis potestis illis benefacere, me aũt non semper habetis. Quod habuit, hec fecit: preuenit vngere corpus meum in sepulturã. Amen dico vobis, vbicũqz predicatũ fuerit euange-

Margin notes: Mat.26 a; Luc.22 a; Mat.26 a; Ioã.12.a

euangelium istud in vniuerso mū-
do, et quod fecit hec, narrabitur in
B memoriā eius. Et Judas Iscario-
Mat.26b tes vnus de duodeci abiit ad sum-
Luc.22 a mos sacerdotes, vt proderet eum il-
lis. Qui audiētes, gauisi sunt, ꝛ p̄-
miserunt ei pecuniā se daturos. Et
querebat quomodo illum opportu-
Mat.26b ne traderet. Et primo die azymorū,
Luc.22 a quando pascha immolabant, dicūt
ei discipuli, Quo vis eamus et pa-
remus tibi vt mādūces pascha? Et
mittit duos ex discipulis suis: ꝛ di-
cit eis, Ite in ciuitatē: et occurret
vobis homo lagenā aque baiulās,
sequimini eū: ꝛ quocūq; introierit,
dicite domino domus, q̄a magister
dicit, Ubi est refectio mea, vbi pa-
scha cum discipulis meis mādūcē?
Et ipse vobis demōstrabit cenacu-
lum grande stratum: et illic parate
nobis. Et abierūt discipuli eius, et
venerūt in ciuitatem: et inuenerūt
sicut dixerat illis, et parauerūt pa-
Mat.26b scha. Uespere autē facto, venit cū
Luc.22 b duodecim. Et discumbentibus eis
Ioā.13.c et manducantib⁹, ait Jesus, Amen
dico vobis, quia vn⁹ ex vobis tra-
C det me qui manducat mecū. At illi
ceperunt cōtristari, et dicere ei sin-
gulatim, Nunquid ego? Qui ait
illis, Unus ex duodecim, qui intin-
git mecū manū in catino. et filius
Psa.40 c quidē hominis vadit, sicut scriptū
est de eo: ve aūt homini illi per quē
filius hominis tradetur. bonū erat
I.Co.11c ei, si non esset natus homo ille. Et
manducātibus illis, accepit Jesus
panē, et benedicens fregit, et dedit
eis, et ait illis, Sumite, hoc est cor-
pus meū. Et accepto calice, grati-
as agēs dedit eis. et biberūt ex illo
oēs. Et ait illis, Hic est sanguis
meus noui testamēti, q̄ pro multis
effundet. Amen dico vobis quia iā
non bibā de genimine vitis, vsq; in
Mat.26c diē illū cū illud bibā nouū ī regno
Luc.22 d dei. Et hymno dicto, exierūt in mō-
tem oliuarū. Et ait eis Jesus, Oēs
scādalizabimini in me ī nocte ista: Ioā.18.a
quia scriptum est, Percutiā pasto- Zac.13.c
rem: et dispergent oues. Sed post-
quā resurrexero, p̄cedā vos in Ga-
lileā. Petrus aūt ait illi, Et si om-
nes scādalizati fuerint: sed nō ego.
Et ait illi Jesus, Amen dico tibi, D
quia tu hodie in nocte hac, prius q̄
gall⁹ vocē bis dederit, ter me es ne-
gaturus. At ille amplius loqueba-
tur, Et si oportuerit me simul cō-
mori tibi, nō te negabo. Similiter
aūt ꝛ oēs dicebāt. Et veniūt ī pre- Mat.26d
diū cui nomen Gethsemani. Et ait Luc.22 d
discipulis suis, Sedete hic, donec
orē. Et assumit Petrū ꝛ Jacobū et
Joannē secū: et cepit pauere et te-
dere. Et ait illis, Tristis est anima
mea vsque ad mortē. sustinete hic,
et vigilate. Et cū processisset pau-
lulum, procidit super terrā: et ora-
bat, vt si fieri posset trāsiret ab eo
hora, ꝛ dixit, Abba pater, omnia ti-
bi possibilia sunt: transfer calicem
hunc a me. sed non quod ego volo,
sed qđ tu. Et venit: et inuenit eos
dormientes. Et ait Petro, Simō,
dormis? nō potuisti vna hora vigi-
lare? Uigilate, ꝛ orate, vt nō intre-
tis ī tentationē. spirit⁹ quidē prō-
ptus est: caro vero infirma. Et ite-
rum abiēs orauit, eundū sermonē
dicens. Et reuersus, denuo inuenit
eos dormiētes (erant eni oculi eoꝝ
grauati) et ignorabāt quid respō-
derēt ei. Et venit tertio, et ait illis, E
Dormite iā, et requiescite. Sufficit,
venit hora, ecce filius hominis tra
detur in manus peccatorū. Surgi-
te, eamus. ecce qui me tradet, prope
est. Et adhuc eo loquēte, venit Ju- Mat.26 c
das Iscariotes vnus de duodeci, ꝛ Luc.22.e
cum eo turba multa cum gladiis ꝛ Ioā.18.a
lignis, a summis sacerdotib⁹ ꝛ scri-
bis ꝛ senioribus. Dederat aūt tra-
ditor eius signū eis, dicēs, Quem-
cunq; osculat⁹ fuero, ipse est: tene-
te eū, et ducite caute. Et cū venis-
set: statim accedens ad eū, ait, Aue

Rabbi,

Rabbi. et osculatus est eũ. At illi,
manus iniecerunt in Iesum: et te-
nuerũt eum. Unus autem quidam
de circumstantibus, educens gla-
dium, percussit seruum summi sa-
cerdotis: et amputauit illi auricu-
lam. Et respondens Iesus, ait il-
lis, Tanquam ad latronem exiistis
cum gladiis & lignis comprehende-
re me? Quotidie eram apud vos
in templo docens: et non me tenui-
stis. Sed vt impleantur scripture.
thrẽ.4.d Tũc discipuli eius relinquẽtes eũ,
oẽs fugerũt. Adolescens aũt quidã
sequebat eũ amictus sindone super
nudo: et tenuerũt eũ. At ille reiecta
F sindone, nudus profugit ab eis. Et
Mat.26 f adduxerũt Iesum ad summum sa-
Luc.22.f cerdotem: et conuenerunt omnes
Ioã.18.e sacerdotes et scribe et seniores. Pe
trus autem alõge secutus est eum
vsq intro in atrium summi sacer-
dotis: et sedebat cum ministris ad
ignem, et calefaciebat se. Summi
vero sacerdotes, et omne conciliũ,
querebãt aduersus Iesum testimo-
nium, vt eum morti traderent: nec
inueniebãt. Multi autem testimo-
nium falsum dicebant aduersus
eum: et conuenientia testimonia
non erant. Et quidam surgen-
tes, falsum testimonium ferebant
aduersus eum dicentes, Quoniam
Ioan.2.d nos audiuimus eum dicentẽ, Ego
dissoluam templum hoc manufa-
ctum, et post triduum aliud nõ ma-
nufactũ edificabo. Et non erat cõ-
ueniens testimonium illorum. Et
exurgens summus sacerdos in me-
dium: interrogauit Iesum, dicẽs,
Non respõdes quicq ad ea que ti-
bi obiiciuntur ab his? Ille autem
tacebat: & nihil respondit. Rursum
summus sacerdos interrogabat eũ
et dixit ei, Tu es Christus filius dei
benedicti? Iesus autem dixit illi,
G Ego sum: & videbitis filium homi
nis sedentem a dextris virtutis, et
veniẽtem cum nubibus celi. Sum-
mus autem sacerdos, scindens ve-
stimenta sua, ait, Quid adhuc desi-
deramus testes? Audistis blasphe-
miã. quid vobis videtur? Qui oẽs
cõdemnauerunt eum esse reũ mor-
tis. Et ceperunt quidam conspuere
eum, et velare faciem eius, et cola-
phis eum cedere, et dicere ei, Pro- Mat.16g
phetiza. et ministri alapis eum ce- Luc.22.f
debant. Et cum esset Petrus in a- Ioã.18.e
trio deorsum, venit vna ex ancillis
summi sacerdotis. Et cum vidisset
Petrum calefacientem se, aspiciẽs
illum, ait, Et tu cũ Iesu Nazareno
eras? At ille negauit dicens, Neq
scio, neq noui quid dicas. Et exiit
foras ante atrium: & gallus canta-
uit. Rursus autem cum vidisset il- Mat.26g
lum ancilla, cepit dicere circunstã- Lu 22 f
tibus, Quia hic ex illis est. At ille Ioã.18.e
iterũ negauit. Et post pusillũ, rur-
sus q astabãt, dicebãt Petro, Uere
ex illis es. nam et Galileus es. Ille
aũt cepit anathematizare & iurare,
Quia nescio hominẽ istum quẽ di-
citis. Et statim gallus iterũ canta-
uit. Et recordatus est Petrus verbi
quod dixerat ei Iesus, Prius q
gallus cantet bis, ter me negabis.
Et cepit flere.

CAPVT. XV.

ET confestim, mane concilium A
faciẽtes summi sacerdotes cũ Mat.27
senioribus et scribis, & vniuer- Lu.22
so concilio, vincientes Iesum, du- Ioã.18
xerunt et tradiderunt Pilato. Et
interrogauit eum Pilatus, Tu es
rex Iudeorum? At ille respondens,
ait illi, Tu dicis. Et accusabant eũ Mat.27
summi sacerdotes in multis. Pila- Luc.23
tus aũt rursum interrogauit eum, Ioã.18
dicẽs, Nõ respõdes quicquã? vide
in quantis te accusant. Iesus aũt
amplius nihil respõdit: ita vt mira-
retur Pilatus. Per diẽ aũt festum
solebat dimittere illis vnũ ex vin-
ctis quencunq petissent. Erat autẽ
qui dicebatur Barabbas, qui cum
seditiosis erat vinctus, qui in sedi-
tione

tione fecerāt homicidium. Et cum
ascēdisset turba, cepit rogare, sicut
semper faciebat illis. Pilatus aūt
respōdit eis, ⁊ dixit, Uultis dimit=
tam vobis regē Iudeorū? Sciebat
enim ꝙ per inuidiā tradidissent eū
summi sacerdotes. Pontifices aūt
concitauerūt turbā, vt magis Ba=
B rabbā dimitteret eis. Pilatus aūt
Mat.27c iterū respondēs, ait illis, Quid er=
Luc.23 b go vultis faciā regi Iudeorum? At
Ioā.18.g illi iterū clamauerūt, Crucifige eū.
&19.c. Pilatus vero dicebat illis, Quid
eni mali fecit? At illi magis clama=
bāt, Crucifige eū. Pilatus aūt vo=
lēs populo satisfacere, dimisit illis
Barabbam: et tradidit Iesum fla=
Mat.27c gellis cesum vt crucifigeretur. Mi=
Ioā.19.a lites aūt duxerūt eum in atriū pre=
torii, et conuocāt totam cohortem:
et induunt eū purpura, ⁊ imponūt
ei plectētes spineam coronā. Et ce=
perūt salutare eum, Aue rex Iude=
orum. Et percutiebant caput eius
arundine: et cōspuebant eū. et po=
nentes genua, adorabant eum. Et
postquā illuserūt ei, exuerunt illum
purpura, ⁊ induerūt eū vestimētis
suis: et educunt illū vt crucifigerēt
mat.27b eum. Et angariauerūt pretereuntē
Luc.23 d quēpiam Simonē Cyreneū veniē=
tē de villa, patrē Alexādri et Rufi:
Mat.27d vt tolleret crucē eius. Et perducūt
Luc.23 d illū in Golgoltha locū: quod est in=
Ioā.19.d terpretatū, Caluarie locus. Et da=
bant ei bibere myrrhatū vinū: ⁊ nō
mat.27d accepit. Et crucifigētes eū, diuise=
Luc.23.c runt vestimēta eius: mittētes sortē
Ioā.19.d super eis, quis quid tolleret. Erat
C aūt hora tertia: ⁊ crucifixerunt eū.
Et erat titul⁹ cause ei⁹ inscriptus,
Rex Iudeorū. Et cū eo crucifigunt
duos latrones: vnū a dextris, et a=
lium a sinistris eius. Et impleta est
Esa.53.d scriptura que dicit, Et cū iniquis
reputat⁹ est. Et pretereūtes, blas=
Ioan.2.d phemabāt eū, mouētes capita sua,
et dicētes, Uah qui destruis templū
dei, et in tribus diebus reedificas:
saluum fac temetipsum descendēs
de cruce. Similiter et summi sacer=
dotes illudentes, ad alterutrū cum
scribis dicebāt, Alios saluos fecit,
seipsum non potest saluum facere.
Christus rex Israel descendat nunc
de cruce: vt videam⁹ et credamus.
Et qui cum eo crucifixi erant, con=
uiciabātur ei. Et facta hora sexta,
tenebre facte sunt per totam terrā
vsqꝫ in horam nonam. Et hora no=
na exclamauit Iesus voce magna,
dicens, Eloi, eloi, lamma zabata= Psal.21 a
ni? quod est interpretatum, Deus
meus, deus meus, vt quid dereli=
quisti me? Et quidam de circūstan=
tibus audiētes, dicebant, Ecce, E=
liam vocat. Currens autem vnus,
et implens spongiam aceto, circū=
ponensqꝫ calamo, potum dabat ei,
dicēs, Sinite: videamus si veniat
Elias ad deponēdum eum. Iesus D
aūt emissa voce magna, expirauit.
Et velum tēpli scissum est in duo, a
summo vsqꝫ deorsum. Uidens aūt
Centurio qui ex aduerso stabat, q̄
sic clamās expirasset: ait, Uere hic
homo, filius dei erat. Erant autem
et mulieres de longe aspiciētes: in=
ter quas erat Maria Magdalene,
⁊ Maria Iacobi minoris ⁊ Ioseph
mater, ⁊ Salome, q̄ cū esset in Ga=
lilea, sequebantur eum, ⁊ ministra=
bant ei, ⁊ alie multe que simul cum
eo ascenderant Hierosolymam. Et
cum iam sero esset factū (quia erat Mat.27g
parasceue quod est ante sabbatū) Luc.23 g
venit Ioseph ab Arimathea nobi= Ioā.19 g
lis decurio, qui ⁊ ipse erat expectās
regnū dei. Et audacter introiuit ad
Pilatū, et petiit corpus Iesu. Pi=
latus autem mirabatur si iam obi=
isset. Et accersito Centurione in=
terrogauit eū si iam mortu⁹ esset.
Et cum cognouisset a Centurione:
donauit corpus Ioseph. Ioseph
autem mercatus sindonem, et de=
ponens eum, inuoluit sindone, et
posuit eum i monumēto quod erat

excisum de petra, et aduoluit lapidē ad ostiū monumēti. Maria aūt Magdalene, et Maria Joseph, aspiciebant vbi poneretur.

CAPVT. XVI.

A Luc.24 a Ioā.20.a ET cum transisset sabbatum, Maria Magdalene & Maria Jacobi et Salome, emerunt aromata, vt veniētes vngerēt Jesum. Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentū: orto iam sole. Et dicebant adinuicē, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respiciētes, viderunt reuolutū lapidem. Erat quippe magnus valde.
B Mar.28 a Ioā.20.c Et introeuntes in monumentū, viderūt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida: et obstupuerūt. Qui dicit illis, Nolite expauescere. Jesum queritis Nazarenū, crucifixum: surrexit, non est hic. ecce locus vbi posuerunt eū. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quod precedet vos in Galileam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.
Mar.26 c Sup.14 c At ille exeuntes, fugerūt de monumēto. inuaserat enim eas tremor et pauor: et nemini quicquam dixerunt. timebāt enim.
C Surgens autē Jesus mane prima sabbati, apparuit primo Marie Magdalene, de qua eiecerat septem demonia. Jlla vadens, nūtiauit his qui cum eo fuerant, lugētibus et flentibus. Et illi audientes quia viueret & visus esset ab ea: nō crediderunt.
Lu.24.b Post hec autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villā. et illi euntes nuntiauerūt ceteris: nec illis crediderunt.
Luc.24 f Ioā.20.e Nouissime autem, recumbentibus illis vndecim apparuit: et exprobrauit incredulitatem eorum et duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt.
Mar.28 d D Et dixit eis, Euntes in mūdum vniuersum, predicate euangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit. qui vero nō crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hec sequentur, Jn nomine meo demonia eiicient, Linguis loquentur nouis, Serpentes tollent, Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, Super egros manus imponent: et bene habebunt.
Luc.24 g Et dominus quidem Jesus postquā locutus est eis, assumptus est in celum: et sedit a dextris dei. Jlli autem profecti, predicauerunt vbique: domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis.

EVANGELII SECVNDVM MARCVM, FINIS.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

Præfatio.



QVONIAM quidem multi conati sunt ordinare narrationem que in nobis complete sunt rerum, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis: visum est et mihi assecuto omnia, a principio diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile, vt cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.

Caput

CAPVT. I.

A FUit in diebus Herodis regis
Judee, sacerdos quidā nomine
Zacharias, de vice Abia: et v=
xor illius de filiabus Aaron, et no=
men eius Elizabeth. Erant aūt iu=
sti ambo ante deum, incedentes in
omnibus mandatis et iustificatio=
nibus dñi, sine querela, et non erat
illis filius: eo ꝙ esset Elizabeth ste=
rilis, et ambo processissent in dieb⁹
suis. Factum est autem: cum sacer=
dotio fungeretur Zacharias in or=
dine vicis sue ante deum, secundū
consuetudinē sacerdotii, sorte exiit
Leu. 16 d vt incensum poneret ingressus in
templum domini. et omnis multi=
tudo populi erat orans foris hora
incensi. Apparuit autem illi ange=
lus domini, stans a dextris altaris
incensi. Et Zacharias turbat⁹ est,
videns: ⁊ timor irruit super eū. Ait
autem ad illum angelus, Ne time=
as Zacharia, quoniā exaudita est
deprecatio tua: et vxor tua Eliza=
beth pariet tibi filiū, ⁊ vocabis no=
B men eius Joannem: et erit gaudiū
tibi et exultatio, et multi in natiui=
tate eius gaudebūt. erit enim ma=
gnus coram domino: et vinū ⁊ sice=
ram non bibet: ⁊ spiritu sctō reple=
bitur adhuc ex vtero matris sue: et
multos filiorū Israel cōuertet ad
Psalmo. dominum deum ipsorū. et ipse pre=
131. d cedet ante illum in spiritu et virtu=
Mala. 3. a te Elie: vt conuertat corda patrū
Mala. 4 b in filios, et incredulos ad pruden=
tiam iustorum, parare dño plebem
perfectam. Et dixit Zacharias ad
angelū, Unde hoc sciā? ego enim
sum senex, et vxor mea processit in
diebus suis. Et respondēs angel⁹,
dixit ei, Ego sum Gabriel qui asto
ante deū, ⁊ missus sum loqui ad te,
et hec tibi euāgelizare. Et ecce, eris
tacens, ⁊ nō poteris loqui vsque in
diē quo hec fiant: pro eo ꝙ non cre=
didisti verbis meis, que implebun=
tur in tēpore suo. Et erat plebs ex=
pectās Zachariā: et mirabantur ꝙ
tardaret ipse in templo. Egressus
autē, non poterat loqui ad illos: et
cognouerunt ꝙ visionē vidisset in
templo. Et ipse erat innuens illis:
et permāsit mutus. Et factū est: vt C
impleti sunt dies officii eius, abiit
in domū suam. Post hos aūt dies,
concepit Elizabeth vxor eius: ⁊ oc=
cultabat se mēsib⁹ quinque, dicēs,
Quia sic fecit mihi domin⁹ in die=
bus quib⁹ respexit auferre oppro=
brium meū inter homines. In mē=
se autem sexto, missus est angelus
Gabriel a deo in ciuitatē Galilee,
cui nomen Nazareth, ad virginem
desponsatā viro cui nomē erat Jo=
seph, de domo Dauid: et nomē vir=
ginis Maria. Et ingressus ange=
lus ad eā dixit, Aue gratia plena,
dominus tecū, benedicta tu in mu=
lierib⁹. Que cum audisset, turbata
est in sermone ei⁹: ⁊ cogitabat qua=
lis esset ista salutatio. Et ait ange=
lus ei, Ne timeas Maria, inuenisti
enim gratiā apud deum. ecce conci=
pies in vtero et paries filiū: et vo=
cabis nomen eius Jesum. hic erit Esai. 7. c
magnus: ⁊ filius altissimi vocabit, Infra. 2. c
et dabit illi domin⁹ deus sedē Da= Danielis
uid patris eius: et regnabit in do= 7. d. g
mo Jacob in eternū, et regni eius Mich. 4. c
nō erit finis. Dixit aūt Maria ad D
angelū, Quomodo fiet istud? quo=
niam virū nō cognosco? Et respō=
dens angel⁹, dixit ei, Spirit⁹ san=
ctus superueniet in te, et virtus al=
tissimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ et
quod nascetur ex te sanctū, voca=
bitur filius dei. Et ecce Elizabeth
cognata tua, et ipsa cōcepit filiū in
senectute sua: ⁊ hic mensis sext⁹ est
illi que vocatur sterilis: quia non
erit impossibile apud deum oē ver=
bum. Dixit autē Maria, Ecce an=
cilla Domini, fiat mihi secundum
verbum tuū. Et discessit ab illa an=
gelus. Exurgens autem Maria in
diebus illis, abiit in montana cum

festinatione in ciuitatē Juda: ⁊ intrauit in domum Zacharie, et salutauit Elizabeth. Et factū est: vt audiuit salutationem Marie Elizabeth, exultauit infans in vtero ei⁹. et repleta est spiritu sctō Elizabeth: et exclamauit voce magna, ⁊ dixit, Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus vētris tui.

E Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce eni vt facta est vox salutationis tue in aurib⁹ meis, exultauit i gaudio infans i vtero meo. ⁊ beata que credidisti: quoniam perficiētur ea que dicta sunt tibi a domino. Et ait Maria, Magnificat anima mea dominū. Et exultauit spirit⁹ meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancille sue, ecce enim ex hoc beatā me dicent oēs generationes, Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctū nomē eius. Et misericordia eius a progenie i progenies, timētibus eū. Fecit potentiā in brachio suo: dispersit superbos mēte cordis sui. Deposuit potētes de sede, ⁊ exaltauit humiles. Esuriētes impleuit bonis: ⁊ diuites dimisit inanes.

Esa.42 b Esa.39.d &.54.b Hier.31 a b Psalmo.131.c Ge.22.c

Suscepit Israel puerū suū, memorari misericordie sue, Sicut locut⁹ est ad patres nostros, Abrahā ⁊ semini eius i secula. Mãsit aūt Maria cū illa quasi mensib⁹ tribus: et reuersa est in domū suā. Elizabeth aūt impletū est tempus pariendi: ⁊ peperit filium. Et audierūt vicini et cognati eius,

F quia magnificauit dominus misericordiā suā cū illa, ⁊ congratulabātur ei. Et factum est in die octauo venerunt circūcidere puerum, et vocabant eum nomine patris sui, Zachariā. Et respōdens mater eius dixit, Nequaꝗ̄, sed vocabitur Joannes. Et dixerunt ad illam, Quia nemo est in cognatione tua qui vocet̄ hoc nomine. Innuebant aūt patri eius quem vellet vocari eū. Et postulans pugillarē, scripsit, dicēs, Joānes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autē ilico os eius, et lingua eius, et loquebatur benedicens deū. Et factus est timor super omnes vicinos eorū: ⁊ super omnia montana Judee diuulgabant̄ oīa verba hec: et posuerunt omnes qui audierāt i corde suo, dicētes, Quis putas puer iste erit? Etenim man⁹ domini erat cū illo. Et Zacharias pater eius replet⁹ est spiritu sctō: ⁊ prophetauit, dicens, Benedictus dñs deus Israel: quia visitauit et fecit redēptionē plebi sue. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui, Sicut locut⁹ est per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius, Salutē ex inimicis nostris, et de manu omnium qui oderūt nos, Ad faciendam misericordiam cū patribus nostris: et memorari testamēti sui sancti, Iusiurādum quod iurauit ad Abrahā patrem nostrum, daturū se nobis, Ut sine timore, de manu inimicorū nostrorū liberati seruiamus illi In sanctitate et iustitia corā ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer, propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius, Ad dandam sciētiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorū: Per viscera misericordie dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto Illuminare his qui in tenebris et in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viā pacis. Puer autem crescebat, et confortabatur spiritu, et erat in desertis vsque in diem ostensionis sue ad Israel.

G Psa.73.c &.131.d Hier.23 a &.30.b

Hier.31 f Geñ.22 c

Mala.4 a Zach.3.d

CAPVT. II.

A Factum est autem: in diebus illis exiit edictum a Cesare Augusto, vt describeret̄ vniuersus orbis. Hec descriptio prima, facta est a preside Syrie Cyrino. Et ibant omnes vt profiterent̄ singuli in

ti in suam ciuitatem. Ascendit aũt
& Ioseph a Galilea de ciuitate Na-
zareth, in Iudeã, i ciuitatẽ Dauid
que vocatur Bethleem: eo q esset
de domo & familia Dauid, vt pro-
fiteretur cũ Maria desponsata si-
bi vxore pregnante. Factum est au-
tem: cum essent ibi, impleti sunt di-
es vt pareret. Et peperit filiũ suũ
primogenitũ: & pannis eum inuol-
uit, et reclinauit eũ in presepio: qa
non erat ei locus in diuersorio. Et
B pastores erãt in regione eadẽ vigi-
lantes, & custodientes vigilias no-
ctis super gregẽ suũ. Et ecce ange-
lus dñi stetit iuxta illos, & claritas
dei circumfulsit illos, et timuerunt
timore magno. Et dixit illis ange-
lus, Nolite timere: Ecce enim euã-
gelizo vobis gaudiũ magnũ quod
erit omni populo: quia natꝰ est vo-
bis hodie saluator qui est Christꝰ
dominꝰ in ciuitate Dauid. Et hoc
vobis signum, Inuenietis infantẽ
pannis inuolutũ: et positũ in pre-
sepio. Et subito facta est cũ angelo
multitudo militie celestis, laudãti-
um deum et dicentiũ, Gloria in al-
tissimis deo: et in terra pax homi-
nibus bone voluntatis. Et factum
est: vt discesserunt ab eis angeli in
celũ, pastores loquebant adinuicẽ,
C Transeamus vsque Bethleẽ, & vi-
deamus ho. verbum quod factum
est, quod fecit dominus et ostendit
nobis. Et venerunt festinantes: et
inuenerunt Mariam & Ioseph, et
infantẽ positũ in presepio. Viden-
tes aũt, cognouerũt de verbo quod
dictum erat illis de puero hoc. Et
oẽs qui audierãt mirati sunt: et de
his que dicta erant a pastoribꝰ ad
ipsos. Maria autem conseruabat
omnia verba hec, cõferens in corde
suo. Et reuersi sunt pastores glori-
ficantes et laudantes deum in om-
nibus que audierãt & viderãt: sicut
Leu.12.a dictũ est ad illos. Et postquã con-
summati sunt dies octo vt circũci-

deretur puer: vocatũ est nomen eiꝰ
Iesus, quod vocatũ est ab angelo
prius q in vtero conciperetur. Et D
postquã impleti sunt dies purga- Sup.1.c
tionis eius secundũ legem Moysi, Matt.1.c
tulerũt illũ i Hierusalẽ, vt sisterẽt Leu.12.a
eum dño, sicut scriptum est in lege
domini, Quia omne masculinũ ad- Exo.13.a
aperiens vuluã, sanctũ domino vo- Num.8.c
cabitur. et vt darent hostiã secun-
dum quod dictũ est in lege domini,
par turturũ, aut duos pullos colũ- Leu.12.c
barũ. Et ecce homo erat in Hieru-
salem, cui nomen Simeon, & homo
iste iustus et timoratus, expectans
consolationẽ Israel: et spiritꝰ san-
ctus erat in eo. Et respõsum acce-
perat a spiritu sancto, nõ visurũ se
mortẽ, nisi prius videret Christum
dñi. Et venit in spiritu in templũ.
Et cũ inducerent puerũ Iesum pa-
rentes eius, vt facerẽt secundũ cõ-
suetudinem legis pro eo: et ipse ac-
cepit eũ in vlnas suas, et benedixit
deũ, et dixit, Nunc dimittis seruũ E
tuum dñe, secundũ verbum tuũ in
pace, Quia viderunt oculi me salu-
tare tuũ, Quod parasti ante faciẽ
omniũ populorũ, Lumen ad reue-
lationẽ gentiũ, et gloriã plebis tue
Israel. Et erat pater eius & mater
eius mirãtes sup his que dicebant
de illo. Et benedixit illis Simeon:
et dixit ad Mariã matrẽ eius, Ec-
ce positus est hic in ruinã, et in re- Esaie.8.c
surrectionem multorũ in Israel, et Ro.9.g
in signum cui cõtradicetur. Et tuã 1.Pe.2.b
ipsius animã pertrãsibit gladius,
vt reuelẽtur ex multis cordibꝰ co-
gitationes. Et erat Anna prophe-
tissa, filia Phanuel de tribu Aser:
hec processerat in diebꝰ multis, et
vixerat cũ viro suo annis septem a
virginitate sua. Et hec vidua vsq
ad annos octogintaquatuor: q non
discedebat de tẽplo, ieiuniis & obse-
crationibꝰ seruiẽs nocte ac die. Et
hec ipsa hora superueniẽs, cõfite- F
batur domino: et loquebat de illo
omnibus



omnib⁹ qui expectabāt redemptio-
nem Israel. Et vt perfecerunt oīa
secūdum legem dn̄i, reuersi sunt in
Galileam, in ciuitatē suam Naza-
reth. Puer aūt crescebat, et cōfor-
tabat: plen⁹ sapiētia, ⁊ gratia dei,
erat in illo. Et ibāt parētes eius ꝑ
oēs annos ī Hierusalē, in die solē-
ni pasche. Et cū factus esset annoꝝ
duodecim, ascendentib⁹ illis Hie-
rosolymam secundum consuetudi-
nem diei festi, consummatisq; die-
bus cū redirent, remansit puer Ie-
sus in Hierusalem, et non cogno-
uerunt parentes eius. Existiman-
tes aūt illum esse in comitatu, ve-
nerunt iter diei, et requirebāt eum
inter cognatos et notos. Et nō in-
uenientes eū, regressi sunt in Hie-
C rusalē: requirētes eū. Et factū est:
post triduum inuenerunt illum in
templo, sedentem in medio doctoꝝ,
audientem illos, et interrogantem
eos. Stupebant aūt omnes qui eū
audiebāt, super prudentia et respō-
sis ei⁹. Et videntes admirati sunt.
Et dixit mater eius ad illum, Fili,
quid fecisti nobis sic? Ecce pater
tuus et ego dolentes querebamus
te. Et ait ad illos, Quid est ꝙ me
querebatis? nesciebatis quia ī his
que patris mei sunt, oportet me es-
se? Et ipsi nō intellexerunt verbū
quod locutus est ad eos. Et descen-
dit cū eis, ⁊ venit Nazareth: ⁊ erat
subdit⁹ illis. Et mater ei⁹ cōserua-
bat oīa verba hec in corde suo. Et
Iesus proficiebat sapientia et eta-
te et gratia apud deum ⁊ homines.

CAPVT. III.

A ANno autem quintodecimo
imperii Tiberii Cesaris,
procurāte Pontio Pilato
Iudeā, tetrarcha aūt Galilee He-
rode, Philippo aūt fratre eius te-
trarcha Ituree, ⁊ Traconitidis re-
gionis, et Lysania Abiline tetrar-
cha, sub principibus sacerdotū An-
na et Caipha: factum est verbū dn̄i
super Ioannem Zacharie filium,
in deserto. Et venit in oēm regionē Matt. 3.a
Iordanis, predicans baptismū pe- Marc. 1.a
nitentie in remissionem peccatorū:
sicut scriptum est in libro sermonū
Esaie prophete, Vox clamantis in Esa. 40.a
deserto, Parate viam dn̄i, rectas Ioan. 1.c
facite semitas ei⁹. oīs vallis imple-
bitur: et oīs mons et collis humili-
abitur. et erunt praua in directa: et
aspera, in vias planas. et videbit
oīs caro salutare dei. Dicebat ergo Mat. 3 b c
ad turbas que exibant vt baptiza- B
rentur ab ipso, Genimina vipera-
rum, quis ostendit vobis fugere a
ventura ira? Facite ergo fruct⁹ di-
gnos penitentie. et ne ceperitis di-
cere, Patrē habem⁹ Abrahā. Dico
enī vobis quia potens est de⁹ de la-
pidibus istis suscitare filios Abra-
he. Iam enim securis ad radicē ar-
boris posita est. Oīs ergo arbor nō
faciēs fructū bonū, excidetur, et in
ignem mittetur. Et interrogabant
eum turbe, dicētes, Quid ergo fa-
ciem⁹? Respōdens autē dicebat il-
lis, Qui habet duas tunicas, det nō
habenti: et qui habet escas, similit
faciat. Venerūt aūt ⁊ publicani vt C
baptizarentur: et dixerūt ad illum,
Magister, quid faciemus? At ille
dixit ad eos, Nihil ampli⁹ ꝙ quod
cōstitutum est vobis, faciatis. In-
terrogabant aūt eum ⁊ milites, di-
centes, Quid faciemus et nos? Et
ait illis, Neminē concutiatis, neq;
calumniam faciatis: et contenti e-
stote stipendiis vestris. Existimāte Matt. 3.c
aūt populo, et cogitantibus omni- Marc. 1.b
bus in cordibus suis de Ioāne, ne Ioan. 1.d
forte ipse esset Christus, respondit
Ioannes dicēs omnib⁹, Ego qui-
dem aqua baptizo vos: veniet aūt
fortior me post me, cuius non sum
dign⁹ soluere corrigiam calceamē-
torum eius: ipse vos baptizabit in
spiritu sancto et igni. cuius venti- Matt. 3.
labrum in manu eius, et purgabit D
aream suam; et congregabit triti-

cum

eum in horreum suum, paleas aūt
cōburet igni inextinguibili. Multa
quidem et alia exhortans euangeli-
zabat populo. Herodes autem te- Mat.14.a
trarcha cū corriperetur ab illo de Marc.6.c
Herodiade vxore fratris sui, et de
omnibus malis que fecit Herodes:
adiecit et hoc super oīa, et inclusit
Joannem in carcerē. Factū est aūt Matt.3.d
cum baptizaretur oīs populus, et Marc.1.b
Jesu baptizato et orante, apertum
est celum: et descendit spiritus san-
ctus corporali specie sicut columba
E in ipsum, & vox de celo facta est, Tu
es filius meus dilectus, in te com-
placui mihi. Et ipse Jesus erat in-
cipiēs quasi annorum triginta, vt
putabatur filius Joseph, qui fuit
Heli, qui fuit Matthat, q fuit Le-
ui, qui fuit Melchi, qui fuit Jāne,
qui fuit Joseph, qui fuit Mattha-
thie, qui fuit Amos, qui fuit Naū,
qui fuit Helli, qui fuit Nagge, qui
fuit Maath, qui fuit Matthathie,
quif uit Semei, qui fuit Joseph,
qui fuit Juda, qui fuit Johanna,
F qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel,
qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,
qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui
fuit Cosam, qui fuit Helmadā, qui
fuit Her, qui fuit Jesu, q fuit He-
liezer, qui fuit Jorim, q fuit Mat-
that, qui fuit Leui, qui fuit Sime-
on, qui fuit Iuda, qui fuit Joseph,
qui fuit Jona, q fuit Heliachim, q
fuit Melcha, qui fuit Menna, qui
fuit Matthatha, q fuit Nathan,
qui fuit Dauid, qui fuit Jesse, qui
fuit Obed, q fuit Booz, q fuit Sal-
G mō, q fuit Naasson, q fuit Amina-
dab, q fuit Arā, q fuit Esrō, q fuit
Phares, q fuit Jude, q fuit Jacob,
qui fuit Jsaac, q fuit Abrahā, qui
fuit Thare, q fuit Nachor, q fuit
Saruch, q fuit Ragau, q fuit Pha-
leg, q fuit Heber, q fuit Sale, qui
fuit Cainā, q fuit Arphaxat, q fuit
Sē, q fuit Noe, q fuit Lamech, qui
fuit Mathusala, q fuit Enoch, qui
fuit Jareth, qui fuit Malaleel, qui
fuit Cainā, qui fuit Enos, qui fuit
Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

CAPVT. IIII.

IEsus aūt plenus spiritu sancto, A
regressus ē a Jordane: & agebat Mat. 4.a
in spiritu in deserto, dieb⁹ qua- Marc.1.b
draginta, et tentabatur a diabolo.
Et nihil manducauit in dieb⁹ illis:
et cōsummatis illis, postea esuriit.
Dixit aūt illi diabolus, Si filius
dei es: dic lapidi huic vt panis fiat.
Et respōdit ad illum Jesus, Scri-
ptum est, Quia nō in pane solo vi- Deut.8.a
uit homo, sed i omni verbo dei. Et
duxit illum diabol⁹ in montē excel-
sum, & ostendit illi oīa regna orbis
terre in momento temporis: et ait
illi, Tibi dabo potestatē hanc vni-
uersam, et gloriam illorū: quia mi-
hi tradita sunt, et cui volo do illa.
Tu ergo ꝓcidens si adoraueris co-
ram me: erunt tua oīa. Et respon-
dens Jesus, dixit illi, Scriptū est:
Dñm deum tuū adorabis, & illi soli Deut.6.c
seruies. Et duxit illū in Hierusalē, & 10.d
et statuit eum super pinnam tēpli: B
et dixit illi, Si filius dei es: mitte te
hinc deorsum. Scriptū est enim ꝙ Psa.90.c
angelis suis mandauit de te, vt cō-
seruent te: et quia in manib⁹ tollēt
te, ne forte offendas ad lapidē pedē
tuū. Et respondens Jesus, ait illi,
Dictum est, Nō tentabis dñm deū Deut.6.c
tuum. Et consummata omni tēta-
tione, diabolus recessit ab illo vsq
ad tempus. Et regressus est Jesus Mat. 4.b
in virtute spiritus in Galileam: et Marc.1.b
fama exiit per vniuersam regionē Ioan.4.f
de illo. Et ipse docebat in synago- C
gis eorum: et magnificabatur ab
omnibus. Et venit Nazareth vbi Mat.13.g
erat nutritus: & intrauit secundum Mar. 6.a
cōsuetudinem suam die sabbati in Ioan.4.f
synagogam, et surrexit legere. Et
traditus est illi liber Esaie prophe-
te. Et vt reuoluit librū: inuenit lo-
cum vbi scriptum erat, Spiritus Esa. 61.a
dñi super me, propter quod vnxit
me,

me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, predicare captiuis remissionē, ⁊ cecis visum, dimittere cōfractos in remissionem, predicare annum dn̄i acceptum, et diem retributionis. Et cū plicuisset librum, reddidit ministro et sedit. Et oīum in synagoga oculi erant intendentes in eum.
D Cepit aūt dicere ad illos, Quia hodie impleta est hec scriptura ī aurib⁹ vestris. Et oēs testimoniū illi dabāt, et mirabātur in verbis gratie, que procedebāt de ore ipsius, ⁊ dicebāt, Nōne hic est filius Ioseph? Et ait illis, Utiq; dicetis mihi hanc similitudinem, Medice, cura teipsum: quāta audiuim⁹ facta in Capharnaum: fac et hic in patria tua. Ait aūt, Amen dico vobis, quia nemo propheta accept⁹ est in patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erant in diebus Elie in Israel
3 Re.17. a.b. Iaco.5.b quando clausum est celū annis tribus et mensib⁹ sex, cum facta esset fames magna in oī terra: ⁊ ad nullam illarū missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonis, ad mulierē viduā. Et multi leprosi erāt in Isra-
4.re.5.d el sub Eliseo propheta: ⁊ nemo eorū
E mūdatus est nisi Naamā Syrus. Et repleti sunt omnes ī synagoga, ira, hec audientes. Et surrexerunt, et eiecerunt illum extra ciuitatē: et duxerūt illum vsq; ad supercilium montis super quē ciuitas illorū erat
Mat. 4.b Marc.1.c edificata, vt precipitarent eū. Ipse autē transiēs per medium illorum,
Mat. 7.d Marc.1.c ibat. Et descēdit in Capharnaum ciuitatem Galilee: ibiq; docebat illos sabbatis. Et stupebant in doctrina ei⁹: quia in potestate erat sermo ipsius. Et ī synagoga erat ho-
Marc. 1.c mo habens demoniū immundum: et exclamauit voce magna, dicens,
F Sine, quid nobis et tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te quia sis sanctus dei. Et increpauit illum Iesus, dicens, Obmutesce, et exi ab eo. Et cum proiecisset illū demonium in medium, exiit ab illo, nihilq; illū nocuit. Et factus est pauor in omnibus, et colloquebantur adinuicem dicentes, Quod est hoc verbum: quia in potestate et virtute imperat immundis spiritibus, et exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnē locum regionis. Surgēs autem Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socr⁹ Matt.8.b Marc.1.c
autē Simonis tenebatur magnis febribus: et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam, imperauit febri: et dimisit illam. Et continuo G
surgēs ministrabat illis. Cum aūt sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus: ducebāt illos ad eum. At ille singulis Matt Marc
man⁹ imponēs, curabat eos. Exibant autem demonia a multis clamantia et dicētia, Quia tu es fili⁹ dei. Et increpans, non sinebat ea loqui, q̄a sciebant ipsum esse Christum. Facta autē die, egressus ibat Marc.1.d
in desertum locum: et turbe requirebāt eū, et venerūt vsq; ad ipsum: et detinebāt illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait, Quia et aliis Le.1.4
ciuitatib⁹ oportet me euangelizare regnū dei: q̄a ideo missus sum. Et erat predicās ī synagogis Galilee.

CAPVT. V.

A Mat. 4.c Marc.1.b Matt. Marc.
Factum est aūt: cū turbe irruerent in eum vt audirēt verbum dei: ⁊ ipse stabat secus stagnū Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autē descenderant, et lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim que erāt Simonis, rogauit eū a terra reducere pusillū. Et sedēs, docebat de nauicula turbas. Ut cessauit autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in altum, ⁊ laxate retia vestra ī capturā. Et respondēs Simō, dixit illi, Preceptor per totam noctē laborantes nihil cepim⁹, B
in verbo autē tuo laxabo rete. Et cum

cum hoc fecissent, concluserunt pi-
scium multitudinẽ copiosam. rum-
pebatur aũt rete eorum. Et annue-
runt sociis qui erant in alia naui,
vt venirent et adiuuarent eos. Et
venerũt, et impleuerũt ambas na-
uiculas : ita vt pene mergerentur.
Quod cum videret Simõ Petr⁹,
procidit ad genua Jesu, dicẽs, Exi
a me dñe: quia homo peccator sum.
Stupor eñi circundederat eũ ⁊ oẽs
qui cum illo erãt, in captura pisciũ
quam ceperãt. Similiter aũt Jaco-
bum et Joannẽ filios Zebedei, qui
C erãt socii Simonis. Et ait ad Si-
monem Jesus, Noli timere: ex hoc
iam, homines eris capiẽs. Et sub-
ductis ad terrã nauib⁹, relictis oi-
Matt.8.a bus secuti sunt eũ. Et factũ est: cũ
Marc.1.d esset in vna ciuitatũ, ⁊ ecce vir ple-
nus lepra, et vidẽs Jesum, ⁊ proci-
dens in faciẽ suam, rogauit eũ, di-
cẽs, Dñe, si vis, potes me mũdare.
Et extendens manũ, tetigit eũ, di-
cens, Volo. Mũdare. Et cõfestim
lepra discessit ab illo. Et ipse prece-
pit illi vt nemini diceret: sed, Vade,
ostende te sacerdoti, et offer pro e-
Le.14.a. mũdatiõe tua sicut precepit Moy-
ses in testimoniũ illis. Perambu-
labat aũt magis sermo de illo: ⁊ cõ-
ueniebant turbe multe vt audirẽt,
et curarẽtur ab infirmitatib⁹ suis.
Ipse aũt secedebat in desertum, et
Matt.9.a orabat. Et factum est in vna dierũ,
Marc.2.a et ipse sedebat docẽs. Et erãt pha-
D risei sedentes et legis doctores qui
venerãt ex omni castello Galilee et
Judee et Hierusalem: et virtus do-
mini erat ad sanandũ eos. Et ecce
viri portãtes in lecto hominem qui
erat paralyticus: et querebãt eum
inferre, et ponere ante eum. Et nõ
inuenientes qua parte illum infer-
rent pre turba, ascenderunt supra
tectum, et per tegulas submiserunt
eum cum lecto in medium ante Je-
sum. Quorum fidem vt vidit, dixit,
Homo, remittunt tibi peccata tua.

Et ceperunt cogitare scribe ⁊ pha-
risei, dicentes, Quis est hic qui lo-
quit blasphemias? quis potest di-
mittere peccata nisi solus deus? At
cognouit autẽ Jesus cogitationes
eorũ, respõdẽs dixit ad illos, Quid
cogitatis in cordib⁹ vestris? Quid E
est facilius, dicere, Dimittunt tibi
peccata: an dicere, Surge, et am-
bula? Ut aũt sciatis quia fili⁹ ho-
minis habet potestatem in terra di-
mittẽdi peccata (ait paralytico) Ti-
bi dico, surge, tolle lectum tuum: et
vade in domũ tuam. Et confestim
consurgẽs coram illis, tulit lectum
in quo iacebat: ⁊ abiit in domũ su-
am, magnificans deum. Et stupor
apprehendit oẽs, et magnificabant
deum. Et repleti sunt timore, dicẽ-
tes, Quia vidimus mirabilia ho-
die. Et post hec exiit, ⁊ vidit publi- Matt.9.a
canũ noie Leui, sedentẽ ad teloniũ, Mar.2.b
et ait illi, Sequere me. Et relictis F
omnibus, surgẽs secutus est eum.
et fecit ei cõuiuium magnum Leui
in domo sua: et erat turba multa
publicanorũ et aliorũ qui cum illis
erant discumbẽtes. Et murmura-
bant pharisei et scribe eorũ, dicen-
tes ad discipulos eius, Quare cum
publicanis ⁊ peccatoribus mandu-
catis ⁊ bibitis? Et respondens Je-
sus, dixit ad illos, Nõ eget qui sa-
ni sunt, medico: sed q̃ male habẽt.
Non veni vocare iustos, sed pecca- Mat.9.b
tores ad penitentiã. At illi dixerũt Marc.2.c
ad eum, Quare discipuli Joannis
ieiunãt frequẽter, et obsecrationes
faciũt, similit ⁊ phariseorum: tui aũt, G
edunt et bibunt? Quibus ipse ait,
Nunquid potestis filios sponsi, dũ
cum illis est sponsus, facere ieiuna-
re? Venient aũt dies: et cum abla-
tus fuerit ab illis sponsus, tunc ie-
iunabunt in illis diebus. Dicebat
aũt ⁊ similitudinem ad illos, Quia
nemo cõmissuram a vestimẽto no-
uo immittit in vestimẽtum vetus:
alioquin et nouũ rumpit, et veteri

non cõuenit cõmissura a nouo. Et
nemo mittit vinum nouũ in vtres
veteres, alioquin rumpet vinũ no-
uum vtres, et vinum effundetur, et
vtres peribunt. sed vinum nouum
in vtres nouos mittendum est: ꝛ v-
traq; cõseruantur. Et nemo bibẽs
vetus, statim vult nouum. dicit e-
nim, Vetus melius est.

CAPVT. VI.

A F Actũ est aũt i sabbato secundo
Mat.12.a primo, cum transiret per sata,
Marc.2 d vellebant discipuli eiꝰ spicas,
et manducabant confricantes ma-
nibꝰ. Quidam autẽ phariseoꝝ di-
cebant illis, Quid facitis quod nõ
licet in sabbatis? Et respõdẽs Je-
sus ad eos dixit, Nec hoc legistis
1.re.21.g quod fecit Dauid: cũ esurisset ipse
et qui cum illo erant: quomodo in-
trauit in domum dei, ꝛ panes pro-
positionis sumpsit et manducauit,
ꝛ dedit his qui cum ipso erãt, quos
non licet manducare nisi tantũ sa-
cerdotibus? Et dicebat illis, Quia
B dñs est filiꝰ hominis etiã sabbati.
Mat.12.a Factum est autẽ et in alio sabbato
Marc.3.a vt intraret in synagogam, et doce-
ret. Et erat ibi homo, et manus eiꝰ
dextera erat arida. Obseruabãt aũt
scribe ꝛ pharisei si in sabbato cura-
ret: vt inuenirent vnde accusarent
eum. Ipse vero sciebat cogitatiões
eoꝝ: ꝛ ait homini qui habebat ma-
num aridam, Surge, et sta in me-
dium. Et surgẽs, stetit. Ait aũt ad
illos Jesus, Interrogo vos, si licet
sabbatis benefacere, an male: ani-
mam saluã facere, an perdere? Et
circumspectis omnibꝰ, dixit homi-
ni, Extende manum tuam. Et extẽ-
dit: et restituta est manꝰ eius. Ipsi
aũt repleti sunt insipientia: et col-
loquebãtur adinuicem quidnã fa-
cerent Jesu. Factum est aũt in illis
diebus, exiit in montem orare, et e-
Mat.10.a rat pernoctans in oratione dei. Et
Marc.3.b cum dies factꝰ esset, vocauit disci-
pulos suos: et elegit duodecim ex
ipsis, quos ꝛ apostolos nominauit,
Simonem quẽ cognominauit Pe- C
trum, et Andream fratrẽ eius, Ja-
cobum ꝛ Joannem, Philippum et
Bartholomeũ, Mattheũ et Tho-
mam, Jacobum Alphei et Simo-
nem qui vocatur Zelotes, et Judã
Jacobi, et Judam Iscariotem qui
fuit proditor. Et descendẽs cum il-
lis stetit in loco campestri, et turba
discipulorum eius, ꝛ multitudo co-
piosa plebis ab omni Judea et Hi-
erusalem: et maritima Tyri ꝛ Si-
donis qui venerãt vt audirent eũ,
et sanarẽtur a languoribꝰ suis. Et
q̃ vexabãtur a spiritibꝰ immũdis,
curabãtur. Et oĩs turba querebat
eum tãgere: quia virtus de illo ex-
ibat, et sanabat oẽs. Et ipse eleua- Matt.5
tis oculis in discipulos suos, dice-
bat, Beati pauperes: quia vestrum D
est regnum dei. Beati qui nũc esu-
ritis: quia saturabimini. Beati qui
nũc fletis: quia ridebitis. Beati eri-
tis cũ vos oderint homines, ꝛ cũ se-
parauerint vos, ꝛ exprobrauerint,
et eiecerint nomẽ vestrum tãquam
malũ propter filiũ hominis. Gau-
dete in illa die ꝛ exultate, ecce enim
merces vestra multa est in celo. se-
cundum hec eni faciebant prophe-
tis patres eoꝝ. Veruntamẽ ve vo- amos 6
bis diuitibus, qui habetis consola-
tionẽ vestrã. Ve vobis qui satura- Eccl.31
ti estis: quia esurietis. Ve vobis q̃
ridetis nũc: quia lugebitis et flebi-
tis. Ve cũ benedixerint vobis oẽs
homines. secundũ hec eni faciebãt
pseudoprophetis patres eoꝝ. Sed
vobis dico q̃ auditis, Diligite ini- Matt.5
micos vestros: benefacite his q̃ vos
oderunt. Benedicite maledicentibꝰ
vobis: ꝛ orate pro calumniantibus E
vos. Et qui te percutit in maxillã Matt.5.
vnam, prebe illi et alterã. Et ab eo
qui aufert tibi vestimentũ, etiã tu- 1.cor.6
nicã noli prohibere. Oĩ aũt petenti
te, tribue: et q̃ aufert q̃ tua sunt, ne Mat.7.
repetas. Et prout vultis vt faciãt Tob.4.
vobis

vobis homines, et vos facite illis
Mat.5.g similit. Et si diligitis eos q̃ vos di-
ligũt: que vobis est gratia? nam et
peccatores, diligentes se, diligunt.
Et si benefeceritis his q̃ vobis be-
nefaciũt, q̃ vobis est gratia? siqui-
dem et peccatores hoc faciũt. Et si
mutuũ dederitis his a quib⁹ spera-
tis recipere: que gratia est vobis?
nam et peccatores peccatoribus fe-
Mat.5.g nerãtur, vt recipiãt equalia. Verũ-
Deu.15 b tamẽ diligite inimicos vestros: be-
nefacite et mutuum date nihil inde
sperãtes: ⁊ erit merces vestra mul-
ta, et eritis filii altissimi: quia ipse
benign⁹ est sup ingratos ⁊ malos.
F Estote ergo misericordes sicut ⁊ pa-
Mat.7.a ter vester misericors est. Nolite iu-
dicare: et non iudicabimini. nolite
condẽnare: et non cõdemnabimini.
Dimittite: et dimittemini. Date, et
dabitur vobis. Mẽsuram bonã et
confertã et coagitatã ⁊ super efflu-
Mat.7.a entem dabunt in sinũ vestrũ. Eadẽ
Mar.4.c quippe mensura qua mẽsi fueritis,
Mat.15 b remetiet vobis. Dicebat autẽ illis
et similitudinẽ, Nunquid potest ce-
cus cecum ducere? nonne ambo in
Mat.10 e foueam cadũt? Non est discipulus
Ioã.13.b super magistrum. perfectus autem
omnis erit, si sit sicut magister ei⁹.
Mat.7.a Quid aũt vides festucam in oculo
fratris tui: trabem aũt que in ocu-
lo tuo est, nõ consideras? Aut quo-
modo potes dicere fratri tuo, Fra-
ter, sine eiiciã festucã de oculo tuo:
ipse in oculo tuo trabẽ non vides?
Hypocrita, eiice primum trabẽ de
oculo tuo: et tũc perspicies vt edu-
Matt.7 c cas festucã de oculo fratris tui. Nõ
est enim arbor bona, que facit fru-
ctus malos: neq; arbor mala, faciẽs
Mat.12.c fructum bonũ. Vnaqueq; enim ar-
G bor de fructu suo cognoscit. Neq;
enim de spinis colligunt ficus: neq;
de rubo vindemiãt vuã. Bon⁹ ho-
mo de bono thesauro cordis sui p-
fert bonum: et mal⁹ homo de malo
thesauro profert malum. Ex abũ-
dãtia enim cordis os loquit. Quid
aũt vocatis me, Dñe domine: et nõ
facitis que dico? Omnis qui venit ad Mat.7.d
me, et audit sermones meos et fa- Rom.2 b
cit eos: ostendam vobis cui similis Iaco.1.d
sit. similis est homini edificanti do-
mum, qui fodit in altum, et posuit
fundamẽtum supra petram. inun-
datiõe autem facta, illisum est flu-
men domui illi: et non potuit eam
mouere. fundata enim erat supra
petram. Qui autem audit et non
facit: similis est homini edificanti
domum suã supra terram sine fun-
damẽto. in quam illisus est fluui⁹:
et continuo cecidit, et facta est rui-
na domus illius magna.

CAPVT. VII.

Cum autẽ implesset oĩa ver- A
ba sua ĩ aures plebis, intra- Matt.8.a
uit Capharnaum. Centuri-
onis autem cuiusdam seruus male
habẽs, erat moriturus: qui illi erat
preciosus. Et cũ audisset de Iesu,
misit ad eum seniores Iudeorum, ro-
gãs eum vt veniret, ⁊ saluaret ser-
uum eius. At illi cum venissent ad
Iesum, rogabãt eum solicite, dicẽ-
tes ei, Quia dignus est vt hoc illi
prestes. diligit enim gẽtem nostrã:
et synagogã ipse edificauit nobis.
Iesus autẽ ibat cum illis. Et cum
iam non lõge esset a domo, misit ad
eum Centurio amicos, dicẽs, Do-
mine, noli vexari. nõ enim sum di-
gn⁹ vt sub tectum meũ intres. pro-
pter quod et meipsum non sum di-
gnum arbitrat⁹ vt venirem ad te:
sed dic verbo, et sanabit puer me-
us. nam ⁊ ego homo sum sub pote- B
state constitut⁹, habens sub me mi-
lites: et dico huic, vade, et vadit: et
alio, veni, et venit: ⁊ seruo meo, fac
hoc, ⁊ facit. Quo audito, Iesus mi-
ratus est, et conuersus, sequentib⁹
se turbis dixit, Amẽ dico vobis, nec
in Israel tantã fidẽ inueni. Et re-
uersi qui missi fuerãt, domũ: inue-
nerunt seruũ qui languerat, sanũ.

Et factum est: deinceps ibat Jesus in ciuitatem que vocatur Naim: et ibant cum eo discipuli eius et turba copiosa. Cũ aũt appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matri sue: et hec, vidua erat: et turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dominus, misericordia mot9
C super eam, dixit illi, Noli flere. Et accessit, et tetigit loculũ. Hi autem qui portabãt, steterũt. Et ait, Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, et cepit loqui. Et dedit illum matri sue. Accepit autẽ oẽs timor: et magnificabãt deum, dicentes, Quia propheta magnus surrexit in nobis: et quia deus visitauit plebẽ suã. Et exiit hic sermo in vniuersam Judeã de eo, et i oẽm circa regionẽ. Et nuntiauerũt Joanni discipuli eius de omnib9 his. Et conuocauit duos de discipulis
Mat. 11, a suis Joãnes: et misit ad Jesum, dicens, Tu es q̃ venturus es: an aliũ expectam9? Cum aũt venissent ad eum viri, dixerũt, Joãnes Baptista misit nos ad te, dicens, Tu es q̃ venturus es: an alium expectam9? in ipsa autẽ hora multos curauit a languorib9 suis et plagis, et spiritib9 malis: et cecis multis donauit visum. Et respondens, dixit illis, Euntes renũtiate Joanni que audistis et vidistis, Quia ceci vident,
D claudi ambulãt, leprosi mundant, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: et beat9 est quicũq̃ nõ fuerit scãdalizat9 in me. Et cũ discessissẽt nũtii Joãnis, cepit de Joanne dicere ad turbas, Quid existis i desertũ videre? arũdinẽ vẽto agitatã? Sed q̃d existis videre? hominẽ mollib9 vestimentis indutum? Ecce qui in veste preciosa sunt et deliciis, in domib9 regum sunt. Sed q̃d existis videre? prophetã? Utiq̃ dico vobis et plus q̃ prophetã. hic est de quo scriptũ est, Ecce mitto angelum meũ ante faciem tuam, qui preparabit viam tuã ante te. Dico enim vobis, maior inter natos mulierũ propheta Joãne Baptista nemo est. qui aũt minor est in regno dei, maior est illo. Et oĩs populus audiens, et publicani iustificauerunt deũ, baptizati baptismo Joannis. Pharisei aũt et legis periti, consiliũ dei spreuerũt in semetipsos, non baptizati ab eo. Ait aũt dñs, Cui ergo similes dicã homines generationis huius: et cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentib9 in foro, et loquentib9 adinuicẽ, et dicẽtib9, Cãtauimus vobis tibiis, et non saltastis: lamentauimus, et nõ plorastis. Uenit autẽ Joãnes Baptista neq̃ manducãs panẽ, neq̃ bibẽs vinũ, et dicitis, Demoniũ habet. Uenit filius hominis manducãs et bibẽs: et dicitis, Ecce homo deuorator et bibens vinũ, amicus publicanorũ et peccatorũ. Et iustificata est sapientia ab omnib9 filiis suis. Rogabat autẽ illum quidam de phariseis vt mãducaret cũ illo. Et ingressus domũ pharisei, discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit q̃ Jesus accubuit in domo pharisei, attulit alabastrum vnguenti: et stans retro, secus pedes eius, lachrymis cepit rigare pedes eius, et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes eius, et vnguẽto vngebat. Uidens aũt phariseus qui vocauerat eum, ait intra se, dicẽs, Hic si esset propheta, sciret vtiq̃ que et qualis est mulier que tangit eũ, quia peccatrix est. Et respondẽs Jesus, dixit ad illum, Simõ, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister, dic. Duo debitores erant cuidam feneratori: vnus debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisq̃. Quis ergo

Mala. 3, a
E
Mat. 11, b
F
Mat.
Mar.

ergo eum plus diligit? Et respon-
dens Simō, dixit, Estimo quia is
G cui plus donauit. At ille dixit ei, Re
cte iudicasti. Et conuersus ad mu-
lierē, dixit Simoni, Vides hāc mu-
lierem? Intraui in domum tuam,
aquam pedibꝰ meis nō dedisti: hec
autē lachrymis rigauit pedes me-
os, et capillis suis tersit. Osculum
mihi non dedisti: hec aūt ex quo in-
traui, non cessauit osculari pedes
meos. Oleo caput meū nō vnxisti:
hec aūt vnguento vnxit pedes me-
os. Propter quod dico tibi, Remit-
tuntur ei peccata multa: quoniam
dilexit multum. Cui autem minus
dimittitur, minꝰ diligit. Dixit au-
tem ad illā, Remittuntur tibi pec-
cata. Et ceperūt qui simul accūbe-
bant, dicere intra se, Quis est hic q̄
etiam peccata dimittit? Dixit au-
tem ad mulierem, Fides tua te sal-
uam fecit, vade in pace.

CAPVT. VIII.

A Et factum est deinceps, et ipse
iter faciebat p̄ ciuitates et ca-
stella predicās et euangelizās
regnum dei: et duodecim cum illo,
et mulieres alique que erant cura-
te a spiritibus malignis ⁊ infirmi-
tatibꝰ, Maria que vocatur Mag-
dalene, de qua septē demonia exie-
rant, ⁊ Joanna vxor Chuse procu-
ratoris Herodis, ⁊ Susanna, ⁊ alie
multe, que ministrabāt ei de facul-
tatibus suis. Cum aūt turba plu-
rima cōueniret, ⁊ de ciuitatibꝰ pro-
perarent ad eum: dixit p̄ similitu-
Mat.13.a dinem, Exiit qui seminat seminare
Mar.4.a semen suum. et dum seminat aliud
cecidit secus viam, et conculcatum
est, ⁊ volucres celi comederūt illud.
Et aliud cecidit supra petram: et
natum aruit, quia nō habebat hu-
morē. Et aliud cecidit int̄ spinas:
et simul exorte spine suffocauerunt
illud. Et aliud cecidit in terrā bo-
nam: et ortum fecit fructum centu-
B plum. Hec dicēs clamabat, Qui ha
bet aures audiendi, audiat. Inter-
rogabant aūt eum discipuli eius q̄
esset hec parabola. Quibus ipse di-
xit, Vobis datū est nosse mysteriū
regni dei, ceteris aūt in parabolis,
vt videntes non videant, et audi- Esaię.6.c
entes non intelligant. Est aūt hec Mat.13.b
parabola, Semen: est verbum dei. Mar.4.b
Qui autē secus viam: hi sunt qui Ioā.12.f
audiunt, deinde venit diabolus, et Act.20.f
tollit verbum de corde eorū, ne cre- Ro.11.b
dentes salui fiant. Nam qui supra
petram: qui cū audierint, cū gau-
dio suscipiunt verbū. et hi radices
non habent: quia ad tēpus credūt,
et in tempore tentationis recedūt.
Quod aūt ī spinas cecidit: hi sunt
qui audierunt, et a solicitudinibus
et diuitiis ⁊ voluptatibꝰ vite eun-
tes suffocātur, et non referūt fru-
ctum. Quod aūt in bonam terram: C
hi sunt qui in corde bono ⁊ optimo
audientes verbum retinēt, et fru-
ctum afferunt in patientia. Nemo Matt.5.b
autem lucernam accendens, operit Mar.4.c
eam vase, aut subtus lectum ponit:
sed supra candelabrū ponit, vt in-
trantes videant lumen. Non est e- Mat.10.c
nim occultum, quod non manife- Mar.4.c
stetur: nec absconditum, quod non
cognoscatur et in palā veniat. Vi-
dete ergo quid audiatis. Qui enim Mat.13.b
habet, dabitur illi: et quicunq; non &.25.a
habet, etiam quod putat se habere, Mar.4.c
auferetur ab illo. Venerūt autem Mat.12.d
ad illū mater ⁊ fratres eius: et non Marc.3.d
poterant adire eum pre turba. Et
nuntiatū est illi, Mater tua et fra-
tres tui stāt foris, volētes te vide-
re. Qui respōdēs dixit ad eos, Ma-
ter mea et fratres mei: hi sunt qui
verbum dei audiunt et faciūt. Fa- Matt.8.c
ctum est aūt in vna dierum: et ipse Mar.4.d
ascendit in nauiculam, et discipuli
eius: et ait ad illos, Transfretemꝰ D
trans stagnum. Et ascenderunt.
Et nauigantibꝰ illis, obdormiuit:
et descēdit procella vēti in stagnū,
et cōplebantur et periclitabantur.

Accedētes

Accedentes aũt, suscitauerunt eũ, dicẽtes, Preceptor, perimus. At ille surgẽs, increpauit ventũ et tempestatẽ aque: et cessauit, et facta est tranquillitas. Dixit aũt illis, Ubi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt, adinuicẽ dicentes, Quisputas hic est? quia ⁊ ventis et mari imperat, et obediunt ei.
Matt.8.d Marc.5 a Et nauigauerũt ad regionẽ Gerasenoꝝ, q̃ est contra Galileam. Et cũ de naui egressus esset ad terrã: occurrit illi vir quidam qui habebat demonium iam temporibꝰ multis, ⁊ vestimento non induebat, neq; in domo manebat, sed in monumentis. Is vt vidit Jesum, procidit ante illũ: et exclamans voce magna, dixit, Quid mihi et tibi est Jesu fili Dei altissimi? obsecro te, ne me torqueas. Precipiebat enim spiritui immundo, vt exiret ab homine. Multis enim tẽporibus arripiebat illũ, et vinciebat catenis, et compedibꝰ custoditus: et ruptis vinculis agebatur a demonio in deserto.
E Interrogauit aũt illũ Jesus, dicẽs, Quõ tibi nomen est? At ille dixit, Legio. quia intrauerãt demonia multa in eum. Et rogauerũt illũ ne imperaret illis vt i abyssum irẽt. Erat aũt ibi grex porcoꝝ multorum pascentium in monte: et rogabãt eum vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierũt ergo demonia ab homine, ⁊ intrauerũt in porcos: et impetu abiit grex per preceps in stagnum, et suffocatus est. Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerũt: et nuntiauerũt in ciuitatem ⁊ in villas. Exierunt aũt videre quod factum est: et venerũt ad Jesum. Et inuenerunt hominẽ sedentẽ a quo demonia exierant, vestitũ, ac sana mente ad pedes eius, et timuerũt. Nuntiauerũt aũt illis et q̃ viderant, quomodo sanus factus fuisset a legione. Et rogauerũt illũ oĩs multitudo regionis Gerasenorũ, vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebant. Ipse aũt ascendens nauim, reuersus est.
Et rogauit illũ vir a quo demonia exierant, vt cum eo esset. F Dimisit aũt eum Jesus, dicẽs, Redi in domum tuã, et narra quanta tibi fecit deꝰ. Et abiit ꝑ vniuersam ciuitatẽ, predicãs quãta illi fecisset Jesus. Factum est aũt: cum rediisset Jesus, excepit illum turba. erant aũt omnes expectãtes eũ. Et ecce venit vir, cui nomen Jairus, et ipse princeps Matt.9.c synagoge erat: et cecidit ad pedes Mar.5.b Jesu, rogans eũ vt intraret in domum eius, q̃a vnica filia erat ei fere annorũ duodecim, et hec moriebatur. Et contigit: dum iret, a turbis cõprimebatur. Et mulier quedam erat i fluxu sanguinis ab annis duodecim, q̃ in medicos erogauerat omnẽ substantiã suã, nec ab vllo potuit curari: accessit retro, et tetigit fimbriã vestimẽti eius: ⁊ cõfestim stetit fluxus sanguinis eiꝰ. Et ait Iesus, Quis est qui me tetigit? Negantibus aũt omnibꝰ, dixit Petrꝰ, et q̃ cũ illo erãt, Preceptor, turbe te cõprimũt et affligũt: et dicis, Quis me tetigit? Et dixit Jesus, G Tetigit me aliquis. nã et ego noui virtutẽ de me exisse. Uidens aũt mulier quia nõ latuit, tremẽs venit, et procidit ante pedes eius: ⁊ ob quã causam tetigerit eũ, indicauit corã oĩ populo, ⁊ queadmodum cõfestim sanata sit. At ipse dixit ei, Filia, fides tua saluã te fecit. Uade in pace. Adhuc illo loquente: venit quidã ad principẽ synagoge, dicẽs ei, Quia mortua est filia tua, noli vexare illũ. Jesus aũt audito hoc verbo: respõdit patri puelle, Noli timere: crede tantum, et salua erit. Et cum venisset domũ, non permisit intrare secũ quenquã, nisi Petrũ et Jacobũ et Joannẽ, et patrẽ et matrem puelle. Flebãt aũt omnes, et plangebãt illam. At ille dixit,

xit, Nolite flere: nõ est mortua pu-
ella, sed dormit. Et deridebant eũ,
scientes q mortua esset. Ipse autẽ
tenẽs manũ eius, clamauit, dicẽs,
Puella, surge. Et reuersus est spi-
ritus eius: et surrexit cõtinuo. Et
iussit illi dare mãducare. Et stupu-
erunt parẽtes eius: quib9 precepit
ne alicui dicerẽt quod factum erat.

CAPVT. IX.

A
Mat.10.a Conuocatis aũt Jesus duo
Marc.3.b decim apostolis, dedit illis
virtutem et potestatẽ super
oia demonia, & vt languores cura-
rent. Et misit illos predicare regnũ
dei: & sanare infirmos. Et ait ad il-
Mat.10.a los, Nihil tuleritis i via: neq vir-
mar 6 a b gam, neq perã, neq panẽ, neq pe-
cuniã, neq duas tunicas habeatis.
Et i quãcunq domũ intraueritis,
ibi manete, et inde exeatis. Et qui-
cunq non receperint vos, exeũtes
Act.13.g de ciuitate illa, etiam puluerẽ pe-
dum vestrorũ excutite in testimo-
nium supra illos. Egressi autẽ cir-
cumibant per castella euangelizan-
Mat.14 a tes et curantes vbiq. Audiuit au-
Mar.6.b tem Herodes tetrarcha omnia que
fiebant ab eo: et hesitabat eo q di-
ceretur a quibusdã, Quia Joãnes
surrexit a mortuis. a quibusdã ve-
ro, Quia Elias apparuit. ab aliis
aũt, Quia propheta vnus de anti-
quis surrexit. Et ait Herodes, Ioã-
nem ego decollaui: quis est aũt iste
de quo ego talia audio? Et quere-
B bat videre eũ. Et reuersi apostoli,
Mat.14b narrauerũt illi quecunq fecerũt: &
Mar.6.d assumptis illis, secessit seorsum in
locũ desertũ, q est Bethsaide. Quod
cũ cognouissent turbe, secute sunt
illũ: et excepit eos, & loquebatur il-
lis de regno dei: et eos q cura indi-
gebãt, sanabat. Dies autẽ ceperat
declinare. Et accedẽtes duodecim,
Ioan.6.a dixerũt illi, Dimitte turbas, vt eũ-
tes in castella villasq q circa sunt,
diuertãt, & inueniãt escas: quia hic
in loco deserto sumus. Ait autẽ ad
illos, Vos date illis mãducare. At
illi dixerũt, Nõ sunt nobis plus q
quinque panes, et duo pisces: nisi
forte nos eamus et emam9 in oẽm
hãc turbã escas. Erãt aũt fere viri
quinque millia. Ait aũt ad discipu-
los suos, Facite illos discũbere per
cõuiuia quinquagenos. Et ita fe-
cerunt. Et discubuerunt oẽs. Acce-
ptis aũt quinque panib9 et duob9
piscibus, suspexit in celum, & bene-
dixit illis: & fregit & distribuit disci-
pulis suis vt ponerẽt ante turbas.
Et manducauerũt oẽs: et saturati
sunt. Et sublatũ est quod superfu-
it illis, fragmentorum cophini duode-
cim. Et factum est: cum solus esset C
orans, erant cum illo & discipuli, et Mat.16b
interrogauit illos dicens, Quẽ me Mar.8.c
dicunt esse turbe? At illi responde-
runt et dixerũt, Joannẽ Baptistã,
alii autẽ Eliã, alii vero quia vnus
propheta de priorib9 surrexit. Di-
xit aũt illis, Vos aũt quem me esse
dicitis? Respondens Simon Pe-
trus dixit, Christum dei. At ille in-
crepans illos, precepit ne cui dice-
rent hoc dicens, Quia oportet filiũ Mat.17d
hominis multa pati, et reprobari a Mar.8.e
senioribus et principibus sacerdo-
tum & scribis, et occidi, et tertia die
resurgere. Dicebat aũt ad omnes,
Si quis vult post me venire, abne- Mat.10 d
get semetipsum, et tollat crucẽ suã &.16.d
quotidie, & sequatur me. Qui enim Mar.8.d
voluerit animã suam saluam face- Inf.14.f
re: perdet illam. nam qui perdiderit &.17.g
animam suam propter me: saluam Ioã.12.d
faciet illam. quid enim proficit ho-
mo, si lucretur vniuersum mundũ,
seipsum autẽ perdat et detrimentũ
sui faciat? Nam qui me erubuerit Mat.10.d
et meos sermones, hunc filius ho- Mar.8.d
minis erubescet cũ venerit i maie-
state sua & patris, et sanctorum an- 2.Ti.2.b
gelorum. Dico aũt vobis vere, sũt Mat.16 d
aliqui hic stantes, q non gustabũt Mar.9.a
mortem donec videãt regnum dei. Mat.17 a
Factum est autem post hec verba
fere

Marc.9 a fere dies octo,⁊ assumpsit Petrum
D et Jacobum et Joannẽ,et ascendit
in montẽ vt oraret. Et facta est dũ
oraret,species vult⁹ eius,altera:et
vestitus eius,albus ⁊ refulgẽs. Et
ecce duo viri loquebãtur cum illo.
Erant aũt Moyses et Elias, visi
in maiestate,et dicebãt excessum e-
ius,quẽ cõpleturus erat in Hieru-
salẽ. Petr⁹ vero et qui cũ illo erãt,
grauati erant somno. Et euigilan-
tes,viderunt maiestatẽ eius,et du-
os viros qui stabant cũ illo. Et fa-
ctum est: cum discederẽt ab illo,ait
Petrus ad Jesum, Preceptor,bo-
num est nos hic esse:⁊ faciam⁹ tria
tabernacula,vnũ tibi,⁊ vnũ Moy-
si,et vnũ Elie. nesciens quid dice-
ret. Hec aũt illo loquente,facta est
nubes,et obumbrauit eos:⁊ timu-
erunt intrantibus illis in nubẽ. Et
vox facta est de nube,dicẽs, Hic est
filius me⁹ dilectus: ipsum audite.
Et dum fieret vox,inuẽtus est Je-
sus solus. Et ipsi tacuerunt,et ne-
mini dixerũt in illis dieb⁹ quicquã
ex his que viderãt. Factum est aũt:
Mat.17 d in sequenti die, descendẽtibus illis
Marc.9 e de mõte, occurrit illi turba multa.
E Et ecce vir de turba exclamauit,di-
cens, Magister, obsecro te,respice
in filium meũ,quia vnic⁹ est mihi.
et ecce spiritus apprehendit eum,et
subito clamat,⁊ elidit et dissipat eũ
cum spuma, ⁊ vix discedit dilaniãs
eũ.⁊ rogaui discipulos tuos,vt eii-
cerẽt illud:et non potuerũt. Respõ-
dens aũt Jesus,dixit, O generatio
infidelis et peruersa,vsquequo ero
apud vos ⁊ patiar vos? Adduc huc
filiũ tuũ. Et cũ accederet,elisit illũ
demoniũ,et dissipauit. Et increpa-
uit Jesus spiritũ immundũ, et sa-
nauit puerũ:⁊ reddidit illum patri
eius. Stupebãt aũt omnes in ma-
gnitudine dei:omnibusq; miranti-
bus in omnibus que faciebat,dixit
ad discipulos suos, Ponite vos in
cordibus vestris sermones istos,
Filius enim hominis futurũ est vt
tradatur in manus hominũ. At illi
ignorabãt verbũ istud:⁊ erat vela-
tum ante eos vt non sentirẽt illud:
et timebãt eum interrogare de hoc
vbo. Intrauit aũt cogitatio i eos, Mat.18.a
quis eorũ maior esset. At Jesus vi- Marc.9 e
dens cogitationes cordis illorum, F
apprehendit puerũ:et statuit illum
secus se, et ait illis, Quicunq; su-
sceperit puerũ istũ in noĩe meo,me
recipit. et quicũq; me receperit,re-
cipit eum qui me misit. Nã qui mi-
nor est inter vos oẽs,hic maior est.
Respõdẽs aũt Joãnes,dixit, Pre-
ceptor, vidimus quendam in noĩe
tuo eiicientẽ demonia, et prohibu-
im⁹ eũ,quia non sequitur nobiscũ.
Et ait ad illos Jesus, Nolite pro-
hibere. qui enim non est aduersum
vos,pro vobis est. Factum est aũt
dum complerẽtur dies assumptio-
nis eius,⁊ ipse faciem suam firma-
uit vt iret in Hierusalem. Et misit
nuntios ante conspectum suum: et
euntes intrauerunt in ciuitatẽ Sa-
maritanorum,vt pararent illi. Et
non receperũt eum: quia facies ei⁹
erat eũtis in Hierusalem. Cum vi- G
dissent aũt discipuli eius, Jocobus
et Joannes, dixerũt, Dñe,vis di-
camus,vt ignis descendat de celo,
et consumat illos? Et cõuersus in-
crepauit illos,dicens, Nescitis cu-
ius spiritus estis. Filius hominis
non venit animas perdere,sed sal-
uare. Et abierunt in aliud castellũ.
Factum est autem: ambulantibus Matt.8.c
illis in via, dixit quidam ad illum,
Sequar te quocũq; ieris. Dicit illi
Jesus, Vulpes foueas habent, et
volucres celi nidos:filius autẽ ho-
minis non habet vbi caput suũ re-
clinet. Ait autem ad alterum, Se-
quere me. Ille autẽ dixit, Domine,
permitte mihi primum ire et sepeli-
re patrẽ meum. Dixitq; ei Jesus,
Sine vt mortui sepeliant mortuos
suos: tu aũt vade, et annuntia re-
gnum

gnum dei. Et ait alter, Sequar te
dñe: sed permitte mihi primum re-
nuntiare his qui domi sunt. Ait ad
illum Jesus, Nemo mittēs manū
suam ad aratrum, et respiciens re-
tro, aptus est regno dei.

CAPVT. X.

A Post hec autē designauit dñs
et alios septuagintaduos: et
misit illos binos ante faciem
suam in omnem ciuitatem ⁊ locum
quo erat ipse venturus. Et dicebat
Mat. 9.d illis, Messis quidē, multa: opera-
rii autem, pauci. Rogate ergo do-
minum messis vt mittat operarios
in messem suam. Ite: ecce ego mit-
Mat.10 a to vos sicut agnos int lupos. No-
Mar. 9.a lite portare sacculum, neq; peram,
&b neq; calceamenta: et neminem per
viam salutaueritis. In quamcūq;
domum intraueritis, primum dici-
te, Pax huic domui. et si ibi fuerit
filius pacis, requiescet super illum
pax vestra: sin autem, ad vos re-
B uertetur. In eadem autem domo
manete, edentes et bibentes que a-
Mat.10 b pud illos sunt. dign⁹ est enim ope-
1.tim.5 c rarius mercede sua. Nolite trans-
ire de domo in domum. Et in quā-
cunq; ciuitatem intraueritis, et su-
sceperint vos, manducate que ap-
ponūtur vobis: et curate infirmos
qui in illa sunt, et dicite illis, Ap-
propinquauit in vos regnum dei.
In quamcūq; autem ciuitatem in-
traueritis, et non susceperint vos:
exeūtes in plateas ei⁹, dicite, Etiā
puluerem qui adhesit nobis de ci-
uitate vestra, extergim⁹ in vos. ta-
men hoc scitote quia appropinqua-
uit regnum dei. Dico vobis quia
Sodomis in die illa remissius erit,
Mat. 11.c q̄ illi ciuitati. Ve tibi Chorozaim,
C ve tibi Bethsaida: quia si in Tyro
et Sidone facte fuissent virtutes q̄
facte sunt in vobis, olim in cilicio ⁊
cinere sedentes peniterent. Verun-
tamen Tyro et Sidoni remissius
erit in iudicio, q̄ vobis. Et tu Ca-
pharnaū vsq; ad celū exaltata: vsq;
ad infernum demergeris. Qui vos Mat.10 d
audit, me audit: ⁊ q̄ vos spernit, me
spernit. Qui aūt me spernit: spernit Ioā. 13.c
eum qui misit me. Reuersi sunt aūt
septuagintaduo cum gaudio, dicē-
tes, Dñe, etiam demonia subiiciū-
tur nobis in noīe tuo. Et ait illis,
Videbā satanā sicut fulgur de celo
cadentē. Ecce dedi vobis potestatē
calcandi supra serpētes et scorpio-
nes, ⁊ super oēm virtutem inimici:
et nihil vobis nocebit. Veruntamē
in hoc nolite gaudere, quia spirit⁹
vobis subiiciuntur: gaudete aūt q
noīa vestra scripta sunt i celis. In
ipsa hora exultauit i spiritu sācto,
et dixit, Confiteor tibi pater, dñe Mat.11.d
celi et terre q abscōdisti hec a sapi- D
entibus et prudentibus, ⁊ reuelasti
ea paruulis. Etiam pater, quoniā
sic placuit ante te. Oia mihi tradi- Mat.11.d
ta sunt a patre meo. Et nemo scit
quis sit filius, nisi pater: et quis sit
pater, nisi filius, et cui voluerit fi-
lius reuelare. Et conuersus ad di-
scipulos suos, dixit, Beati oculi qui Mat.13.b
vident que vos videtis. Dico enim
vobis q multi pphete et reges vo-
luerunt videre que vos videtis, et
non viderunt: et audire que audi-
tis, ⁊ non audierunt. Et ecce quidā Mat.22 d
legis peritus surrexit, tētans illū, Mar.12.c
et dicens, Magister, quid faciendo E
vitam eternā possidebo? At ille di-
xit ad eū, In lege quid scriptū est?
quomodo legis? Ille respōdēs, di-
xit, Diliges dñm deum tuum ex to- Deut.6 a
to corde tuo, et ex tota anima tua,
et ex omnibus viribus tuis, ⁊ ex oī
mēte tua: et proximum tuum sicut
teipsum. Dixitq; illi, Recte respon-
disti. hoc fac, et viues. Ille aūt vo-
lēs iustificare seipsum, dixit ad Ie-
sum, Et quis est meus proximus?
Suscipiēs aūt Jesus, dixit, Homo
quidam descēdebat ab Hierusalem
in Jericho, ⁊ incidit i latrones, qui
etiam despoliauerunt eū: et plagis

impositis, abierunt semiuiuo reli-
cto. Accidit aũt vt sacerdos quidã
descenderet eadem via: et viso illo
preteriuit. Similiter et leuita, cum
esset secus locum et videret eũ, per-
F transiit. Samaritanus aũt quidã
iter faciens, venit secus eum: et vi-
dens eum, misericordia motus est.
Et appropians, alligauit vulnera
eius, infundẽs oleũ ꝛ vinũ: ꝛ impo-
nens illũ in iumẽtum suũ duxit in
stabulũ: et curam eius egit. Et al-
tera die protulit duos denarios: et
dedit stabulario, et ait, Curam illiꝰ
habe: ꝛ quodcũqꝫ supererogaueris,
ego cum rediero, reddã tibi. Quis
horum trium videtur tibi proximꝰ
fuisse illi qui incidit ĩ latrones? At
ille dixit, Qui fecit misericordiam
in illum. Et ait illi Jesus, vade, et
G tu fac similiter. Factũ est aũt dum
irent, ꝛ ipse intrauit in quoddã ca-
stellũ: ꝛ mulier quedã Martha no-
mine, excepit illũ in domum suã, et
huic erat soror nõie Maria. q̃ etiã
sedẽs secꝰ pedes dñi, audiebat ver-
bum illius. Martha aũt satagebat
circa frequẽs ministeriũ. que stetit,
et ait, Dñe, nõ est tibi cure ꝙ soror
mea reliquit me solam ministrare?
dic ergo illi vt me adiuuet. Et re-
spondens, dixit illi dñs, Martha
Martha, solicita es, ꝛ turbaris er-
ga plurima. Porro, vnũ est neces-
sarium: Maria optimam partem
elegit: que non auferetur ab ea.

CAPVT. XI.

A ET factum est: cũ esset in quo-
dam loco orans, vt cessauit,
dixit vnus ex discipulis eius
ad eum, Domine, doce nos orare,
sicut docuit Joãnes discipulos su-
Matt. 6 b os. Et ait illis, Cum oratis, dici-
te, Pater, sanctificetur nomen tu-
um. Adueniat regnum tuum. Pa-
nem nostrum quotidianum da no-
bis hodie. Et dimitte nobis pecca-
ta nostra, siquidem et nos dimitti-
mus omni debẽti nobis. Et ne nos
inducas in tentationem. Et ait ad
illos, Quis vestrũ habebit amicũ,
et ibit ad illum media nocte: ꝛ dicet
illi, Amice, commoda mihi tres pa-
nes, quoniam amicus meus venit
de via ad me, ꝛ nõ habeo quod po-
nam ante illum: et ille deintus re-
spondens dicat, Noli mihi molestꝰ
esse, iam ostium clausum est, et pu-
eri mei mecũ sunt in cubili: nõ pos- B
sum surgere et dare tibi. Et si ille
pseuerauerit pulsans: dico vobis,
etsi non dabit illi surgẽs eo ꝙ ami-
cus eius sit, propter improbitatem
tamen eiꝰ surget, et dabit illi quot- Mat. 7.
quot habet necessarios. Et ego di- & 21.c.
co vobis, Petite: ꝛ dabitur vobis. Mar. 11.c
querite: et inuenietis, pulsate: et a- Ioã. 14.b
perietur vobis. Ois enĩ qui petit: & 16.e.
accipit. et qui querit, inuenit. ꝛ pul- Iaco. 1.
santi, aperietur. Quis aũt ex vobis Mat. 7.b
patrem petit panem: nunquid lapi-
dem dabit illi? Aut piscem: nũquid
pro pisce serpentem dabit illi? Aut
si petierit ouum: nunquid porriget
illi scorpionẽ? Si ergo vos cum si-
tis mali, nostis bona data dare fi-
liis vestris: quãto magis pater ve-
ster celestis dabit spiritũ bonũ pe-
tentibus se? Et erat eiiciens demo- Mat. 9.
nium: et illud erat mutum. Et cum & 12.b
eiecisset demonium, locutꝰ est mu- Marc. 3.
tus: et admirate sunt turbe. Quidã
aũt ex eis dixerunt, In Beelzebub
principe demoniorum eiicit demonia.
Et alii tẽtantes, signũ de celo que-
rebant ab eo. Ipse aũt vt vidit co- C
gitationes eorum, dixit eis, Oẽ re-
gnum in se diuisum, desolabitur: et
domꝰ supra domum cadet. Si aũt
et satanas ĩ seipsum diuisus est: q̃-
modo stabit regnum eius, quia di-
citis ĩ Beelzebub me eiicere demo-
nia? Si aũt ego ĩ Beelzebub eiicio
demonia: filii vestri in quo eiiciũt?
Ideo ipsi, iudices vestri erũt. Por-
ro si ĩ digito dei eiicio demonia: p-
fecto peruenit in vos regnũ dei. Cũ
fortis armatus custodit atriũ suũ,
in pace

in pace sunt ea que possidet. Si aũt fortior illo superueniẽs vicerit eũ: vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, et spolia ei⁹ distribuet. Qui non est mecum, cõtra me est: et qui non colligit mecũ, dispergit.
D Cum immundus spiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquosa, querens requiem. Et nõ inueniẽs, dicit, Reuertar in domũ meam vnde exiui. Et cum venerit: inuenit eam scopis mundatã. Tũc vadit, et assumit septem alios spiritus secum nequiores se: ⁊ ingressi habitãt ibi. Et fiunt nouissima hominis illius, peiora prioribus. Factum est aũt: cum hec diceret, extollens vocem quedam mulier de turba, dixit illi, Beatus venter qui te portauit, ⁊ vbera que suxisti. At ille dixit, Quinimo beati qui audiunt verbũ dei, ⁊ custodiunt illud. Turbis aũt concurrentibus, cepit dice-
Mat.12.c re, Generatio hec, generatio nequã est. signũ querit, et signũ nõ dabitur
Ionæ.2.a ei, nisi signum Jone prophete. Nã sicut fuit Jonas signũ Niniuitis: ita erit et filius hominis generationi isti. Regina austri surget in iudicio cum viris generationis hui⁹,
3.re.10.a et condemnabit illos: quia venit a
2.paralí. finibus terre audire sapiẽtiam Sa-
9.a. lomonis. et ecce plus ꝙ Salomon
E hic. Viri Niniuite surgent in iudicio cum generatione hac, et condẽnabunt illam: quia penitentiam e-
Ionæ.3 b gerunt in predicatione Jone. et ec-
Mat.5.b ce plus ꝙ Jona hic. Nemo lucernã
Mar.4.c accendit, ⁊ in abscõdito ponit, neqꝫ sub modio: sed supra cãdelabrum, vt qui ingrediũtur, lumen videãt. Lucerna corporis tui, est ocul⁹ tu⁹.
Matt.6.c Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. si autem nequam fuerit, etiam corp⁹ tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumẽ quod in te est, tenebre sint. Si ergo corp⁹ tuum totum lucidũ fuerit: non habens aliquam partẽ tenebrarum: erit lucidum totum, ⁊ sicut lucerna fulgoris illuminabit
te. Et cum loqueretur, rogauit il- F
lum quidam phariseus vt pranderet apud se. Jesus autẽ ingressus, recubuit. Phariseus autem cepit intra se reputans dicere, quare nõ baptizatus esset ante prãdium. Et
ait dominus ad illum, Nunc vos Mat.23.c
pharisei quod deforis est calicis et catini mũdatis: quod autem intus est vestrum, plenũ est rapina et iniquitate. stulti, nõne qui fecit quod deforis est, etiã id quod deintus est, fecit? Verũtamen quod superest, date elecmosynam: et ecce oĩa mũda sunt vobis. Sed ve vobis phariseis, quia decimatis mẽtam ⁊ rutam et omne olus: et preteritis iudicium ⁊ charitatem dei. hec autem oportuit facere, et illa non omittere.
Ve vobis phariseis: quia diligi- Inf.20.g
tis primas cathedras ĩ synagogis, Mat.23.a
et salutationes in foro. Ve vobis: Mar.12 d
quia estis vt monumenta que non parent, ⁊ homines ambulantes supra, nesciunt. Respondens autem quidem ex legis peritis, ait illi, Magister, hec dicens, etiam cõtu-
meliam nobis facis. At ille ait, Et Mat.23 a
vobis legis peritis ve: quia onera- G
tis homines oneribus que portare non possunt: et ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas. Ve vobis qui edificatis monumenta prophetarum: patres autẽ vestri occiderunt illos. profecto testificamini ꝙ cõsentitis operibus patrum vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos aũt edificatis eorũ sepulchra. Propterea et sapientia dei dixit, Mittam ad illos prophetas et apostolos, et ex illis occidẽt et persequẽtur: vt inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a cõstitutione mundi, a ge-
neratiõe ista, a sanguine Abel, vsqꝫ Gẽn.4.b
ad sanguinem Zacharie qui periit 2.paral.
inter altare et edẽ. Jta dico vobis, Po.24.c.

requiretur ab hac generatione. Ue
vobis legis peritis, q̄a tulistis cla-
uē scientie: ipsi nō introistis, et eos
q̄ introibāt, ꝓhibuistis. Cū aūt hec
ad illos diceret, ceperūt pharisei et
legis periti grauiter insistere, ꝛ os
eius opprimere de multis, insidiā-
tes ei, et querentes aliquid capere
ex ore eius, vt accusarent eum.

A CAPUT. XII.

Multis autē turbis concur-
Mat.10.c rentibus, ita vt seinuicem
Mar.4.c conculcarēt, cepit dicere ad
Mat.16 a discipulos suos, Attēdite a fermē-
Mar.8.b to phariseorū quod est hypocrisis.
Nihil enim opertū est, quod nō re-
ueletur: neqꝫ absconditū quod non
sciatur. Quoniā que i tenebris di-
xistis, in lumine dicent, et quod in
aurē locuti estis in cubiculis, pre-
dicabitur in tectis. Dico aūt vobis
amicis meis, Ne terreamini ab his
qui occidūt corpus, et post hec non
habent amplius quid faciāt. Ostē-
dā aūt vobis quē timeatis: Time-
te eū, qui postquā occiderit, habet
potestatem mittere in gehennā. ita
B dico vobis, hūc timete. Nōne qui-
que passeres veneūt dipōdio: ꝛ vn⁹
ex illis nō est i obliuione corā deo?
Sed ꝛ capilli capitis vestri oēs nu-
merati sūt. Nolite ergo timere: mul
Mat.10 d tis passerib⁹ pluris estis vos. Dico
Mar.8.d aūt vobis, oīs quicūqꝫ cōfessus fu-
2.Ti.2.b erit me corā hominib⁹, et filius ho-
minis cōfitebitur illū corā angelis
dei. qui aūt negauerit me corā ho-
Mat.12.c minibus, negabit corā angelis dei.
Marc.3 d Et oīs qui dicit verbum in filium
hominis, remittetur illi: ei aūt qui
Mat.10 b in spiritū sanctū blasphemauerit,
Mar.13.b non remittet. Cū aūt inducēt vos
in synagogas, ꝛ ad magistratus et
ꝑtestates, nolite soliciti esse qualit
aut quid respōdeatis, aut quid di-
catis. Spiritus eni sanctus docebit
vos i ipsa hora quid oporteat vos
dicere. Ait aūt ei quidam de turba,
Magister, dic fratri meo vt diuidat
mecum hereditatē. At ille dixit ei,
Homo, q̄s me constituit iudicē aut
diuisorē super vos? Dixitqꝫ ad il-
los, Uidete ꝛ cauete ab oī auaritia:
quia nō in abūdantia cuiusquā vi-
ta ei⁹ est ex his que possidet. Dixit C
aūt similitudinem ad illos, dicens, Eccl.11.c
Hominis cuiusdam diuitis vberes
fruct⁹ ager attulit: et cogitabat in-
tra se, dicens, Quid faciā: quia nō
habeo quo cōgregem fruct⁹ meos?
Et dixit, Hoc faciā: destruā horrea
mea, et maiora faciā: et illuc cōgre-
gabo oīa que nata sunt mihi ꝛ bo-
na mea, ꝛ dicā anime mee, Anima,
habes multa bona posita in annos
plurimos: requiesce, comede, bibe,
epulare. Dixit aūt illi deus, Stulte
hac nocte animā tuā repetunt a te:
que aūt parasti, cuius erūt? Sic est
qui sibi thesaurizat, ꝛ nō est in deū
diues. Dixitqꝫ ad discipulos suos, Matt.6.c
Ideo dico vobis, nolite soliciti esse 1.Pe.5.b
anime vestre quid māducetis: neqꝫ Psa.54 d
corpori, quid induamini. Aia plus
est q̄ esca: et corp⁹ plus q̄ vestimē-
tum. Cōsiderate coruos, quia non
semināt neqꝫ metūt, quib⁹ non est
cellariū neqꝫ horreū: et deus pascit
illos. Quāto magis vos pluris e- D
stis illis? Quis aūt vestrū cogitā-
do potest adiicere ad staturā suam
cubitū vnū? Si ergo neqꝫ quod mi-
nimum est potestis: quid de ceteris
soliciti estis? Cōsiderate lilia quo-
modo crescūt: nō laborāt neqꝫ nēt.
dico aūt vobis, neqꝫ Salomon in
omni gloria sua vestiebatur sicut
vnū ex istis. Si aūt fenū quod ho-
die est in agro, et cras in clibanum
mittitur, deus sic vestit: quāto ma-
gis vos, pusille fidei? Et vos noli-
te querere quid māducetis, aut q̄d
bibatis: et nolite i sublime tolli. hec
aūt oīa gentes mundi querūt. Pa-
ter aūt vester scit quoniā his indi-
getis. Ueruntamen querite primū
regnum dei ꝛ iustitiam eius: et hec
oīa adiicient vobis. Nolite timere
pusillus

pusillus grex, quia cōplacuit patri
vestro dare vobis regnū. Vendite
que possidetis, et date eleemosynā.
Mat. 6. c Facite vobis sacculos qui non ve-
terascunt, thesaurū nō deficientē,
in celis, quo fur nō appropiat: neq;
tinea corrūpit. Ubi eni thesaurus
E vester est, ibi et cor vestrū erit. Sint
lumbi vestri precincti, & lucerne ar-
dentes in manibus vestris. et vos,
similes hominib⁹ expectantib⁹ do-
minū suū quando reuertatur a nu-
ptiis: vt cum venerit & pulsauerit,
cōfestim aperiāt ei. Beati serui illi,
quos cū venerit dñs, inuenerit vi-
gilātes. amen dico vobis ꝙ precin-
get se, et faciet illos discumbere, et
trāsiens ministrabit illis. Et si ve-
nerit in secūda vigilia, & si in tertia
vigilia venerit, & ita inuenerit: be-
Mat 24 d ati sunt serui illi. Hoc autē scitote
quoniā si sciret paterfamilias qua
hora fur veniret, vigilaret vtiq;, et
non sineret perfodi domum suā. Et
vos estote parati: q̄a qua hora non
putatis, filius hominis veniet. Ait
autē ei Petrus, Dñe, ad nos dicis
hanc parabolā: an & ad oēs? Dixit
aūt dñs, Quis putas est fidelis di-
spensator et prudens, quē cōstituit
dñs supra familiā suā, vt det illis
Apo. 16 c in tempore, tritici mensurā? Beat⁹
ille seruus, quē, cū venerit dñs, in-
uenerit ita facientē. vere dico vo-
bis quoniā supra oia que possidet,
cōstituet illū. Qd si dixerit seruus
F ille in corde suo, Moram facit dñs
meus venire: et ceperit ꝑcutere ser-
uos et ancillas, et edere et bibere &
inebriari: veniet dñs serui illius in
die qua nō sperat, et hora qua ne-
scit: et diuidet eū, partemq; eius cū
infidelibus ponet. Ille aūt seruus
qui cognouit voluntatē dñi sui, et
non se preparauit, & non fecit secū-
dum voluntatem eius: vapulabit
multis. qui autem nō cognouit, et
fecit digna plagis: vapulabit pau-
cis. Omni aūt cui multū datū est,
multū queretur ab eo: et cui com-
mendauerūt multum, plus petent
ab eo. Ignē veni mittere in terrā:
et quid volo nisi vt accendatur? Ba-
ptisma aūt habeo baptizari: & quo-
modo coartor, vsquedū perficiatur?
Putatis quia pacem veni mittere Mat. 10 d
in terram? Non, dico vobis: sed se-
parationē. erūt enim ex hoc, quin- G
que in domo vna diuisi, tres in du-
os, et duo in tres: diuidentur pater
in filium, & filius in patrem suum:
mater in filiam, et filia in matrem:
socrus in nurum suam, & nurus in
socrum suam. Dicebat aūt ad tur-
bas, Cum videritis nubem orientē Mat. 16. a
ab occasu, statim dicitis, Nimbus Mar. 8. b
venit: et ita fit. et cū austrū flantē:
dicitis, Quia estus erit: et fit. Hy-
pocrite, faciē celi et terre nostis ꝓ-
bare: hoc aūt tempus quomodo nō
probatis? Quid aūt & a vobisipsis
non iudicatis quod iustū est? Cum Matt. 5 d
autē vadis cum aduersario tuo ad
principē, in via da operam liberari
ab illo: ne forte trahat te ad iudicē,
et iudex tradat te exactori, & exactor
mittat te in carcerē. Dico tibi, non
exies inde, donec etiam nouissimū
minutum reddas.

CAPVT. XIII.

ADerant autē quidam ipso A
in tempore, nuntiantes illi
de Galileis, quorū sangui-
nem Pilatus miscuit cū sacrificiis
eorū. Et respōdens dixit illis, Pu-
tatis ꝙ hi Galilei pre omnib⁹ Ga-
lileis peccatores fuerint, quia talia
passi sunt? Nō, dico vobis: sed nisi
penitentiam habueritis, oēs simi-
liter peribitis, sicut illi decē et octo
super quos cecidit turris in Siloe,
et occidit eos: putatis quia et ipsi
debitores fuerint preter oēs homi-
nes habitantes in Hierusalē? Nō,
dico vobis: sed si penitentiam non
habueritis, omnes similiter peribi
tis. dicebat autē & hanc similitudi-
nem, Arborē fici habebat quidam
plantatā

B plantatā in vinea sua: ꝛ venit que-
rens fructum in illa, ꝛ non inuenit.
Dixit aūt ad cultorem vinee, Ecce
anni tres sūt ex quo venio querēs
fructum in ficulnea hac: et non in-
uenio. Succide ergo illam: vt quid
etiam terrā occupat? At ille respō-
dens dicit illi, Dñe, dimitte illam ꝛ
hoc anno vsquedū fodiā circa illā,
et mittam stercora. et si quidem fe-
cerit fructū: sin aūt, in futurū suc-
cides eā. Erat aūt docens in syna-
goga eorum sabbatis. Et ecce mu-
lier que habebat spiritū infirmita-
tis annis decē et octo: et erat incli-
nata, nec omnino poterat sursum
C respicere. Quā cum videret Jesus,
vocauit eam ad se, ꝛ ait illi, Muli-
er, dimissa es ab infirmitate tua.
Et imposuit illi manꝰ: et cōfestim
erecta est, et glorificabat deum. Re-
spondens aūt archisynagogus, in-
dignans quia sabbato curasset Je-
sus, dicebat turbe, Sex dies sunt in
quibꝰ oportet operari. in his ergo
venite ꝛ curamini: et nō in die sab-
bati. Respondēs aūt ad illum dñs,
dixit, Hypocrite, vnusquisq; vestrū
sabbato non soluit bouem suū aut
D asinum a presepio, ꝛ ducit adaqua-
re? hanc aūt filiam Abrahe, quā al-
ligauit satanas ecce decem et octo
annis, nō oportuit solui a vinculo
isto die sabbati? Et cū hec diceret,
erubescebāt oēs aduersarii eius: et
omnis populꝰ gaudebat in vniuer-
Mat.13 d sis que gloriose fiebant ab eo. Di-
Mar.4.c cebat ergo, Cui simile ē regnū dei:
et cui simile estimabo illud? Simi-
le est grano sinapis, quod acceptū
homo misit in hortū suū ꝛ creuit: ꝛ
factum est in arborē magnā, et vo-
lucres celi requieuerūt i ramis eiꝰ.
E Et iterū dixit, Cui simile estimabo
Mat.13.e regnū dei? Simile est fermēto quod
acceptū mulier abscondit in farine
sata tria, donec fermētaretur totū.
Et ibat p ciuitates ꝛ castella docēs:
et iter faciēs in Hierusalē. Ait aūt
illi quidam, Domine, si pauci sunt
qui saluātur? Ipse aūt dixit ad il-
los, Contendite intrare per angu- Mat.7.b
stam portā: quia multi dico vobis,
querent intrare, et non poterunt.
Cū autē intrauerit paterfamilias
et clauserit ostium, ꝛ incipietis fo-
ris stare, et pulsare ostiū dicentes,
Domine aperi nobis: et respōdens Mat.7.d
dicet vobis, Nescio vos vnde sitis: F
tunc incipietis dicere, Mānducaui-
mus corā te et bibimus, et i plateis
nostris docuisti. Et dicet vobis, Ne- Psal.6.c
scio vos vnde sitis, discedite a me
oēs operarii iniqtatis. Ibi erit fle- Mat.7.b
tus et stridor dentium: cū videritis &.25.d
Abraham ꝛ Isaac et Jacob, et oēs
prophetas in regno dei, vos aūt ex-
pelli foras. Et venient ab oriente ꝛ
occidente et aquilone et austro: et
accūbent in regno dei. Et ecce, sūt
nouissimi, q̄ erāt primi: et sunt pri- Mat.19.d
mi, qui erāt nouissimi. In ipsa die &.20.b
accesserunt quidam phariseorū, di- Mar.10.d
centes illi, Exi ꝛ vade hinc: q̄a He-
rodes vult te occidere. Et ait illis,
Ite, et dicite vulpi illi, Ecce eiicio G
demonia ꝛ sanitates perficio hodie
et cras, ꝛ tertia die cōsummor. Ve-
runtamen oportet me hodie ꝛ cras
et sequenti die ambulare: quia non
capit prophetam perire extra Hie-
rusalem. Hierusalē Hierusalē que Mat.23.d
occidis prophetas et lapidas eos q̄
mittuntur ad te, quoties volui cō-
gregare filios tuos quemadmodū
auis nidum suū sub pennis, et no-
luisti? Ecce relinquet vobis domus
vestra deserta. Dico autem vobis
quia nō videbitis me donec veniat
cum dicetis, benedictus qui venit
in nomine domini.

CAPVT. XIIII.

Et factum est: cū introisset Je- A
sus in domū cuiusdā pricipis
phariseorum sabbato mādu-
care panē, et ipsi obseruabant eū.
Et ecce homo quidam hydropicus
erat ante illum. Et respōdens Je-
sus,

sus, dixit ad legis peritos et phari-
seos, dicēs, Si licet sabbato cura-
re? At illi tacuerunt. Ipse vero ap-
prehensum sanauit eū: ac dimisit.
Et respōdens ad illos, dixit, Cuiꝰ
vestrū asinus, aut bos ī puteū ca-
det: et non continuo extrahet illum
die sabbati? Et non poterāt ad hec
B respōdere illi. Dicebat autem et ad
inuitatos parabolā, intēdens quo-
modo primos accubitus eligerent,
dicens ad illos, Cum inuitatꝰ fue-
ris ad nuptias, non discumbas in
primo loco, ne forte honoratior te
sit inuitatus ab illo: et veniēs is q̄
te ⁊ illū vocauit, dicat tibi, Da hu-
Pro.25 a ic locū. et tūc incipias cum rubore
C nouissimū locū tenere. sed cum vo-
catus fueris, vade, recūbe ī nouis-
simo loco: vt cū venerit qui te in-
uitauit, dicat tibi, Amice, ascēde su-
perius. Tūc erit tibi gloria coram
Inf. 18. c simul discumbentibꝰ. quia oīs qui
Mat.23 b se exaltat, humiliabit: et qui se hu-
miliat, exaltabitur. Dicebat aūt et
Tob.4.b ei qui se inuitauerat, Cū facis prā
Prou.3 b dium aut cenā, noli vocare amicos
tuos, neq; fratres tuos, neque co-
gnatos, neque vicinos diuites: ne
forte te ⁊ ipsi reinuitent, et fiat tibi
retributio. sed cū facis conuiuiū,
voca pauperes, debiles, claudos, ⁊
D cecos: et beatꝰ eris, quia nō habēt
retribuere tibi. retribuetur eni tibi
in resurrectione iustorū. Hec cū au-
disset quidam de simul discumben-
tibꝰ, dixit illi, Beatꝰ qui māduca-
bit panē in regno dei. At ipse dixit
Mat.22 a ei, Homo quidā fecit cenā magnā:
Apo.19b et vocauit multos. Et misit seruū
suum hora cene dicere inuitatis vt
venirēt: quia iam parata sunt om-
nia. Et ceperūt simul omnes excu-
sare. Primus dixit ei, Villam emi:
et necesse habeo exire et videre illā.
rogo te, habe me excusatum. Et al-
ter dixit, Iuga boū emi quinque: ⁊
E eo probare illa: rogo te, habe me ex-
cusatum. Et alius dixit, Vxorē du-
xi: et ideo nō possum venire. Et re-
uersus seruus, nuntiauit hec domi-
no suo. Tunc iratꝰ paterfamilias:
dixit seruo suo, Exi cito in plateas
⁊ vicos ciuitatis: ⁊ pauperes ac de-
biles et cecos et claudos introduc
huc. Et ait seruus, Dñe, factum est
vt imperasti: et adhuc locus est. Et
ait dñs seruo, Exi in vias ⁊ sepes:
et cōpelle intrare, vt impleatur do-
mus mea. Dico aūt vobis q̄ nemo
virorum illorum qui vocati sunt,
gustabit cenā meam. Ibant autem
turbe multe cū eo: et conuersus di-
xit ad illos, Si quis venit ad me, ⁊ F
non odit patrem suum et matrem, Mat.10 d
et vxorem et filios, et fratres ⁊ so-
rores, adhuc aūt et animam suam:
non potest meus esse discipulus. et
qui non baiulat crucem suam ⁊ ve- Mat.10 d
nit post me: nō potest meus esse di- &.16.d
scipulus. Quis eni ex vobis volēs Mar. 8.d
turrim edificare, non prius sedens
cōputat sumptus q̄ necessarii sunt,
si habeat ad perficiendū: ne postea
q̄ posuerit fundamentū, ⁊ non po-
tuerit perficere, oēs qui vidēt inci-
piant illudere ei, dicētes, Quia hic
homo cepit edificare et non potuit
cōsummare? Aut quis rex iturꝰ cō-
mittere bellū aduersus alium regē, G
non sedens prius cogitat si possit
cum decē millibus occurrere ei qui
cū viginti millibꝰ venit ad se? alio-
quin adhuc illo longe agente, lega-
tionem mittēs, rogat ea que pacis
sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui
non renuntiat omnibus que possi-
det, non potest meus esse discipulꝰ.
Bonum est sal. Si autem sal eua- Mat. 5.b
nuerit: in quo condietur? Neq; in Mar. 9.g
terram, neq; in sterquilinium vtile
est, sed foras mittetur. Qui habet
aures audiendi, audiat.

CAPVT. XV.

ERant aūt appropinquātes ei A
publicani ⁊ peccatores, vt au-
dirent illū. Et murmurabant
pharisei ⁊ scribe dicētes, Quia hic
peccatores

peccatores recipit, et manducat cũ
illis. Et ait ad illos parabolã istã,
Mat.18.b dicens, Quis ex vobis homo q̃ ha=
bet centum oues: et si perdiderit v=
nã ex illis, nõne dimittit nonagin=
tanouem in deserto, et vadit ad illã
que perierat, donec inueniat eam?
Et cum inuenerit eam, imponit in
humeros suos gaudens: et veniẽs
domum, conuocat amicos et vici=
B nos, dicens illis, Congratulamini
mihi, quia inueni ouem meam que
perierat. Dico vobis q̃ ita gaudiũ
erit in celo super vno peccatore pe=
nitentiã agente, q̃ super nonagin=
tanouẽ iustis qui non indigent pe=
nitẽtia. Aut q̃ mulier habẽs drach=
mas decem: si perdiderit drachmam
vnam, nõne accendit lucernam, et
euertit domum, et querit diligẽter,
donec inueniat eam? Et cum inue=
nerit: conuocat amicas et vicinas,
dicens, Cõgratulamini mihi, quia
inueni drachmam quã perdiderã.
Ita dico vobis, gaudium erit corã
angelis dei super vno peccatore pe=
nitentiam agente. Ait autem, Ho=
C mo quidam habuit duos filios: et
dixit adolescẽtior ex illis patri, Pa=
ter, da mihi portionem substantie
q̃ me contingit. Et diuisit illis sub=
stantiam. Et post nõ multos dies,
congregatis omnib[9], adolescentior
filius peregre profectus est in regi=
onem longinquam. ꝛ ibi dissipauit
substantiam suam viuendo luxuri=
ose. Et postquam omnia consum=
masset, facta est fames valida ĩ re=
gione illa, et ipse cepit egere, et ab=
iit, et adhesit vni ciuium regionis
illius. Et misit illum in villam suã
vt pasceret porcos. Et cupiebat im=
plere ventrẽ suum de siliquis quas
porci mãducabant: et nemo illi da=
bat. In se autem reuersus, dixit,
D Quãti mercenarii in domo patris
mei abundant panibus: ego autem
hic fame pereo? Surgam, et ibo ad
patrem meum, et dicam ei, Pater,
peccaui in celũ et coram te: iam nõ
sum dignus vocari filius tuus: fac
me sicut vnũ de mercenariis tuis.
Et surgẽs venit ad patrem suum.
Cum autem adhuc longe esset, vi=
dit illum pater ipsius, ꝛ misericor=
dia motus est, et accurrens cecidit
super collum eius, et osculatus est
eum. Dixitq̃ ei filius, Pater, pec= E
caui in celum et coram te: iam non
sum dignus vocari fili[9] tuus. Di=
xit autẽ pater ad seruos suos, Ci=
to proferte stolam primam, ꝛ indu=
ite illum, et date anulum in manũ
eius, et calceamenta in pedes eius:
et adducite vitulum saginatum, et
occidite, et manducemus, et epule=
mur: quia hic filius meus mortuus
erat ꝛ reuixit, perierat, ꝛ inuẽt[9] est.
Et ceperunt epulari. Erat autẽ fi= F
lius eius senior in agro. et cum ve=
niret et appropiquaret domui, au=
diuit symphoniam et chorũ, et vo=
cauit vnum de seruis, ꝛ interroga=
uit quid hec essent. Isq̃ dixit illi,
Frater tuus venit: et occidit pater
tuus vitulum saginatum, quia sal=
uum illum recepit. Indignatus est
autẽ, ꝛ nolebat introire. Pater er= G
go illius egressus cepit rogare illũ.
At ille respondens, dixit patri suo,
Ecce tot annis seruio tibi, et nun=
quam mandatum tuum preteriui:
et nunquam dedisti mihi hedum vt
cũ amicis meis epularer: sed post=
quam filius tuus hic qui deuorauit
substãtiam suam cum meretricib[9],
venit, occidisti illi vitulum sagina=
tum. At ipse dixit illi, Fili, tu sem=
per mecum es, ꝛ oĩa mea tua sunt.
epulari aũt et gaudere oportebat:
quia frater tuus hic, mortu[9] erat,
et reuixit: perierat, et inuentus est.

CAPVT. XVI.

Dicebat autem ꝛ ad discipu= A
los suos, Homo quidam e=
rat diues qui habebat villi=
cum: et hic diffamatus est apud il=
lum: quasi dissipasset bona ipsius.
Et vo=

Et vocauit illum, et ait illi, Quid
hoc audio de te? redde rationē vil=
licationis tue. iam enim non pote=
ris villicare. Ait autem villicus in=
tra se, Quid faciam, quia dominus
meus aufert a me villicationē? fo=
dere non valeo, mendicare erube=
sco. scio quid faciam: vt cum amo=
tus fuero a villicatione, recipiant
B me i domos suas. Conuocatis itaq;
singulis debitoribꝰ domini sui, di=
cebat primo Quantum debes do=
mino meo? At ille dixit, Centum ca=
dos olei. Dixitq; illi, Accipe cauti=
onem tuam: & sede, cito scribe quin=
quaginta. Deinde alio dixit, Tu
vero quantum debes? Qui ait, Cē=
tum choros tritici. Ait illi, Accipe li=
teras tuas, et scribe octoginta. Et
laudauit dominus villicum iniqui=
tatis quia prudenter fecisset: quia
filii huius seculi, prudētiores filiis
C lucis i generatiōe sua sunt. Et ego
vobis dico, facite vobis amicos de
mammona iniquitatis: vt cum de=
feceritis, recipiāt vos in eterna ta=
bernacula. Qui fidelis est in mini=
mo, et in maiori fidelis est: et qui in
modico iniquus est, & in maiori in=
iquus est. Si ergo in iniquo mam=
mona fideles nō fuistis: quod verū
est quis credet vobis? Et si in alie=
no fideles non fuistis: quod vestrū
Matt.6.c est quis dabit vobis? Nemo seruꝰ
potest duobus dominis seruire. aut
enim vnum odiet, et alterū diliget:
aut vni adherebit, et alterum con=
D temnet. non potestis deo seruire et
māmone. Audiebāt autem omnia
hec pharisei qui erant auari: et de=
ridebant illum. Et ait illis, Vos e=
stis qui iustificatis vos coram ho=
minibus: deus autem nouit corda
vestra. quia quod hominibus altū
Mat.11.b est: abominatio est ante deū. Lex et
prophete, vsq; ad Joannem. ex eo
regnum dei euāgelizatur, et omnis
Matt.5.c in illud vim facit. Facilius est autē
celum & terram preterire, q̄ de lege
vnum apicē cadere. Oīs qui dimit= Matt.5.c
tit vxorem suam, et alteram ducit, Mar.10 b
mechat: et qui dimissam a viro du= 1.cor.7 b
cit, mechatur. Homo quidam erat E
diues qui induebat purpura & bys=
so: et epulabat quotidie splendide.
Et erat quidam mēdicus noīe La=
zarus, qui iacebat ad ianuam eiꝰ,
vlceribus plenus, cupiēs saturari
de micis que cadebāt de mensa di=
uitis, et nemo illi dabat. sed et ca=
nes veniebant: et lingebant vlcera
eius. Factum est aūt vt moreretur
mendicus, & portaretur ab angelis
in sinū Abrahe. Mortuus est aūt & F
diues: & sepultus est in inferno. E=
leuās aūt oculos suos cum esset in
tormētis, vidit Abrahā alonge, et
Lazarū in sinu eius: et ipse clamās
dixit, Pater Abrahā, miserere mei,
et mitte Lazarum vt intingat extre=
mum digiti sui in aquam, vt refri=
geret linguam meam, quia crucior
in hac flāma. Et dixit illi Abrahā,
Fili, recordare quia recepisti bona
in vita tua, et Lazarus similit ma=
la: nunc aūt hic cōsolatur, tu vero
cruciaris. et in his omnibus, inter G
nos & vos chaos magnū firmatum
est, vt hi qui volunt hinc trāsire ad
vos, nō possint, neq; inde huc trās=
meare. Et ait, Rogo ergo te pater,
vt mittas eum in domū patris mei.
habeo eni quinq; fratres, vt teste=
tur illis, ne & ipsi veniāt in hunc lo=
cum tormētorum. Et ait illi Abra=
ham, Habent Moysen et prophe=
tas: audiāt illos. At ille dixit, Nō,
pater Abraham: sed si quis ex mor=
tuis ierit ad eos, penitētiam agēt.
Ait aūt illi, Si Moysen et prophe=
tas nō audiūt: neq; si quis ex mor=
tuis resurrexerit, credent.

CAPVT. XVII.

ET ait ad discipulos suos, Im= A
possibile est, vt nō veniāt scā= Mat.18.a
dala: ve aūt illi per quem ve= Marc.9.f
niunt. vtilius est illi, si lapis mola=
ris imponatur circa collum eius, et

pꝛoiiciatur in mare, ꝙ vt scandali=
Mat.18 b zet vnum de pusillis istis. Attendi=
Leu.19 d te vobis. Si peccauerit in te frater
Eccl.19b tuus, increpa illum. et si penitentiã
Mat.18.c egerit, dimitte illi. ꝛ si septies in die
peccauerit in te, et septies in die cõ=
uersus fuerit ad te, dicens, penitet
B me: dimitte illi. Et dixerũt aposto=
Mat.17c li dño, Adauge nobis fidem. Dixit
autem dñs, Si habueritis fidẽ si=
cut granũ sinapis: dicetis huic ar=
boꝛi moꝛo, Eradicare et transplã=
tare i mare: ꝛ obediet vobis. Quis
autem vestrum habens seruum a=
rantẽ aut pascentẽ boues, qui re=
gresso de agro dicat illi, Stati trãsi,
et recumbe: et nõ dicit, Para quod
cenem, et pꝛecige te et ministra mi=
hi donec manducẽ et bibam, et post
hec tu manducabis ꝛ bibes? Nun=
quid gratiam habet seruo illi, quia
C fecit que ei imperauerat? Nõ puto.
Sic ꝛ vos cum feceritis oĩa que p̃=
cepta sunt vobis, dicite, Serui in=
utiles sumus: quod debuimus fa=
cere, fecimus. Et factũ est: dũ iret
in Hierusalem, transibat per mediã
Samariã et Galileã. Et cũ ingre=
deret quoddã castellũ, occurrerunt
ei decẽ viri lepꝛosi. qui steterũt a lõ=
ge: et leuauerunt vocẽ, dicẽtes, Je=
D su p̃ceptoꝛ, miserere nostri. Quos
vt vidit, dixit, Jte, ostẽdite vos sa=
cerdotibus. Et factum est: dũ irẽt,
mũdati sunt. Vnus aũt ex illis, vt
vidit quia mũdatꝰ est: regressus est
cum magna voce magnificãs deũ,
et cecidit in faciem ante pedes eiꝰ:
gratias agẽs. et hic erat Samari=
tanus. Respondens aũt Jesus, di=
xit, Nonne decem mundati sunt? ꝛ
nouem vbi sunt? Non est inuentus
qui rediret, et daret gloꝛiã deo, nisi
hic alienigena. Et ait illi, Surge,
vade: quia fides tua te saluũ fecit.
Jnterrogatꝰ aũt a phariseis, quã=
E do venit regnũ dei, respondẽs eis,
dixit, Non veniet regnum dei cum
obseruatione: neqꝫ dicẽt, Ecce hic,
aut ecce illic. Ecce enim regnũ dei
intra vos est. Et ait ad discipulos
suos, Venient dies quãdo desidere=
tis videre vnũ diem filii hominis:
et non videbitis. Et dicent vobis, Mat.24b
Ecce hic ꝛ ecce illic. Nolite ire, neqꝫ Mat.13.c
sectemini. nã sicut fulgur coruscãs
de sub celo, in ea que sub celo sunt
fulget: ita erit filius hominis in die
sua. Pꝛimũ aũt opoꝛtet illum mul= F
ta pati, et repꝛobari a generatione Mat.24.
hac. Et sicut factum est in diebus d.
Noe: ita erit et in diebꝰ filii homi= Geñ.7.b
nis. Edebant et bibebant, vxoꝛes
ducebãt et dabant ad nuptias vsqꝫ
in diem qua intrauit Noe in arcã:
et venit diluuiũ et pdidit oẽs. Si=
militer sicut factũ est in diebꝰ Loth, Geñ.19c
Edebãt et bibebãt, emebãt ꝛ vẽde=
bãt, plantabãt et edificabant: qua
die aũt exiit Loth a Sodomis, plu=
it ignẽ ꝛ sulphur de celo, ꝛ oẽs per=
didit. secundũ hec erit qua die filiꝰ G
hominis reuelabit. In illa hoꝛa qui
fuerit in tecto, et vasa eiꝰ in domo:
ne descendat tollere illa. et qui in a=
gro: similiter nõ redeat retro. Me= Geñ.19c
moꝛes estote vxoꝛis Loth. Quicũqꝫ Sup.9.c
quesierit animã suã saluã facere, Mat.10c
perdet illã. et quicũqꝫ perdiderit il= Marc.8c
lam, viuificabit eã. Dico vobis, in Ioã.12.c
illa nocte erũt duo in lecto vno: vnꝰ Mat.24c
assumet, ꝛ alter relinquet. due erũt
molẽtes in vnũ: vna assumetur, et
altera relinquet. duo in agro: vnus
assumetur, ꝛ alter relinquetur. Re=
spondẽtes dicũt illi, Vbi dñe? Qui
dixit illis, Vbicunqꝫ fuerit coꝛpus,
illuc congregabuntur et aquile.

CAPVT. XVIII.

Dicebat aũt et parabolã ad A
illos, quoniã opoꝛtet semp Eccl.18.c
oꝛare et non deficere, dicẽs, I.thes.5c
Judex quidam erat in quadã ciui=
tate, qui deũ non timebat, et homi=
nem nõ reuerebatur. Vidua autem
quedã erat in ciuitate illa: et veni=
ebat ad eũ dicens, Vindica me de
aduersario meo. ꝛ nolebat p multũ
tempus,

temp⁹. Post hec aũt dixit intra se,
Etsi deum non timeo, nec hominẽ
reuereor: tamẽ q̃a molesta est mihi
hec vidua, vindicabo illã, ne in no=
B uissimo veniẽs sugillet me. Ait aũt
dñs, Audite quid iudex iniquitatis
dicit. Deus aũt nõ faciet vindictã
electorum suorum clamãtium ad se
die ac nocte: et patientiam habebit
in illis? Dico vobis, quia cito faci=
et vindictam illorum. Veruntamẽ
filius hominis veniens, putas in=
ueniet fidem in terra? Dixit aũt et
ad quosdã qui in se cõfidebant tã=
quam iusti, et aspernabantur cete=
ros, parabolã istã dicẽs, Duo ho=
mines ascendebant in tẽplum vt o=
rarent: vnus phariseus, et alter pu=
blican⁹. Phariseus stãs, hec apud
C se orabat, De⁹ gratias ago tibi q̃a
non sum sicut ceteri hominum, ra=
ptores, iniusti, adulteri, velut etiã
hic publicanus. ieiuno bis in sab=
bato: decimas do oĩum q̃ possideo.
Et publican⁹ a lõge stãs, nolebat
nec oculos ad celũ leuare: sed per=
cutiebat pectus suum, dicens, De⁹
propitius esto mihi peccatori. Dico
vobis, descendit hic iustificatus in
Sup.14.c domum suã ab illo: quia oĩs qui se
Mat.23 b exaltat, humiliabitur: et qui se hu=
Mat.19 b miliat, exaltabitur. Afferebãt autẽ
Mar.10 b ad illum et infantes, vt eos tange=
ret. Quod cum viderent discipuli,
increpabãt illos. Jesus autẽ cõuo=
cãs illos, dixit, Sinite pueros ve=
nire ad me: et nolite vetare eos. ta=
lium est enim regnũ dei. Amen dico
vobis, quicũq; non acceperit regnũ
dei sicut puer, nõ intrabit in illud.
Mat.19 b Et interrogauit eum quidam prin=
Mar.10 b ceps, dicens, Magister bone, quid
D faciens vitã eternã possidebo? Di=
xit aũt ei Iesus, Quid me dicis bo=
num? nemo bonus nisi solus deus.
Exo.20 c Mandata nosti, Non occides, Nõ
mechaberis, Non furtũ facies, Nõ
falsum testimoniũ dices, Honora
patrẽ tuum et matrẽ. Qui ait, Hec
oĩa custodiui a iuuẽtute mea. Quo
audito, Jesus ait ei, Adhuc vnũ ti=
bi deest: oĩa quecunq; habes vẽde,
et da pauperibus, et habebis the=
saurum in celo, et veni sequere me.
His ille auditis, cõtristatus est: q̃a
diues erat valde. Videns autẽ Je=
sus illum tristẽ factum, dixit, Quã E
difficile qui pecunias habent, in re=
gnũ dei intrabũt? Facili⁹ est enim
camelũ per foramen acus transire,
q̃ diuitẽ intrare in regnum dei. Et
dixerũt qui audiebãt, Et quis po=
test saluus fieri? Ait illis, Que im=
possibilia sunt apud homines, pos=
sibilia sunt apud deum. Ait autem
Petrus, Ecce nos dimisimus oĩa,
et secuti sum⁹ te. Qui dixit eis, Amẽ
dico vobis, nemo est q̃ reliq̃t domũ
aut parentes aut fratres aut vxo=
rem aut filios propter regnum dei,
et non recipiat multo plura in hoc
tempore, et in seculo futuro vitam F
eternã. Assumpsit autẽ Jesus duo= Mat.20 b
decim, et ait illis, Ecce ascendim⁹ Mar.10 e
Hierosolymam, et consummabun=
tur omnia que scripta sunt per pro=
phetas de filio hominis. tradetur
enim gentibus, et illudetur, et fla=
gellabitur, et conspuetur: et post=
quam flagellauerint occident eum,
et tertia die resurget. Et ipsi nihil
horum intellexerunt. et erat verbũ
istud absconditum ab eis, et nõ in=
telligebant que dicebantur. Factũ Mat.20 d
est autem: cum appropinquaret Je= Mar.10 g
richo, cecus quidam sedebat secus G
viam, mendicans. Et cum audiret
turbam pretereuntem, interroga=
bat quid hoc esset. Dixerũt autem
ei, q̃ Jesus Nazarenus transiret.
Et clamauit, dicens, Jesu fili Da=
uid, miserere mei. Et qui preibãt,
increpabant eũ vt taceret. Ipse ve=
ro multo magis clamabat, Fili Da=
uid, miserere mei. Stans autem
Jesus, iussit illum adduci ad se. Et
cum appropinquasset, interrogauit
illum, dicens, Quid tibi vis faciã?

At ille dixit, Domine, vt videã. Et
Jesus dixit illi, Respice: fides tua
te saluũ fecit. Et confestim vidit: et
sequebať illũ magnificans deũ. Et
õis plebs vt vidit, dedit laudẽ deo.

CAPVT. XIX.

A ET ingressus perãbulabat Je-
richo. Et ecce vir nomine Zac
cheus: ⁊ hic princeps erat pub-
licanorũ, et ipse diues. et querebat
videre Jesum quis esset: ⁊ non po-
terat pre turba: quia statura pusil-
lus erat. Et precurrẽs, ascendit in
arborem sycomorũ vt videret eũ:
quia inde erat transiturus. Et cum
venisset ad locũ, suspiciens Jesus,
vidit illum, ⁊ dixit ad eũ, Zacchee,
festinãs descende: quia hodie in do-
mo tua oportet me manere. Et fe-
stinans descendit: et excepit illum
gaudens. Et cum viderent omnes
murmurabant, dicentes ꝙ ad ho-
minem peccatorẽ diuertisset. Stans
B autem Zaccheus, dixit ad dominũ,
Ecce, dimidium bonorũ meorũ do-
mine do pauperibus: et si quid ali-
quem defraudaui, reddo quadru-
plum. Ait Jesus ad eũ, Quia ho-
Mat.18 b die salus domui huic facta est: eo ꝙ
et ipse filius sit Abrahe. Venit eni
filius hominis querere et saluũ fa-
cere quod perierat. Hec illis audi-
Mat.25 b entibꝰ adiiciens dixit parabolam,
eo ꝙ esset prope Hierusalem, et q̃a
existimarent ꝙ confestim regnũ dei
manifestaretur. Dixit ergo, Homo
quidam nobilis abiit in regionem
longinquam accipere sibi regnũ, ⁊
reuerti. Vocatis aũt decem seruis
suis, dedit eis decem minas, et ait
ad illos, Negotiamini dum venio.
C Ciues aũt eius oderant eum: ⁊ mi-
serunt legationem post illũ, dicen-
tes, Nolumus hunc regnare super
nos. Et factum est vt rediret acce-
pto regno: et iussit vocari seruos
quibus dedit pecuniam: vt sciret
quantum quisq; negotiatus esset.
Venit aũt primus, dicens, Domi-
ne, mina tua decem minas acquisi-
uit. Et ait illi, Euge bone serue, q̃a
in modico fuisti fidelis, eris pote-
statem habens supra decem ciuita-
tes. Et alter venit, dicens, Domi-
ne, mina tua fecit quinque minas.
Et huic ait, Et tu esto super quin-
que ciuitates. Et alter venit dicẽs,
Domine, ecce mina tua: quã habui
repositam in sudario. timui eni te,
quia homo austerꝰ es: tollis quod
non posuisti, et metis quod non se-
minasti. Dicit ei, De ore tuo te iu-
dico serue nequã. sciebas ꝙ ego ho D
mo austerus sum, tollens quod nõ
posui, et metens quod nõ semina-
ui: et quare non dedisti pecuniam
meam ad mensam, et ego veniens
cum vsuris vtiq; exegissem illud?
Et astantibus dixit, Auferte ab il-
lo minam: et date illi qui decem mi-
nas habet. Et dixerũt ei, Domine,
habet decem minas. Dico aũt vo- Sup. 8.c
bis, quia omni habenti dabitur et Mat. 13 b
abundabit: ab eo aũt qui nõ habet, &.25.c
et quod habet auferetur ab eo. Ve- Mar. 4.c
runtamen inimicos meos illos qui
noluerunt me regnare super se, ad-
ducite huc: et interficite ante me.
Et his dictis, precedebat ascendẽs
Hierosolymam. Et factum est: cum E
appropinquasset ad Bethphage et Mat.21.a
Bethaniam, ad montem qui voca- Mar.11.a
tur Oliueti, misit duos discipulos
suos dicens, Jte in castellum quod
contra vos est: in quod introeũtes
inuenietis pullum asine alligatũ,
cui nemo vnquam hominum sedit:
soluite illũ, et adducite. Et si quis
vos iterrogauerit, quare soluitis?
sic dicetis ei, Quia dominus operã
eius desiderat. Abierunt autem qui
missi erant: et inuenerunt sicut di-
xit illis, stantem pullum. Soluen-
tibus aũt illis pullum, dixerũt dñi
eiꝰ ad illos, Quid soluitis pullũ?
At illi dixerunt, Quia dominus eũ F
necessarium habet. Et duxerũt illũ Ioã. 12.b
ad Jesum. Et iactantes vestimẽta
sua

sua supra pullum, imposuerūt Je-
sum. Eunte aūt illo, substernebant
vestimenta sua in via. Et cum ap-
propinquaret iā ad descensum mō-
tis Oliveti: ceperunt omnes turbe
discentium gaudentes laudare deū
voce magna super omnibus quas
viderāt virtutibꝰ, dicentes, Bene-
dictus qui venit rex ī nomine dn̄i,
pax in celo et gloria in excelsis. Et
quidam phariseorū de turbis dixe-
runt ad illū, Magister, increpa di-
scipulos tuos. Quibꝰ ipse ait, Di-
co vobis, quia si hi tacuerint, lapi-
des clamabūt. Et vt appropinqua-
uit, videns civitatem, flevit super
illā, dicens, Quia si cognouisses, et
tu: et quidem in hac die tua, que ad
pacem tibi. nūc aūt abscōdita sunt
G ab oculis tuis. Quia venient dies
Inf.21.b in te: et circundabunt te inimici tui
Mat.24.a vallo, et circundabūt te, ⁊ coangu-
Mar.13.a stabūt te vndiq;, ⁊ ad terrā proster-
nēt te, ⁊ filios tuos q̄ ī te sunt. ⁊ nō
relinquent in te lapidē sup lapidē:
eo ꝙ non cognoueris tempus visi-
Mat.21.b tationis tue. Et ingressus in tem-
Mar.11.b plum, cepit eiicere vendētes ⁊ emē-
Esa.56.c tes, dicens illis, Scriptū est, Quia
Hier.7.b domus mea, domus orationis est,
Vos aūt fecistis illam speluncā la-
tronum. Et erat docēs quotidie in
templo. Principes aūt sacerdotū et
scribe et principes plebis querebāt
illum perdere: et non inueniebant
quid facerent illi. Omnis enim po-
pulus suspensus erat, audiēs illū.

CAPVT. XX.

A Et factum est: in vna dierum
Mat.21.c docente illo populū in templo
Mar.11 d et euangelizante, conuenerūt
principes sacerdotum ⁊ scribe cum
senioribus, ⁊ aiunt dicētes ad illū,
Dic nobis, in qua potestate hec fa-
cis? aut quis est qui dedit tibi hanc
potestatē? Respōdens autē Jesus,
dixit ad illos, Interrogabo vos et
ego vnū verbum. Respōdete mihi,
Baptismus Joannis, de celo erat,
an ex hominibus? At illi cogitabāt
intra se dicentes, Quia si dixerimꝰ
de celo: dicet, Quare ergo nō credi-
distis illi? Si aūt dixerimus ex ho-
minibus: plebs vniuersa lapidabit
nos: certi sunt enim Joānem pro-
phetam esse. Et responderūt se ne-
scire vnde esset. Et Jesus ait illis, B
Neq; ego dico vobis in qua pote-
state hec facio. Cepit aūt dicere ad
plebem, parabolā hanc, Homo qui- Mat.21.d
dam plantauit vineam, et locauit Mar.12.a
eam colonis: et ipse peregre fuit Esaię.5.a
multis temporibus. Et in tempore Hier.2.d
misit ad cultores seruū, vt de fru-
ctu vinee darent illi. Qui cesum di-
miserunt eum inanem. Et addidit
alterū seruū mittere. Illi aūt hunc
quoq; cedentes et afficiētes contu-
melia, dimiserūt inanem. Et addi-
dit tertiū mittere: qui et illum vul-
nerantes eiecerunt. Dixit aūt do-
minus vinee, Quid faciam? mittā
filium meum dilectum: forsitan cū
hunc viderint, verebuntur. Quem C
cum vidissent coloni, cogitauerunt
intra se, dicentes, Hic est heres, oc-
cidamus illum, vt nostra fiat here-
ditas. Et eiectū illum extra vineā,
occiderūt. Quid ergo faciet illis do-
minus vinee? veniet, ⁊ perdet colo-
nos istos, ⁊ dabit vineā aliis. Quo
audito, dixerunt illi, Absit. Ille aūt
aspiciēs eos, ait, Quid est ergo hoc
quod scriptum est, Lapidem quem Psalmo.
reprobauerūt edificātes, hic factus 117 d
est in caput anguli? Omnis qui ce- Act.4.b
ciderit supra illū lapidem, cōquas- Rom.9g
sabitur: supra quem aūt ceciderit, 1.Pe.2.a
cōminuet illum. Et querebant pri- Esa.28.d
cipes sacerdotum et scribe mittere
in illum manus illa hora: et timue-
runt populum. cognouerunt enī ꝙ
ad ipsos dixerit similitudinem hāc.
Et obseruantes miserūt insidiato- D
res qui se iustos simularent: vt ca- Mat.22 b
perent eū in sermone, vt traderēt Mar.12 b
illū principatui ⁊ potestati presidis.
Et interrogauerūt eū dicētes, Ma-
gister,

gister, scimus quia recte dicis ⁊ do-
ces: et non accipis personā, sed viā
dei ī veritate doces. licet nobis tri-
butum dare Cesari, an non? Con-
siderans autem dolum illoꝝ, dixit
ad eos, Quid me tentatis? ostendi-
te mihi denariū. Cuius habet ima-
ginem et inscriptionē? Respondē-
tes dixerūt ei, Cesaris. Et ait illis,
Ro.13.c Reddite ergo q̄ sunt Cesaris, Ce-
sari: et que sunt dei, deo. Et nō po-
tuerunt verbum eius reprehendere
coram plebe: et mirati in responso
Mat.22 c eius tacuerūt. Accesserunt aūt qui-
Mar.12 b dam sadduceorum qui negant esse
resurrectionem, et interrogauerūt
E eū, dicētes, Magister, Moyses scri-
Deu.25 b psit nobis, Si frater alicuius mor-
tuus fuerit habēs vxorē, et hic sine
liberis fuerit, vt accipiat eam frater
eius vxorem, ⁊ suscitet semē fratri
suo. septem ergo fratres erant: et
primus accepit vxorē, et mortuus
est sine filiis. Et sequēs accepit il-
lam, et ipse mortuus est sine filio.
Et tertius accepit illā. Similiter ⁊
oēs septē: et nō reliquerūt semen, ⁊
mortui sūt. Nouissime omniū mor-
tua est et mulier. In resurrectione
ergo, cuius eorum erit vxor? siqui-
dem septem habuerunt eā vxorem.
F Et ait illis Jesus, Filii hui⁹ seculi
nubunt, et traduntur ad nuptias:
illi vero qui digni habebunt seculo
illo ⁊ resurrectione ex mortuis, neq;
nubent, neq; ducent vxores, neque
vltra mori poterunt. equales enim
angelis sunt, ⁊ filii sunt dei, cū sint
filii resurrectionis. Qd vero resur-
Exo.3.b gant mortui, et Moyses ostēdit se-
cus rubum, sicut dicit dominū, deū
Abraham, et deum Isaac, et deum
Jacob. Deus aūt, non est mortuo-
rum, sed viuoꝝ. oēs enim viuūt ei.
Respondentes aūt quidā scribarū,
G dixerunt ei, Magister, bene dixisti.
Et amplius nō audebāt eum quic-
Mat.22 d quam interrogare. Dixit aūt ad il-
Mar.12 d los, Quomodo dicunt Christum,
filiū esse Dauid: et ipse Dauid di-
cit in libro Psalmoꝝ, Dixit domi- Psalmo,
nus dño meo, sede a dextris meis, 109.a
Donec ponā inimicos tuos scabel-
lum pedū tuoꝝ? Dauid ergo do-
minū illum vocat: et quomodo fili⁹
eius est? Audiente aūt oī populo, Sup.11.f
dixit discipulis suis, Attēdite a scri Mat.23 a
bis qui volunt ambulare in stolis, Mar.12 d
et amāt salutationes in foro, ⁊ pri-
mas cathedras ī synagogis, et pri-
mos discubitus in cōuiuiis. qui de-
uorant domos viduarum: simulā-
tes longā orationem. Hi accipiant
damnationem maiorem.

CAPVT. XXI.

Respiciens autem vidit eos A
qui mittebant munera sua Mar.12 d
in gazophylacium, diuites.
Vidit aūt et quandam viduā pau-
perculam, mittentem era minuta
duo. Et dixit, Vere dico vobis, q̄a
vidua hec pauper, plus q̄ oēs mi-
sit. nam omnes hi, ex abundāti sibi
miserunt in munera dei: hec autem
ex eo quod deest illi, omnem victum
suum quem habuit, misit. Et qui- B
busdam dicentib⁹ de templo q̄ bo- Mat.24 a
nis lapidib⁹ et donis ornatū esset, Mar.13 a
dixit, Hec q̄ videtis, veniēt dies in Sup.19 g
quib⁹ nō relinquet lapis super la-
pidem qui nō destruatur. Interro-
gauerunt aūt illum dicentes, Pre-
ceptor quando hec erūt, et qd signū
cū fieri incipiēt? Qui dixit, Videte
ne seducamini. multi enim venient
in nomine meo dicentes, quia ego
sum, et tēpus appropinquauit, no-
lite ire post eos. Cum aūt audieri- C
tis prelia ⁊ sediciones: nolite terre-
ri: oportet primū hec fieri, sed non-
dū statim finis. Tūc dicebat illis,
Surget gens cōtra gentē, ⁊ regnū
aduersus regnū: ⁊ terremotus ma-
gni erunt per loca, et pestilentie et
fames: terroresq;, et signa de celo
magna erūt. Sed ante hec omnia
inicient vobis manus suas, ⁊ per-
sequent tradentes ī synagogas et
custodias,

custodias, trahẽtes ad reges ꝛ pꝛe-
sides pꝛopter nomen meū. contin-
get aūt vobis i testimoniū. Ponite
ergo in coꝛdibꝰ vestris non pꝛeme-
ditari quemadmodū respondeatis.
ego enim dabo vobis os et sapien-
tiam: cui nō poterūt resistere et cō-
tradicere omnes aduersarii vestri.
D Trademini aūt a parentibꝰ et fra-
tribus ꝛ cognatis ꝛ amicis, ꝛ moꝛ-
te afficient ex vobis. et eritis odio
omnibꝰ pꝛopter nomen meū. et ca-
pillus de capite vestro non peribit.
In patientia vestra possidebitis a-
mat.24b nimas vestras. Cum aūt videritis
Mar.13 b circūdari ab exercitu Hierusalem:
Dan.9.g tunc scitote q̄a appꝛopinquauit de-
solatio eius. tunc q̄ in Judea sunt:
fugiant ad mōtes. et qui in medio
eius: discedāt. et qui in regionibꝰ:
non intrent in eā. q̄a dies vltionis
hi sunt: vt impleantur omnia que
E scripta sunt. Ue aūt pꝛegnantibꝰ ꝛ
nutrientibus in illis diebꝰ. erit enī
pꝛessura magna super terrā: et ira
populo huic. Et cadēt i oꝛe gladii:
et captiui ducentur in oēs gentes.
et Hierusalē calcabitur a gentibꝰ:
donec impleantur tēpoꝛa nationū.
Mat.24c Et erunt signa in sole ꝛ luna ꝛ stel-
Mar.13.c lis: et in terris pꝛessura gentiū pꝛe
Esa.13.b cōfusione sonitus maris ꝛ fluctuū,
Eze.32.b arescentibus hominibꝰ pꝛe timoꝛe
Joel.3.c et expectatione q̄ superuenient vni-
uerso oꝛbi. nam virtutes celoꝛum
mouebūtur: et tunc videbunt filiū
hominis venientem in nube cū po-
F testate magna ꝛ maiestate. His aūt
fieri incipientibꝰ, suspicite ꝛ leuate
capita vestra: quoniam appꝛopin-
quat redemptio vestra. Et dixit
illis similitudinem, Uidete ficul-
neam ꝛ oēs arboꝛes: cū pꝛoducunt
iā ex se fructū, scitis quoniā pꝛope
est estas. Ita ꝛ vos cū videritis hec
fieri, scitote qm̄ pꝛope est regnum
dei. Amen dico vobis, quia nō pꝛe-
teribit generatio hec, donec omnia
fiant. Celū et terra transibūt: ver-
ba aūt mea non transibunt. Atten- Ro.13.b
dite aūt vobis ne foꝛte grauentur
coꝛda vestra in crapula ꝛ ebꝛietate
et curis huiꝰ vite: ꝛ superueniat in G
vos repētina dies illa. tanq̄ laque-
us enim superueniet in omnes qui
sedēt super faciem oīs terre. Uigi-
late itaq̄, omni tempoꝛe oꝛantes,
vt digni habeamini fugere ista om-
nia q̄ futura sunt, ꝛ stare ante fili-
um hominis. Erat aūt diebꝰ docēs
in templo: noctibꝰ vero exiēs, moꝛ-
abatur in mōte qui vocatur Oli-
ueti. Et omnis populus mane ibat
ad eum in templo audire eum.

CAPVT. XXII. A

APpꝛopinquabat autē dies Mat.26a
festus azymoꝛum, qui dici- Mar.14a
tur pascha: et querebāt pꝛi-
cipes sacerdotum et scribe quomo-
do eū interficerent, timebant vero
plebē. Intrauit aūt satanas i Ju- Mat.26b
dā qui cognominabat Iscariotes, Mar.14b
vnū de duodecim: et abiit, et locu-
tus est cum pꝛincipibus sacerdotū
et magistratibus quemadmodū il-
lum traderet eis. Et gauisi sunt: et
pacti sunt pecuniā illi dare. Et spo-
pondit. Et querebat oppoꝛtunita-
tē, vt traderet illū sine turbis. Ue- Mat.26b
nit aūt dies azymoꝛum, in qua ne- mar.14b
cesse erat occidi pascha. Et misit
Petrū et Joannē dicens, Euntes
parate nobis pascha, vt manduce-
mus. At illi dixerūt, Ubi vis pare-
mus? Et dixit ad eos, Ecce introeū-
tibꝰ vobis in ciuitatē occurret vo-
bis homo amphoꝛā aque poꝛtans:
sequimini eū in domū i quā intrat, B
et dicetis patrifamilias domꝰ, Di-
cit tibi magister, Ubi ē diuersoꝛiū
vbi pascha cū discipulis meis mā-
ducem? Et ipse ostēdet vobis cena-
culum magnū stratū: ꝛ ibi parate.
Euntes aūt, inuenerunt sicut dixit
illis: et parauerūt pascha. Et cum Mat.26b
facta esset hoꝛa, discubuit, ꝛ duode- mar.14 b
cim apostoli cū eo, ꝛ ait illis, Desi- 1.co.11.c
derio desideraui hoc pascha mādu-

care vobiscũ, antequã patiar. Di-
co enim vobis, quia ex hoc nõ mã-
ducabo illud, donec impleatur in re-
gno dei. Et accepto calice, gratias
egit, et dixit, Accipite & diuidite inter
vos. dico enim vobis ꝙ non bibam
de generatione vitis, donec regnũ
dei veniat. Et accepto pane, grati-
as egit et fregit: et dedit eis, dicẽs,
hoc est corpꝰ meum, quod pro vo-
bis datur. hoc facite in meam com-
memorationem. Similiter et calicẽ
postquam cenauit, dicens, Hic est
calix nouũ testamentũ in sanguine
Mat.26b meo, qui pro vobis fundetur. Verũ-
mar.14b tamẽ ecce manus tradẽtis me, me-
Ioã.13.c cum est in mensa. Et quidem filius
Psal 40c hominis secũdum quod definitum
est, vadit: veruntamen ve homini
C illi per quẽ tradetur. Et ipsi cepe-
runt querere inter se, quis esset ex eis
qui hoc facturꝰ esset. Facta est aũt
et contentio inter eos, quis eorum
Mat.20d videretur esse maior. Dixit autem
Mar.10.f eis, Reges gentiũ dominãtur eorum:
et qui potestatem habẽt super eos,
benefici vocantur. Vos autem nõ
sic: sed qui maior est in vobis, fiat
sicut iunior: et qui p̃cessor est, sicut
ministrator. Nam quis maior est: q̃
recumbit, an qui ministrat? nonne
qui recumbit? Ego autẽ in medio
vestrũ sum sicut qui ministrat. vos
autem estis qui permansistis mecũ
in tẽtationibꝰ meis. Et ego dispo-
no vobis sicut disposuit mihi pater
meus, regnum: vt edatis et biba-
tis sup mensam meã in regno meo,
et sedeatis super thronos iudican-
tes duodecim tribꝰ Israel. Ait aũt
dominus Simoni, Simon, ecce sa-
tanas expetiuit vos, vt cribraret si-
cut triticum: ego autẽ rogaui pro
te, vt non deficiat fides tua, et tu
aliquando conuersus, cõfirma fra-
tres tuos. Qui dixit ei, Domine,
tecum paratus sum et in carcerem
et in mortem ire. Et ille dixit, Di-
Mat.26e co tibi Petre, non cantabit hodie

gallꝰ, donec ter abneges nosse me. Mar.14c
Et dixit eis, Quando misi vos sine D
sacculo et pera et calceamẽtis: nũ-
quid aliquid defuit vobis? At illi
dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis,
Sed nunc qui habet sacculum, tol-
lat: similiter et peram. et qui non
habet, vendat tunicam suam, et e-
mat gladiũ. Dico eni vobis, quo-
niam adhuc hoc quod scriptum est
oportet impleri in me, Et cum ini- Esa.53.d
quis deputatus est. Etenim ea que
sunt de me, finem habent. At illi di-
xerunt, Domine, ecce duo gladii
hic. At ille dixit eis, Satis est. Et e- Mat.26c
gressus ibat secundũ consuetudinẽ Mar.14c
in mõtem Oliuarum. Secuti sunt Ioã.18.a
autem illum et discipuli. Et cũ per-
uenisset ad locũ, dixit illis, Orate Mat.26d
ne intretis in tentationem. Et ipse Mar.14d
auulsus est ab eis quantum iactus
est lapidis: et positis genibus ora-
bat, dicens, Pater, si vis transfer
calicẽ istum a me. Veruntamen nõ E
mea voluntas, sed tua fiat. Appa-
ruit autem illi angelus de celo con-
fortans eum. Et factus in agonia,
prolixius orabat. Et factus est su-
dor eius, sicut gutte sanguinis de-
currentis in terram. Et cum surre-
xisset ab oratione, et venisset ad di-
scipulos suos, inuenit eos dormiẽ-
tes pre tristitia. Et ait illis, Quid
dormitis? surgite, orate ne intretis
in tẽtationem. Adhuc eo loquente, Mat.26
ecce turba: et qui vocabatur Judas, Mar.14
vnus de duodecim, antecedebat e- Ioã.18
os, et appropinquauit Jesu vt o-
scularetur eum. Jesus autem dixit
illi, Iuda, osculo filiũ hominis tra-
dis? Videntes autẽ hi q̃ circa ipsum
erant quod futurum erat, dixerunt
ei, Domine, si percutimꝰ i gladio?
Et p̃cussit vnus ex illis seruũ prin-
cipis sacerdotũ: et amputauit au-
riculam eius dexteram. Respondẽs F
autem Jesus, ait, Sinite vsque huc.
Et cum tetigisset auriculam eius,
sanauit eum. Dixit autẽ Jesus ad

eos qui venerãt ad se, pricipes sa-
cerdotum et magistratus templi et
seniores, Quasi ad latronẽ existis
cum gladiis & fustibus? Cum quo-
tidie vobiscum fuerim in tẽplo, nõ
extẽdistis manus in me. sed hec est
hora vestra, et potestas tenebrarũ.
Mat.26 f Comprehẽdentes autem eum, du-
Mar.14 f xerunt ad domũ principis sacerdo-
Ioan.8.e tum. Petrus vero sequebat eum a
Mat 26g longe. Accẽso aũt igne in medio a-
Mar.14g trii, et circunsedentibus illis, erat
Ioã.18.c Petrus in medio eorũ. Quem cum
vidisset ancilla quedam sedentẽ ad
lumen, & eum fuisset intuita, dixit,
Mat.26g Et hic cũ illo erat. At ille negauit
Mar.14g eum, dicens, Mulier, non noui il-
Ioã.18.e lum. Et post pusillum alius vidẽs
eum, dixit, Et tu de illis es. Petrꝰ
vero ait, O homo, non sum. Et in-
teruallo facto, quasi hore vnius, a-
lius quidã affirmabat, dicẽs, Uere
et hic cum illo erat. nam et Galileꝰ
est. Et ait Petrꝰ, Homo, nescio q̃d
dicis. Et cõtinuo adhuc illo loquẽ-
G te, cantauit gallus. Et conuersus
dñs, respexit Petrum. Et recorda-
tus est Petrus verbi dñi, sicut di-
xerat, Quia prius q̃ gallus cãtet,
ter me negabis. Et egressus foras
Petrus fleuit amare. Et viri qui
tenebant illum: illudebant ei cedẽ-
tes. Et velauerũt eum, et percutie-
bant faciem eius, & interrogabant
eum, dicẽtes, Prophetiza: quis est
qui te percussit? Et alia multa blas-
Mat.27a phemãtes, dicebant in eum. Et vt
Mar.15 a factus est dies, conuenerunt senio-
Ioã.18.e res plebis et principes sacerdotum
et scribe, et duxerunt illum in con-
ciliũ suum, dicẽtes, Si tu es Chri-
stus, dic nobis. Et ait illis, Si vo-
bis dixero, nõ credetis mihi: si aũt
et interrogauero, non respondebi-
tis mihi, neq; dimittetis. ex hoc aũt
erit filius hominis sedẽs a dextris
virtutis dei. Dixerunt autem oẽs,
Tu ergo es filiꝰ dei? Qui ait, Uos
dicitis, q̃a ego sum. At illi dixerũt,
Quid adhuc desideramus testimo-
nium? ipsi eñ audiuimꝰ de ore eiꝰ.

CAPUT. XXIII.

E Tsurgẽs oĩs multitudo eorũ, A
duxerũt illum ad Pilatũ. Ce-
perunt aũt illum accusare, di-
centes, Hũc inuenimus subuertẽ- Mat.22.c
tem gentẽ nostram, et prohibẽtem Mar.12 b
tributa dare Cesari, et dicentem se
Christũ regẽ esse. Pilatus autẽ in- Mat 27b
terrogauit eũ, dicẽs, Tu es rex Iu- Mar.15 a
deorũ? At ille respondẽs ait, Tu di- Ioã.18.f
cis. Ait aũt Pilatꝰ ad principes sa-
cerdotum et turbas, Nihil inuenio
cause in hoc homine. At illi inuale-
scebant dicẽtes, Commouet popu-
lum docens per vniuersam Judeã,
incipiẽs a Galilea vsq; huc. Pilatꝰ
aũt audiens Galileã: interrogauit
si homo Galileꝰ esset. Et vt cogno-
uit q̃ de Herodis potestate esset: re-
misit eum ad Herodem, qui et ipse
Hierosolymis erat illis diebꝰ. He-
rodes autem viso Jesu, gauisus est
valde. Erat enim cupiens ex multo B
tẽpore videre eũ, eo q̃ audiret mul-
ta de eo: et sperabat signũ aliquod
videre ab eo fieri. Interrogabat aũt
eũ multis sermonibꝰ. At ipse nihil
illi respõdebat. Stabãt aũt princi-
pes sacerdotũ & scribe constant ac-
cusantes eũ. Spreuit autẽ illũ He-
rodes cũ exercitu suo: et illusit in-
dutũ veste alba, & remisit ad Pila-
tum. Et facti sunt amici Pilatus et
Herodes in ipsa die. nam antea in-
imici erãt adinuicem. Pilatus aũt Mat.27c
conuocatis principibꝰ sacerdotũ et mar.15 b
magistratibꝰ & plebe, dixit ad illos, Ioã.18.g
Obtulistis mihi hũc hominẽ, quasi & 16.c,
auertentem populũ: et ecce, ego co-
ram vobis interrogans, nullã cau-
sam inuenio in homine isto ex his
in quibus eum accusatis. Sed neq;
Herodes. nam remisi vos ad illum: C
et ecce, nihil dignum morte actũ est
ei. Emendatũ ergo illum dimittã.
Necesse aũt habebat dimittere eis
per diẽ festũ, vnũ. Exclamauit aũt

simul vniuersa turba, dicẽs, Tolle
hunc, et dimitte nobis Barabban.
qui erat propter seditionẽ quãdam
factã in ciuitate et homicidiũ, mis-
sus in carcerẽ. Iterum aũt Pilat⁹
locutus est ad eos, volẽs dimittere
Jesum. At illi succlamabant, dicẽ-
tes, Crucifige, crucifige eum. Ille
autẽ tertio dixit ad illos, Quid eni
mali fecit iste? nullã causã mortis
inuenio in eo. corripiã ergo illũ, et
D dimittã. At illi instabãt vocib⁹ ma
gnis postulãtes vt crucifigeretur:
et inualescebãt voces eorũ. Et Pi-
latus adiudicauit fieri petitionẽ e-
orũ. Dimisit autẽ illis eũ, qui pro-
pter homicidiũ et seditionẽ missus
fuerat in carcerem, quẽ petebant:
Jesum vero tradidit volũtati eor.
Mat 27d Et cum ducerent eum, apprehende-
Mar.15b runt Simonẽ quẽdam Cyrenẽsem
venientem de villa: et imposuerũt
illi crucem portare post Jesum. Se-
quebat autẽ illũ multa turba popu
li et mulierũ: que plangebant & la-
mentabãtur eum. Conuersus aũt
ad illas Iesus, dixit, Filie Hierusa-
lem, nolite flere sup me: sed super
vosipsas flete, & sup filios vestros.
Esa.54a quoniam ecce veniẽt dies in quib⁹
Gala.4d dicent, Beate steriles, et ventres q̃
non genuerunt, & vbera que nõ la-
Esai.2.d ctauerũt. Tunc incipiẽt dicere mõ-
Osee 10b tibus, Cadite super nos: et collib⁹,
Apo.9.b Operite nos. Quia si i viridi ligno
E hec faciunt, in arido quid fiet? Du-
cebant aũt et alii duo nequã cũ eo,
Mat 27b vt interficerentur. Et postquã ve-
Mar.15 b nerunt in locũ qui vocatur Calua-
Ioã.19.d rie, ibi crucifixerunt eum: et latro-
nes, vnum a dextris, et alterũ a si-
nistris. Jesus aũt dicebat, Pater,
dimitte illis. non enim sciunt quid
Mat.27d faciunt. Diuidẽtes vero vestimẽta
mar.15 b eius, miserũt sortes. Et stabat po-
Ioã.19.d pulus expectans, et deridebant eũ
principes cum eis, dicentes, Alios
saluos fecit, se saluum faciat, si hic
est Christus dei electus. Illudebãt

aũt ei et milites accedẽtes et acetũ
offerentes ei, et dicentes, Si tu es
rex Judeorũ, saluũ te fac. Erat aũt
et superscriptio scripta super eũ li-
teris Grecis et Latinis et Hebrai-
cis, Hic est rex Judeorũ. Vn⁹ autẽ
de his q̃ pẽdebant latronib⁹, blas-
phemabat eũ, dicẽs, Si tu es Chri-
stus: saluũ fac teipsum et nos. Re-
spondens aũt alter, increpabat eũ,
dicẽs, Neq tu times deũ, q in ea- F
dem damnatione es? Et nos quidẽ
iuste: nã digna factis recipim⁹. hic
vero, nihil mali gessit. Et dicebat ad
Jesum, Dñe, memẽto mei cum ve-
neris in regnũ tuũ. Et dixit illi Ie-
sus, Amen dico tibi, hodie mecum
eris in paradiso. Erat aũt fere ho-
ra sexta: & tenebre facte sunt in vni-
uersam terram vsq i horam nonã.
Et obscuratus est sol: et velum tẽ-
pli scissum est medium. Et clamãs
voce magna Jesus, ait, Pater in Psal 30
manus tuas cõmendo spiritũ meũ.
Et hec dicẽs, expirauit. Videns aũt G
Cẽturio quod factum fuerat, glo-
rificauit deum, dicẽs, Vere, hic ho-
mo iustus erat. Et oĩs turba eorũ
q̃ simul aderant ad spectaculũ istud
et videbant que fiebant, percutien-
tes pectora sua reuertebãtur. Sta-
bant autẽ oẽs noti eius a longe: et
mulieres que secute eũ erant a Ga-
lilea hec videntes. Et ecce, vir noie Mat 27
Joseph qui erat decurio, vir bon⁹ Mar.15
et iustus, hic non consenserat con- Ioã.19
silio et actibus eor, ab Arimathea
ciuitate Judee, q̃ expectabat et ipse
regnum dei. hic accessit ad Pilatũ,
et petiit corpus Jesu: et depositum
inuoluit sindone, et posuit illud in
monumẽto exciso, in quo nondum
quisq positus fuerat. Et dies erat
parasceues, & sabbatũ illucescebat.
Subsecute autẽ mulieres que cum
eo venerãt de Galilea, viderũt mo-
numẽtum, et queadmodum positũ
erat corpus ei⁹. Et reuertentes pa-
rauerunt aromata et vnguenta: et
sabbato

sabbato quidem siluerunt secundū
mandatum.

CAPVT. XXIIII.

A Mar.16 a Ioã.20.a Vna autē sabbati valde dilu-
culo venerunt ad monumē-
tum, portantes que paraue-
rant aromata, et inuenerunt lapi-
dem reuolutū a monumēto. Et in-
gresse, nō inuenerūt corp⁹ dñi Je-
su. Et factū est: dum mēte conster-
nate essent de isto, ecce duo viri ste-
terunt secus illas in veste fulgēti.
Cum timerēt aūt, ꝛ declinarēt vul-
tum in terram, dixerunt ad illas,
Quid queritis viuētē cū mortuis?
non est hic, sed surrexit. recordami-
ni qualiter locutus est vobis, cum
Mat.17 d adhuc in Galilea esset, dicēs, Quia
Marc.9 e oportet filium hominis tradi ī ma-
Sup.9. e nus hominum peccatorū, et cruci-
B figi: et die tertia resurgere. Et re-
cordate sunt verborum eius. Et re-
gresse a monumento, nuntiauerūt
hec oīa illis vndecim, et ceteris om-
nib⁹. Erat aūt Maria Magdale-
ne, et Joanna, ꝛ Maria Jacobi, et
cetere que cum eis erant, que dice-
bāt ad apostolos hec. Et visa sunt
ante illos sicut deliramentū verba
ista, et non crediderunt illis. Petr⁹
aūt surgens, cucurrit ad monumē-
tum: ꝛ procumbens vidit linteami-
na sola posita, ꝛ abiit secum mirās
Mar.16 c quod factum fuerat. Et ecce duo ex
illis ibant ipsa die in castellū quod
erat in spatio stadiorum sexaginta
ab Hierusalem, noīe Emmaus: et
ipsi loquebantur adinuicem de his
C omnibus que acciderant. Et factū
est: dum fabularētur et secum que-
rerēt, et ipse Jesus appropinquās,
ibat cum illis. oculi aūt illorum te-
nebantur, ne eum agnoscerent. Et
ait ad illos, Qui sunt hi sermones
quos confertis adinuicem, ambu-
lantes, et estis tristes? Et respon-
dēs vn⁹ cui nomē Cleophas, dixit
ei, Tu sol⁹ peregrin⁹ es in Hieru-
salē, ꝛ nō cognouisti que facta sunt
in illa, his dieb⁹? Quib⁹ ille dixit,
Que? Et dixerunt, De Jesu Na-
zareno, qui fuit vir propheta, po-
tens in opere ꝛ sermone coram deo
et omni populo. Et quomodo eum
tradiderunt summi sacerdotes et
principes nostri in damnationem
mortis, et crucifixerunt eum. nos
autem sperabamus quia ipse esset
redempturus Israel: et nunc super D
hec oīa, tertia dies ē hodie ꝙ hec fa-
cta sunt. Sed et mulieres quedam
ex nostris, terruerunt nos, que an-
te lucem fuerunt ad monumētum:
et non inuento corpore eius, vene-
runt dicētes se etiam visionem an-
gelorum vidisse, qui dicūt eum vi-
uere. Et abierūt quidam ex nostris
ad monumentum: et ita inuenerūt
sicut mulieres dixerunt, ipsum ve-
ro non inuenerūt. Et ipse dixit ad
eos, O stulti et tardi corde ad cre-
dendum in omnibus que locuti sunt
prophete? nonne hec oportuit pati
Christum, et ita intrare in gloriam
suā? Et incipiens a Moyse, et om-
nibus prophetis, interpretabatur
illis in omnibus scripturis que de
ipso erant. Et appropinquauerūt E
castello quo ibant: et ipse se finxit
longius ire. Et coegerūt illum, di-
centes, Mane nobiscum, quoniam
aduesperascit, et inclinata est iam
dies. Et intrauit cum illis. Et fa-
ctum est: dum recumberet cum e-
is, accepit panem, et benedixit ac
fregit, et porrigebat illis. Et aper-
ti sunt oculi eorum, et cognouerūt
eum: et ipse euanuit ex oculis eo-
rum. Et dixerunt adinuicem, Nō-
ne cor nostrum ardens erat in no-
bis, dum loqueretur in via, et ape-
riret nobis scripturas? Et surgen-
tes eadem hora, regressi sunt ī Hi-
erusalem: et inuenerunt congrega-
tos vndecim, et eos qui cum illis e-
rant, dicentes, Quod surrexit domi-
nus vere, et apparuit Simoni. Et
ipsi narrabant ꝗ gesta erāt in via:

et quomodo cognouerũt eũ in fra-
F ctione panis. Dũ aũt hec loquunt,
Mar.16 c stetit Jesus in medio eorũ, et dicit
Ioã.20.e eis, Pax vobis. ego sum. nolite ti-
mere. Cõturbati vero et cõterriti,
existimabãt se spiritũ videre. Et di-
xit eis, Quid turbati estis, et cogi-
tationes ascendũt in corda vestra?
Uidete manus meas & pedes, quia
ego ipse sum. Palpate et videte: q̃a
spiritus carnem et ossa non habet,
sicut me videtis habere. Et cũ hoc
dixisset, ostẽdit eis manus & pedes.
Adhuc aũt illis nõ credentibꝰ & mi-
rantibꝰ pre gaudio, dixit, Habetis
hic aliquid quod manducet? At illi
obtulerunt ei partem piscis assi, et
fauũ mellis. Et cũ mãducasset co-
rã eis: sumens reliquias dedit eis.
Et dixit ad eos, Hec sunt verba q̃
locutꝰ sum ad vos cũ adhuc essem
vobiscũ, qm̃ necesse est impleri oia
que scripta sunt in lege Moysi et
prophetis et psalmis de me. Tunc
G aperuit illis sensum, vt intelligerẽt
scripturas, et dixit eis, Quoniã sic
Psa.18.b scriptum est, & sic oportebat Chri-
stũ pati, & resurgere a mortuis ter-
tia die, et predicari in nomine eius
penitentiam & remissionẽ peccato-
rum in oẽs gentes, incipientibꝰ ab
Hierosolyma. Uos aũt testes estis
horum. Et ego mittam promissum
Actu.1.a patris mei i vos: vos aũt sedete in
Ioã.15.d ciuitate, quoadusq; iduamini vir-
tute ex alto. Eduxit aũt eos foras
Actu.1.a in Bethaniam: et eleuatis manibꝰ
Mar.16d suis, benedixit eis. Et factũ est: dũ
benediceret illis, recessit ab eis, et
ferebatur in celum. Et ipsi adoran-
tes regressi sunt in Hierusalem cũ
gaudio magno: et erant semper in
templo laudantes et benedicentes
deum. Amen.

EVANGELII SECVN-
DVM LVCAM,
FINIS.

EVANGELIVM SANCTVM

IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.



N PRIN- A
cipio erat ver
bum, & verbũ
erat apud de-
um, & deus e-
rat verbum.
Hoc erat ĩ pri
cipio apđ de-
um. Oĩa per
ipsum facta sunt: et sine ipso factũ
est nihil quod factũ est. In ipso vi-
ta erat, et vita erat lux hominum:
et lux i tenebris lucet, et tenebre eã
nõ cõprehenderũt. Fuit homo mis- Matt.3.a
sus a deo, cui nomẽ erat Joannes. Marc.1.a
Hic venit in testimonium, vt testi-
monium perhiberet de lumine, vt
omnes crederent per illũ. non erat
ille lux: sed vt testimoniũ perhibe-
ret de lumine. Erat lux vera que
illuminat omnem hominem veniẽ-
tem in hunc mundum. in mundo
erat, et mundus per ipsum factus
est, & mundus eũ non cognouit. In
propria venit: et sui eum non rece- B
perũt. quotquot aũt receperũt eũ,
dedit eis potestatẽ filios dei fieri,
his qui credũt in nomine eius. qui
non ex sanguinibus, neq; ex volũ-
tate carnis, neq; ex voluntate viri,
sed ex Deo nati sunt. Et verbum
caro factũ est: & habitauit in nobis Matt.1.c
(Et vidimus gloriam eius gloriã Luc.2.a
quasi vnigeniti a patre) plenũ gra
tie et veritatis. Joãnes testimoniũ
perhibet de ipso, et clamat, dicens,
Hic erat quẽ dixi, Qui post me vẽ-
turus est, ante me factꝰ est: q̃a pri-
or me erat. Et de plenitudine eius, I.Ti.6.d
nos omnes accepimus: et gratiã ꝓ
gratia: q̃a lex per Moysen data est,
gratia

gratia et veritas per Jesum Chri-
stum facta est. Deū nemo vidit vn-
1.Ioā.4.c quam. vnigenitus filius qui est in
1.Ti.6.c sinu patris, ipse enarrauit. Et hoc
est testimoniū Joānis, quando mi-
serunt Judei ab Hierosolymis sa-
cerdotes et leuitas ad eū, vt inter-
C rogarent eum, Tu quis es? Et cō-
fessus est, et non negauit. Et cōfes-
sus est, Quia nō sum ego Christꝰ.
Et interrogauerūt eum, Quid er-
go? Elias es tu? Et dixit, Nō sum.
Propheta es tu? Et respōdit, Nō.
Dixerunt ergo ei, Quis es, vt re-
sponsum demꝰ his ꝗ miserūt nos?
Esa.40.a quid dicis de teipso? Ait, Ego vox
Matt.3.a clamātis in deserto, dirigite viam
Marc.1.a domini, sicut dixit Esaias prophe-
Luce.3.a ta. Et ꝗ missi fuerāt, erāt ex phari-
D seis. Et interrogauerūt eū, ⁊ dixe-
runt ei, Quid ergo baptizas, si tu
non es Christꝰ, neqꝫ Elias, neqꝫ ꝓ-
pheta? Respondit eis Joānes, di-
Matt.3.c cens, Ego baptizo in aqua: mediꝰ
Marc.1.b autē vestrū stetit quē vos nescitis.
Luce.3.c Ipse est ꝗ post me venturꝰ est, qui
ante me factꝰ est: cuius ego nō sum
dignus vt soluā eius corrigiā cal-
ceamenti. Hec in Bethabara facta
sunt trans Jordanē, vbi erat Jo-
annes baptizans. Altera die vidit
Joannes Jesum venientē ad se, et
ait, Ecce agnus dei, ecce qui tollit
peccata mundi. Hic est de quo dixi,
Post me venit vir, ꝗ ante me factꝰ
est: quia prior me erat, et ego nesci-
ebā eū. sed vt manifestet in Israel,
propterea veni ego in aqua bapti-
E zans. Et testimoniū perhibuit Io-
Matt.3.d annes, dicēs, Quia vidi spiritū de-
Marc.1.b scendentē quasi columbā de celo, et
Luce.3.d mansit super eū. Et ego nesciebam
eū: sed ꝗ misit me baptizare ī aqua,
ille mihi dixit, Super quē videris
spiritū descendentē et manentē su-
per eum, hic est qui baptizat in spi-
ritu sancto. Et ego vidi: et testimo-
niū perhibui quia hic est filius dei.
Altera die iterū stabat Joannes, ⁊
ex discipulis eius duo. Et respiciēs
Jesum ambulantem, dicit, Ecce a-
gnus dei. Et audierūt eum duo di-
scipuli loquentē, et secuti sunt Je-
sum. Conuersus aūt Jesus, et vi-
dēs eos sequētes se, dicit eis, Quid
queritis? Qui dixerunt ei, Rabbi
(quod dicitur interpretatū, magi-
ster) vbi habitas? Dicit eis, Veni- F
te et videte. Venerunt et viderunt
vbi maneret: et apud eum manse-
runt die illo. hora autem erat qua-
si decima. Erat autē Andreas fra-
ter Simonis Petri vnus ex duo-
bus qui audierant a Joanne, et se-
cuti fuerant eum. Inuenit hic pri-
mum, fratrem suum Simonem, et
dicit ei, Inuenimus Messiam, quod
est interpretatū, Christꝰ. Et addu-
xit eum ad Jesum. Intuitus autē
eum Jesus, dixit, Tu es Simon
filiꝰ Jona: tu vocaberis Cephas,
quod interpretatur, Petrus. In
crastinum voluit exire in Galile-
am: ⁊ inuenit Philippum. Et dicit
ei Jesus, Sequere me. Erat autem
Philippus a Bethsaida, ciuitate G
Andree ⁊ Petri. Inuenit Philippꝰ Ge.49.b
Nathanael, ⁊ dicit ei, Quē scripsit Deu.18.c
Moyses in lege, et prophete: inue- Esa.40.c
nimus Jesum filiū Joseph a Na- &.45.b
zareth. Et dixit ei Nathanael, a Na Hier.23.a
zareth potest aliquid boni esse? Di- Eze.34.f
cit ei Philippus, Veni et vide. Vi- &.37.f
dit Jesus Nathanael venientē ad Dan.9.f
se: et dicit de eo, Ecce vere Israeli-
ta, in quo dolꝰ nō est. Dicit ei Na-
thanael, Vnde me nosti? Respon-
dit Jesus, et dixit ei, Prius ꝙ te
Philippꝰ vocaret, cū esses sub ficu
vidi te. Respondit ei Nathanael, ⁊
ait, Rabbi, tu es filius dei, tu es
rex Israel. Respondit Jesus, et di-
xit ei, Quia dixi tibi, Vidi te sub
ficu, credis: maius his videbis. Et
dicit ei, Amen amen dico vobis,
videbitis celum apertum, et ange-
los dei ascendentes et descendētes
supra filium hominis.

Caput.

CAPVT. II.

A Et die tertia nuptie facte sunt in Cana Galilee: et erat mater Jesu ibi. Vocatus est aūt et Jesus, et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum, Vinū non habēt. Et dicit ei Jesus, Quid mihi et tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris, Quodcūq; dixerit vobis facite. Erāt aūt ibi lapidee hydrie sex posite secundū purificationē Judeorū, capientes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis Jesus, Implete hydrias
B aqua. Et impleuerūt eas vsque ad summū. Et dicit eis Jesus, Haurite nunc, et ferte architriclino. Et tulerunt. Vt aūt gustauit architriclin⁹ aquā vinū factā, et nō sciebat vnde esset: ministri aūt sciebāt qui hauserāt aquā: vocat sponsum architriclinus, et dicit ei, Ois homo primum, bonū vinum ponit: et cū inebriati fuerint, tūc id quod deterius est. Tu aūt seruasti bonū vi-
C num vsque adhuc. Hoc fecit initiū signorum Jesus in Cana Galilee: et manifestauit gloriā suam, et crediderunt in eū discipuli eius. Post hec descendit Capharnaum ipse et mater eius, et fratres eius, et discipuli eius: et ibi manserūt nō multis dieb⁹. Et prope erat pascha Iudeorū, et ascendit Jesus Hierosolymam: et inuenit in templo vendentes oues et boues et columbas, et numularios sedentes. Et cū fecisset quasi flagellū de funiculis, oēs eiecit de templo, oues quoq; et boues, et numulariorum effudit es, et mensas subuertit. Et his qui colūbas vendebant, dixit, Auferte ista hinc: et nolite facere domū patris
D mei, domum negotiationis. Recor-
Psa. 68 b dati sunt vero discipuli eius, quia scriptū est, Zelus domus tue cōedit me. Responderūt ergo Judei, et dixerunt ei, Quod signum ostendis nobis, qa hec facis? Respōdit Jesus, et dixit eis, Soluite templū hoc, Mat. 26 f
et in trib⁹ dieb⁹ excitabo illud. Di- &. 27. e
xerūt ergo Iudei, Quadragita et sex Mar. 14 f
annis edificatū est tēplū hoc: et tu &. 15. e
in tribus dieb⁹ excitabis illud? Ille aūt dicebat de tēplo corporis sui.
Cum ergo resurrexisset a mortuis, Psal. 3. b
recordati sunt discipuli eius quia &. 56. e
hoc dicebat, et crediderūt scripture, et sermoni quē dixit Jesus. Cum autē esset Hierosolymis in pascha in die festo: multi crediderūt in nomine eius, videntes signa eius que faciebat. Ipse aūt Jesus nō credebat semetipsū eis: eo q ipse nosset oēs, et qa opus ei nō erat vt qs testimoniū phiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

CAPVT. III.

Erat autē homo ex phariseis, A
Nicodem⁹ nomine, princeps Judeorum. Hic venit ad Jesum nocte et dixit ei, Rabbi, scim⁹ quia a deo venisti magister. nemo enim potest hec signa facere que tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Respondit Jesus et dixit ei, Amen amen dico tibi, nisi quis renat⁹ fuerit denuo, nō potest videre regnū dei. Dicit ad eū Nicodem⁹, Quomodo potest homo nasci cum sit senex? nunquid potest in ventrē matris sue iterato introire et renasci? Respōdit Jesus, Amen amen dico tibi, nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua et spiritu sancto, nō potest introire in regnū dei. Quod natū est ex carne, caro est: et quod natū est ex spiritu, spirit⁹ est. Non mireris quia dixi tibi, Oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat: et vocē eius audis, sed nescis vnde veniat aut quo vadat: sic est ois q nat⁹ est ex spiritu. Respōdit Nicodemus et dixit ei, Quomodo possūt hec fieri? Respōdit Jesus, et dixit ei, Tu es B
magister in Jsrael, et hec ignoras? Amen amen dico tibi, qa quod scimus lo-

mus loquimur, et quod vidim⁹ testamur, et testimoniũ nostrum nõ accipitis. Si terrena dixi vobis et nõ creditis: quomodo si dixero vobis celestia, credetis? Et nemo ascẽdit in celũ nisi qui descẽdit de celo, filius hominis q̃ est i celo. Et sicut
Nu. 21. c Moyses exaltauit serpẽtem in deserto: ita exaltari opoꝛtet filiũ hominis, vt omnis qui credit in ipso,
1. Io. 4. b non pereat, sed habeat vitam eternam. Sic eni deus dilexit mundũ, vt filium suũ vnigenitũ daret: vt omnis qui credit in eũ, non periat, sed habeat vitã eternã. Non enim misit deus filium suũ in mundum vt iudicet mundũ, sed vt saluetur
C mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur. qui autẽ non credit, iam iudicatus est: quia non credidit in noĩe vnigeniti filii dei. Hoc est aũt iudicium: quia lux venit in mundum, et dilexerũt homines magis tenebꝛas q̃ lucem. erãt enim eoꝛũ mala opera. Omnis eni qui mala agit, odit lucem: et nõ venit ad lucẽ, vt non arguantur opera eius. qui autẽ facit veritatẽ, venit ad lucẽ, vt manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta. Post hec venit Jesus et discipuli eius in Judeam terrã: et illic moꝛabatur cum eis ⁊ baptizabat. Erat autem et Joannes baptizans in Enon iuxta Salim: quia aque multe erant illic, et veniebant ⁊ baptizabantur. Nondum enim missus fuerat Joannes in carcerem. Facta est autẽ questio ex discipulis Joannis cum Judeis de purificatione. Et venerunt ad Joannem, et dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Joꝛdanẽ, cui tu testimoniũ perhibuisti, ecce hic baptizat, ⁊ oẽs veniunt ad
D eũ. Respõdit Joãnes, et dixit, Nõ potest homo accipere quicquã, nisi fuerit ei datũ de celo. Ipsi vos mi
Supr. 1. c hi testimoniũ perhibetis q̃ dixerim. Non sum ego Chꝛistus: sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus aũt sponsi qui stat ⁊ audit eũ, gaudio gaudet pꝛopter vocem sponsi. Hoc ergo gaudiũ meũ impletũ est. Illum opoꝛtet crescere: me aũt minui. Qui de sursum venit: sup omnes est. Qui ẽ de terra, de terra est, et de terra loquitur: qui de celo venit, super omnes est. Et quod vidit et audiuit, hoc testatur: et testimonium eius nemo accipit. Qui autẽ accepit eius testimoniũ, signauit: quia Deus verax est. Quem enim Rom. 3. a
misit deus, verba dei loquitur. non enim ad mensuram dat deus spiritum. Pater diligit filium: ⁊ omnia dedit in manu eius. Qui credit i filium, habet vitam eternã: qui autẽ 1. Io. 5. b
incredul⁹ est filio, nõ videbit vitã, sed ira dei manet super eum.

CAPVT. IIII.

Vt ergo cognouit Jesus q̃a audierũt pharisei q̃ Jesus plures discipulos facit ⁊ baptizat q̃ Joannes (quanquam Jesus non baptizaret, sed discipuli eius) reliquit Judeam, et abiit iterum in Galileam. opoꝛtebat autẽ eum transire per Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samarie que dicitur Sichar, iuxta pꝛediũ quod dedit Jacob, Joseph filio suo. Erat Ge. 48. d A
autem ibi fons Jacob. Jesus autẽ fatigatus ex itinere, sedebat sic supꝛa fontem. Hoꝛa autem erat quasi sexta. Venit autem mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus, Da mihi bibere. Discipuli eni eius abierãt in ciuitatem vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Judeus cũ sis, bibere a me poscis, que sum mulier Samaritana? nõ enim coutuntur Judei Samaritanis. Respondit Jesus, et dixit ei, Si scires B
donũ dei, et quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu foꝛsitan petisses ab eo, ⁊ dedisset tibi aquam viuam.

Dicit ei mulier, Domine, neq; in quo haurias habes, et puteus alt⁹ est: unde ergo habes aquam viuā? Nunquid tu maior es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum: et ipse ex eo bibit, et filii eius, et pecora eius? Respondit Jesus, et dixit ei, Ōis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum. qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, nō sitiet in eternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Dicit ad eū mulier, Domine, da mihi hanc aquam: ut nō sitiam, neq; veniam huc haurire. Dicit ei Jesus, Vade, voca virum tuum, et veni huc. Respondit
C mulier, et dixit, Non habeo virum. Dicit ei Jesus, Bene dixisti, Quia non habeo virum. Quinq; enim viros habuisti: et nunc quem habes, non est tu⁹ vir. hoc vere dixisti. Dicit ei mulier, Domine, video quia ꝓpheta es tu. Patres nostri i mōte hoc adorauerunt: et vos dicitis ꝙa Hierosolymis est locus ubi adorare oportet. Dicit ei Jesus, Mulier, crede mihi quia veniet hora quādo neq; in mōte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis: nos adoram⁹ quod scimus, quia salus ex Judeis est. Sed venit hora ⁊ nunc est, quādo veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. nam et pater tales querit, qui adorent eū. Spiritus est deus: et eos qui ado-
2.cor.3 d rant eum, in spiritu et veritate oportet adorare. Dicit ei mulier, Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. cum ergo venerit, ille annuntiabit nobis omnia. Dicit ei
D Jesus, Ego sum qui loquor tecū. Et continuo venerunt discipuli eius: et mirabantur quia cum muliere loquebatur. nemo tamen dixit, Quid queris, aut quid loqueris cū ea? Reliquit ergo hydriā suā mulier: et abiit in ciuitatem, et dicit illis hominib⁹, Venite, et videte hominem qui dixit mihi oīa quecunq; feci. nūquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, et veniebāt ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicētes, Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis, Ego cibū habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli adinuicē, Nunquid aliquis attulit ei māducare? Dicit eis Jesus, Meus cib⁹ E
est, ut faciam voluntatem eius qui misit me: ut perficiam opus eius. Nōne vos dicitis ꝙ adhuc quatuor mēses sunt, ⁊ messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, ⁊ videte regiones quia albe sunt iā ad messem. Et qui metit, mercedem accipit, ⁊ congregat fructūm in vitam eternā: ut ⁊ qui seminat, simul gaudeat et qui metit. in hoc enī est verbum verum: quia alius est qui seminat, ⁊ alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis. alii laborauerunt, et vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderūt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, Quia dixit mihi oīa quecunq; feci. Cum venissent ergo ad F
illum Samaritani: rogauerunt eū ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eū ꝓp̄t sermonē ei⁹. Et mulieri dicebant, Quia iam non propter tuam loquelam credimus. ipsi enī audiuimus, ⁊ scim⁹ quia hic est vere saluator mundi. Post duos aūt dies exiit inde: et abiit in Galileā.
Ipse enim Jesus testimonium per- Mat.13 g
hibuit quia propheta in sua patria Mar. 6.a
honorem non habet. Cum ergo ve- Luc. 4.c
nisset in Galileam, exceperunt eum Mat. 4.b
Galilei, cū omnia vidissent que fe- Marc.1.b
cerat Hierosolymis in die festo: et Luc. 4.c
ipsi enim venerāt ad diem festum. Venit ergo iterum in Cana Galilee, ubi fecit aquam vinū. Et erat

quidam regulus cuius filius infir-
G mabat Capharnaum. Hic cum au-
disset quia Jesus adueniret a Ju-
dea in Galileam, abiit ad eum: et
rogabat eum, vt descenderet et sa-
naret filiũ ei⁹. incipiebat eni mori.
Dixit ergo Jesus ad eum, Nisi si-
gna et prodigia videritis, non cre-
ditis. Dicit ad eum regulus, Dñe,
descende prius ꝙ moriat filius me-
us. Dicit ei Jesus, Uade, filius tu⁹
viuit. Credidit homo sermoni quē
dixit ei Jesus, et ibat. Jam autem
eo descendēte, serui occurrerunt ei:
et nuntiauerunt dicentes quia fili⁹
eius viueret. Inrogabat ergo ho-
ram ab eis, in qua meli⁹ habuerit.
Et dixerunt ei, Quia heri hora se-
ptima reliquit eum febris. Cogno-
uit ergo pater ꝙa illa hora erat in
qua dixit ei Jesus, Filius tuus vi-
uit. et credidit ipse, et domus eius
tota. Hoc iterum secundum signũ
fecit Jesus, cum venisset a Judea
in Galileam.

CAPVT. V.

A Post hec erat dies festus Jude-
orum: et ascendit Jesus Hie-
rosolymam. Est autem Hie-
rosolymis, in Probatica, piscina
que cognominatur Hebraice Be-
thesda, quinqꝫ porticus habens. In
his iacebat multitudo magna lan-
guētium, cecorum, claudorum, ari-
dorum, expectātium aque motum.
Angelus autē domini descendebat
secundum tempus in piscinam: et
mouebat aqua. Et qui primus de-
scēdisset i piscinam post motionem
aque: sanus fiebat a quacunqꝫ de-
tinebatur infirmitate. Erat autem
quidam homo ibi, triginta et octo
annos habens in infirmitate sua.
Hunc cum vidisset Jesus iacētem,
⁊ cognouisset quia iam multum tē-
B pus haberet: dicit ei, Uis sanus fi-
eri? Respondit ei languidus, Dñe,
hominē non habeo vt cum turbata
fuerit aqua, mittat me in piscinā.
dum venio enim ego, ali⁹ ante me
descendit. Dicit ei Jesus, Surge,
tolle grabatum tuũ et ambula. Et
statim sanus factus est homo ille: ⁊
sustulit grabatum suum, et ambu-
labat. Erat autē sabbatum in die
illo. Dicebant ergo Judei, illi qui
sanatus fuerat, Sabbatum est, nõ
licet tibi tollere grabatũ tuum. Re-
spondit eis, Qui me sanum fecit,
ille mihi dixit, Tolle grabatũ tuũ
et ambula. Interrogauerunt ergo
eum, Quis est ille homo, qui dixit
tibi, Tolle grabatum tuum et am-
bula? Is autem qui sanus fuerat
effectus, nesciebat quis esset. Jesus
enim declinauit a turba constituta
in loco. Postea inuenit eum Jesus
in templo, et dixit illi, Ecce sanus C
factus es, iam noli peccare, ne dete-
rius tibi aliquid cõtingat. Abiit ille
homo: et nũtiauit Judeis quia Je-
sus esset qui fecit eum sanum. Pro-
pterea persequebantur Judei Je-
sum, quia hec faciebat in sabbato.
Jesus autem respondit eis, Pater
me⁹ vsqꝫ modo operatur: et ego o-
peror. Propterea ergo magis que-
rebant eum Judei interficere, quia
non solum soluebat sabbatum, sed
et patrē suum dicebat deum, equa-
lem se faciens deo. Respondit itaqꝫ
Jesus, ⁊ dixit eis, Amen amen dico
vobis, non potest filius a se facere
quicquam, nisi quod viderit patrē
facientem. quecunqꝫ enim ille facit,
hec et filius similiter facit. Pater D
enim diligit filium, ⁊ omnia demõ-
strat ei que ipse facit: et maiora his
demonstrabit ei opera, vt vos mi-
remini. Sicut enim pater suscitat
mortuos et viuificat: sic et filius
quos vult viuificat. Neqꝫ enim pa-
ter iudicat quenquam: sed omne
iudicium dedit filio, vt omnes ho-
norificent filium, sicut honorificāt
patrē. qui non honorificat filiũ, nõ
honorificat patrem qui misit illũ.
Amen amē dico vobis ꝙa qui vbũ

meū audit ⁊ credit ei qui misit me,
habet vitam eternam. et in iudiciū
non venit:sed trāsiit a morte in vi=
tam. Amen amen dico vobis quia
venit hora ⁊ nunc est,quando mor=
tui audient vocē filii dei:et qui au=
dierint, viuent. Sicut enim pater
habet vitam in semetipso: sic dedit
et filio habere vitam in semetipso:
E et potestatem dedit ei iudicium fa=
cere.quia filius hominis est. Noli=
te mirari hoc:q̄a venit hora in qua
omnes q̄ in monumentis sunt,au=
dient vocem filii dei.et procedent q̄
Mat.25.d bona fecerunt, in resurrectionē vi=
te: qui vero mala egerūt,in resur=
rectionem iudicii. Non possum ego
a meipso facere quicquā. Sicut au=
dio, iudico: et iudicium meum,iu=
stum est. quia non quero volunta=
tem meam,sed volūtatem eius qui
misit me. Si ego testimonium per=
hibeo de me ipso,testimoniū meum
nō est verū. Ali⁹ est qui testimoniū
Matt.3.d perhibet de me: et scio quia verum
Supra.1.c est testimonium eius quod perhibet
de me. Vos misistis ad Joānem:et
F testimoniū phibuit veritati. Ego
autem nō ab homine testimonium
accipio:sed hec dico,vt vos salui si=
tis. Ille erat lucerna ardens et lu=
cens. Vos autem voluistis ad ho=
ram exultare in luce eius. Ego aūt
habeo testimoniū maius Joanne.
Opera enim que dedit mihi pater
vt perficiam ea:ipsa opera que ego
facio, testimoniū perhibent de me
quia pater misit me. ⁊ qui misit me
Matt.3.d pater, ipse testimonium perhibuit
de me.neq; vocem ei⁹ vnquam au=
distis,neq; speciem eius vidistis. et
verbum eius non habetis in vobis
manens: quia quem misit ille,huic
vos nō creditis. Scrutamini scri=
pturas: quia vos putatis in ipsis
vitam eternam habere. Et ille sunt
que testimonium perhibent de me,
et non vultis venire ad me vt vitā
G habeatis. Claritatem ab hominib⁹
nō accipio. Sed cognoui vos quia
dilectionē dei nō habetis in vobis.
Ego veni in noie patris mei, et nō
accepistis me. si ali⁹ venerit in noie
suo, illū accipietis. Quomodo vos
potestis credere,qui gloriam ab in=
uicem accipitis: et gloriā que a so=
lo deo est,non queritis? Nolite pu=
tare quia ego accusatur⁹ sum vos
apud patrem. est qui accusat vos,
Moyses i quo vos speratis. Si e=
nim crederetis Moysi, crederetis
forsitan et mihi. de me eni ille scri=
psit. Si autē illius literis nō credi=
tis; quomodo v̄bis meis credetis?

CAPVT. VI.

POst hec abiit Jesus trās ma= A
re Galilee,quod est Tiberia= Mat.14.b
dis: et sequebatur eum mul= Mar.9.
titudo magna, quia videbāt signa Luce.9.
que faciebat super his qui infirma=
bantur. Subiit ergo in mōtem Je=
sus: et ibi sedebat cū discipulis su=
is. Erat autē proximū pascha,dies
festus Judeorum. Cum subleuasset
ergo oculos Jesus, et vidisset quia
multitudo maxima venit ad eū,di=
cit ad Philippum, Unde ememus
panes vt manducent hi? Hoc autē
dicebat tentans eum. ipse enim sci=
ebat quid esset facturus. Respōdit
ei Philipp⁹, Ducentorū denariorū
panes non sufficiunt eis, vt vnus=
quisq; modicum quid accipiat. Di=
cit ei vn⁹ ex discipulis eius, Andre=
as, frater Simonis Petri, Est pu=
er vn⁹ hic, qui habet quinq; panes
hordeaceos et duos pisces: sed hec
quid sunt inter tantos? Dicit ergo
Jesus, Facite homines discūbere.
Erat autē fenū multū in loco. Di= B
scubuerunt ergo viri, numero qua=
si quinq; millia. Accepit ergo Iesus
panes: et cū gratias egisset, distri=
buit discumbentibus. similiter et
ex piscibus quantum volebant. Ut
autem impleti sunt, dixit discipu=
lis suis, Colligite que superauerūt
fragmēta, ne pereant. Colligerunt
ergo,

ergo, et impleuerunt duodecim co-
phinos fragmentorũ ex quinq; pa-
nibus hordeaceis que superfuerũt
his q̃ manducauerãt. Illi ergo ho-
mines cũ vidissent quod Jesus fe-
cerat signum, dicebãt, Quia hic est
vere propheta, qui venturus est in
Mat.14c mundũ. Jesus ergo cũ cognouisset
Marc.6f quia vẽturi essent vt raperẽt eum ⁊
facerẽt eũ regẽ: fugit iterũ in mõ-
tem ipse sol⁹. Ut aũt sero factũ est,
descenderunt discipuli ei⁹ ad mare.
Et cũ ascendissent nauim, venerũt
trans mare in Capharnaũ, ⁊ tene-
bre iam facte erãt: et nõ venerat ad
C eos Iesus. Mare aũt, vẽto magno
flãte, exurgebat. Cum remigassent
ergo quasi stadia vigitiquinq; aut
triginta, vident Jesum ambulantẽ
supra mare, et proximũ naui fieri,
et timuerũt. Ille aũt dicit eis, Ego
sum, nolite timere. Uoluerũt ergo
accipere eũ in nauim: et statim na-
uis fuit ad terrã in quã ibãt. Alte-
ra die turba que stabat trãs mare,
vidit q̃a nauicula alia non erat ibi
nisi vna, ⁊ quia nõ introisset cũ di-
scipulis suis Jesus in naui, sed so-
li discipuli eius abiissent: alie vero
superuenerunt naues a Tiberiade
iuxta locũ vbi mãducauerãt panẽ,
gratias agẽtes deo. Cum ergo vi-
disset turba quia Jesus nõ esset ibi
neq; discipuli ei⁹, ascenderũt in na-
uiculas et venerunt Capharnaum
querẽtes Jesum. Et cũ inuenissent
eum trãs mare, dixerũt ei, Rabbi,
quando huc venisti? Respondit eis
Jesus, et dixit, Amen amẽ dico vo-
bis, queritis me non quia vidistis
signa, sed quia manducastis ex pa-
nib⁹, et saturati estis. Operamini
non cibũ qui perit, sed qui perma-
net in vitã eternã, quẽ fili⁹ homi-
nis dabit vobis. hũc enim pater si-
gnauit deus. Dixerunt ergo ad eũ,
D Quid faciem⁹ vt operemur opera
dei? Respondit Jesus, et dixit eis,
Ioã.3d Hoc est opus dei, vt credatis in eũ
quem misit ille. Dixerunt ergo ei,
Quod ergo tu facis signũ, vt vide-
amus et credam⁹ tibi? quid opera-
ris? Patres nostri manducauerũt
manna in deserto, sicut scriptũ est,
Panẽ de celo dedit eis manducare. Exo.16c
Dixit ergo eis Jesus, Amen amen Nu.11.b
dico vobis, non Moyses dedit vo- Psa.77c
bis panẽ de celo, sed pater me⁹ dat Sapi.16c
vobis panẽ de celo verũ. Panis e-
nim verus est q̃ de celo descẽdit, et
dat vitã mundo. Dixerunt ergo ad
eũ, Dñe, semp̃ da nobis panẽ hũc.
Dixit aũt eis Jesus, Ego sum pa-
nis vite, q̃ venit ad me, nõ esuriet: Eccl.24c
et qui credit in me, non sitiet in e-
ternũ. Sed dixi vobis quia ⁊ vidi-
stis me, ⁊ non credidistis. Oẽ quod
dat mihi pater, ad me veniet: et eũ
qui venit ad me, nõ eiiciam foras.
quia descendi de celo, non vt faciã
voluntatẽ meã, sed voluntatẽ eius
qui misit me. Hec est enim volũtas
ei⁹ qui misit me, patris: vt oẽ quod
dedit mihi, non perdam ex eo, sed
resuscitẽ illud i nouissimo die. Hec
est autẽ voluntas patris mei q̃ mi-
sit me: vt ois qui videt filiũ et cre-
dit in eum, habeat vitam eternam,
⁊ ego resuscitabo eum in nouissimo E
die. Murmurabant ergo Judei de
illo, quia dixisset, Ego sum panis
viuus qui de celo descendi: et dice-
bant, Nonne hic est filius Joseph, Mat.13.g
cuius nos nouimus patrem et ma-
trẽ? Quomõ ergo dicit hic, Quia
de celo descẽdi? Respõdit ergo Je-
sus, et dixit eis, Nolite murmura-
re in inuicẽ. nemo potest venire ad
me, nisi pater qui misit me traxerit
eum, et ego resuscitabo eum in no-
uissimo die. Est scriptum i prophe-
tis, Et erunt omnes docibiles dei. Esa.54c
Omnis qui audiuit a patre ⁊ didi- Hier.31f
cit: venit ad me. Non quia patrem
vidit quisquã, nisi is qui est a deo,
hic vidit patrem. Amen amen dico
vobis, qui credit in me, habet vi-
tam eternam. Ego sum panis vite.

Exo.16 c Patres vestri manducauerũt mã-
na i deserto: et mortui sunt. Hic est
panis de celo descendẽs: vt si quis
ex ipso manducauerit, nõ moriat.
Ego sum panis viuus, qui de celo
descendi. Si quis manducauerit ex
hoc pane, viuet in eternũ. et panis
quem ego dabo, caro mea est, pro
mundi vita. Litigabãt ergo Judei
adinuicẽ, dicẽtes, Quomodo potest
hic nobis carnẽ suam dare ad mã-
F ducandum? Dixit ergo eis Jesus,
Amen amẽ dico vobis, nisi mãdu-
caueritis carnẽ filii hominis, ⁊ bi-
beritis eius sanguinem, non habe-
I.Co.11 f bitis vitam in vobis. Qui mandu-
cat meã carnẽ et bibit meũ sangui-
nem, habet vitã eternã, ⁊ ego resu-
scitabo eũ in nouissimo die. Caro
enim mea, vere est cibꝰ: et sanguis
meus, vere est potus. qui mãducat
meã carnẽ ⁊ bibit meũ sanguinem,
in me manet, et ego in illo. Sicut
misit me viuens pater, et ego viuo
propter patrẽ: et q̃ manducat me, ⁊
ipse viuet ꝑpter me. Hic est panis,
qui de celo descendit. Nõ sicut mã-
ducauerũt patres vestri manna: et
mortui sunt. Qui manducat hunc
panẽ, viuet in eternũ. Hec dixit in
synagoga docens in Capharnaũ.
Multi ergo audiẽtes ex discipulis
G eius, dixerũt, Durꝰ est hic sermo, ⁊
quis potest eũ audire? Sciens aũt
Iesus apud semetipsum quia mur-
murarent de hoc discipuli eius, di-
xit eis, Hoc vos scãdalizat? Si ergo
videritis filium hominis ascendẽ-
tem vbi erat prius? Spiritus est q̃
viuificat: caro nõ prodest quicquã.
verba que ego locutus sum vobis,
spiritus ⁊ vita sunt. Sed sunt qui-
dam ex vobis qui non credũt. Scie-
bat enim ab initio Jesus qui essent
credentes, et quis traditurus esset
eũ. Et dicebat, Propterea dixi vo-
bis quia nemo potest venire ad me,
nisi fuerit ei datũ a patre meo. Ex
hoc multi discipulorũ eius abierũt
retro: et iam nõ cũ illo ambulabãt.
Dixit ergo Jesus ad duodeci, Nu-
quid et vos vultis abire? Respon-
dit ergo ei Simon Petrus, Dñe,
ad quẽ ibimꝰ? verba vite eterne ha
bes. et nos credimus ⁊ cognouimꝰ Mat.16 c
quia tu es Christus filius dei. Re-
spondit eis Jesus, Nõne ego vos
duodecim elegi: et ex vobis vnus
diabolus est? Dicebat autẽ de Ju-
da Simonis Iscariote. hic enim
erat traditurus eum, cum esset v-
nus ex duodecim.

CAPVT. VII.

Post hec autẽ ambulabat Je-
sus in Galileam. non enĩ vo- A
lebat i Judea ambulare: quia
querebant eum Judei interficere.
Erat aũt i proximo dies festꝰ Ju-
deorum, scenopegia. Dixerunt aũt
ad eum fratres eius, Transi hinc,
et vade in Judeam, vt et discipuli
tui videant opera tua q̃ facis. Ne-
mo quippe in occulto quid facit, et
querit ipse in palam esse. si hec fa-
cis, manifesta teipsum mũdo. Neq3
enim fratres eius credebant in eũ.
Dixit ergo eis Jesus, Tẽpus me-
um nondum aduenit: tempus aũt
vestrum semper est paratum. Non
potest mundus odisse vos. me aũt
odit: quia ego testimonium perhi-
beo de illo q̈ opera eius mala sunt.
Vos ascẽdite ad diem festũ hunc.
ego enim non ascendã ad diem fe-
stum istum: quia meũ tempus nõ-
dum impletũ est. Hec cum dixisset,
ipse mansit in Galilea. Ut autem B
ascenderunt fratres eius, tunc et
ipse ascendit ad diem festum, non
manifeste, sed quasi i occulto. Ju-
dei ergo querebant eũ in die festo,
et dicebant, Ubi est ille? Et mur-
mur multũ erat i turba de eo. Qui-
dam enim dicebant, Quia bonus
est. Alii autem dicebant, Non, sed
seducit turbas. Nemo tamen palã
loquebatur de illo, propter metum
Judeorum. Jam aũt die festo me-
diante,

diante,ascendit Jesus in templū,&
docebat. Et mirabantur Judei,di-
cētes,Quomodo hic literas scit,cū
nō didicerit? Respōdit eis Jesus,
et dixit, Mea doctrina nō est mea,
sed eius q̄ misit me. Si quis volue-
rit voluntatem eius facere:cogno-
scet de doctrina, vtrū ex deo sit,an
ego a meipso loquar.Qui a semet-
ipso loquit̄, gloriā propriā querit.
qui autē querit gloriā eius qui mi-
sit eum: hic verax est, et iniustitia
C in illo nō est. Nōne Moyses dedit
vobis legē, et nemo ex vobis facit
legē? Quid me queritis īterficere?
Respōdit turba, & dixit, Demoniū
habes: quis te querit interficere?
Respondit Jesus, & dixit eis, Vnū
opus feci:& oēs miramini.Propte-
rea Moyses dedit vobis circunci-
Leu.12.a sionem: non quia ex Moyse est,sed
ex patribus. et in sabbato circun-
ciditis hominē. Si circūcisionē ac-
cipit homo ī sabbato vt nō soluat̄
lex Moysi: mihi indignamini quia
totū hominē sanū feci in sabbato?
Deut.1.c Nolite iudicare secundū faciē: sed
D iustum iudiciū iudicate. Dicebant
ergo quidā ex Hierosolymis, Nō-
ne hic est quē querunt interficere?
Ecce palam loquitur,et nihil ei di-
cūt. Nūquid vere cognouerūt pri-
cipes quia hic est Christus? Sed
hunc scim⁹ vnde sit: Christus aūt
cū venerit,nemo scit vnde sit.Cla-
mabat ergo Jesus in tēplo docēs,
et dicens, Et me scitis,et vnde sim
scitis:et a me ipso non veni,sed est
verus qui misit me quē vos nesci-
tis.Ego scio eum: et si dixero quia
nescio eum,ero similis vobis men-
dax. sed scio eū: quia ab ipso sum,
et ipse me misit. Querebant ergo
eum apprehendere: et nemo misit
in illum manus,quia nondum ve-
E nerat hora eius. De turba autem
multi crediderunt in eum, et dice-
bant, Christus cum venerit, nun-
quid plura signa faciet q̄ que hic
facit? Audierunt pharisei turbam
murmurantem de illo hec: et mise-
runt pricipes & pharisei ministros
vt apprehenderēt Jesum. Dixit er-
go eis Jesus, Adhuc modicū tem-
pus vobiscum sum: et vado ad eū
qui me misit. Queretis me et non Inf.13.d
inuenietis: & vbi ego sum,vos non
potestis venire. Dixerūt ergo Ju-
dei ad semetipsos, Quo hic iturus
est, quia nō inueniemus eum? nū-
quid in dispersionem gentium itu-
rus est, et docturus gentes? Quis
est hic sermo quem dixit,Queretis
me & nō inuenietis:et vbi sum ego,
vos nō potestis venire? In nouis- F
simo autem die magno festiuitatis
stabat Jesus: et clamabat,dicens,
Si q̄s sitit: veniat ad me,et bibat.
Qui credit ī me sicut dicit scriptu- 2.Pa.16c
ra: flumina de ventre eius fluent
aque viue. Hoc autem dixit de spi-
ritu quē accepturi erant credentes
in eum. nondū enim erat spiritus
dat⁹: quia Jesus nondū erat glo-
rificatus.Ex illa ergo turba cū au-
dissent hos sermones ei⁹, dicebāt,
Hic est vere propheta.Alii dicebāt,
Hic est Christus.Quidam autē di-
cebant, Nunquid a Galilea venit
Christus? Nonne scriptura dicit, Mich.5 a
q̄a ex semine Dauid & de Bethleē ca Matt.2.a
stello vbi erat Dauid, venit Chri- G
stus? Dissensio itaq̄ facta ē in tur-
ba propter eum. Quidam autē ex
ipsis volebāt apprehendere eū:sed
nemo misit super eū man⁹. Vene-
runt ergo ministri ad pontifices et
phariseos.Et dixerūt eis illi,Qua-
re non adduxistis illum? Respon-
derunt ministri, Nunquam sic lo-
cutus est homo,sicut hic homo.Re-
sponderunt ergo eis pharisei, Nū-
quid et vos seducti estis? nunquid
ex principibus aliquis credidit in
eum, aut ex phariseis? Sed turba
hec que non nouit legem,maledicti
sunt. Dixit Nicodemus ad eos,il- Supr.3.a
le qui venit ad eum nocte, qui vn⁹
erat

erat ex ipsis, Nunquid lex nostra
iudicat hominem, nisi prius audie-
rit ab ipso & cognouerit qd faciat?
Responderunt et dixerunt ei, Nū-
quid et tu Galileus es? Scrutare
scripturas, et vide, quia a Galilea
propheta nō surgit. Et reuersi sunt
vnusquisque in domum suam.

CAPVT. VIII.

A IEsus autē perrexit in montem
Oliueti: et diluculo iterū venit
in templum, et omnis populus
venit ad eū, et sedens docebat eos.
Adducūt aūt scribe et pharisei mu-
lierem in adulterio deprehensam: &
statuerunt eā in medio & dicunt ei,
Magister, hec mulier modo depre-
hensa est in adulterio. In lege autē
Leu.20.a Moyses mādauit nobis huiusmo-
di lapidare. Tu ergo qd dicis? Hoc
aūt dicebāt tentātes eū: vt possent
accusare eū. Iesus autē inclinans
se deorsum, digito scribebat in ter-
ram. Cum ergo perseuerarēt inter-
rogantes eum: erexit se, & dixit eis,
Deu.17b Qui sine peccato est vestrū, primus
in illam lapidem mittat. Et iterū se
inclinās scribebat in terrā. Audiē-
tes aūt hec, vnus post vnū exibāt,
incipientes a senioribus: et remāsit
solus Iesus, & mulier i medio stās.
Erigēs aūt se Iesus, dixit ei, Mu-
lier, vbi sunt q te accusabāt? nemo
te condemnauit? Que dixit, Nemo
domine. Dixit aūt Iesus, Nec ego
te condemnabo. Vade, et iam am-
B plius noli peccare. Iterū ergo locu-
1.Ioā.1.b tus est eis Iesus, dicens, Ego sum
lux mundi. q sequitur me, non am-
bulat in tenebris, sed habebit lumē
vite. Dixerūt ergo ei pharisei, Tu
de teipso testimonium perhibes: te-
stimonium tuū non est verum. Re-
spōdit Iesus, & dixit eis, Et si ego
testimonium perhibeo de me ipso,
verum est testimoniū meum: quia
scio vnde veni, et quo vado: vos
autē nescitis vnde venio, aut quo
vado. Vos secundū carnē iudica-
tis: ego nō iudico quenquam. et si
iudico ego, iudicium meum verum
est: quia solus non sum, sed ego & q
misit me, pater. Et in lege vestra Deu.19b
scriptū est, Quia duorum hominū Mat.18b
testimoniū verū est. Ego sum qui 2.co.13a
testimonium perhibeo de meipso: & Heb.10.e
testimoniū perhibet de me qui mi-
sit me pater. Dicebāt ergo ei, Vbi
est pater tuus? Respondit Iesus,
Neque me scitis, neque patrē meum.
si me sciretis: forsitan et patrē me-
um sciretis. Hec verba locutus est C
Iesus in gazophylacio, docens in
templo: et nemo apprehendit eum,
quia necdū venerat hora eius. Di-
xit ergo iterum eis Iesus, Ego va-
do: et queretis me, & in peccato ve-
stro moriemini. Quo ego vado,
vos non potestis venire. Dicebant
ergo iudei, Nunquid interficiet se-
metipsum, qa dicit, Quo ego va-
do, vos nō potestis venire? Et di-
cebat eis, Vos deorsum estis, ego
de supernis sum. vos de mūdo hoc
estis: ego nō sum de hoc mūdo. Di-
xi ergo vobis qa moriemini in pec-
catis vestris. si enim nō credideri-
tis quia ego sum, moriemini i pec-
cato vestro. Dicebant ergo ei, Tu
quis es? Dixit eis Iesus, Princi-
piū qui & loquor vobis. Multa ha- D
beo de vobis loqui et iudicare. sed Rom.3.a
qui me misit, verax est: et ego q̄ au-
diui ab eo, hec loquor in mūdo. Et
nō cognouerūt quia patrē eius di-
cebat deum. Dixit ergo eis Iesus,
Cum exaltaueritis filiū hominis,
tunc cognoscetis quia ego sum, & a
meipso facio nihil, sed sicut docuit
me pater, hec loquor. Et q me misit
mecum est: & nō reliquit me solum,
qa ego q̄ placita sūt ei, facio semp.
Hec illo loquēte, multi crediderūt
in eū. Dicebat ergo Iesus ad eos
qui crediderūt ei, Iudeos, Si vos
manseritis i sermone meo, vere di-
scipuli mei eritis: & cognoscetis ve-
ritatē, & veritas liberabit vos. Re-
sponderūt

sponderunt ei, Semen Abrahe sumus, & nemini seruiuimus vnquã: quomodo tu dicis, Liberi eritis? Respondit eis Jesus, Amen amen dico vobis, quia oĩs qui facit peccatũ, seruus est peccati. seruus aũt nõ manet in domo in eternũ: filius manet in eternũ. si ergo vos filius liberauerit: vere liberi eritis. Scio quia filii Abrahe estis: sed queritis me interficere, q̃a sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apd̃ patrẽ, loquor: & vos q̃ vidistis apd̃ patrẽ vestrũ, facitis. Respõderũt, et dixerũt ei, Pater noster Abrahã est. Dicit eis Jesus, Si filii Abrahe estis, opera Abrahe facite. Nũc aũt queritis me interficere hominẽ qui veritatẽ vobis locutus sum, quam audiui a deo. hoc Abrahã nõ fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerũt itaq̃ ei, Nos ex fornicatione nõ sumus nati. Unũ patrẽ habemus deũ. Dixit ergo eis Jesus, Si de⁹ pater vester esset: diligeretis vtiq̃ me, ego enĩ ex deo processi, et veni. neq̃ enim a meipso veni: sed ille me misit. Quare loquelam meã nõ cognoscitis? Quia nõ potestis audire sermonẽ meũ. Vos ex patre diabolo estis: et desideria patris vestri vultis facere. ille, homicida erat ab initio, & in veritate nõ stetit: q̃a nõ est veritas in eo. cũ loquit̃ mendatiũ, ex propriis loquit̃, quia mendax est & pater eius. Ego aũt si veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare vos non creditis mihi? Qui ex deo est, verba dei audit. Propterea vos non auditis, q̃a ex deo nõ estis. Respõderũt ergo Judei, et dixerũt ei, Nõne bene dicim⁹ nos q̃a Samaritan⁹ es tu, & demoniũ habes? Respondit Jesus, Ego demoniũ non habeo: sed honorifico patrem meũ, et vos inhonorastis me. Ego autẽ nõ quero gloriã meã: est qui querat et iudicet. Amen amen dico vobis, si quis sermonẽ meũ seruauerit, mortem non videbit in eternũ. Dixerũt ergo Judei, Nũc cognouimus quia demoniũ habes. Abraham mortuus est et prophete: et tu dicis, Si quis sermonẽ meũ seruauerit, nõ gustabit mortẽ in eternũ. Nũquid tu maior es patre nostro Abrahã, q̃ mortuus est, et prophete mortui sunt? Quẽ teipsum facis? Respõdit Jesus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. est pater meus, q̃ glorificat me, quem vos dicitis, Quia deus noster est: & nõ cognouistis eũ, ego aũt noui eũ. Et si dixero quia non scio eum: ero similis vobis, mẽdax. Sed scio eũ: et sermonẽ eius seruo. Abrahã pater vester exultauit vt videret diem meũ: et vidit, et gauisus est. Dixerũt ergo Judei ad eũ, Quinquaginta annos nondũ habes, et Abrahã vidisti? Dixit eis Jesus, Amẽ amẽ dico vobis, antequã Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Jesus autẽ abscondit se, et exiuit de templo.

Margin notes (left column): Rom.6 e; 1.Pe.2.d; E; F; 1.Ioã.3 b; 1.Ioã.4 a. (right column): G

CAPVT. IX.

A Et preteriẽs Jesus, vidit hominem cecum a natiuitate: et interrogauerũt eum discipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic aut parẽtes eius, vt cecus nasceretur? Respondit Jesus, Neq̃ hic peccauit, neq̃ parentes eius: sed vt manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Uenit nox, quãdo nemo potest operari. quandiu sum in mundo, lux sum mũdi. Hoc cũ dixisset, expuit ĩ terrã, & fecit lutũ ex sputo, et liniuit lutũ sup oculos eius, & dixit ei, Uade, laua ĩ natatoria Siloe, qd̃ interp̃tat̃, missus. B Abiit ergo et lauit: et venit videns. Itaq̃ vicini et qui viderãt eũ prius quia mendicus erat, dicebant, Nõne hic est qui sedebat et mendicabat?

cabat? Alii dicebant, Quia hic est.
Alii autem, Nequaquam, sed simi-
lis est ei. Ille vero dicebat, Quia
ego sum. Dicebant ergo ei, Quo-
modo aperti sunt tibi oculi? Respō-
dit, Ille homo qui dicitur Jesus,
lutum fecit: et unxit oculos meos.
et dixit mihi, Vade ad natatoriam
Siloe: et laua. Et abii, et laui, et
video. Et dixerunt ei, Ubi est ille?
C Ait, Nescio. Adducunt ad pharise-
os eum qui cecus fuerat. Erat au-
tem sabbatum, quando lutum fe-
cit Jesus, et aperuit oculos eius.
Iterum ergo interrogabant eum
pharisei quomodo vidisset. Ille au-
tem dixit eis, Lutum mihi posuit
super oculos, et laui, et video. Di-
cebant ergo ex phariseis quidam,
Non est hic homo a deo, qui sabba-
tum non custodit. Alii autem dice-
bant, Quomodo potest homo pec-
cator hec signa facere? Et schisma
erat inter eos. Dicūt ergo ceco ite-
rum, Tu quid dicis de illo qui ape-
ruit oculos tuos? Ille autē dixit,
D Quia propheta est. Non credide-
runt ergo Judei de illo quia cecus
fuisset et vidisset, donec vocauerūt
parentes eius qui viderat, et inter-
rogauerunt eos, dicentes, Hic est
filius vester, quem vos dicitis quia
cecus natus est? Quomodo ergo nūc
videt? Responderunt eis parentes
eius, et dixerunt, Scimus quia hic
est filius noster, et quia cecus natus
est: quomodo autem nunc videat
nescimus: aut quis eius aperuit o-
culos, nos nescimus. ipsum inter-
rogate: etatem habet, ipse de se lo-
E quatur. Hec dixerunt parētes eius,
quoniam timebant Judeos. iam e-
nim conspirauerant Judei, ut si q̄s
eum confiteretur esse Christum, ex-
tra synagogam fieret. Propterea
parentes eius dixerunt, Quia eta-
tem habet, ipsum interrogate. Uo-
cauerunt ergo rursum hominē qui
fuerat cecus, et dixerūt ei, Da glo-
riam deo. nos scimus quia hic ho-
mo peccator est. Dixit ergo eis ille,
Si peccator est, nescio: unum scio,
quia cecus cum essem, modo video.
Dixerūt ergo illi, Quid fecit tibi?
quomodo aperuit tibi oculos? Re-
spondit eis, Dixi vobis iam, et au-
distis: quid iterum vultis audire?
nunquid et vos vultis discipuli eius
fieri? Maledixerunt ergo ei, et di-
xerūt, Tu discipulus illius sis: nos
autē Moysi discipuli sumus. Nos F
scimus quia Moysi locutus est de-
us: hunc autem nescimus unde sit.
Respōdit ille homo, et dixit eis, In
hoc enī mirabile est, quia vos ne-
scitis unde sit: et aperuit meos o-
culos. scimus autem quia peccato-
res deus non audit: sed si quis dei
cultor est, et voluntatem eius facit,
hunc exaudit. A seculo nō est audi-
tum quia quis aperuit oculos ceci
nati. Nisi esset hic a deo, non pote-
rat facere quicquā. Responderunt,
et dixerūt ei, In peccatis natus es
totus: et tu doces nos? Et eiecerūt
eum foras. Audiuit Iesus quia eie-
cerunt eum foras: et cum inuenisset
eum, dixit ei, Tu credis in filium G
dei? Respondit ille, et dixit, Quis
est domine, ut credam in eum? Et
dixit ei Jesus, Et vidisti eum: et qui
loquitur tecum, ipse est. At ille ait,
Credo domine. Et procidens ado-
rauit eū. Et dixit ei Jesus, In iu-
dicium ego in hunc mundum veni:
ut qui non vident videant, et qui
vident ceci fiant. Et audierūt qui-
dam ex phariseis, qui cū ipso erāt:
et dixerunt ei, Nunquid et nos ce-
ci sumus? Dixit eis Jesus, si ceci es-
setis, non haberetis peccatum. nūc
vero dicitis, Quia videmus. Pec-
catum ergo vestrum manet.

CAPUT. X.

AMen amen dico vobis, qui A
non intrat per ostium in o-
uile ouium, sed ascendit a-
liunde, ille fur est et latro. Qui aūt

intrat

intrat per ostiū : pastor est ouium .
Huic ostiarius aperit : et oues vo-
cem eius audiunt, ⁊ proprias oues
vocat nominatim, ⁊ educit eas. Et
cum proprias oues emiserit, ante
eas vadit: ⁊ oues illum sequuntur,
quia sciunt vocem eius . Alienum
autem non sequuntur, sed fugiunt
ab eo : quia non nouerūt vocem a-
lienorum. Hoc prouerbiū dixit eis
Jesus. Illi autē non cognouerunt
B quid loqueretur eis. Dixit ergo eis
iterum Jesus, Amen amē dico vo-
bis, q̄a ego sum ostiū ouium. Oēs
quotquot venerunt, fures sunt et
latrones: sed non audierunt eos o-
ues. Ego sum ostium. Per me si q̄s
introierit, saluabit: et ingrediet, et
egrediet, ⁊ pascua inueniet. Fur nō
venit, nisi vt furet et mactet ⁊ per-
dat. Ego veni vt vitam habeant, ⁊
Esa.40.c abundantiꝰ habeant. Ego sum pa-
Eze.34.f stor bonꝰ. Bonus pastor animam
g.&37.f suam dat pro ouibus suis. Merce-
narius autem ⁊ qui non est pastor,
cuius non sunt oues proprie, videt
lupum venientem, ⁊ dimittit oues,
et fugit: et lupus rapit et dispergit
oues. mercenarius aūt fugit, quia
C mercenarius est : et nō pertinet ad
eum de ouibꝰ. Ego sum pastor bo-
nus: et cognosco meas, ⁊ cognoscūt
me mee . Sicut nouit me pater, et
ego agnosco patrem: et animā me-
am pono pro ouibꝰ meis. Et alias
Eze.37.f oues habeo, que non sunt ex hoc o-
uili : et illas oportet me adducere,
et vocem meam audient, ⁊ fiet vnū
ouile ⁊ vnus pastor. Propterea me
diligit pater: quia ego pono animā
D meam, vt iterum sumā eam. nemo
tollit eam a me: sed ego pono eam a
meipso. potestatem habeo ponendi
eam: et potestatē habeo iterum su-
mendi eam. Hoc mandatum accepi
a patre meo . Dissensio iterum fa-
cta est inter Judeos propter sermo-
nes hos. Dicebant autem multi ex
ipsis, Demonium habet et insanit:
quid eum auditis ? Alii dicebant,
Hec verba non sunt demonium ha-
bentis. nunquid demonium potest
cecorū oculos aperire ? Facta sunt 1.Macha.
autem Encenia in Hierosolymis : 4.f.g.
et hyems erat . Et ambulabat Je- E
sus in templo, in porticu Salomo-
nis. Circundederunt ergo eum Ju-
dei, et dicebant ei, Quousq; animā
nostram tollis ? si tu es Christus,
dic nobis palam. Respōdit eis Je-
sus, Loquor vobis: et non creditis.
opera que ego facio in nomine pa-
tris mei, hec testimonium perhibēt
de me: sed vos nō creditis, quia nō
estis ex ouibꝰ meis. Oues mee vo-
cem meam audiunt : et ego cogno-
sco eas, et sequuntur me. et ego vi-
tam eternam do eis: ⁊ non peribūt
in eternum, et non rapiet eas quis-
quam de manu mea . Pater meus F
quod dedit mihi, maius omnibus
est: et nemo potest rapere de manu
patris mei. Ego et pater vnum su-
mus. Sustulerūt ergo lapides Ju-
dei, vt lapidarent eum. Respondit
eis Jesus, Multa bona opera ostē-
di vobis ex patre meo: propt̄ quod
eorū opus me lapidatis? Respōde-
rūt ei Judei, De bono opere nō la-
pidamus te, sed de blasphemia, et
quia tu homo cū sis, facis teipsum
deum. Respondit eis Jesus, Non-
ne scriptum est in lege vestra: Ego Psal.81.b
dixi, dii estis ? Si illos dixit deos G
ad quos sermo dei factus est, et nō
potest solui scriptura : quem pater
sanctificauit et misit in mundum,
vos dicitis, Quia blasphemas: q̄a
dixi filius dei sum? Si non facio o-
pera patris mei : nolite credere mi-
hi. si autem facio: et si mihi nō vul-
tis credere, operibus credite: vt co-
gnoscatis et credatis quia pater in
me est et ego in patre . Querebant
ergo eum apprehendere: et exiuit de
manibus eorū . Et abiit iterū trās
Jordanē i eum locum vbi erat Jo-
annes baptizans primum: et mansit

illic. Et multi venerunt ad eum, et dicebant, Quia Joannes quidē signum fecit nullum. Oia autē quecunq; dixit Joānes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

CAPVT. XI.

A ERat aūt quidā languens Lazarus a Bethania, de castello Marie et Marthe sororū ei9. Maria aūt erat que vnxit dn̄m vnguento, & extersit pedes eius capillis suis: cui9 frater Lazarus infirmabatur. Miserūt ergo sorores eius ad eum, dicētes, Dn̄e ecce quē amas, infirmatur. Audiens autem Jesus, dixit eis, Infirmitas hec nō est ad mortem, sed pro gloria dei: vt glorificetur filius dei per eam. Diligebat aūt Jesus Martham, & sororem eius Mariam, et Lazarum. Ut ergo audiuit quia infirmabat, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus, deinde post hec dicit discipulis suis, Eam9 in Judeam iterū. Dicūt ei discipuli, Rabbi, nunc querebāt te Judei lapidare: et iterum vadis illuc? Respon-
B dit Jesus, Nonne duodecim sunt hore diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt. si aūt ambulauerit in nocte, offendit: quia lux nō est in eo. Hec ait: et post hec dicit eis, Lazarus amic9 noster dormit: sed vado vt a somno excitem eum. Dixerūt ergo discipuli eius, Dn̄e, si dormit, saluus erit. Dixerat aūt Jesus de morte eius: illi aūt putauerunt q̄a de dormitione somni diceret. Tūc ergo Iesus dixit eis manifeste, Lazarus mortuus est: et gaudeo propter vos vt credatis, quoniam nō eram ibi, sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicit Didym9, ad condiscipulos, Eamus et nos, et moriamur cū eo. Uenit itaq; Jesus: et inuenit eū quatuor dies iam
C in monumento habentē. Erat aūt Bethania iuxta Hierosolymā quasi stadiis quidecim. Multi autem ex Judeis venerant ad Martham et Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia Jesus venit, occurrit illi: Maria autē domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum, Dn̄e, si fuisses hic, frater meus nō fuisset mortu9. sed et nunc scio quia quecunq; poposceris a deo, dabit tibi deus. Dicit illi Jesus, Resurget frater tu9. Dicit ei Martha, Scio q̄a resurget in resurrectiōe i nouissimo die. Dixit ei Jesus, Ego sū resurrectio & vita. qui credit in me: etiam si mortuus fuerit, viuet. & oīs q̄ viuit & credit in me: non morietur in eternū.
Credis hoc? Ait illi, Vtiq; dn̄e, ego D
credidi quia tu es Christ9 filius dei viui qui in hunc mundū venisti. Et cū hec dixisset, abiit & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicēs, Magister adest, & vocat te. Illa vt audiuit, surgit cito, et venit ad eū. nōdum enim venerat Jesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Judei ergo qui erant cum ea in domo, et consolabātur eā, cū vidissent Mariam quia cito surrexit & exiit, secuti sunt eam, dicentes, Quia vadit ad monumentū vt ploret ibi. Maria ergo cū venisset vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, et dicit ei, Dn̄e, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Jesus ergo vt vidit eam plorantē, et Judeos qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, et turbauit seipsum, et dixit, Ubi posuistis eū? Dicunt ei, Dn̄e, veni & vide. Et lachrymat9 est Jesus. Dixerunt ergo
Judei, Ecce quomodo amabat eū. E
Quidam aūt ex ipsis dixerūt, Nō poterat hic qui aperuit oculos ceci nati, facere vt hic nō moreret? Jesus ergo rursum fremēs in semetipso venit ad monumētū. erat aūt spelunca: & lapis superpositus erat ei. Ait

ei. Ait Jesus, Tollite lapidē. Dicit
ei Martha, soror eius qui mortu⁹
fuerat, Dñe, iam fetet, quatridua-
n⁹ est eni. Dicit ei Jesus, Nōne di-
xi tibi quoniam si credideris, vide-
bis gloriā dei? Tulerūt ergo lapidē.
Jesus aūt eleuatis sursum oculis,
dixit, Pater, gratias ago tibi qm
audisti me. Ego aūt sciebā q̄a semp
me audis, sed propter populum qui
circunstat, dixi: vt credāt q̄a tu me
F misisti. Hec cū dixisset: voce magna
clamauit, Lazare, veni foras. Et
statim prodiit qui fuerat mortu⁹,
ligat⁹ man⁹ et pedes institis, et fa-
cies illi⁹ sudario erat ligata. Dixit
eis Jesus, Soluite eū, et sinite ab-
ire. Multi ergo ex Judeis qui ve-
nerāt ad Mariā et Marthā, et vi-
derāt q̄ fecit Iesus, crediderūt i eū.
q̄dā aūt ex ipsis abierūt ad phari-
seos: et dixerūt eis que fecit Jesus.
Collegerūt ergo pontifices et pha-
risei conciliū, ⁊ dicebāt, Quid faci-
mus? q̄a hic homo multa signa fa-
cit. Si dimittim⁹ eū sic: oēs credēt
in eū: ⁊ veniēt, Romani: ⁊ tollēt no
strū locū ⁊ gentē. Vn⁹ aūt ex ipsis,
Caiphas noīe, cū esset pontifex an-
ni illi⁹ dixit eis, Vos nescitis quicq̄
nec cogitatis: q̄a expedit nobis, vt
vnus moriat homo pro populo, et
G nō tota gens pereat. Hoc aūt a se-
metipso nō dixit: sed cū esset ponti-
fex anni illius, pphetauit q̄ Jesus
moritur⁹ erat pro gēte: et nō tantū
pro gēte, sed vt filios dei qui erant
dispersi, cōgregaret in vnū. Ab illo
ergo die, cogitauerūt vt interfice-
rent eū. Jesus ergo iam nō in palā
ambulabat apud Judeos, sed abiit
in regionē iuxta desertū in ciuitatē
que dicit Ephrē: et ibi morabat cū
discipulis suis. Proximū aūt erat
pascha Judeorū: ⁊ ascēderūt multi
Hierosolymā de regione ante pas-
cha, vt sanctificarēt seipsos. Que-
rebāt ergo Jesum, et colloquebant
adinuicē, in tēplo stātes, Quid pu-
tatis q̄a nō venit ad diē festū istū?
Dederāt aūt pontifices ⁊ pharisei
mandatum, Vt si quis cognouerit
vbi sit, indicet, vt apprehēdant eū.

CAPVT. XII.

IEsus ergo ante sex dies pasche A
venit Bethaniam, vbi Lazarus Mat.26 a
fuerat mortu⁹ quē suscitauit Je mar.14 a
sus. Fecerunt autē ei cenam ibi: et
Martha ministrabat. Lazarus ve-
ro vn⁹ erat ex discumbētibus cum
eo. Maria ergo accepit libram vn-
guenti nardi pistice pretiosi, et vn-
xit pedes Jesu, et extersit pedes ei⁹
capillis suis: et domus impleta est
ex odore vnguenti. Dixit ergo vn⁹
ex discipulis ei⁹ Judas Iscariotes,
qui erat eū traditurus, Quare hoc
vnguentum non veniit trecētis de-
nariis, et datum est egenis? Dixit
autē hoc, non q̄a de egenis pertine-
bat ad eum: sed quia fur erat, et lo- B
culos habens, ea que mittebantur
portabat. Dixit ergo Jesus, Sine
illam, in diem sepulture mee seruet
illud. Pauperes enim semper ha-
betis vobiscum: me autē non sem-
per habetis. Cognouit ergo turba
multa ex Judeis quia illic est: et ve-
nerunt non propter Jesum tantū:
sed vt Lazarum viderent, quem su-
scitauit a mortuis. Cogitauerunt
autem principes sacerdotum vt et
Lazarum interficerent, quia multi
propter illum abibant ex Judeis, ⁊
credebant in Jesum. In crastinum
autem turba multa que venerat ad
diem festum, cū audissent, quia ve-
nit Jesus Hierosolymam: accepe-
runt ramos palmarum, ⁊ processe-
runt obuiam ei, ⁊ clamabant, Ho-
sanna, benedictus qui venit in no-
mine domini, rex Jsrael. Et inue- Mat.21.a
nit Jesus asellū: et sedit sup eū, si- mar.14 a
cut scriptū est, Noli timere filia Si- Luc.19.f
on: ecce rex tuus venit sedēs super Zach.9.b
pullū asine. Hec nō cognouerūt di- C
scipuli eius primū, sed quando glo-
rificatus est Jesus, tunc recordati

sunt quia hec erant scripta de eo, ⁊
hec fecerūt ei. Testimoniū ergo p̄
hibebat turba que erat cū eo, quan
do Lazarū vocauit de monumēto,
⁊ suscitauit eū a mortuis. Propte
rea ⁊ obuiam venit ei turba q̄a au
dierūt eū fecisse hoc signū. Phari
sei ergo dixerūt ad semetipsos, Vi
detis quia nihil proficim⁹? ecce mū
dus totus post eū abiit. Erant aūt
quidā gentiles ex his qui ascende
rāt vt adorarēt in die festo. Hi er
go accesserunt ad Philippū qui e
rat a Bethsaida Galilee: ⁊ rogabāt
eū, dicētes, Domine volumus Je
sum videre. Venit Philippus, ⁊ di
D cit Andree, Andreas rursū et Phi
lippus dixerūt Jesu. Jesus autem
respōdit eis, dicens, Venit hora,
vt clarificetur fili⁹ hominis. Amē
amē dico vobis, nisi granum fru
menti cadens in terrā, mortuū fu
erit: ipsum solū manet. si aūt mor
tuū fuerit, multum fructū affert.
Qui amat animam suā, perdet eā:
Mat.10 d ⁊ qui odit animā suam in hoc mū
&.16.d do, in vitam eternā custodit eā. Si
Mar.8.d q̄s mihi ministrat, me sequat: ⁊ vbi
Luc.9.c sum ego, illic et minister me⁹ erit.
&.17.g Si quis mihi ministrauerit, hono
rificabit eum pater meus. Nunc
aīa mea turbata est. Et quid dicā?
Pater, saluifica me ex hac hora.
Sed propterea veni in horā hanc.
Pater, clarifica nomē tuum. Ve
nit ergo vox de celo dicēs, Et clari
ficaui, et iterū clarificabo. Turba
ergo que stabat ⁊ audierat, dicebat
E tonitruū esse factū. Alii aūt dicebāt
Angelus ei locutus est. Respondit
Jes⁹, ⁊ dixit, Nō propt̄ me hec vox
venit, sed propter vos. Nūc iudiciū
est mūdi: nūc princeps hui⁹ mundi
eiicietur foras. Et ego si exaltat⁹
fuero a t̄ra, omnia trahā ad meip
sum. hoc autē dicebat, significans
qua morte esset moriturus. Res
Ps.109 b pondit ei turba, Nos audiuimus
ex lege quia Christ⁹ manet in eter

num: et quomodo tu dicis, Opor &.116.a
tet exaltari filium hominis? ⁊ quis Esa.40.c
est iste filius hominis? Dixit ergo Eze.37 g
eis Jesus, Adhuc modicū, lumē in
vobis est. Ambulate dum lucē ha
betis, vt non vos tenebre compre
hendāt. ⁊ qui ambulat in tenebris,
nescit quo vadat. Dum lucem ha F
betis, credite in lucē, vt filii lucis
sitis. Hec locutus est Jesus: et a
biit, et abscondit se ab eis. Cū aūt
tāta signa fecisset corā eis, nō cre
debāt in eū: vt sermo Esaie imple
retur quē dixit, Domine q̄s credi Esa.53.a
dit auditui nostro? ⁊ brachiū domi Ro.10.d
ni cui reuelatū est? Propterea nō
poterāt credere, quia iterū dixit E
saias, Excecauit oculos eorū, ⁊ in Esa.6.c
durauit cor eorū: vt nō videant o Mat.13.b
culis, et nō intelligāt corde, et cō Mar.4.b
uertantur, et sanem eos. Hec dixit
Esaias, quādo vidit gloriā eius, ⁊ Luce.8.b
locutus est de eo. Veruntamē et ex Act.28.f
principibus multi crediderūt in eū: Ro.11.b
sed propter phariseos nō cōfitebā
tur, vt e synagoga nō eiicerentur.
dilexerūt enim gloriā hominū ma
gis q̄ gloriam dei. Jesus autem
clamauit ⁊ dixit, Qui credit in me, G
non credit in me, sed in eū qui mi
sit me. Et qui videt me, videt eum
qui misit me. Ego lux in mundum
veni: vt omnis qui credit in me, in
tenebris nō maneat. Et si quis au
dierit verba mea et nō custodierit:
ego nō iudico eū. non enim veni vt
iudicem mundum: sed vt saluificē
mundum. Qui spernit me, et non
accipit verba mea: habet qui iudi
cet eum. sermo quem locutus sum,
ille iudicabit eum i nouissimo die.
Quia ego ex me ipso non sum lo
cutus: sed qui misit me pater, ipse
mihi mandatum dedit quid dicam
⁊ quid loquar. Et scio quia māda
tum ei⁹ vita eterna est. Que ergo
ego loquor: sicut dixit mihi pater,
sic loquor.

Ante

CAPVT. XIII.

A Mat.26 a ANte diem festū pasche, sci-
mar.14 a ens Iesus quia venit hora
Luc.22 a eius vt trāseat ex hoc mū-
do ad patrem: cum dilexisset suos
qui erant in mundo, in finem dile-
xit eos. Et cena facta, cū diabolus
iam misisset in cor vt traderet eum
Judas Simonis Iscariotes: sciēs
quia oīa dedit ei pater in man⁹: &
quia a deo exiuit & ad deum vadit,
surgit a cena, et ponit vestimenta
sua. et cum accepisset linteum, præ-
cinxit se. Deinde misit aquā in pel-
uim, et cepit lauare pedes discipu-
lorum, et extergere linteo quo erat
præcinctus. Venit ergo ad Simonē
Petrum. Et dicit ei Petrus, Do-
mine tu mihi lauas pedes? Respō-
dit Jesus, et dixit ei, Quod ego fa-
cio, tu nescis modo: scies autē po-
stea. Dicit ei Petrus, Nō lauabis
mihi pedes in eternū. Respondit ei
Jesus, Si non lauero te, nō habe-
bis partem mecum. Dicit ei Simō
Petrus, Domine non tantū pedes
meos, sed et manus et caput. Di-
B cit ei Jesus, Qui lotus est, nō in-
diget nisi vt pedes lauet, sed est mū
dus totus. Et vos mūdi estis, sed
nō oēs. Sciebat enī quisnam esset
qui traderet eum. propterea dixit,
Non estis mundi oēs. Postꝙ ergo
lauit pedes eorū, accepit vestimen-
ta sua: et cū recubuisset iterū, dixit
eis, Scitis qd fecerim vobis? Vos
vocatis me magister et domine: et
bene dicitis. sū etenī. Si ergo ego
laui pedes vestros, domin⁹ et ma-
gister: et vos debetis alter alteri⁹
lauare pedes. Exemplū enī dedi vo-
bis, vt quemadmodū ego feci vo-
bis, ita & vos faciatis. Amē amē di
Inf.15. c co vobis, nō est seruus maior dño
Mat.10 c suo, neqꝫ apostol⁹ maior eo q̄ misit
Lucę.6.f illū. Si hec scitis: beati eritis si fe-
ceritis ea. Nō de oībus vobis dico:
ego scio quos elegerim. Sed vt ad-
Psa.40 c impleat scriptura, Qui manducat
mecū panē, leuabit cōtra me calca-
neū suum. Amodo dico vobis, pri⁹ C
quā fiat: vt cū factū fuerit, creda-
tis quia ego sum. Amen amen dico Mat.10.d
vobis, qui accipit si quem misero, Luc.10.c
me accipit: qui aūt me accipit, acci-
pit eū qui me misit. Cum hec dixis-
set Iesus, turbat⁹ est spiritu: & pte-
status est, et dixit, Amē amen dico
vobis qꝛ vn⁹ ex vobis tradet me. Mat.26 b
Aspiciebāt ergo adinuicē discipuli, mar.14 b
hesitātes de quo diceret. Erat ergo Luc.22 b
recūbēs vn⁹ ex discipulis ei⁹ in si-
nu Jesu, quē diligebat Jesus. In-
nuit ergo huic Simō Petrus, & di-
xit ei, Quis est de quo dicit? Itaqꝫ
cū recubuisset ille supra pect⁹ Iesu,
dixit ei, Dñe, quis est? Respondit
Jes⁹, Ille est, cui ego intictū panē
porrexero. Et cum intinxisset panē
dedit Jude Simonis Iscariote. Et
post buccellā, itroiuit ī eū satanas.
Et dicit ei Jesus, Quod facis, fac
citius. Hoc aūt nemo sciuit discū-
bentiū, ad quid dixerit ei. Quidam
enī putabāt, quia loculos habebat
Judas, ꝙ dixisset ei Jesus, Eme ea
que op⁹ sunt nobis ad diē festum:
aut egenis vt aliquid daret. Cū er
go accepisset ille buccellā, exiuit cō
tinuo. Erat aūt nox. Cū ergo exis-
set, dixit Jesus, Nūc clarificatus
est filius hominis: et deus clarifi-
catus est in eo. Si deus clarifica-
tus est in eo, & de⁹ clarificabit eū in
semetipso: et cōtinuo clarificabit
eū. Filioli, adhuc modicū vobiscū
sum. Queretis me: & sicut dixi Ju-
deis, Quo ego vado, vos non po- Sup. 7. c
testis venire: et vobis dico modo.
Mādatū nouū do vobis, Vt dili- 1.Ioā.2 b
gatis īuicem, sicut dilexi vos, vt et Inf.15. b
vos diligatis inuicē. In hoc cog-
noscēt oēs quia discipuli mei estis,
si dilectionē habueritis adinuicem.
Dicit ei Simō Petrus, Domine,
quo vadis? Respōdit Jesus, Quo
ego vado, non potes me modo se-
qui, sequeris autē postea. Dicit ei
Petr⁹

Petr⁹, Quare nõ possum te sequi
modo? aîam meã pro te ponã. Re-
Mat.26d spõdit ei Iesus, Animã tuã pro me
Mar.14c pones? Amen amen dico tibi, non
Luc.22.c cãtabit gall⁹, donec ter me neges.

CAPVT. XIIII.

A ET ait discipulis suis, Nõ tur betur cor vestrũ. Creditis in deũ, et in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus: dixissem vobis, Quia vado parare vobis locũ. Et si abiero et pparauero vobis locũ: iterum venio et accipiã vos ad me ipsum, vt vbi sum ego, & vos scitis. Et quo ego vado scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas, Dñe nescim⁹ quo vadis: et quomodo possum⁹ viam scire? Dicit ei Ies⁹, Ego sũ via, et veritas, & vita. nemo venit ad patrẽ nisi per me. Si cognouissetis me, & patrẽ meũ vtiq; cognouissetis: & amodo cognoscitis eũ, et vidistis eũ. Dicit ei Philippus, Dñe, ostẽde nobis patrẽ, et sufficit nobis. Dicit ei Jesus, Tãto tẽpore vobiscũ sũ, et nõ cognouisti me Philippe? qui videt me, videt & pa-
B trẽ. Quomodo tu dicis, Ostẽde nobis patrẽ? Nõ credis quia ego i patre, & pater in me est? Verba que ego loquor vobis, a meipso non loquor. pater autẽ in me manẽs, ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre, et pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen amẽ dico vobis, qui credit in me, opera que ego facio et ipse faciet, & maiora horum faciet, quia
Inf.16.e f ego ad patrem vado. Et quodcũq;
Mat.7.a petieritis patrem in nomine meo,
Mar.11.c hoc faciã: vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in noĩe meo, hoc faciam. Si diligitis me: mãdata mea seruate. Et ego rogabo patrem, et alium paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiscum in eternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia nõ videt eũ, nec scit eũ. vos aũt cognoscetis eũ, q̃a apũd vos manebit, C
et in vobis erit. Non relinquã vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicũ: et mund⁹ me iã non videt. Vos aũt videtis me; q̃a ego viuo & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis q̃a ego sum in patre meo, et vos in me, & ego in vobis. Qui habet mãdata mea & seruat ea: ille est q̃ diligit me. q̃ aũt diligit me, diligetur a patre meo: & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsum. Dicit ei Judas, non ille Iscariotes, Dñe, quid factum est quia manifestaturus es nobis teipsum, et nõ mũdo? Respondit Jesus, et dixit ei, Si q̃s diligit me, sermonem meum seruabit, et pater meus diliget eum, & ad eũ veniemus, et mansionẽ apud eũ faciemus. qui nõ diligit me: sermo-
nes meos nõ seruat. Et sermonem D
quem audistis, nõ est meus: sed ei⁹ q̃ misit me patris. Hec locut⁹ sum vobis apud vos manẽs. Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in noĩe meo, ille vos docebit oĩa, et suggeret vobis oĩa quecũq; dixero vobis. Pacẽ relinquo vobis: pacem meam do vobis. non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrũ, neq; formidet. Audistis q̃a ego dixi vobis, Vado et venio ad vos. Si diligeretis me: gauderetis vtiq;, quia vado ad patrem. quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis prius q̃ fiat: vt cum factũ fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. venit enim princeps mũdi huius, et in me non habet quicq̃. Sed vt cognoscat mũdus q̃a diligo patrẽ: et sicut mandatũ dedit mihi pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

CAPVT. XV.

A EGo sum vitis vera: et pater meus agricola est. Oẽm palmitem in me non ferentẽ fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum

fructum, purgabit eum, vt fructus
plus afferat. Jam vos mundi estis
propter sermonē quem locut⁹ sum
vobis. Manete in me: et ego in vo-
bis. Sicut palmes nō potest ferre
fructū a semetipso, nisi manserit in
vite: sic nec vos nisi i me māseritis.
Ego sum vitis: vos, palmites. qui
manet i me, et ego i eo, hic fert fru-
ctū multū, q̄a sine me nihil potestis
facere. Si quis in me nō manserit:
mittetur foras sicut palmes, ⁊ are-
scet, et colligent eū, et i ignem mit-
Mat.21.c tent et ardet. Si manseritis in me,
1.Ioā.3 d ⁊ v̄ba mea i vobis māserint: quod-
cunq; volueritis petetis, et fiet vo-
B bis. In hoc clarificat⁹ ē pater me-
us: vt fructū plurimū afferatis, et
efficiamini mei discipuli. Sicut di-
lexit me pater, ⁊ ego dilexi vos. Ma
nete in dilectione mea. Si pr̄cepta
mea seruaueritis, manebitis in di-
lectione mea: sicut et ego pr̄cepta
patris mei seruaui, et maneo in ei⁹
Sup.13.d dilectione. Hec locutus sum vobis,
Ephe.5 a vt gaudiū meū in vobis sit, ⁊ gau-
1.The.4. diū vestrū impleatur. Hoc est pr̄e-
b.c ceptū meum vt diligatis inuicem,
1.Ioā.3.c sicut dilexi vos. Maiorē hac dile-
d.&.4.d ctionem nemo habet, q̄ vt animam
suam ponat quis pro amicis suis.
Uos amici mei estis, si feceritis q̄
ego pr̄cipio vobis. Jam non dicā
vos seruos: quia seruus nescit q̄d
faciat dominus eius. Uos aūt dixi
amicos: q̄a omnia quecunq; audiui
C a patre meo, nota feci vobis. Non
vos me elegistis, sed ego elegi vos:
et posui vos vt eatis et fructū affe-
ratis, et fructus vester maneat, vt
quodcūq; petieritis patrem in no-
1.Ioā.3 b mine meo, det vobis. Hec mādo vo
d.&.4.d bis, vt diligatis inuicem. Si mūd⁹
vos odit: scitote quia me priorē vo
bis odio habuit. Si de mūdo fuis-
setis: mundus quod suum erat, di-
ligeret. quia vero de mūdo nō estis,
sed ego elegi vos de mūdo: propte-
rea odit vos mund⁹. Mementote
sermonis mei, quem ego dixi vo-
bis, Nō est seruus maior dn̄o suo. Sup.13.b
Si me persecuti sunt: et vos perse- Mat.10.c
quent̄. si sermonē meū seruauerūt:
et vestrū seruabūt. Sed hec omnia Mat.24.a
facient vobis propter nomen meū:
quia nesciunt eum qui misit me. Si
non venissem et locut⁹ fuissem eis: D
peccatum non haberent. nunc aūt
excusationem nō habent de peccato
suo. Qui me odit: ⁊ patrē meū odit.
Si opera nō fecissem in eis q̄ nemo
alius fecit: peccatum nō haberent.
nunc aūt et viderunt, et oderunt ⁊
me et patrē meū. Sed vt adimple-
atur sermo qui in lege eorū script⁹
est, Quia odio habuerunt me gra- Psa.24.c
tis. Cū autem venerit paracletus Luc.24 g
(quem ego mittam vobis a patre)
spiritus veritatis, qui a patre pro-
cedit: ille testimoniū perhibebit de
me. et vos testimonium perhibebi-
tis: quia ab initio mecum estis.

CAPVT. XVI.

HEc locut⁹ sum vobis, vt nō A
scandalizemini. Absq; syna- Mat.24.a
gogis facient vos. Sed ve-
nit hora, vt oīs qui interficit vos,
arbitret̄ obsequiū se prestare deo. ⁊
hec facient vobis: quia non noue-
runt patrem, neq; me. Sed hec lo-
cut⁹ sū vobis, vt cū venerit hora,
eorum reminiscamini, quia ego di-
xi vobis. Hec aūt vobis ab initio
non dixi: quia vobiscū erā. Et nūc
vado ad eum qui misit me: ⁊ nemo
ex vobis interrogat me, Quo va- B
dis? Sed q̄a hec locut⁹ sum vobis,
tristitia ipleuit cor vestrū. Sed ego
veritatē dico vobis, expedit vobis
vt ego vadam. si enim non abiero,
paracletus non veniet ad vos: si
aūt abiero, mittā eum ad vos. Et
cum venerit, ille arguet mundū de
peccato, et de iustitia, et de iudicio.
de peccato quidem: quia nō credi-
derunt in me. de iustitia vero: quia
ad patrem vado, et iā non videbi-
tis me. de iudicio autē: quia prin- C
ceps

ceps huius mūdi iam iudicat⁹ est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cū aūt venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. nō enī loquetur a semetipso: sed quecunq; audiet loquetur: ꝛ que ventura sunt, annūtiabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, ꝛ annuntiabit vobis. Mia quecunq; habet pater, mea sunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, et annūtiabit vobis. Modicum, ꝛ iam non videbitis me, et iterū modicū et videbitis me: quia vado ad patrē. Di
D xerūt ergo ex discipulis eius adinuicem, Quid est hoc quod dicit nobis, Modicū, et nō videbitis me, et iterū modicū et videbitis me, et q̄a vado ad patrem? Dicebāt ergo, Quid est hoc quod dicit, modicū? nescimus quid loquitur. Cognouit aūt Iesus quia volebant eū interrogare: ꝛ dixit eis, De hoc queritis inter vos quia dixi, Modicū et nō videbitis me, et iterū modicū et videbitis me. Amen amē dico vobis, quia plorabitis ꝛ flebitis vos, mūdus aūt gaudebit: vos aūt contristabimini, sed tristitia vestra verte
E tur in gaudiū. Mulier cum parit, tristitiā habet, quia venit hora ei⁹. cum aūt pepererit puerū, iam non meminit pressure propter gaudiū, quia natus est homo in mundū. Et vos igitur, nunc quidē tristitiā habetis, iterū aūt videbo vos, ꝛ gaudebit cor vestrū: ꝛ gaudiū vestrum nemo tollet a vobis. Et in illo die,
Sup. 14 b me nō rogabitis quicq̄. Amen amē
Mat. 7. a dico vobis, si q̄d petieritis patrē in
& 21. c. noīe meo, dabit vobis. Usq; mō nō
Mar. 11. c petistis quicquā in noīe meo. Peti-
Luc. 11. b te, ꝛ accipietis: vt gaudiū vestrū sit
Iaco. 1. a plenū. Hec in puerbiis locut⁹ sum
F vobis. Venit hora cū iam nō ī prouerbiis loquar vobis, sed palam de patre annūtiabo vobis. In illo die in noīe meo petetis, et nō dico vobis quia ego rogabo patrem de vobis. ipse enī pater amat vos, quia vos me amastis, et credidistis quia a deo exiui. Exiui a patre et veni in mūdum: iterum relinquo mundū, et vado ad patrē. Dicūt ei discipu- G
li eius, Ecce nunc palam loqueris, et prouerbium nullum dicis. nunc scimus quia scis omnia, ꝛ non op⁹ est tibi vt quis te interroget. in hoc credimus q̄ a deo existi. Respondit eis Iesus, Modo creditis? Ecce ve- Mat. 26 c
nit hora, ꝛ iam venit, vt dispergamini vnusquisq; in propria, et me Mar. 14 c
solum relinquatis, et tamē nō sum solus: quia pater mecū est. Hec locutus sum vobis, vt in me pacē habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed cōfidite, ego vici mundū.

CAPVT. XVII.

Hec locutus est Iesus: ꝛ sub- A
leuatis oculis in celū dixit, Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatē oīs carnis. vt omne quod dedisti ei, det eis vitam eternam. Hec est aūt vita eterna, Vt cognoscant te, solum deum verum, et quē misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terrā: opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciā. et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui prius q̄ mūdus fieret, apud te. Manifestaui nomē tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. tui erant: et mihi eos dedisti, et sermonē tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia oīa B
que dedisti mihi, abs te sunt. quia verba que dedisti mihi, dedi eis: et ipsi acceperunt, et cognouerunt vere quia a te exiui, et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, q̄a tui sunt. Et mea oīa, tua sunt: et tua, mea sunt. et clarificatus sum in eis. Et iam nō sum in mundo: ꝛ hi in mūdo sunt,

sunt, ⁊ ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in noīe tuo quos dedisti mihi: vt sint vnū sicut et nos. Cum essem cum eis, ego seruabam eos ī noīe tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui: ⁊ nemo ex eis periit, nisi fili⁹ perditionis, vt scriptura
Ps.108.b
C impleatur. Nunc aūt ad te venio: et hec loquoꝛ in mundo: vt habeāt gaudium meū impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuū: et mund⁹ eos odio habuit, quia nō sunt de mundo, sicut et ego nō sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mūdo: sed vt serues eos a malo. De mūdo non sunt: sicut et ego nō sum de mūdo. Sāctifica eos in veritate. Sermo tu⁹, veritas est. Sicut tu me misisti ī mundū: ita ⁊ ego misi eos in mundū. Et pꝛo eis ego sanctifico meipsum: vt sint et ipsi sanctificati in veritate. Nō pꝛo eis aūt rogo tantum, sed et pꝛo eis qui crediturí sunt per verbū eoꝛum in me: vt oēs vnum sint, sicut tu pa-
D ter in me ⁊ ego in te, vt et ipsi ī nobis vnū sint, vt credat mundus q̄a tu me misisti. Et ego claritatē quā tu dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnū sicut ⁊ nos vnū sumus. Ego in eis et tu in me: vt sint consummati in vnū, et cognoscat mūdus q̄a tu me misisti, et dilexisti eos sicut ⁊ me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, et illi sint mecū: vt videāt claritatē meā quā dedisti mihi q̄a dilexisti me ante cōstitutionē mūdi. Pat̄ iuste, mūd⁹ te nō cognouit. ego aūt te cognoui: ⁊ hi cognouerūt q̄a tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, ⁊ notum faciam: vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis.

CAPVT. XVIII.

A
Mat.26 c
mar.14 d
Luc.22 e
HEc cū dixisset Jesus, egressus est cum discipulis suis trans toꝛrētem Cedꝛō, vbi erat hoꝛtus, in quem introiuit ipse et discipuli ei⁹. Sciebat aūt et Judas, qui tradebat eum, locum: quia frequēter Jesus cōuenerat illuc cū discipulis suis. Iudas ergo cū accepisset cohoꝛtem, et a pontificib⁹ et phariseis ministros, venit illuc cū laternis et facibus et armis. Jesus
Mat.26 e
mar.14 e
Luc.22.e
itaq; sciens oia que ventura erant super eū, pꝛocessit, ⁊ dixit eis, Quē queritis? Responderunt ei, Jesum Nazarenum. Dicit eis Jesus, Ego sum. Stabat aūt ⁊ Judas qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis, Ego sum: abierunt retroꝛsum, et ceciderūt in terrā. Iterū ergo interrogauit eos, Quē queritis? Illi aūt dixerūt, Jesum Nazarenū. Respōdit Jesus, Dixi vobis quia ego sum. si ergo me queritis, sinite hos abire. Vt impleretur sermo quē dixit, Quia quos dedisti mihi, nō perdidi ex eis quēquam. Simon ergo Petrus habens gladiū, eduxit eū: et percussit pontificis seruū, et abscidit auriculam ei⁹ dexterā. Erat aūt nomen seruo, Malchus. Dixit ergo Jesus Petro, Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quē dedit mihi pater, nō bibam illū? Cohoꝛs aūt et tribun⁹ et ministri Judeoꝛum cōpꝛehenderunt Jesum, et ligauerunt eum, et adduxerunt eū ad Annā pꝛimum. erat enim socer Caiphe, qui erat pōtifex anni illi⁹. Erat autē Caiphas qui cōsiliū dederat Judeis, Quia expedit vnum hominē moꝛi pꝛo populo. Sequebatur aūt Jesum Simō Petrus, et alius discipulus. Discipul⁹ autē ille erat notus pontifici, et introiuit cum Jesu in atrium pontificis: Petrus autē stabat ad ostiū foꝛis. Exiuit ergo discipul⁹ ali⁹ qui erat notus pontifici, et dixit ostiarie: et introduxit Petrū. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid et tu ex discipulis es hominis isti⁹? Dicit ille, Non sum. Stabāt autē serui et ministri ad pꝛunas, quia frig⁹ erat: et calefaciebant se. erat autē
B
Sup.17.c
C
Sup.11.f
Mat.26g
Mar 14g
Luc.22.f

cũ eis et Petr⁹, stans, ꝛ calefaciẽs
se. Põtifex ergo interrogauit Je-
sum de discipulis suis et de doctri-
na eius. Respondit ei Jesus, Ego
D palã locutus sum mundo, ego sem-
per docui in synagoga et in templo
quo oẽs Judei cõueniunt: et in oc-
culto locutus sum nihil. Quid me
interrogas? interroga eos qui au-
dierunt quid locutus sum ipsis. ec-
ce, hi sciunt que dixeri ego. Hec aũt
cum dixisset: vn⁹ assistẽs ministro-
rum dedit alapã Jesu, dicens, Sic
respondes pontifici? Respondit ei
Jesus, Si male locutus sum, testi-
moniũ ꝑhibe de malo: si aũt bene,
Mat.26 f quid me cedis? Et misit eũ Annas
mar.14.f ligatũ ad Caiphã põtificem. Erat
Luc.22.f aũt Simon Petrus stãs et calefa-
ciẽs se. Dixerũt ergo ei, Nunquid
et tu ex discipulis ei⁹ es? Negauit
Mat.26g ille et dixit, Non sum. Dicit ei vn⁹
mar.14g ex seruis põtificis, cognatus eius
Luce.22. cuius abscidit Petrus auriculam,
f.g Nonne ego te vidi in horto cũ illo?
Jterũ ergo negauit Petrus: ꝛ sta-
E tim gallus cantauit. Adducũt ergo
Mat.27a Jesum a Caipha in pretoriũ. Erat
Mar.15 a aũt mane: et ipsi non introierũt in
Luc.22 g pretorium, vt non contaminarent,
sed vt manducarẽt pascha. Exiuit
ergo Pilat⁹ ad eos foras, et dixit,
Quam accusationẽ affertis aduer-
sus hominẽ hunc? Responderũt et
dixerunt ei, Si non esset hic male-
factor, nõ tibi tradidissemus eum.
Dixit ergo eis Pilat⁹, Accipite eũ
vos: et secundum legẽ vestram iu-
dicate eũ. Dixerunt ergo ei Judei,
Nobis nõ licet interficere quenquam.
Vt sermo Jesu impleretur quẽ di-
Mat 20.c xit, significãs qua morte esset mo-
riturus. Introiuit ergo iterum in
Mat.27b pretorium Pilatus: et vocauit Je-
Mar.14a sum, et dixit ei, Tu es rex iudeorũ?
Luc.23.a Respondit Jesus, A temetipso hoc
dicis, an alii tibi dixerũt de me? Re-
spondit Pilat⁹, Nunquid ego Ju-
deus sum? Gens tua et pontifices,
tradiderunt te mihi. Quid fecisti?
Respõdit Jesus, Regnũ meum nõ
est de hoc mundo. si ex hoc mundo
esset regnũ meũ, ministri mei vtiqz
decertarẽt vt nõ traderer Judeis.
nunc autẽ regnũ meũ non est hinc.
Dixit itaqz ei Pilat⁹, Ergo rex es
tu? Respõdit Jesus, Tu dicis, qꝛ
rex sum ego. Ego in hoc nat⁹ sum,
et ad hoc veni in mũdum: vt testi-
monium perhibeã veritati. oĩs qui
est ex veritate, audit vocẽ meã. Di-
cit ei Pilat⁹, Quid est veritas? Et
cum hoc dixisset, iterũ exiuit ad Iu-
deos, ꝛ dicit eis, Ego nullã inuenio
in eo causam. Est aũt consuetudo Mat.27c
vobis vt vnũ dimittã vobis in pa- Mar.15 b
scha. vultis ergo dimittam vobis Luc.23 b
regem Judeorũ? Clamauerũt rur-
sum oẽs dicẽtes, Nõ hunc, sed Ba-
rabbã. Erat aũt Barabbas, latro.

CAPVT. XIX.

Tunc ergo apprehẽdit Pila- A
tus Jesum, ꝛ flagellauit. Et Mat.27c
milites plectentes coronã de mar.15.b
spinis, imposuerunt capiti eius: et
veste purpurea circundederunt eũ.
Et veniebant ad eum, et dicebant,
Aue rex Judeorũ, et dabant ei ala-
pas. Exiuit ergo iterũ Pilat⁹, ꝛ di-
cit eis, Ecce adduco vobis eum fo-
ras, vt cognoscatis quia in eo nul-
lam inuenio causam. Exiuit ergo
Jesus foras, portans coronam spi-
neam, et purpureũ vestimentũ. Et
dicit eis, Ecce homo. Cum ergo vi-
dissent eum pontifices et ministri,
clamabant dicẽtes, Crucifige, cru-
cifige eũ. Dicit eis Pilatus, Acci-
pite eũ vos: et crucifigite. Ego eni
non inuenio in eo causam. Respõ-
derũt ei Judei, Nos legẽ habem⁹: B
et secundũ legẽ debet mori, quia fi-
lium dei se fecit. Cum ergo audisset
Pilat⁹ hũc sermonẽ, magis timuit.
Et ingressus est pretoriũ iterum: ꝛ
dicit ad Jesum, Unde es tu? Jesus
aũt respõsum nõ dedit ei. Dicit er-
go ei Pilatus, Mihi nõ loqueris?
nescis

nescis quia potestatē habeo crucifigere te, et potestatē habeo dimittere te? Respōdit Jesus, Nō haberes potestatē aduersum me vllam: nisi tibi datū esset desup. Propterea q me tradidit tibi, maius peccatū habet. Et exinde querebat Pilatꝰ dimittere eū. Judei aūt clamabāt dicētes, Si hūc dimittis, nō es amicus Cesaris. oīs enī qui se regē facit, cōtradicit Cesari. Pilatus aūt cum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum: et sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraice aūt Gabbatha. Erat aūt parasceue pasche hora quasi sexta: et dicit Judeis, Ecce rex vester. Illi aūt clamabāt, Tolle tolle, crucifige eū. Dicit eis Pilatus, Regē vestrū crucifigā? Responderūt pōtifices, Non habemꝰ regē, nisi Cesarem. Tūc ergo tradidit eis illū, vt crucifigeretur. Susceperūt aūt

Mat.27d Mar.15b Luc.23.e Jesum: et eduxerūt eū. Et baiulās sibi crucē, exiuit in eum qui dicitur Caluarie locū, Hebraice aūt Golgoltha: vbi crucifixerūt eū, et cū eo alios duos hinc et hinc, mediū aūt Jesum. Scripsit aūt et titulū Pilatus: et posuit sup crucē. Erat aūt scriptū, Jesus Nazarenus rex Judeorū. Hunc ergo titulū multi Judeorū legerunt: quia prope ciuitatē erat locꝰ vbi crucifixus est Jesus. Et erat scriptū Hebraice, Grece, et Latine. Dicebant ergo Pilato pōtifices Judeorū, Noli scribere, rex Judeorum: sed quia ipse dixit, Rex sum Judeorū. Respondit Pilatus,

Mat.27d Mar 15 b Luc.23 c Quod scripsi, scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eū: accepērūt vestimēta eiꝰ (et fecerūt quatuor partes: vnicuiq; militi partē) et tunicā. Erat aūt tunica incōsutilis, desup contexta per totum. Dixerūt ergo adinuicē, Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Ut scri-

Psal.21.c ptura impleretur, dicens, Partiti sunt vestimēta mea sibi: et in vestē meā miserūt sortē. Et milites quidem hec fecerunt. Stabant aūt iuxta crucem Jesu mater eius, et soror matris eius, Maria Cleophe, et Maria Magdalene. Cū vidisset ergo Jesus matrē et discipulū stātem quē diligebat, dicit matri sue, Mulier, ecce filius tuꝰ. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suā. Postea sciens Jesus quia oīa consummata sunt, vt cōsummaretur scriptura, dicit, Sitio. Uas aūt Psal.98c erat positum aceto plenū. Illi aūt spongiam plenā aceto, hyssopo circumponētes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Jesus acetū, dixit, Consummatum est. Et inclinato capite, tradidit spiritū. Judei ergo (quoniā parasceue erat) vt nō remanerēt in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frāgerentur eorum crura et tollerent. Uenerunt ergo milites, et primi qdem fregerunt crura, et alterius q crucifixus est cū eo. Ad Jesum aūt cum venissent, vt viderunt eū iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eiꝰ aperuit, et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: et verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt et vos credatis. Facta sunt enim hec, vt scriptura imple- Exo.12 g retur, Os non comminuetis ex eo. Nūer.9b Et iterum alia scriptura dicit, Uidebunt in quē transfixerunt. Post Zac.12.c hec autē rogauit Pilatum Joseph Mat.27g ab Arimathea, (eo q esset discipu- Mar.15d lus Jesu, occultus autem propter Luc.23g metum Judeorum) vt tolleret corpus Jesu. Et pmisit Pilatus. Uenit ergo, et tulit corpus Jesu. Uenit autem et Nicodemus qui vene- Sup.3.a. rat ad Jesum nocte primum, ferēs mixturam myrrhe et aloes quasi libras centū. Acceperunt aūt corpus

Jesu, et ligauerunt illud linteis cū
aromatib⁹, sicut mos ē Iudeis se-
pelire. Erat aūt ī loco vbi crucifix⁹
est, hortus: ⁊ in horto monumentū
nouum, in quo nondū quisquā po-
situs erat. Ibi ergo propter para-
sceuen Judeorum: quia iuxta erat
monumentum, posuerunt Jesum.

CAPVT. XX.

A
Mar.16 a Luc.24 a VNa autem sabbati Maria
Magdalene venit mane cū
adhuc tenebre essent ad mo-
numentū: et vidit lapidem sublatū
a monumēto. Cucurrit ergo et ve-
nit ad Simonem Petrū, ⁊ ad aliū
discipulum quem amabat Jesus, ⁊
dicit illis, Tulerūt dominū de mo-
numento, ⁊ nescimus vbi posuerūt
eum. Exiit ergo Petrus, et ille ali⁹
discipulus, et venerunt ad monu-
mentum. Currebāt aūt duo simul:
et ille alius discipulus precucurrit
citius Petro, ⁊ venit prim⁹ ad mo-
B numentū. Et cum se inclinasset, vi-
det posita linteamina, non tamen
introiuit. Venit ergo Simon Pe-
trus sequens eū: ⁊ introiuit in mo-
numentū, ⁊ vidit linteamina posi-
ta, et sudarium quod fuerat super
caput eius, nō cū linteaminib⁹ po-
situ, sed separatim inuolutū ī vnū
locū. Tunc ergo introiuit et ille di-
scipulus q̄ venerat primus ad mo-
numentum: et vidit et credidit. nō-
dum enim sciebant scripturā, quia
oporteret eū a mortuis resurgere.
C Abierunt ergo iterum discipuli ad
Mat.28.a semetipsos. Maria autē stabat ad
Mar.16 b monumētum, foris plorans. Dum
ergo fleret, inclinauit se et prospe-
xit in monumentum: et vidit duos
angelos in albis sedentes, vnū ad
caput et vnū ad pedes, vbi positū
fuerat corpus Jesu. Dicunt ei illi,
Mulier, q̄d ploras? Dicit eis, Quia
tulerunt dominū meū: et nescio vbi
posuerunt eū. Hec cū dixisset, con-
uersa est retrorsum, ⁊ vidit Jesum
stantem: et non sciebat quia Jesus
est. Dicit ei Jesus, Mulier, q̄d plo- D
ras? quem queris? Illa existimans
quia hortulan⁹ esset, dicit ei, Dn̄e,
si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi
posuisti eū: et ego eū tollā. Dicit ei
Iesus, Maria. Cōuersa illa dicit ei
Rabboni, q̄d dicitur magister. Di-
cit ei Jesus, Noli me tangere. nō-
dum enī ascēdi ad patrē meū. Va-
de aūt ad fratres meos, et dic eis, E
Ascendo ad patrē meum et patrem
vestrū, deū meū et deū vestrū. Ve-
nit Maria Magdalene annūtiās
discipulis, Quia vidi dn̄m, et hec
dixit mihi. Cum ergo sero esset die Mat.16 c
illo, vna sabbatorū, et fores essent Luc.24 f
clause, vbi erāt discipuli cōgregati
propter metū Judeorū, venit Je-
sus et stetit in medio, et dicit eis,
Pax vobis. Et cum hec dixisset, o- I.co.15 a
stendit eis manus et latus. Gauisi
sunt ergo discipuli, viso dn̄o. Dixit
ergo eis iterum, Pax vobis: sicut
misit me pater, et ego mitto vos.
Hec cum dixisset, insufflauit ⁊ dicit F
eis, Accipite spiritū sanctum, quo- Mat.18.c
rum remiseritis peccata, remittun-
tur eis: et quorum retinueritis, re-
tenta sunt. Thomas autē vnus ex
duodecim, q̄ dicitur Didymus, nō
erat cum eis quando venit Jesus.
Dixerūt ergo ei alii discipuli, Vi-
dimus dominū. Ille autē dixit eis,
Nisi videro in manib⁹ eius fixurā
clauorū, et mittā digitū meū in lo-
cum clauorū, et mittā manū meam
in latus ei⁹: nō credā. Et post dies
octo, iterum erāt discipuli eius in-
tus, et Thomas cū eis. Venit Je-
sus ianuis clausis, ⁊ stetit ī medio,
et dixit eis, Pax vobis. Deinde di-
cit Thome, Infer digitū tuū huc, G
et vide manus meas: et affer manū
tuam, et mitte in latus meū: et noli
esse incredulus, sed fidelis. Respō-
dit Thomas, et dixit ei, Dominus
meus, et deus me⁹. Dicit ei Jesus,
Quia vidisti me Thoma, credidi-
sti: beati q̄ nō viderūt ⁊ crediderūt.

Multa

Multa quidē ⁊ alia signa fecit Je-
sus in cōspectu discipuloꝝ suoꝝ,
que non sunt scripta in libro hoc.
Hec autē scripta sunt, vt credatis
quia Jesus est Christus filius dei:
et vt credentes, vitam habeatis in
nomine eius.

CAPVT. XXI.

A Postea manifestauit se iterū
Jesus ad mare Tiberiadis.
Manifestauit aūt sic: Erant
simul Simō Petrus ⁊ Thomas, q̄
dicitur Didym⁹, et Nathanael qui
erat a Cana Galilee, et filii Zebe-
dei, et alii ex discipulis eius, duo.
Dicit eis Simō Petrus, Vado pi-
scari. Dicunt ei, Venim⁹ et nos te-
cum. Et exierūt, et ascenderunt in
nauim: et illa nocte nihil prendide-
B runt. Mane aūt facto, stetit Jesus
in littore: non tamen cognouerunt
discipuli q̄a Jesus est. Dicit ergo
eis Jesus, Pueri, nunquid pulmē-
tarium habetis? Responderunt ei,
Non. Dixit eis, Mittite in dexte-
ram nauigii rete: et inuenietis.
Miserunt ergo: ⁊ iam non valebāt
illud trahere pre multitudine pisci-
um. Dicit ergo discipulus ille quē
diligebat Jesus, Petro, Dominus
C est. Simon Petrus cū audisset q̄a
domin⁹ est: tunica succinxit se (erat
enim nud⁹) et misit se in mare. Alii
autē discipuli nauigio venerūt (nō
enim longe erant a terra, sed quasi
cubitis ducētis) trahentes rete pi-
scium. Vt ergo descenderūt in ter-
ram, viderunt prunas positas, et
piscem superpositum et panē. Di-
cit eis Jesus, Afferte de piscibus
quos prendidistis nunc. Ascendit
Simō Petrus, ⁊ traxit rete in ter-
ram, plenū magnis piscib⁹, centū
quinquaginta tribus. Et cū tot es-
sent, non est scissum rete. Dicit eis
D Jesus, Venite, prandete. Et nemo
audebat discentiū interrogare eū,
Tu quis es? scientes quia domin⁹
est. Et venit Jesus, ⁊ accepit panē
et dabat eis, et piscē similiter. Hoc
iam tertio manifestatus est Jesus
discipulis suis, cū surrexisset a mor-
tuis. Cum ergo prandissent, dicit
Simoni Petro Jesus, Simon Jo-
na, diligis me plus his? Dicit ei, E
Etiam Domine, tu scis quia amo
te. Dicit ei, Pasce agnos meos.
Dicit ei iterum, Simon Jona,
diligis me? Ait illi, Etiam domi-
ne, tu scis quia amo te. Dicit ei,
Pasce agnos meos. Dicit ei ter-
tio, Simon Jona, amas me? Con-
tristatus est Petrus, quia dixit ei
tertio, amas me: et dixit ei, Domi-
ne, tu omnia scis: tu scis quia amo
te. Dicit ei, Pasce oues meas. Amē F
amen dico tibi, cū esses iunior, cin- 2. Pet. 1. c
gebas te, et ambulabas vbi vole-
bas: cum autem senueris, extendes
manus tuas, et alius te cinget, et
ducet quo tu non vis. Hoc autē di-
xit, significās qua morte clarifica-
turus esset deum. Et cum hoc dixis-
set, dicit ei, Sequere me. Cōuersus
Petrus vidit illum discipulū quē
diligebat Jesus, sequentem, qui et
recubuit in cena super pectus eius:
et dixit, Domine quis est q̄ tradet
te? Hunc ergo cū vidisset Petrus,
dicit Jesu, Domine, hic aūt quid?
Dicit ei Jesus, Si eum volo mane- G
re donec veniam: quid ad te? tu me
sequere. Exiuit ergo sermo iste in-
ter fratres quia discipulus ille non
moritur. Et nō dixit ei Jesus, Nō
moritur: sed, Si eum volo manere
donec veniam, quid ad te? Hic est
discipul⁹ ille qui testimonium per-
hibet de his, et scripsit hec: et scim⁹
quia verum est testimonium eius.
Sunt autem et alia multa que fe-
cit Jesus: q̄ si scribātur p singula,
nec ipsum arbitror mundū capere
posse eos qui scribendi sunt, libros.

EVANGELII SECVNDVM IOANNEM, FINIS.

ACTA APOSTOLORVM.

A 
RIMVM
quidē sermo=
nē feci de om=
nibꝰ, o Theo=
ophile,que ce
pit Jesus fa=
cere ꝛ docere,
vsq; in diem
qua ꝓcipiens
apostolis per spiritū sanctū, quos
elegit, assumptus est: quibꝰ et pre=
buit seipsum viuū post passionem
suā in multis argumētis, per dies
quadraginta apparēs eis, ꝛ loquēs
de regno dei. Et cōuescens precepit
eis, ab Hierosolymis ne discederēt,
sed expectarēt promissionē patris,
Quā audistis(inquit)per os meū:
quia Joannes quidem baptizauit
Luc.24g aqua, vos aūt baptizabimini spiri
tu sancto,nō post multos hos dies.
Igitur qui cōuenerant,interroga=
bant eum dicentes, Dñe,si in tem=
pore hoc restitues regnum Israel?
Dixit aūt eis, Nō est vestrū nosse
B tempora vel momenta, q̄ pater po=
suit i sua ipsius potestate:sed acci=
pietis virtutē superueniētis spiri=
tus sancti in vos, et eritis mihi te=
stes in Hierusalem,et in omni Ju=
dea,et Samaria, et vsque ad vlti=
Luc.24g mum terre. Et cum hec dixisset, vi=
dentibꝰ illis,eleuatus est:et nubes
suscepit eū ab oculis eorū. Cumq;
intuerentur in celum, euntem illū:
ecce duo viri astiterunt iuxta illos
in vestibꝰ albis,qui ꝛ dixerūt, Viri
Galilei, qd statis aspicientes in ce=
lum? hic Jesus, qui assumptus est
a vobis in celum,sic veniet, quem=
admodū vidistis eū euntem i celū.
Tunc reuersi sunt Hierosolymam
a monte qui vocatur Oliueti, qui
est iuxta Hierusalē, sabbati habēs
iter. Et cū introissent, in cenaculū
ascenderūt vbi manebat Petrus ꝛ
Joānes,ꝛ Jacobꝰ ꝛ Andreas,Phi=
lippus ꝛ Thomas, Bartholomeꝰ ꝛ
Mattheus, Jacobꝰ Alphei ꝛ Simō
Zelotes, et Judas Jacobi. hi oēs C
erāt perseuerātes vnanimit in ora
tione ꝛ obsecratione cū mulieribus
et Maria matre Jesu,et fratribus
eius. In diebus his exurgens Pe=
trus in medio fratrum dixit(Erat
aūt turba nominū simul, fere cen=
tum viginti)Viri fratres,oportet
impleri scripturā quā predixit spi=
ritus sanctus ꝑ os Dauid de Juda
qui fuit dux eorum qui comprehē= Ps. 40.c
derunt Jesum: qui connumeratus Ioā.18.a
erat in nobis,et sortitus erat sortē
ministerii huius. Et hic quidē pos=
sedit agrū de mercede iniquitatis,
et suspensus crepuit medius,ꝛ dif= Mat.17a
fusa sunt oīa viscera eius. Et notū
factū est omnibꝰ habitantibꝰ Hie=
rusalē : ita vt appellaretur ager il=
le, lingua eorū, Aceldema, hoc est,
ager sanguinis. Scriptū est eni in D
libro psalmorū, Fiat cōmoratio eo= Psa.68.c
rum deserta:et nō sit qui inhabitet
in ea. Et episcopatū eius accipiat Ps.108.b
alter. Oportet ergo ex his viris q̄
nobiscum sunt congregati in oī tē=
pore,quo intrauit et exiuit int nos
dominus Jesus,incipiēs a baptis=
mate Joānis vsque i diem qua as=
sumptꝰ est a nobis,testem resurre=
ctionis eius nobiscum fieri vnū ex
istis. Et statuerunt duos, Joseph,
qui vocatur Barsabas, qui cogno=
minatus est Justus: et Mathiam.
Et orantes dixerunt, Tu domine,
qui corda nosti omniū,ostende quē
elegeris ex his duobꝰ vnum, acci=
pere locum ministerii huius ꝛ apo=
stolatꝰ, de quo preuaricatꝰ est Ju=
das vt abiret in locum suū. Et de=
derunt sortes eis: ꝛ cecidit sors su=
per Mathiam, ꝛ annumeratus est
cum vndecim apostolis.

Caput.

CAPVT. II.

A Et cum cōplerentur dies pen-
tecostes, erant omnes pariter
in eodem loco: et factus est re-
pente de celo sonus, tanquā adue-
nientis spirit⁹ vehemētis, et reple-
uit totam domū vbi erāt sedentes.
Et apparuerūt illis dispertite lin-
gue tāquā ignis, seditq̄ sup singu-
los eorū: et repleti sunt omnes spi-
ritu sancto, et ceperūt loqui variis
linguis prout spirit⁹ sanct⁹ dabat
eloqui illis. Erant aūt in Hierusa-
lem habitantes Judei, viri religio-
si ex omni natione que sub celo est.
Facta aūt hac voce, conuenit mul-
titudo, et mente cōfusa est, quoniā
audiebat vnusquisq̄ lingua sua il-
B los loquentes. Stupebāt aūt om-
nes, et mirabātur, adinuicē dicen-
tes, Nonne ecce omnes isti qui lo-
quuntur, Galilei sunt? et quomodo
nos audiuimus vnusquisq̄ linguā
nostrā, in qua nati sum⁹? Parthi,
et Medi, et Elamite, ⁊ qui habitāt
Mesopotamiam, Judeam, ⁊ Cap-
padociā, Pontum, ⁊ Asiam, Phry-
giam, et Pamphiliam, Egyptum,
et partes Libye que est circa Cyre-
nē, ⁊ aduene Romani, Judei quoq̄
et Proselyti, Cretes, ⁊ Arabes: au-
dim⁹ eos loquētes nostris linguis
magnalia dei. Stupebant aūt oēs,
et mirabantur, adinuicē dicentes,
Quidnam vult hoc esse? Alii autē
irridentes, dicebant, Musto pleni
C sunt isti. Stans autē Petrus cum
vndecim, leuauit vocem suā, et lo-
cutus est eis, Viri Judei, ⁊ qui ha-
bitatis Hierusalē vniuersi, hoc vo-
bis notum sit, et auribus percipite
verba mea. Non enim sicut vos e-
stimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora
diei tertia: sed hoc est quod dictum
Joel. 2. g est per prophetam Joel, Et erit in
nouissimis dieb⁹, dicit dn̄s, effun-
dam de spiritu meo super oēm car-
nem: et prophetabunt filii vestri et
filie vestre, et iuuenes vestri visio-
nes videbūt, ⁊ seniores vestri som-
nia somniabunt. Et quidem super
seruos meos, et sup ancillas meas
in diebus illis effundam de spiritu
meo, et prophetabūt: et dabo pro-
digia in celo sursum, ⁊ signa in ter-
ra deorsum, sanguinem et ignem ⁊
vaporem fumi. Sol cōuertetur in
tenebras, ⁊ luna in sanguinē, ante-
quam veniat dies domini magnus
et manifestus. Et erit: oīs quicūq̄ Ro. 10. c
inuocauerit nomē dn̄i, saluus erit.
Viri Jsraelite audite vba hec, Je-
sum Nazarenū virum approbatū D
a deo in vobis virtutibus ⁊ prodi-
giis ⁊ signis que fecit deus p illū in
medio vestri, sicut vos scitis: hunc
definito consilio et prescientia Dei
traditum, per manus iniquorū af-
fligentes, interemistis. quem deus
suscitauit solutis dolorib⁹ inferni,
iuxta quod impossibile erat teneri
illum ab eo. Dauid eni dicit in eū,
Prouidebam dominū in conspectu Psal. 15. c
meo semper: quoniam a dextris est
mihi ne cōmouear. propter hoc le-
tatū est cor meū, ⁊ exultauit lingua
mea: insuper ⁊ caro mea requiescet
in spe. Quoniā nō derelinques ani- E
mam meā i inferno, nec dabis san-
ctū tuū videre corruptionē. Notas
mihi fecisti vias vite: replebis me
iucunditate cū facie tua. Viri fra-
tres, liceat audenter dicere ad vos
de patriarcha Dauid, quoniam et 3 Re. 2. b
defunctus est, ⁊ sepult⁹ est: et sepul-
chrum eius est apud nos, vsque in
hodiernum diem. Propheta igitur
cum esset, et sciret quia iureiurādo Psalmo.
iurasset illi deus de fructu lumbi ei⁹ 131. c.
sedere super sedem eius: prouidens
locut⁹ est de resurrectione Christi,
q̄a neq̄ derelict⁹ est i inferno, neq̄
caro eius vidit corruptionē. Hunc
Jesum resuscitauit de⁹, cuius nos
oēs testes sumus. Dextera igitur
dei exaltatus, ⁊ promissione spirit⁹
sancti accepta a patre, effudit hoc
donū quod vos videtis et auditis.

Non

E Nō enim Dauid ascēdit in celum:
Ps.109.a dicit autem ipse, Dixit domin⁹ do=
mino meo, sede a dextris meis, Do=
nec ponam inimicos tuos, scabellū
pedum tuo℞. Certissime sciat ergo
omnis domus Israel quia ⁊ domi=
num eum, et Christum fecit deus,
hunc Jesum, quē vos crucifixistis.
His autem auditis, cōpuncti sunt
corde, et dixerunt ad Petrum et ad
reliquos apostolos, Quid faciem⁹
viri fratres? Petrus aūt ad illos,
Penitentiam (inquit) agite, et ba=
ptizetur vnusquisq₃ vestrum in no=
mine Jesu Christi ī remissionē pec=
catorum vestrorū: et accipietis do=
num spirit⁹ sancti. Vobis enim est
repromissio, et filiis vestris, et om=
nibus qui longe sunt, quoscūq₃ ad=
uocauerit dn̄s deus noster. Aliis e=
tiā verbis plurimis testificat⁹ est, ⁊
C exhortabat eos, dicēs, Saluamini
a generatiōe ista praua. Qui ergo
receperūt sermonem ei⁹, baptizati
sunt: et apposite sunt in die illa aīe
circiter tria millia. Erant aūt per=
seuerantes in doctrina apostolorū,
et cōmunicatione, fractione panis
et orationib⁹. Fiebat aūt oī aīe ti=
mor: multa quoq₃ prodigia ⁊ signa
per apostolos fiebant in Hierusa=
lem, et metus erat magnus in vni=
uersis. Omnes etiā qui credebant,
erant pariter, et habebant omnia
communia. Possessiones et substā=
tias vendebant, et diuidebant illa
omnib⁹ prout cuiq₃ op⁹ erat. Quo=
tidie quoq₃ pdurantes vnanimiter
in tēplo, ⁊ frāgētes circa domos pa
nē, sumebāt cibū cum exultatiōe et
simplicitate cordis, collaudātes de=
um, et habentes gratiā ad omnem
plebē. Dominus autē augebat qui
salui fierent quotidie in idipsum.

CAPVT. III.

A PEtrus autem et Joannes a=
scendebant in templū, ad ho=
ram orationis nonā. Et qui=
dam vir qui erat claudus ex vtero
matris sue, baiulabatur: quem po=
nebāt quotidie ad portam templi,
que dicitur Speciosa, vt peteret e=
leemosynā ab introeuntibus in tē=
plum. Is cum vidisset Petrum et
Joannem incipiētes introire in tē=
plum, rogabat vt eleemosynam ac
ciperet. Intuēs autem in eum Pe=
trus cum Joanne, dixit, Respice
in nos. At ille intēdebat in eos, spe=
rās se aliquid accepturum ab eis.
Petrus autem dixit, Argentum et
aurum non est mihi: quod aūt ha=
beo, hoc tibi do, In nomine Jesu
Christi Nazareni surge, ⁊ ambula.
Et apprehensa manu eius dextra, B
alleuauit eum, et protinus consoli=
date sunt bases eius et plante. Et
exiliens, stetit, et ambulabat: et in=
trauit cū illis in templū ambulās,
et exiliens, et laudans deum. Et vi=
dit omnis populus eum ambulan=
tem, et laudantem deum. Cogno=
scebāt autem illum ꝙ ipse erat qui
ad eleemosynam sedebat ad specio=
sam, portam templi: ⁊ impleti sunt
stupore et extasi in eo quod cōtige=
rat illi. Cum teneret autem Petrū
et Joānem, cucurrit omnis popu=
lus ad eos ad porticum que appel=
latur Salomonis, stupentes. Vi=
dens autem Petrus, Respōdit ad
populum, Viri Israelite, quid mi=
ramini in hoc, aut nos quid intue=
mini, quasi nostra virtute aut po=
testate fecerimus hunc ambulare?
Deus Abraham, et deus Isaac, et
deus Jacob, deus patrum nostro=
rum glorificauit filiū suum Iesum,
quem vos quidem tradidistis ⁊ ne= Mat.27.c
gastis ante faciem Pilati, iudicā= mar.15.b
te illo dimitti. Vos autē sanctum Luc.23.c
et iustum negastis, et petistis virū Ioā.18.g
homicidam donari vobis: authorē C
vero vite interfecistis, quem deus
suscitauit a mortuis, cuius nos te=
stes sumus. Et in fide nominis ei⁹,
hunc quē vos videtis et nostis, cō=
firmauit nomen eius: et fides que
per

per eum est, dedit integram sanita-
tem istam in cōspectu omnium ve-
strū. Et nunc fratres scio quia per
ignorantiam fecistis, sicut et prin-
cipes vestri. Deus autem que pre-
nuntiauit per os omnium prophe-
tarum pati Christū suū, impleuit
sic. Penitemini igitur et conuerti-
mini, vt deleantur peccata vestra:
vt cum venerint tempora refrigerii
a conspectu domini, et miserit eum
q̄ predicat⁹ est vobis Iesum Chri-
D stum, quem oportet quidem celum
suscipere vsq; in tempora restituti-
onis omnium que locutus est deus
per os sanctorum suorum a seculo
prophetarum. Moyses quidem di-
Deu.15 c xit, Quoniam prophetam suscita-
bit vobis dominus deus vester de
fratrib⁹ vestris tanquā me: ipsum
audietis iuxta omnia quecunq; lo-
cutus fuerit vobis. Erit autē: om-
nis anima q̄ non audierit prophe-
tam illū, exterminabitur de plebe.
Et omnes prophete, a Samuel, et
deinceps qui locuti sunt, etiam an-
nuntiauerunt dies istos. Vos estis
filii prophetarū et testamēti, quod
disposuit deus ad patres nostros,
Gen.22 c dicēs ad Abrahā, Et in semine tuo
benedicentur omnes familie terre.
Vobis primum deus suscitans fi-
lium suum misit eum benedicentē
vobis: vt conuertat se vnusquisq;
a nequitia sua.

CAPVT. IIII.

A Loquentibus aūt illis ad po-
pulum, superuenerunt sacer-
dotes et magistratus templi,
et sadducei dolentes ꝙ docerēt po-
pulum, ⁊ annuntiarent in Iesu re-
surrectionem ex mortuis: et iniece-
rūt in eos manus, et posuerūt eos
in custodiā in crastinum. erat autē
iam vespera. Multi autem eorum
qui audierāt verbum, crediderūt:
et factus est numerus viror, quinq;
millia. Factum est autem in crasti-
num, vt congregarentur principes
eorum, et seniores, et scribe in Hie-
rusalem, et Annas princeps sacer-
dotum, et Caiphas, et Ioannes, et
Alexander, et quotquot erāt de ge-
nere sacerdotali. Et statuentes eos B
in medio, interrogabāt, in qua vir-
tute aut in quo nomine fecistis hoc
vos? Tunc Petr⁹ repletus spiritu
sancto, dixit ad eos, Principes po-
puli ⁊ seniores Israel, si nos hodie
diiudicamur in benefacto hoīs in-
firmi, in quo iste saluus factus est,
notū sit oībus vobis ⁊ oī plebi Is-
rael, ꝙ ī noīe dn̄i nostri Iesu Chri-
sti Nazareni quē vos crucifixistis,
quē de⁹ suscitauit a mortuis, ī hoc
iste astat coram vobis san⁹. Hic est Ps.117.d
lapis qui reprobatus est a vobis e- Mat.21 d
dificantib⁹, qui factus est in caput Mar.12 a
anguli: et non est in alio aliquo sa- Luc.20 c
lus. Nec enim aliud nomen est sub Esa.28.d
celo datum hominibus, in quo o- 1.pet.2.a
porteat nos saluos fieri. Videntes Rom.9 g
autem Petri constantiam ⁊ Ioan- C
nis, cōperto ꝙ homines essent sine
literis et idiote, admirabantur, et
cognoscebant eos quoniā cum Ie-
su fuerant: hominem quoq; viden-
tes stātem cum eis qui curatus fu-
erat, nihil poterant contradicere.
Iusserūt aūt eos foras extra con-
cilium secedere: et conferebant ad-
inuicem dicentes, Quid faciemus
hominibus istis? quoniam quidem
notum signum factum est per eos
omnibus habitantibus Hierusalē,
manifestū est: et non possumus ne-
gare. Sed ne amplius diuulgetur D
in populum, comminemur eis, ne
vltra loquantur in *nomine* hoc vl-
li hominum. Et vocantes eos, de-
nuntiauerunt ne omnino loquerē-
tur neq; docerent in nomine Iesu.
Petrus vero et Ioannes respon-
dentes, dixerunt ad eos, Si iustum
est in conspectu dei, vos potius au-
dire q̄ deū, iudicate. non enim pos-
sumus que vidimus et audiuimus
non loqui. At illi comminātes, di-

miserũt eos: nõ inuenientes quomõ
punirent eos, propt populũ: q̃a oẽs
clarificabãt id quod factum fuerat
in eo quod acciderat. Annorũ enim
erat amplius quadragita homo in
quo factum fuerat signum istud sa
E nitatis. Dimissi autem, venerunt
ad suos: et annũtiauerũt eis quãta
ad eos principes sacerdotum et se-
niores dixissent. Qui cũ audissent,
vnanimiter leuauerunt vocem ad
deum, et dixerunt, Domine, tu es
qui fecisti celum et terram, mare et
omnia que in eis sunt, qui spiritu
sancto per os patris nostri Dauid
pueri tui dixisti, Quare fremuerũt
gentes, et populi meditati sunt in-
Psal.2.a. ania? Astiterũt reges terre, et prin-
cipes conuenerũt in vnũ aduersus
dominum, et aduersus Christum e-
F ius. Conuenerunt enim vere in ci-
uitate ista aduersus sanctum pue-
rum tuum Jesum quẽ vnxisti, He-
rodes, et Pontius Pilatus, cũ gen-
tibus et populis Israel facere que
manus tua et consilium tuum de-
creuerunt fieri. Et nũc domine re-
spice in minas eorum, et da seruis
tuis cum omni fiducia loqui verbũ
tuum, in eo q̃ manum tuam exten-
das ad sanitates et signa et prodi-
gia fieri per nomẽ sancti filii tui Je-
su. Et cum orassent, motus est loc⁹
in quo erant congregati: et repleti
sunt omnes spiritu sancto, et loque-
G bantur verbũ dei cũ fiducia. Mul-
titudinis autẽ credentium erat cor
vnum et anima vna: nec quisquam
eorum que possidebat, aliquid suũ
esse dicebat, sed erãt illis oia com-
munia. Et virtute magna reddebãt
apostoli testimonium resurrectiõis
Jesu Christi domini nostri: et gra-
tia magna erat in oibus illis. Neq̃
enim quisquã egẽs erat inter illos.
Quotquot enim possessores agro-
rum aut domorum erant, venden-
tes afferebant pretia eorũ que ven-
debãt, et ponebãt ante pedes apo-
stolorum. Diuidebatur autem sin-
gulis prout cuiq̃ op⁹ erat. Joseph
autem qui cognominatus est Bar-
nabas ab apostolis, (quod est inter-
pretatum, filius cõsolationis) Le-
uites, Cypri⁹ genere, cum haberet
agrum, vẽdidit eum, et attulit pre-
tiũ, et posuit ante pedes apostolorũ.

CAPVT. V.

Vir aũt quidã nomine Ana- A
nias cum Sapphira vxore
sua vendidit agrum, et frau-
dauit de pretio agri, conscia vxore
sua: et afferens partem quandam,
ad pedes apostolorum posuit. Di-
xit autẽ Petr⁹ ad Ananiam, Ana-
nia, cur tentauit satanas cor tuum
mẽtiri te spiritui sancto, et frauda-
re de pretio agri? Nonne manens
tibi manebat, et venundatũ in tua
erat potestate? Quare posuisti in
corde tuo hanc rem? Non es men-
titus hominibus, sed deo. Audiens
autem Ananias hec verba, cecidit,
et expirauit. Et fact⁹ est timor ma- B
gnus super omnes qui audierunt.
Surgẽtes autem iuuenes, amoue-
runt eum, et efferentes sepelierunt.
Factum est autem quasi horarum
trium spatium, et vxor ipsius, ne-
sciẽs quod factũ fuerat, introiuit.
Dixit aũt ei Petr⁹, dic mihi mulier,
si tanti agrum vendidistis? At illa
dixit, Etiam, tanti. Petrus autem
ait ad eã, Quid vtiq̃ conuenit vo-
bis tentare spiritum domini? Ecce
pedes eorum qui sepelierũt virum
tuum, ad ostium: et efferent te. Cõ-
festim cecidit ante pedes eius, et ex-
pirauit. Intrãtes autem iuuenes,
inuenerunt illam mortuam: et ex-
tulerunt et sepelierunt ad virũ su-
um. Et factus est timor magnus in
vniuersa ecclesia, et in omnes qui
audierũt. Per manus autem apo- C
stolorum fiebant signa et prodigia
multa in plebe. Et erant vnanimi-
ter omnes in porticu Salomonis.
Ceterorũ aũt nemo audebat se con-

tangere illis: sed magnificabat eos
populus. Magis aũt augebat cre-
dentium in dño, multitudo virorũ
ac mulierũ: ita vt in plateas eiice-
rent infirmos, & ponerẽt in lectulis
ac grabatis, vt veniẽte Petro saltẽ
vmbra illi⁹ obũbraret quenquã il-
lorũ, et liberarẽtur oẽs ab infirmi-
tatib⁹ suis. Cõcurrebat aũt & mul-
titudo vicinarũ ciuitatũ, Hierusa-
lem, afferentes egros et vexatos a
spiritib⁹ immũdis: qui curabantur
D oẽs. Exurgẽs aũt pˀceps sacerdo-
tum et oẽs qui cũ illo erant, que est
heresis sadduceorũ, repleti sunt ze-
lo: & iniecerunt man⁹ in apostolos,
et posuerũt eos ĩ custodia publica.
Angelus aũt dñi per noctẽ aperiẽs
ianuas carceris, et educẽs eos, di-
xit, Ite: & stãtes loquimini in tẽplo
plebi oĩa verba vite huius. Qui cũ
audissent, intrauerunt diluculo in
templũ, et docebãt. Adueniens aũt
pˀceps sacerdotũ et qui cum eo e-
rant, cõuocauerunt conciliũ, & oẽs
seniores filiorũ Israel: et miserunt
ad carcerẽ, vt adducerẽtur. Cũ aũt
venissent ministri, & aperto carcere
non inuenissent illos: reuersi nũti-
E auerunt dicẽtes, Carcerẽ quidẽ in-
uenimus clausũ cum oĩ diligentia,
et custodes stantes ante ianuas: a-
periẽtes aũt, neminẽ intus inueni-
mus. Vt aũt audierũt hos sermo-
nes magistratus tẽpli et principes
sacerdotũ, ambigebant de illis qd-
nam fieret. Adueniens aũt quidam
nuntiauit eis, Quia ecce viri quos
posuistis in carcerẽ, sunt in templo
stãtes, & docẽtes populũ. Tũc abiit
magistratus cũ ministris, & addu-
xit illos sine vi. timebant eni ppu-
lũ, ne lapidarent. Et cũ adduxissẽt
illos, statuerũt in cõcilio. Et inte-
rogauit eos pˀceps sacerdotũ, dicẽs,
Precipiẽdo precepim⁹ vobis ne do-
ceretis in noie isto: et ecce replestis
Hierusalẽ doctrina vestra, & vultis
inducere super nos sanguinẽ hois

istius. Respondens autem Petrus
et apostoli, dixerũt, Obedire opor-
tet deo magis, q̃ hominibus. De-
us patrum vestrorũ suscitauit Je-
sum, quẽ vos interemistis suspen-
dentes in ligno. Hunc principem et F
saluatorem deus exaltauit dextera
sua, ad dandã penitentiã Israel, et
remissionẽ peccatorũ. & nos sumus
testes horũ verborũ, et spirit⁹ san-
ctus quẽ dedit de⁹ oib⁹ obedientib⁹
sibi. Hec cũ audissent, dissecabant:
et cogitabãt interficere illos. Surgẽs
aũt quidã ĩ cõcilio phariseus, noie
Gamaliel, legis doctor, honorabi-
lis vniuerse plebi, iussit foras mo-
dicũ apostolos secedere: dixitq; ad
illos, Viri Israelite, attendite vo-
bis sup hoibus istis qd acturi sitis.
Ante hos eni dies extitit Theudas
dicẽs se esse aliquem, cui consensit
numer⁹ viror circit quadringẽto-
rum, qui occisus est: et oẽs qui cre-
debãt ei, dissipati sunt, & redacti ad G
nihilũ. Post hũc extitit Judas Ga-
lileus in dieb⁹ pfessionis, & auertit
populũ post se, et ipse periit: et oẽs
quotquot cõsenserũt ei, dispsi sunt.
Et nũc dico vobis, discedite ab ho-
minib⁹ istis, et sinite illos: quoniã
si est ex hominib⁹ cõsiliũ hoc aut o-
pus, dissoluetur: si vero ex deo est,
non poteritis dissoluere, ne forte et
deo repugnare videamini. Cõsen-
serunt autem illi. Et conuocantes
apostolos, cesis denuntiauerũt ne
omnino loquerẽtur in noie Jesu, &
dimiserunt eos. Et illi quidẽ ibant
gaudẽtes a cõspectu cõcilii, qa digni
habiti sunt p noie Jesu cõtumeliã
pati. Omni aũt die nõ cessabant in
templo et circa domos docentes, et
euangelizantes Jesum Christum.

CAPVT. VI.

In diebus autem illis, crescente A
numero discipulorum, factũ est
murmur Grecor aduersus He-
breos, eo q despicerent in ministe-
rio quotidiano vidue eorũ. Cõuo-

cantes aũt duodecim, multitudinẽ
discipulorũ, dixerũt, Nõ est equũ,
nos derelinquere verbũ dei, ⁊ mini=
strare mensis. Cõsiderate ergo fra=
tres, viros ex vobis boni testimo=
nii septẽ, plenos spiritu sctõ ⁊ sapi=
entia, quos cõstituamus super hoc
B opus. Nos vero, orationi ⁊ ministe
rio verbi instãtes erimus. Et placuit
sermo corã oĩ multitudine. Et ele=
gerũt Stephanũ virũ plenũ fide ⁊
spiritu sctõ, et Philippum, et Pro=
chorũ, et Nicanorẽ, ⁊ Timonem, ⁊
Parmenã, ⁊ Nicolaũ aduenã An=
tiochenũ. Hos statuerũt ante con=
spectũ apostolorũ: ⁊ orãtes iposue=
runt eis manus. Et verbũ dei cre=
scebat, ⁊ multiplicabat numer⁹ di=
C scipulorũ i Hierusalẽ valde: multa
etiam turba sacerdotum obediebat
fidei. Stephanus aũt plenus gra=
tia ⁊ fortitudine faciebat prodigia
et signa magna i populo. Surrexe=
runt aũt quidã de synagoga, q̃ ap=
pellatur Libertinorũ ⁊ Cyrenensiũ,
et Alexandrinorũ, et eorũ q̃ erant a
Cilicia et Asia, disputãtes cũ Ste=
phano: et non poterãt resistere sa=
pientie et spiritui qui loquebatur.
Tunc submiserũt viros, qui dice=
D rent se audiuisse eũ dicẽtem verba
blasphemie in Moysen et deũ. Cõ=
mouerũt itaq; plebẽ, et seniores, et
scribas: et cõcurrentes rapuerunt
eum, et adduxerunt in cõcilium, et
statuerunt falsos testes q̃ dicerent,
Homo iste nõ cessat loqui verba ad=
uersus locũ sanctũ et legẽ. audiui=
mus enim eum dicẽtem qm̃ Jesus
Nazarenus hic, destruet locũ istũ,
⁊ mutabit traditiones quas tradi=
dit nobis Moyses. Et intuẽtes eũ
oẽs q̃ sedebãt in cõcilio, viderũt fa=
ciem eius tanquam faciem angeli.

CAPVT. VII.

A Dixit autẽ princeps sacerdo=
tum, Si hec ita se habent?
Qui ait, Viri fratres ⁊ pa=
tres audite. Deus glorie apparuit
patri nostro Abrahe cũ esset in Me=
sopotamia, prius q̃ moraretur in
Charan, ⁊ dixit ad illũ, Exi de ter= Gen.12 a
ra tua, et de cognatione tua, ⁊ veni
in terrã quã mõstrauero tibi. Tũc Gen.11 d
exiit de terra Chaldeorũ, ⁊ habita=
uit in Charan. Et inde postq̃ mor=
tuus est pater eius, trãstulit illũ in
terrã istã, in qua nunc vos habita=
tis. Et nõ dedit illi hereditatem in
ea nec passum pedis: sed repromisit
dare illi eã in possessionẽ, et semini
eius post ipsum cũ nõ haberet fili=
um. Locutus est aũt ei deus, Quia Gen.15 c
erit semen eius accola in terra ali=
ena, ⁊ seruituti eos subiiciẽt, ⁊ ma=
le tractabũt eos annis quadringẽ=
tis: et gentẽ cui seruierit, iudicabo
ego, dicit dñs. et post hec exibunt, ⁊
seruiẽt mihi i loco isto. Et dedit illi
testamentũ circũcisionis, et sic ge= Ge.17.b
nuit Isaac, et circuncidit eum die Gen.21 a
octauo: et Isaac, Jacob: et Jacob Gen.25 c
duodeci patriarchas. Et patriarche Ge.29.f
emulantes, Joseph vendiderũt in g.&.30.a
Egyptũ. et erat de⁹ cũ eo: ⁊ eripuit B
eũ ex oĩbus tribulationib⁹ eius, et &.35.e
dedit ei gratiã ⁊ sapiẽtiã i cõspectu Gen.17f
Pharaonis regis Egyptiorũ, ⁊ cõ=
stituit eũ prepositũ sup Egyptũ et Ge.41.e
super oẽm domũ suã. Venit aũt fa=
mes i vniuersam Egyptũ, et Cha=
naan, ⁊ tribulatio magna: et nõ in=
ueniebãt cibos patres nostri. Cum
audisset autẽ Jacob esse frumentũ
in Egypto, misit patres nostros Ge.42.a
primũ: et in secũdo cognit⁹ est Jo=
seph a fratrib⁹ suis, ⁊ manifestatũ
est Pharaoni genus eius. Mittẽs Ge.45.a
aũt Joseph, accersiuit Iacob patrẽ
suũ, ⁊ omnẽ cognationẽ suã in ani=
mab⁹ septuagintaquinque. Et de= Ge.46.a
scendit Jacob in Egyptũ: ⁊ defun= Ge.49 d
ctus est ipse ⁊ patres nostri. Et trãs= Ge.50.b
lati sunt in Sichẽ, et positi sunt in
sepulchro qđ emit Abraham pretio
argenti a filiis Emor filii Sichem. Gen.23 a
Cum aũt appropinquaret tempus C
promissionis, quã cõfessus erat de⁹ Exod.1 a
Abrahe,

Abrahe,creuit populus & multipli-
catus est i Egypto,quoadusqȝ sur-
rexit alius rex in Egypto, qui non
sciebat Ioseph. Hic circumueniēs
genus nostrum,afflixit patres no-
stros: vt exponerēt infantes suos,
ne viuificarent. Eodē tēpore natꝰ
Exod.2 a est Moyses, & fuit gratus deo, qui
nutritꝰ est tribꝰ mensibꝰ in domo
patris sui. Exposito aūt illo,sustu
lit eū filia Pharaonis, et nutriuit
eū sibi in filiū. Et eruditꝰ est Moy
ses oī sapientia Egyptiorū:et erat
potens in verbis & in operibꝰ suis.
Cum aūt impleret ei quadraginta
annorū tēpus, ascendit in cor eius
vt visitaret fratres suos filios Is-
rael. Et cū vidisset quendā iniuriā
patientē, vindicauit illū: & fecit vl-
tionē ei q̄ iniuriā sustinebat, pcus-
so Egyptio. Existimabat aūt intel-
ligere fratres quoniā deus p manū
ipsius daret salutē illis. At illi non
intellexerūt. Sequēti vero die ap-
Exod.2 e paruit illis litigantibꝰ: & reconcili-
abat eos in pace,dicens, Viri fra-
D tres estis: vt qd nocetis alterutrū?
Qui autē iniuriā faciebat pximo,
repulit eū,dicēs, Quis te cōstituit
principē & iudicē sup nos? Nunqd
interficere me tu vis, quēadmodū
iterfecisti heri Egyptiū? Fugit aūt
Moyses in vbo isto: & factꝰ est ad-
uena i terra Madiā, vbi generauit
filios duos. Et expletis annis qua-
Exod.3 a dragita, apparuit illi i deserto mō-
tis Sina angelꝰ i igne flāme rubi.
Moyses aūt videns, admiratꝰ est
visum. Et accedēte illo vt cōsidera-
ret, facta est ad eum vox dñi dicēs,
Ego sum deus patrū tuorū, deus
Abrahā, deus Isaac, et deꝰ Iacob.
Tremefactꝰ aūt Moyses, nō aude-
bat considerare. Dixit aūt illi dñs,
Solue calceamentū pedū tuorū. lo-
cus enim in quo stas, terra scta est.
E Videns vidi afflictionē populi mei
qui est in Egypto, et gemitū eorū
audiui, & descendi liberare eos. Et
nunc venito,et mittā te i Egyptū.
Hunc Moysen quē negauerūt di-
cētes, Quis te cōstituit principē et
iudicē? hunc deus principē et redē-
ptorē misit, cū manu angeli q̄ ap-
paruit illi in rubo. Hic eduxit illos
faciens prodigia et signa in terra Exo. 7.8
Egypti, & in rubro mari, et i deser- 9.10.11.
to annis quadragita. Hic est Moy &.14
ses q̄ dixit filiis Israel, Prophetā Exo.16 a
suscitabit vobis deus de fratribus Deu.18 c
vestris tanq̄ me: ipsum audietis.
Hic est q̄ fuit in ecclesia in solitudi-
ne cū angelo q̄ loquebat ei in mōte Exo.19 a
Sina: & cū patribꝰ nostris, q̄ acce-
pit vba vite dare nobis. Cui nolu-
erunt obedire patres nostri: sed re-
pulerūt et auersi sunt cordibꝰ suis
in Egyptū, dicētes ad Aaron, Fac
nobis deos q̄ precedāt nos: Moysi Exo.32 a
enim huic q̄ eduxit nos de terra E-
gypti, nescimꝰ quid factū sit ei. Et
vitulū fecerūt i diebꝰ illis, et obtu-
lerūt hostiā simulachro, et letabāt
in operibꝰ manuū suarū. Cōuertit
autem deus, & tradidit eos seruire
militie celi, sicut scriptū est in libro
prophetarū. Nunquid victimas et
hostias obtulistis mihi annis qua- Amos 5 g
draginta in deserto, domꝰ Israel?
Et suscepistis tabernaculū Moloch
et sidus dei vestri Rēphā, figuras
quas fecistis, adorare eas. Et trās-
ferā vos trans Babylonē. Taber- F
naculū testimonii fuit patribꝰ no- Exo.25 d
stris in deserto, sicut disposuit illis Heb.8.b
deꝰ, loquēs ad Moysen vt faceret
illud secūdum formā quā viderat.
Quod & induxerūt, suscipiētes pa-
tres nostri cū Iesu in possessionem
gentiū: quas expulit deꝰ a facie pa
trū nostrorū vsqȝ in diebꝰ Dauid,
q̄ inuenit gratiā ante deū, et petiit
vt inueniret tabernaculū deo Ia- 1.re.15.c
cob. Salomō aūt edificauit illi do- Psalmo
mū. Sed excelsus, nō i manufactis 131.a
habitat, sicut per prophetam dicit, 1.Parali.
Celū mihi sedes est: terra aūt, sca- 17.c
bellū pedū meorū. Quā domū edi- 3.Re.6.a
ficabitis

Inf. 17.f ficabitis mihi, dicit dñs: aut quis
Esa.66.a locus requietionis mee est? Nonne
manus mea fecit hec omnia? Du-
ra ceruice et incircuncisi cordib⁹ et
aurib⁹, vos semper spiritu sctõ re-
stitistis: sicut patres vestri et vos.
Quem prophetarũ nõ sunt perse-
C cuti patres vestri? Et occiderunt
eos q̃ prenũciabãt de aductu iusti,
cuius vos nũc proditores ⁊ homi-
cide fuistis: qui accepistis legem in
dispositione angelorũ, et nõ custo-
distis. Audiẽtes aũt hec, dissecabã-
tur cordibus suis, ⁊ stridebãt den-
tib⁹ in eum. Cum aũt esset plenus
spiritu sancto: intendens in celum,
vidit gloriã dei, et Jesum stantẽ a
dextris virtutis dei. Et ait, Ecce
video celos apertos, et filiũ homi-
nis stantem a dextris virtutis dei.
Exclamãtes aũt voce magna, cõ-
tinuerũt aures suas, et impetũ fe-
cerunt vnanimiter in eũ. Et eiiciẽ-
tes eũ extra ciuitatẽ, lapidabant: ⁊
testes deposuerũt vestimenta sua
secus pedes adolescẽtis, qui voca-
batur Saulus. Et lapidabãt Ste-
phanũ inuocantẽ, et dicentẽ, Dñe
Jesu, suscipe spiritũ meũ. Positis
aũt genib⁹, clamauit voce magna,
Dñe, ne statuas illis hoc peccatũ.
Et cum hoc dixisset, obdormiuit.
Saul⁹ aũt erat cõsentiẽs neci ei⁹.

CAPVT. VIII.

A Facta est aũt in illa die persecu-
tio magna i ecclesia, que erat
Hierosolymis, et oẽs dispersi
sunt per regiones Judee ⁊ Sama-
rie, preter apostolos. Curauerunt
aũt Stephanũ viri timorati, et fe-
cerunt planctũ magnũ super eum.
Saulus aũt deuastabat ecclesiã, p
domos intrãs: et trahens viros ac
mulieres, tradebat i custodiã. Igi-
tur qui dispersi erant, pertransibãt
euangelizantes verbũ dei. Philip-
pus aũt descendens in ciuitatẽ Sa-
marie, pdicabat illis Christũ. In-
tendebãt aũt turbe his q̃ a Philip-
po dicebantur, vnanimiter audiẽ-
tes, et videntes signa que faciebat.
Multorũ enim habentiũ, spiritus
immundi clamantes voce magna, B
exibãt. Multi aũt paralytici ⁊ clau-
di curati sunt. Factũ est ergo gau-
diũ magnũ i illa ciuitate. Vir autẽ
quidã, noĩe Simon qui ante fuerat
in ciuitate magus, seducẽs gẽtem
Samarie, dicẽs se esse aliquem ma-
gnũ: cui auscultabant oẽs a mini-
mo vsq; ad maximũ dicentes, Hic
est virt⁹ dei, que vocat magna. At-
tẽdebãt aũt eũ, propterea q multo
tẽpore magicis suis demẽtasset eos.
Cũ vero credidissent Philippo euã
gelizanti de regno dei: in noĩe Jesu
Christi baptizabantur viri ac mu-
lieres. Tunc Simõ ⁊ ipse credidit: C
et cum baptizatus esset, adherebat
Philippo. Videns etiam signa et
virtutes maximas fieri, stupens
admirabat. Cũ aũt audissent apo-
stoli q̃ erant Hierosolymis, q rece-
pisset Samaria verbũ dei: miserũt
ad eos Petrũ ⁊ Joannem. Qui cũ
venissent, orauerũt p ipsis, vt acci
perẽt spiritũ sanctũ. Nondũ eni in
quenq̃ illorũ venerat, sed baptizati
tantũ erant in noĩe dñi Jesu. Tũc
imponebãt manus sup illos, et ac-
cipiebant spiritũ sanctũ. Cũ vidis-
set aũt Simon q̃a per impositionẽ
manus apostolorũ daretur spirit⁹
sanct⁹, obtulit eis pecuniã dicens,
Date et mihi hãc potestatẽ, vt cui-
cũq; imposuero man⁹, accipiat spi D
ritũ sanctũ. Petr⁹ aũt dixit ad eũ,
Pecunia tua tecũ sit i perditionẽ:
qm̃ donum dei existimasti pecunia
possideri. Nõ est tibi pars, neq; sors
in sermone isto. cor eni tuũ non est
rectũ corã deo. Penitẽtiã itaq; age
ab hac nequitia tua: et roga deũ, si
forte remittatur tibi hec cogitatio
cordis tui. In felle eni amaritudi-
nis, et obligatione iniq̃tatis video
te esse. Respondẽs aũt Simõ dixit,
Precamini vos pro me ad dñm vt

B nihil veniat super me horũ q̃ dixistis. Et illi quidẽ testificati ⁊ locuti verbũ dñi, redibãt Hierosolymã, ⁊ multis regionibus Samaritanorũ euãgelizabãt. Angel⁹ aũt dñi locutus est ad Philippũ, dicẽs, Surge, et vade cõtra meridiẽ, ad viã q̃ descẽdit ab Hierusalẽ i Gazã: hec est deserta. Et surgens abiit. Et ecce, vir Ethiops, eunuchus, potẽs Cãdaces regine Etiopũ, q̃ erat super oẽs gazas eius: venerat adorare in Hierusalẽ, et reuertabat sedẽs sup
F currũ suũ, legẽsq; Esaiã prophetã. Dixit aũt spiritus Philippo, Accede, et adiunge te ad currũ istũ. Accurrẽs aũt Philipp⁹, audiuit eum legentẽ Esaiam prophetã, et dixit, Putasne itelligis q̃ legis? Qui ait, Et quo modo possum, si nõ aliquis ostẽderit mihi? rogauitq; Philippũ vt ascẽderet ⁊ sederet secũ. Loc⁹ aũt scripture, quam legebat, erat hic, Tanq̃ ouis ad occisionẽ duct⁹ est:
Isa. 53. c et sicut agnus corã tondẽte se sine voce, sic nõ aperuit os suũ. In humilitate iudicium eius sublatũ est. Generationẽ eius quis enarrabit? quoniã tolletur de terra vita eius. Respõdẽs aũt eunuch⁹ Philippo, dixit, Obsecro te, de quo propheta dicit hoc? de se, an de alio aliquo? Aperiẽs aũt Philipp⁹ os suũ: ⁊ incipiẽs a scriptura ista, euãgelizauit illi Iesum. Et dũ irẽt p viã, vene-
C rũt ad quãdã aquã, ⁊ ait eunuch⁹, Ecce aqua, q̃d prohibet me baptizari? Dixit aũt Philipp⁹, Si credis ex toto corde, licet. Et respõdẽs ait, Credo filiũ dei esse Iesum Christũ. Et iussit stare currũ: et descẽderũt vterq; in aquã, Philipp⁹ et eunuchus, ⁊ baptizauit eũ. Cũ aũt ascẽdissent de aqua, spirit⁹ dñi rapuit Philippũ, ⁊ ampli⁹ nõ vidit eũ eunuch⁹. Ibat aũt p viã suã gaudẽs. Philipp⁹ aũt inuent⁹ est i Azoto: et pertrãsiens, euãgelizabat ciuitatibus cũctis, donec veniret Cesareã.

CAPVT. IX.

Saulus aũt adhuc spirans minarũ et cedis i discipulos do- A Gala. 1. c
mini, accessit ad principẽ sacerdotum, et petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: vt si quos inuenisset huius vie viros ac mulieres, vinctos pduceret in Hierusalẽ. Et cũ iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco: ⁊ subito circunfulsit eũ lux de celo. Et cadens in terrã, audiuit vocem dicentẽ sibi, Saule Saule quid me persequeris? Qui dixit, Quis es
dñe? Et ille, Ego sum Iesus, quem 1. co. 15 b
tu persequeris. Durũ est tibi cõtra 2. co. 12. a
stimulũ calcitrare. Et tremens ac stupẽs, dixit, Dñe, quid me vis facere? Et dominus ad eũ, Surge et ingredere ciuitatẽ, ⁊ dicetur tibi q̃d te oporteat facere. Viri aũt illi qui comitabãtur cũ illo, stabãt stupe- B
facti, audientes quidem vocem, neminem aũt videntes. Surrexit aũt Saulus de terra, apertisq; oculis, nihil videbat. Ad manus aũt illum trahẽtes, introduxerũt Damascũ. Et erat ibi tribus diebus non videns, ⁊ nõ manducauit neq; bibit. Erat aũt quidam discipulus Damasci, nomine Ananias: et dixit ad illũ in visu dominus, Anania. At ille ait, Ecce ego domine. Et dominus ad eum, Surge, et vade in vicum qui vocatur Rectus: et quere in domo Iude Saulũ noie, Tharsensem. ecce eni orat. Et vidit virũ Ananiã noie, introeuntẽ et imponentẽ sibi man⁹ vt visum recipiat. Respondit aũt Ananias, Dñe audiui a multis de viro hoc, quanta mala fecerit sãctis tuis i Ierusalẽ. et hic habet potestatẽ a principib⁹ sacerdotũ alligandi oẽs qui inuocant nomen tuũ. Dixit autẽ ad eũ C
dominus, Vade quoniã vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meũ corã gentib⁹ et regib⁹ et filiis Israel. ego eni ostendã illi quanta oporteat

opoꝛteat eũ pꝛo noie meo pati. Et
abiit Ananias, ⁊ introiuit i domũ:
et imponẽs ei manus, dixit, Saule
frater, dñs misit me Jesus, ꝗ ap-
paruit tibi in via qua veniebas: vt
videas, ⁊ implearis spiritu sancto.
Et cõfestim ceciderũt ab oculis eiꝰ
tanꝗ̃ squame, et visum recepit. et
surgens baptizatus est. Et cum ac-
cepisset cibũ, confoꝛtatus est. Fuit
aũt cum discipulis, qui erant Da-
masci, ꝑ dies aliquot. Et cõtinuo
ingressus i synagogas, pꝛedicabat
Jesum quoniam hic est filius dei.
D Stupebant autem omnes qui eum
audiebant, et dicebant, Nonne hic
est qui expugnabat in Hierusalem
eos qui inuocabant nomẽ istud: et
huc ad hoc venit vt victos illos du
ceret ad pꝛicipes sacerdotũ? Sau-
lus autem multo magis cõualesce-
bat, et cõfundebat Judeos qui ha-
bitabant Damasci, affirmãs, quo-
niam hic est Chꝛistus. Cum autem
implerentur dies multi, consilium
fecerũt in vnum Judei, vt eum in-
terficerent. Note autem facte sunt
2.Co.11g Saulo insidie eoꝛum. Custodiebãt
autem et poꝛtas die ac nocte, vt eũ
interficerent. Accipientes aũt eum
discipuli eius nocte, per murum de-
miserunt eũ, submittentes in spoꝛ-
E ta. Cum autem venisset in Hieru-
salem, tentabat se iungere discipu-
lis: et omnes timebant eũ, non cre-
dentes ꝙ esset discipulus. Barna-
bas autem appꝛehẽsum illum, du-
xit ad apostolos: et narrauit illis
quomodo in via vidisset dominum,
et ꝙ locutus est ei, et quomodo in
Damasco fiducialiter egerit in no-
mine Iesu. Et erat cum illis intrãs
et exiens in Hierusalem, fiduciali-
ter agens in nomine dñi. Loqueba-
tur quoqꝫ gentibus: et disputabat
cum Grecis: illi autem querebant
occidere eũ. Quod cũ cognouissent
fratres, deduxerunt eum Cesareã,
et dimiserunt Tharsum. Ecclesia
quidem per totam Judeam, ⁊ Ga-
lileam ⁊ Samariam habebat pacẽ,
et edificabatur ambulans in timo-
re domini, et cõsolatione sancti spi- F
ritus replebatur. Factũ est aũt, vt
Petrus dũ trãsiret vniuersos, de-
ueniret ad sanctos qui habitabant
Lydde. Inuenit autẽ ibi hominem
quendã, noie Eneã, ab annis octo
iacentẽ in grabato, qui erat para-
lyticus. Et ait illi Petrus, Enea,
sanet te dñs Iesus Chꝛistus: surge,
et sterne tibi. Et cõtinuo surrexit.
Et viderũt eum oẽs qui habitabãt
Lydde, et Sarone, qui cõuersi sunt
ad dñm. In Joppe aũt fuit quedã
discipula noie Tabitha, que inter-
pꝛetata dicit᷑ Doꝛcas. Hec erat ple-
na operibus bonis et eleemosynis
quas faciebat. Factũ est aũt in die- G
bus illis, vt infirmata moꝛeretur.
Quam cũ lauissent, posuerũt eam
in cenaculo. Cum autẽ pꝛope esset
Lydda ab Joppe, discipuli audien-
tes ꝙ Petrus esset in ea, miserunt
duos viros ad eũ, rogãtes, Ne pi-
griteris venire vsqꝫ ad nos. Exur-
gẽs aũt Petrus, venit cũ illis. Et
cum aduenisset, duxerũt illũ in ce-
naculum: et circunsteterũt illũ oẽs
vidue flentes, et ostendentes ei tu-
nicas et vestes, quas faciebat illis
Doꝛcas. Eiectis autẽ omnibus fo-
ras, Petrus ponẽs genua oꝛauit:
et conuersus ad coꝛpus, dixit, Ta-
bitha, surge. At illa aperuit oculos:
et viso Petro, resedit. Dãs aũt illi
manũ, erexit eã. Et cũ vocasset san-
ctos et viduas, assignauit eã viuã.
Notum aũt factum est per vniuer-
sam Joppen: et crediderunt multi
in dñm. Factũ est aũt vt dies mul-
tos moꝛaretur in Joppe, apud Si-
monem quendam coꝛiarium.

CAPVT. X.

Vir autẽ quidam erat in Ce- A
sarea, nomine Coꝛnelius,
cẽturio cohoꝛtis que dicitur
Jtalica, religiosus et timens deum
cum

eum omni domo sua, faciens elee-
mosynas multas plebi, et deprecās
deum semper. Is vidit in visu ma-
nifeste, quasi hora diei nona, ange-
lum dei introeuntem ad se, et dicē-
tem sibi, Corneli. At ille intuēs cū
timore correptus, dixit, Quis es
domine? Dixit autem illi, Oratio-
nes tue et eleemosyne tue ascende-
runt in memoriam in cōspectu dei.
Et nunc mitte viros in Joppen, et
accerse Simonem quēdam qui co-
gnominatur Petrus. hic hospita-
tur apud Simonem quendam co-
riarium, cuius est dom⁹ iuxta ma-
re. hic dicet tibi quid te oporteat fa-
B cere. Et cum discessisset angel⁹ qui
loquebatur illi, vocauit duos do-
mesticos suos, et militem metuen-
tem dominū ex his qui illi parebāt.
Quibus cum narrasset omnia: mi-
sit illos in Joppē. Postera autem
die, iter illis facientibus, et appro-
pinquantib⁹ ciuitati, ascendit Pe-
trus in superiora, vt oraret circa
horam sextā. Et cum esuriret, vo-
luit gustare. Parātibus autem il-
lis, cecidit super eum mentis exces-
sus: et vidit celum apertum, et de-
scendens vas quoddam velut lin-
teum magnū, quatuor initiis sub-
mitti de celo in terram, in quo erāt
omnia quadrupedia ⁊ serpētia ter-
re, et volatilia celi. Et facta est vox
ad eū, Surge Petre: occide et mā-
duca. Ait autem Petrus, Absit do-
mine: quia nunquam manducaui
omne commune ⁊ immundum. Et
C vox iterum secundo ad eum, Quod
deus purificauit, tu cōmune ne di-
xeris. Hoc factū est per ter. Et sta-
tim receptum est vas in celum. Et
dum intra se hesitaret Petrus q̄d-
nam esset visio quam vidisset, ecce,
viri qui missi erant a Cornelio, in-
quirentes domum Simonis, asti-
terūt ad ianuā. Et cum vocassent,
interrogabant si Simon qui cogno-
minatur Petrus, illic haberet ho-
spitium. Petro autem cogitāte de
visione, dixit spiritus ei, Ecce viri
tres querunt te. Surge itaq; et de-
scende, et vade cum eis, nihil dubi-
tans: quia ego misi illos. Descen-
dens autem Petrus ad viros, di-
xit, Ecce, ego sum quem queritis,
que causa est propt quā venistis?
Qui dixerunt, Cornelius cēturio,
vir iustus et timens deum, et testi-
monium habens ab vniuersa gēte
Judeorum, responsum accepit ab
angelo sancto accersire te i domum
suam, et audire verba abs te. In-
troducens ergo eos, recepit hospi-
tio. Sequenti autem die surgens, D
profectus est cum illis: et quidā ex
fratribus ab Joppe comitati sunt
eum. Altera autē die introiuit Ce-
saream. Cornelius vero expectabat
illos, conuocatis cognatis suis et
necessariis amicis. Et factū est: cū
introisset Petrus, obuius venit ei
Cornelius: ⁊ procidens ad pedes e-
ius adorauit eum. Petrus vero e-
leuauit eum, dicens, Surge, et ego
ipse homo sum. Et loquens cū illo,
intrauit, et inuenit multos qui cō-
uenerant: dixitq; ad illos, Vos sci-
tis quomodo abominatum sit viro
Judeo cōiungi, aut accedere ad a-
lienigenam: sed mihi ostendit de⁹,
neminem cōmunem aut immundū
dicere hominem. propter quod sine
dubitatione veni accersit⁹. Inter-
rogo ergo, quam ob causam accer-
sistis me? Et Cornelius ait, Die ab E
hinc quarto vsq; ad hāc horam, o-
rans erā hora nona in domo mea,
⁊ ecce vir stetit ante me in veste cā-
dida, ⁊ ait, Corneli, exaudita est o-
ratio tua, ⁊ eleemosine tue comme-
morate sunt in cōspectu dei. Mitte
ergo in Joppen, ⁊ accerse Simonē
qui cognominatur Petrus: hic ho-
spitatur in domo Simonis coria-
rii iuxta mare. Cōfestim ergo misi
ad te, et tu bene fecisti veniendo.
Nunc ergo omnes nos in cōspectu

tuo adsumus audire omnia que=
cunq; tibi precepta sunt a domino.
Aperiens autem Petrus os suum,
Deu.10 d dixit, In veritate comperio, quia
2.pa.19 c non est personarum acceptor deus:
Iob.34 b sed in omni gente, qui timet eum et
Sapie.6 b operatur iustitiam, accept⁹ est illi.
Eccl.35 b Verbum misit deus filiis Israel,
F annuntians pacē per Iesum Chri=
Ro.2 b stum: hic est omnium domin⁹. Vos
Galat.2 b scitis quod factum est verbum per
Ephe.6 b vniuersam Iudeam, incipiēs enim
Colo.3 d a Galilea post baptismum quod p̄=
1.Petr.1 c dicauit Ioannes: Iesum a Naza=
reth quomodo vnxit eū deus spiri=
tu sancto et virtute, qui pertransiit
benefaciēdo et sanando omnes op=
pressos a diabolo, quoniam deus e=
rat cum illo. Et nos testes sumus
omnium que fecit in regione Iude=
orum et Hierusalē, quem occiderūt
suspendentes in ligno. Hunc deus
suscitauit tertia die, ⁊ dedit eū ma=
nifestum fieri nō omni populo, sed
testibus preordinatis a deo, nobis
qui manducauim⁹ et bibimus cum
G illo postq̄ resurrexit a mortuis. Et
precepit nobis predicare populo et
testificari q̄a ipse est qui cōstitutus
est a deo iudex viuorum et mortuo=
Hier.31 f rum. Huic omnes p̄phete testimo=
Mich.7 d nium perhibent, remissionem pec=
catorum accipere per nomen eius
omnes qui credunt in eum. Adhuc
loquente Petro verba hec, cecidit
spiritus sanctus super oēs qui au=
diebāt verbum. Et obstupuerūt ex
circuncisione fideles, qui venerant
cum Petro, q̄a et in nationes gra=
tia spiritus sancti effusa est. Audie=
bant enim illos loquentes linguis,
et magnificantes deum. Tunc re=
spōdit Petrus, Nunquid aquam
quis prohibere potest, vt nō bapti=
zentur hi qui spiritum sanctū acce=
perūt sicut ⁊ nos? Et iussit eos ba=
tizari i nomine domini Iesu Chri=
sti. Tunc rogauerunt eum, vt ma=
neret apud eos aliquot diebus.

CAPVT. XI.

Audierūt aūt apostoli ⁊ fra= A
tres qui erāt i Iudea, quo=
niā et gētes receperūt ver=
bum dei. Cū aūt ascēdisset Petrus
Hierosolymā, disceptabant aduer=
sus illū qui erāt ex circūcisione, di=
cētes, Quare introisti ad viros p̄=
putiū habētes, et manducasti cū il=
lis? Incipiēs aūt Petr⁹, exponebat
illis ordinē, dicēs, Ego erā in ciui=
tate Ioppe orans, ⁊ vidi in excessu
mentis mee visionē, descendēs vas
quoddā velut liteum magnū, qua=
tuor initiis summitti de celo, et ve=
nit vsq; ad me. In quod intuēs, cō=
siderabā et vidi quadrupedia terre
et bestias ⁊ reptilia ⁊ volatilia celi.
Audiui aūt et vocem dicentē mihi,
Surge Petre, occide ⁊ māduca. Di= B
xi aūt, Nequaq̄ dn̄e: quia cōmune
aut immundū nunq̄ introiuit i os
meū. Respondit aūt vox secūdo, de
celo, Que deus mūdauit, tu ne cō=
mune dixeris. Hoc aūt factū est per
ter: et recepta sunt oīa rursum i ce=
lū. Et ecce, viri tres cōfestim asti=
terūt in domo in qua eram, missi a
Cesarea ad me. Dixit aūt spiritus
mihi vt irē cum illis, nihil hesitās.
Venerunt autē mecū et sex fratres
isti: ⁊ ingressi sum⁹ in domum viri.
Narrauit aūt nobis quo modo vi=
disset angelū in domo sua, stantē et
dicentem sibi, Mitte in Ioppen, et
accerse Simonē qui cognominatur
Petrus, qui loquet tibi v̄ba i q̄bus
salu⁹ eris tu, ⁊ vniuersa dom⁹ tua.
Cum aūt cepissem loq̄, cecidit spi=
rit⁹ sanct⁹ super eos: sicut ⁊ in nos
in initio. Recordat⁹ sum aūt verbi C
dn̄i sicut dicebat, Ioānes quidē ba= Sup.1.a.
ptizauit aqua, vos autē baptizabi=
mini spiritu sancto. Si ergo eandē
gratiā dedit illis de⁹, sicut et nobis
qui credidim⁹ in dn̄m Iesum Chri=
stum: ego quis erā qui possem pro=
hibere deū? His auditis tacuerūt:
et glorificauerunt deum, dicentes,
Ergo

Sup.1.a Ergo ⁊ gētib⁹ penitentiā dedit de⁹
Mat.3.b ad vitā. Et illi quidē qui dispsi fu-
Marc.1.b erāt a tribulatiōe que facta fuerat
Luc.3.c sub Stephano, perābulauerūt vsqꝫ
Io.1.d. Phenicē et Cyprum et Antiochiā,
Inf.19.c nemini loquentes verbū, nisi solis
Judeis. Erant aūt quidā ex eis vi-
ri Cyprii ⁊ Cyrenei, qui cum intro-
issent Antiochiā, loquebantur ⁊ ad
Grecos, annūtiantes dn̄m Iesum.
Et erat manus dn̄i cum eis: mul-
tusqꝫ numerus credentium conuer-
sus est ad dn̄m. Peruenit autē ser-
mo ad aures ecclesie, que erat Hie-
rosolymis, super istis: et miserunt
D Barnabā vsqꝫ ad Antiochiā. Qui
cum peruenisset, et vidisset gratiā
dei, gauisus est: et hortabatur oēs
in pposito cordis pmanere in dn̄o.
quia erat vir bonus, et plenus spi-
ritu sancto et fide. Et apposita est
multa turba dn̄o. Profect⁹ est autē
Tharsum vt quereret Saulū: quē
cum inuenisset, perduxit Anthio-
chiā. Et annum totum conuersati
sunt ibi in ecclesia: et docuerūt tur-
bā multā, ita vt cognominarentur
primum Antiochie discipuli, Chri-
stiani. In his aūt diebus superue-
nerunt ab Hierosolymis prophete
Anthiochiā: et surgens vnus ex eis
noīe Agabus, significabat per spi-
ritum famem magnam futuram in
vniuerso orbe terrarū, que facta est
sub Claudio. Discipuli autē prout
quisqꝫ habebat, proposuerūt in mi-
nisteriū mittere habitātib⁹ i Judea
fratrib⁹: qđ ⁊ fecerūt, mittentes ad
seniores p man⁹ Barnabe ⁊ Sauli.

CAPVT. XII.

A Eodem aūt tēpore misit Hero-
des rex manus, vt affligeret
quosdam de ecclesia. Occidit
aūt Jacobū fratrē Joānis gladio.
Videns aūt qꝛ placeret Judeis, ap-
posuit apprehēdere ⁊ Petrū. Erāt
autē dies azymorū. Quē cū appre-
hendisset, misit in carcerē, tradēsqꝫ
quatuor quaternionib⁹ militū ad cu
stodiendū eū, volēs post pascha p-
ducere eū populo. Et Petrus qui-
dem seruabatur in carcere. Oratio
aūt fiebat sine intermissione ab ec-
clesia ad deū pro eo. Cū aūt produ-
cturus eū esset Herodes, i ipsa no-
cte erat Petr⁹ dormiēs inter duos
milites, vinctus catenis duab⁹: et
custodes ante ostiū custodiebāt car
cerē. Et ecce, angelus dn̄i astitit, et B
lumē refulsit in habitaculo: percus-
soqꝫ latere Petri, excitauit eū, di-
cens, Surge velociter. Et ceciderunt catene de manib⁹ eius. Dixit
aūt angelus ad eū, Precingere, et
calcea te caligas tuas. Et fecit sic.
Et dicit illi, Circūda tibi vestimē-
tum tuū, ⁊ sequere me. Et exiēs se-
quebatur eū, et nesciebat quia ve-
rum est quod fiebat per angelū: ex-
istimabat autem se visum videre.
Trāseuntes aūt primā et secundā
custodiā, venerūt ad portā Ferre-
am que ducit ad ciuitatē, q̄ vltro a-
perta est eis. Et exeūtes, pcesserūt
vicū vnū: et cōtinuo discessit ange-
lus ab eo. Et Petrus ad se reuer-
sus, dixit, Nunc scio vere quia mi-
sit dn̄s angelū suum, et eripuit me
de manu Herodis, et de oī expecta-
tione plebis Judeorū. Cōsiderāsqꝫ,
venit ad domū Marie matris Jo-
annis, q̄ cognominat⁹ est Marc⁹,
vbi erāt multi cōgregati et orātes.
Pulsante aūt eo ad ostiū ianue, p- C
cessit puella ad vidēdū, noīe Rho-
de. Et vt cognouit vocē Petri, pre
gaudio nō aperuit ianuā, sed intro
currēs nuntiauit stare Petrū ante
ianuā. At illi dixerunt ad eā, Insa-
nis. Illa aūt affirmabat sic se habe-
re. Illi aūt dicebāt, Angel⁹ ei⁹ est.
Petr⁹ aūt pseuerabat pulsans. Cū
aūt aperuissent ostiū, viderūt eū: et
obstupuerunt. Annuēs aūt eis ma-
nu vt tacerēt, narrauit quomō dn̄s
eduxisset eum de carcere: dixitqꝫ,
Nuntiate Jacobo et fratrib⁹ hec.
Et egressus, abiit in alium locum.

Facta aũt die, erat non parua tur-
batio inter milites quidnam factũ
esset de Petro. Herodes aũt cũ re-
quisisset eũ, et nõ inuenisset, inqui-
sitione facta de custodibus, iussit
eos duci: descendensq̃ a Judea in
Cesaream, ibi cõmoratus est. Erat
D aũt iratus Tyriis et Sidoniis. At
illi vnanimes venerũt ad eũ, & per-
suaso Blasto, q̃ erat super cubiculũ
regis, postulabãt pacẽ, eo ꝙ alerẽt
regiones eorum ab illo. Statuto aũt
die Herodes vestitus veste regia,
sedit pro tribunali, et cõcionabat ad
eos. Populus aũt acclamabat, Dei
voces, & nõ hominis. Cõfestim aũt
percussit eum angelus domini: eo
ꝙ non dedisset honorem deo: et cõ-
sumptus a vermibus, expirauit. Uer-
bum aũt domini crescebat et mul-
tiplicabatur. Barnabas autem et
Saulus reuersi sunt ab Hierosoly-
mis expleto ministerio, assumpto
Joãne, q̃ cognominatus ẽ Marcus.

CAPVT. XIII.

A Erant aũt in ecclesia, que erat
Antiochie, prophete & doctores,
in quibus Barnabas et Simõ
qui vocabatur Niger, & Lucius Cyre-
nensis, et Manahem qui erat He-
rodis tetrarche collactaneus, & Sau-
lus. Ministrãtibus aũt illis dño, & ie-
iunantibus, dixit illis spiritus sanctus,
Segregate mihi Saulum et Bar-
nabam in opus ad quod assumpsi
eos. Tunc ieiunãtes & orãtes, im-
ponentesq̃ eis manus, dimiserunt
illos. Et ipsi quidẽ missi a spiritu
sctõ, abierunt Seleuciã, & inde na-
uigauerunt Cyprum. Et cum ve-
nissent Salaminã, pdicabant ver-
bum dei i synagogis Judeorum. Ha-
bebant autẽ et Joannẽ in ministe-
rio. Et cum perãbulassent vniuer-
sam insulã vsq̃ ad Paphum: inue-
nerunt quendã virũ magum pseu-
doprophetã Judeũ, cui nomẽ erat
Barieu, q̃ erat cum procõsule Ser-
B gio Paulo viro prudente. Hic ac-
cersitis Barnaba & Saulo, deside-
rabat audire verbum dei. Resistebat
aũt illis Elymas magus (sic enim
interpretatur nomen eius) querẽs
auertere procõsulẽ a fide. Saulus
autẽ q̃ et Paulus, repletus spiritu
sctõ, intuẽs in eum, dixit, O plene
omni dolo & oi fallacia fili diaboli,
inimice oĩs iustitie, nõ desinis sub-
uertere vias dñi rectas. Et nũc ecce
manus dñi sup te, et eris cecus, nõ
videns solẽ vsq̃ ad tẽpus. Et cõfe-
stim cecidit i eum caligo & tenebre:
et circumiẽs querebat q̃ ei manum
daret. Tunc procõsul cum vidisset
factum, credidit, admirans sup do-
ctrina dñi. Et cum a Papho naui-
gasset Paulus & q̃ cum eo erant, ve-
nerunt Pergen Pamphilie. Joã-
nes aũt discedens ab eis, reuersus
est Hierosolymã. Illi vero pertrã-
seuntes Pergen, venerunt Antio-
chiã Pisidie: et ingressi synagogã
die sabbatorum, sederũt. Post lectio- C
nem aũt legis & prophetarum, mi-
serunt principes synagoge ad eos,
dicẽtes, Uiri fratres, si quis est in
vobis sermo exhortationis ad ple-
bem, dicite. Surgẽs aũt Paulus,
et manu silẽtium indicẽs, ait, Uiri
Israelite, & q̃ timetis deum, audite,
Deus plebis Israel elegit patres
nostros, & plebẽ exaltauit cũ essent
incole i terra Egypti, & in brachio Exod.1 d
excelso eduxit eos ex ea, & per qua- Exo.13 d
draginta annorũ tẽpus mores eorum Exo.16 a
sustinuit in deserto. Et destruens
gentes septẽ in terra Chanaã, sor- Ios. 14.a
te distribuit eis terrã eorum, quasi
post quadringẽtos et quinquagin-
ta annos: & post hec dedit iudices, Iudic.3 b
vsq̃ ad Samuel prophetã. Et exin- 1.Re.8.a
de postulauerũt regẽ: et dedit illis 1.Re.9.c
Saul filiũ Cis, virũ de tribu Be- & 10.a
niamin annis quadraginta. Et a- D
moto illo, suscitauit illis Dauid
regem: cui testimoniũ perhibens,
dixit, Inueni Dauid filium Jesse, Psal.88 b
virũ secundũ cor meũ, q̃ faciet oẽs 1.Re.16 c
volunta-

Esa.11.a volūtates meas. Huius ex semine
deus secundū promissionē, eduxit
Mat.3.a Israeli saluatorē Iesum, pdicante
Marc.1.a Ioāne ante faciē aduent⁹ eius, ba-
Luc.3.a ptismū penitētie oī populo Israel.
Cū impleret aūt Ioannes cursum
suū, dicebat, Quē me arbitramini
Ioan.1.c esse nō sum ego: sed ecce venit post
Marc.1.a me, cui⁹ nō sum dign⁹ calceamēta
pedū soluere. Viri fratres, filii ge-
neris Abrahā, ⁊ qui in vobis timēt
deū, vobis verbū salutis hui⁹ mis-
sum est. Qui eni habitabāt Hieru-
salē, ⁊ principes ei⁹ hūc ignorātes,
et voces prophetarū, q̄ per oē sab-
batū leguntur, iudicātes impleue-
runt: et nullā causam mortis inue-
Mat.27c niētes i eo, petierūt a Pilato vt in-
Mar.15 b terficerēt eū. Cūq3 consummassent
Luc.23.c oia que de eo scripta erāt, deponē-
Ioan.19c tes eū de ligno, posuerūt eū in mo-
E numēto. Deus aūt suscitauit eū a
Mat.28. mortuis tertia die: qui visus est per
Mar.16. dies multos his qui simul ascende-
Luc.24. rāt cū eo de Galilea in Hierusalē,
Ioan.20. qui vsq3 nūc sunt testes ei⁹ ad ple-
bem. Et nos vobis annūtiam⁹ eā,
que ad patres nostros repromissio
facta est: quoniā hanc deus adimple-
uit filiis vestris resuscitās Iesum,
sicut et in psalmo secūdo scriptum
Psal.2.b est, Filius me⁹ es tu, ego hodie ge-
Heb.1.b nui te. Qđ aūt suscitauit eū a mor
tuis, amplius iam nō reuersurum
Esa.55.b in corruptionē, ita dixit, Quia da-
Psal.15d bo vobis sancta Dauid fidelia. I-
deoq3 et alias dicit, Nō dabis san-
ctum tuū videre corruptionē. Da-
uid eni in sua generatiōe cum ad-
3.Re.2.b ministrasset volūtati dei, dormiuit,
et appositus est ad patres suos, et
F vidit corruptionē. Quē vero deus
suscitauit a mortuis, nō vidit cor-
ruptionē. Notū igit sit vobis viri
fratres, qđ per hūc vobis remissio
peccatorū annūtiat, ab omnib⁹ q̄-
bus nō potuistis in lege Moysi iu-
stificari. In hoc omnis qui credit,
iustificatur. Videte ergo ne super-
ueniat vobis quod dictū est in p- Abac.1.b
phetis, Videte cōtemptores, et ad-
miramini, et disperdimini: q̄a op⁹
operor ego in dieb⁹ vestris, op⁹ qđ
non credetis si q̄s enarrauerit vo-
bis. Exeūtib⁹ aūt illis, rogabāt vt
sequēti sabbato loquerētur sibi v-
ba hec. Cūq3 dimissa esset synago-
ga, secuti sūt multi Iudeorū, ⁊ co-
lentiū deū aduenarū, Paulū ⁊ Bar-
nabā: qui loquētes suadebāt eis, vt
pmanerent in gratia dei. Sequēti
vo sabbato pene vniuersa ciuitas
cōuenit audire verbū dei. Vidētes G
aūt turbas Iudei, repleti sūt zelo,
⁊ contradicebant his que a Paulo
dicebantur, blasphemātes. Tunc
cōstanter Paul⁹ et Barnabas di-
xerūt, Vobis oportebat primū lo-
qui verbū dei: sed quoniā repelli-
tis illud, ⁊ indignos vos iudicatis
eterne vite: ecce cōuertimur ad gē-
tes. sic eni precepit nobis domin⁹,
Posui te in lucem gentium, vt sis Esa.49b
in salutē vsq3 ad extremum terre.
Audiētes aūt gētes, gauise sunt, et
glorificabant verbū dñi: ⁊ credide-
runt quotquot erāt preordinati ad
vitam eternā. Disseminabatur aūt
verbum dñi per vniuersam regio-
nem. Iudei aūt concitauerunt mu-
lieres religiosas et honestas, et p̄-
mos ciuitatis, et excitauerunt per-
secutionē in Paulū ⁊ Barnabam:
et eiecerūt eos de finib⁹ suis. At il- Mat.10 b
li excusso puluere pedū in eos, ve- Marc.6b
nerūt Iconiū. Discipuli quoq3 re- Luce.9.a
plebantur gaudio ⁊ spiritu sancto.

CAPVT. XIIII.

Factum est autem in Iconio vt A
simul introirēt synagogā Iu-
deorū, et loquerentur ita vt
crederet Iudeorū ⁊ Grecorum co-
piosa multitudo. Qui vero incre-
duli fuerūt Iudei, suscitauerūt et
ad iracundiam cōcitauerūt aīas
gētiū aduersus fratres. Multo igi-
tur tēpore demorati sunt fiducia-
liter agētes in domino, testimoniū
per-

perhibēte verbo gratie sue, dante
signa ꝛ pꝛodigia fieri p̄ manꝰ eoꝝ.
Diuisa est autē multitudo ciuita-
tis: et quidā quidem erant cū Iu-
deis, quidam vero cum apostolis.
Cū aūt factus esset impetus gen-
tiliū et Iudeoꝛum cum pꝛincipibꝰ
suis, vt cōtumeliis afficerēt ꝛ lapi-
darent eos, intelligētes cōfugerūt
ad ciuitates Lycaonie, Lystram et
Derben, et vniuersam in circuitu
regionē, ꝛ ibi euangelizātes erant.
B Et cōmota est omnis multitudo in
doctrina eoꝛum. Paulus autem et
Barnabas moꝛabātur Lystris. Et
quidā vir Lystris infirmus pedibꝰ
sedebat, claudus ex vtero matris
sue: qui nunquā ambulauerat. Hic
audiuit Paulū loquentē. Qui in-
tuitus eum, ꝛ videns quia fidē ha-
beret vt saluus fieret, dixit magna
voce, Surge super pedes tuos re-
ctus. Et exiliit, ꝛ ambulabat. Tur-
be aūt cū vidissent qđ fecerat Pau-
lus, leuauerūt vocē suā, Lycaonice
dicētes, Dii similes facti homini-
bus, descēderūt ad nos. Et vocabāt
Barnabam, Iouem: Paulū vero
Mercuriū: qm̄ ipse erat dux verbi.
Sacerdos quoqꝫ Iouis, q̄ erat ante
ciuitatem, tauros et coꝛonas ante
ianuas afferēs, cū pp̄ulis volebat
C sacrificare. Qđ vbi audierūt apo-
stoli Barnabas et Paulꝰ, cōscissis
tunicis suis, exilierūt i turbas, cla-
mantes ꝛ dicentes, Uiri, qđ hec fa-
citis? Et nos moꝛtales sumꝰ, simi-
les vobis homines, annuntiantes
Psalmo. vobis ab his vanis cōuerti ad deū
145.a viuū q̄ fecit celū et terrā et mare et
Apo 14b omnia q̄ in eis sunt, q̄ in pꝛeteritis
Psal.80c generationibꝰ dimisit omnes gen-
tes ingredi vias suas. Et quidem
nō sine testimonio semetipsum re-
liquit, benefaciēs de celo, dās plu-
uias, et tempoꝛa fructifera, implēs
cibo et letitia coꝛda eoꝝ. Et hec di-
centes, vix sedauerūt turbas ne si-
2.cor 11f bi immolarent. Superuenerūt aūt
quidā ab Antiochia et Iconio Iu-
dei: et persuasis turbis lapidantes
Paulū, traxerunt extra ciuitatem,
existimātes eū moꝛtuū esse. Circū- D
dantibꝰ aūt eum discipulis, surgēs
intrauit ciuitatē: ꝛ postera die pꝛo-
fectus est cum Barnaba i Derbē.
Cumqꝫ euāgelizassent ciuitati illi,
et docuissent multos, reuersi sunt
Lystrā et Iconiū, et Antiochiā, cō-
firmantes animas discipuloꝛū, ex-
hoꝛtantesqꝫ vt permanerent i fide,
et quoniā p̄ multas tribulationes
opoꝛtet nos intrare in regnum dei.
Et cū cōstituissent illis p̄ singulas
ecclesias pꝛesbyteros, ꝛ oꝛassent cū
ieiuniis, cōmendauerūt eos dn̄o in
quē crediderūt. Trāseuntesqꝫ Pi-
sidiam, venerūt i Pamphiliam. et
loquentes verbū dn̄i in Perge, de-
scenderūt in Attaliā: et inde naui-
gauerunt Antiochiam, vnde erant
traditi gratie dei in opus quod cō- Sup. 13.a
pleuerūt. Cum aūt venissent et cō-
gregassent ecclesiā, retulerūt quā-
ta fecisset deus cū illis, ꝛ quia ape-
ruisset gentibꝰ ostium fidei. Moꝛa-
ti sunt autem tempus non modicū
cum discipulis.

CAPUT. XV. A

ET quidam descēdētes de Iu- Gal. 5.a
dea, docebant fratres, Quia
nisi circuncidamini secūdum
moꝛē Moysi, nō potestis saluari.
Facta ergo seditione non minima
Paulo ꝛ Barnabe aduersus illos,
statuerūt vt ascenderēt Paulus et
Barnabas et quidā alii ex aliis ad
apostolos ꝛ pꝛesbyteros i Hierusa-
lem, super hac questione. Illi ergo
deducti ab ecclesia, ptransibāt Phe-
nicen ꝛ Samariā, narrātes cōuer-
sionē gentiū: et faciebant gaudiū
magnū oībus fratribꝰ. Cū aūt ve-
nissent Hierosolymā, suscepti sunt
ab ecclesia et ab apostolis et senio-
ribus, annūtiantes quāta deus fe-
cisset cū illis. Surrexerūt aūt qui- B
dā de heresi phariseoꝛū, q̄ credide-
runt,

eunt, dicētes, Quia opoꝛtet circū=
cidi eos, pꝛecipere quoqꝫ seruare le=
gem Moysi. Cōuenerūtqꝫ apostoli
et senioꝛes videre de verbo hoc. Cū
autē magna cōquisitio fieret, sur=
gens Petrꝰ dixit ad eos, Viri fra=
Sup.10.a tres, vos scitis quoniam ab anti=
quis diebꝰ deus in nobis elegit per
os meū audire gentes verbū euā=
gelii, et credere. Et qui nouit coꝛda
deus, testimoniū perhibuit, dans
illis spiritū sanctū sicut et nobis, ⁊
nihil discreuit inter nos ⁊ illos fide
purificans coꝛda eoꝛū. Nunc ergo
quid tentatis deū, imponere iugū
C sup ceruices discipuloꝝ: quod neqꝫ
nos neqꝫ patres nostri poꝛtare po=
tuimus? Sed per gratiā dñi Jesu
Chꝛisti credimꝰ saluari, quēadmo=
dū et illi. Tacuit aūt oīs multitu=
do, et audiebant Barnabā ⁊ Pau=
lum narrātes quanta deus fecisset
signa et ꝓdigia ī gentibꝰ ꝑ eos. Et
postꝗ̄ tacuerūt, respōdit Jacobꝰ,
dicens, Viri fratres audite me, Si=
mon narrauit quēadmodū pꝛimū
deus visitauit sumere ex gentibus
populū nomini suo. Et huic cōcoꝛ=
Amos.9.c dāt vba pꝛophetarū, sicut scriptū
est, Post hec reuertar, et reedifica=
D bo tabernaculū Dauid, quod deci=
dit, ⁊ diruta eius reedificabo, ⁊ eri=
gam illud, vt requirāt ceteri homi=
nū dominū: et oēs gentes sup quas
inuocatū est nomen meū, dicit dñs
faciens hec. Notū a seculo est dño
opus suū. Pꝛopter qđ ego iudico,
nō inquietari eos ꝗ ex gentibꝰ cō=
uertunt ad deū, sed scribere ad eos,
vt abstineāt se a cōtaminationibꝰ
simulachꝛoꝝ, ⁊ foꝛnicatione, ⁊ suf=
focatis, ⁊ sanguine. Moyses eni a
tempoꝛibꝰ antiquis habet ī singu=
lis ciuitatibꝰ ꝗ eum pꝛedicent ī sy=
nagogis, vbi ꝑ oē sabbatū legitur.
Tunc placuit apostolis ⁊ senioꝛibꝰ
cū oī ecclesia, eligere viros ex eis, ⁊
mittere Antiochiam cum Paulo ⁊
Barnaba, Judā, ꝗ cognominabat
Barsabas, ⁊ Silā viros pꝛimos in
fratribꝰ, scribentes ꝑ manus eoꝛū.
Apostoli et senioꝛes fratres, his ꝗ E
sunt Antiochie et Syꝛie et Cilicie
fratribus ex gentibꝰ, salutē. Quo=
niā audiuimꝰ ꝙ quidam ex nobis
exeuntes, turbauerūt vos verbis,
euertentes animas vestras, quibꝰ
nō mādauimꝰ: placuit nobis colle=
ctis in vnū, eligere viros, ⁊ mittere
ad vos cū charissimis nostris Bar=
naba et Paulo, hominibꝰ ꝗ tradi=
derunt animas suas ꝓ nomine do=
mini nostri Jesu Chꝛisti. Misimus
ergo Judam et Silam, qui et ipsi
vobis verbis referēt eadē. Visum
est enim spiritui sancto ⁊ nobis, ni=
hil vltra imponere vobis oneris ꝙ̄
hec necessaria: vt abstineatis vos
ab immolatis simulachꝛoꝛū, ⁊ san=
guine, et suffocato, ⁊ foꝛnicatione,
a quibus custodientes vos, bene a=
getis. Valete. Illi ergo dimissi de= F
scenderūt Antiochiā: et cōgregata
multitudine tradiderūt epistolam.
Quā cum legissent, gauisi sunt su=
per cōsolatione. Judas aūt ⁊ Silas,
et ipsi cum essent pꝛophete, verbo
plurimo cōsolati sūt fratres, ⁊ cō=
firmauerūt. Facto autē ibi aliquā=
to tempoꝛe, dimissi sunt cum pace a
fratribꝰ ad eos ꝗ miserāt illos. Vi=
sum est aūt Sile ibi remanere: Ju=
das aūt solꝰ abiit Hierusalē: Pau
lus aūt et Barnabas demoꝛabant
Antiochie, docētes, ⁊ euāgelizantes
cum aliis pluribꝰ verbū dñi. Post
aliquot aūt dies dixit ad Barnabā G
Paulꝰ, Reuertētes visitemꝰ fra=
tres ꝑ vniuersas ciuitates ī quibꝰ
pꝛedicauimus verbū dñi, quomo=
do se habeant. Barnabas aūt vo=
lebat secū assumere et Joannem, ꝗ
cognominabatur Marcus. Pau=
lus aūt rogabat eum (vt ꝗ disces=
sisset ab eis de Pamphilia, et non
isset cū eis in opus) non debere re=
cipi. Facta est aūt dissensio, ita vt
discederēt ab inuicē, et Barnabas
quidem

quidem assumpto Marco nauiga-
ret Cyprum: Paulus vero electo
Sila profectus est, traditus gratie
dei a fratrib⁹. Perambulabat aũt
Syriam et Ciliciam, confirmans
ecclesias: precipiens custodire pre-
cepta apostolorum et seniorum.

CAPVT. XVI.

A Peruenit autem in Derben et
Lystram. Et ecce, discipulus
quidam erat ibi nomine Ti-
motheus, filius mulieris Judee fi-
delis, patre gentili. Huic testimo-
nium bonum reddebant qui in Ly-
stris erant et Iconio fratres. Hunc
voluit Paulus secum proficisci: et
assumens circuncidit eum propter
Judeos qui erãt in illis locis. Sci-
ebant enim omnes ꝙ pater eius e-
rat gentilis. Cum autem pertrans-
irẽt ciuitates, tradebant eis custo-
dire dogmata que erant decreta ab
apostolis ⁊ seniorib⁹ qui erant Hi-
erosolymis. Et ecclesie quidem cõ-
firmabantur fide, et abundabant
B numero quotidie. Trãseuntes aũt
Phrygiam et Galatie regionẽ, ve-
tati sunt a spiritu sancto loqui ver
bum dei i Asia. Cum venissent aũt
in Mysiã, tentabant ire in Bithy-
niam: et non permisit eos spiritus
Jesu. Cum autem pertransissent
Mysiam, descenderunt Troadem:
et visio per noctem Paulo ostensa
est: Vir Macedo quidam erat stãs,
et deprecans eũ, et dicens, Trans-
iens in Macedoniam adiuua nos.
Vt autem visum vidit, statim que-
siuimus proficisci in Macedoniã,
certi facti ꝙ vocasset nos deus euã-
gelizare eis. Nauigantes autem a
Troade, recto cursu venimus Sa-
mothracen, et sequenti die Neapo-
lim: et inde Philippos, que est pri-
ma partis Macedonie ciuitas, co-
C lonia. Eramus autem in hac vrbe
dieb⁹ aliquot consistẽtes. Die aũt
sabbatorꝝ egressi sumus foras por-
tam iuxta flumen, vbi videbatur
oratio esse: ⁊ sedentes loquebamur
mulierib⁹ que cõuenerant. Et que-
dam mulier nomine Lydia purpu-
raria ciuitatis Thyatirorum, co-
lens deum, audiuit: cuius domin⁹
aperuit cor intendere his que dice-
bantur a Paulo. Cum autem ba-
ptizata esset, et domus eius, depre-
cata est dicẽs, Si iudicastis me fi-
delem domino esse, introite in do-
mum meam, et manete. Et coegit D
nos. Factum est autẽ euntibus no-
bis ad orationem, puellam quan-
dam habẽtem spiritum pythonem
obuiare nobis, que questũ magnũ
prestabat dominis suis diuinando.
Hec subsecuta Paulum ⁊ nos, cla-
mabat, dicens, Isti homines, serui
dei excelsi sunt, qui annũtiant vo-
bis viam salutis. Hoc autem faci-
ebat multis diebus. Dolẽs autem
Paulus et conuersus, spiritui di-
xit, Precipio tibi i noie Jesu Chri-
sti exire ab ea. Et exiit eadem hora.
Videntes autem domini eius quia
exiuit spes questus eorum, appre-
hendentes Paulum et Silam per-
duxerunt in forum ad principes: et
offerẽtes eos magistratibus, dixe-
rũt, Hi homines cõturbãt ciuitatẽ
nostram, cum sint Judei: et annũ-
tiant morem quem non licet nobis
suscipere neq; facere cũ simus Ro-
mani. Et cucurrit plebs aduersus
eos et magistratus scissis tunicis E
suis, iusserunt eos virgis cedi. Et 2.cor 11
cum multas plagas eis imposuis-
sent, miserũt eos in carcerem, pre-
cipientes custodi vt diligenter cu-
stodiret eos. Qui cũ tale preceptũ
accepisset, misit eos in interiorem
carcerem, ⁊ pedes eorum strinxit li-
gno. Media autem nocte Paulus
et Silas adorantes laudabant de-
um. Et audiebãt eos qui in custo-
dia erant. Subito vero terremo-
tus factus est magnus, ita vt mo-
uerentur fundamenta carceris. Et
statim aperta sunt omnia ostia: et
vniuer-

vniuersorum vincula soluta sunt.
Expergefactus autem custos car-
ceris, et vidēs ianuas apertas car-
ceris, euaginato gladio volebat se
interficere, existimans fugisse vin-
ctos. Clamauit autem Paulus vo-
ce magna, dicens, Nihil tibi mali
feceris: vniuersi enī hic sum⁹. Pe-
titoq; lumine introgressus est: & tre
mefactus, procidit Paulo et Sile
ad pedes: et producens eos foras,
ait, Domini, quid me oportet face-
re vt saluus fiam? At illi dixerunt,
Crede in dominum Jesum: et sal-
uus eris tu, et domus tua. Et locu-
ti sunt ei verbum domini cum om-
nibus qui erant in domo eius. Et
tollēs eos in illa hora noctis, lauit
plagas eorū: et baptizatus est ipse,
et oīs domus eius continuo. Cūq;
perduxisset eos in domū suam, ap-
posuit eis mensam, & letatus est cū
omni domo sua credens deo. Et cū
dies fact⁹ esset, miserūt magistra-
tus lictores, dicentes, Dimitte ho-
mines illos. Nuntiauit autem cu-
C stos carceris vba hec Paulo, Quia
miserunt magistratus vt dimitta-
mini. nunc igiť exeuntes, ite in pa-
ce. Paulus autem dixit eis, Cesos
nos publice, indemnatos homines
Romanos miserūt in carcerem, et
nunc occulte nos eiiciūt? Non ita,
sed veniant ipsi, & nos eiiciāt. Nū-
tiauerūt autē magistratibus licto-
res verba hec. Timueruntq; audi-
to q Romani essent: et venientes
deprecati sunt eos, & educentes ro-
gabant vt egrederenť de vrbe. Ex-
eūtes autem de carcere, introierūt
ad Lydiā: & visis fratribus, conso-
lati sunt eos, et profecti sunt.

CAPVT. XVII.

A Cum autem perambulassent
Amphipolim & Apolloniam,
venerūt Thessalonicā, vbi
erat synagoga Judeorum. Secun-
dum consuetudinem autem Paul⁹
introiuit ad eos: & per sabbata tria
disserebat eis de scripturis, adape-
riens et insinuans quia Christū o-
portuit pati & resurgere a mortuis:
et quia hic est Christ⁹ Jesus quem
ego annūtio vobis. Et quidam ex
eis crediderūt, & adiūcti sunt Pau-
lo et Sile, et de colentibus gentili-
bus multitudo magna, et mulieres
nobiles non pauce. Zelantes autē
Judei, assumētesq; de vulgo viros B
quosdam malos, et turba facta, cō-
citauerunt ciuitatem: et assistentes
domui Jasonis, querebāt eos pro-
ducere in populum. Et cum nō in-
uenissent eos, trahebant Jasonem
& quosdam fratres ad principes ci-
uitatis clamātes, Quoniam hi qui
orbem concitant, et huc venerunt,
quos suscepit Jason, et hi omnes
contra decreta Cesaris faciunt, re-
gem aliū dicentes esse, Jesum. Cō-
citauerunt autem plebem & princi-
pes ciuitatis, audiētes hec. Et ac-
cepta satisfactione a Jasone & a ce-
teris, dimiserūt eos. Fratres vero,
cōfestim per noctē dimiserūt Pau-
lum et Silam ī Berrheam. Qui cū C
venissent, in synagogā Judeorum
introierunt. Hi autem erant nobi-
liores eorū qui sunt Thessalonice,
qui susceperunt verbum cum omni
auiditate, quotidie scrutātes scri-
pturas, si hec ita se haberent. Et
multi quidem crediderunt ex eis, et
mulierum gentilium honestarum,
et viri non pauci. Cum autem co-
gnouissent in Thessalonica Judei,
quia et Berrhee predicatum est a
Paulo verbum dei, venerunt et il-
luc, cōmouentes et turbantes mul-
titudinem. Statimq; tūc Paulum
dimiserunt fratres, vt iret vsq; ad
mare: Silas autem et Timotheus
remanserunt ibi. Qui autem dedu- D
cebant Paulum, perduxerunt eum
vsq; ad Athenas. et accepto māda-
to ab eo ad Silam et Timotheum
vt q celeriter venirēt ad se: profe-
cti sunt. Paulus autem cum Athe-

nis eos expectaret, incitabatur spi-
ritus eius in ipso, videns idolola-
trie deditam ciuitatem. Disputa-
bat igitur i synagoga cum Judeis
et colentibus, et in foro per omnes
dies ad eos qui aderant. Quidam
autem Epicurei ⁊ Stoici philoso-
phi disserebant cum eo: et quidam
dicebāt, Quid vult seminiuerbius
hic dicere? Alii vero, Nouorum de-
moniorum videtur ānūtiator esse.
E quia Jesum et resurrectionem an-
nuntiabat eis. Et apprehēsum eū,
ad Areopagum duxerunt, dicētes,
Possumus scire que est hec noua q̄
a te dicitur, doctrina? noua eni que-
dam infers auribus nostris. Volu-
mus ergo scire quidnam velint hec
esse. Athenienses autem omnes, et
aduene hospites, ad nihil aliud va-
cabāt, nisi aut dicere aut audire a-
liquid noui. Stās autem Paulus
in medio Areopagi, ait, Viri Athe-
F nienses, per omnia quasi supersti-
tiosiores vos video. Preteriens e-
nim ⁊ vidēs simulachra vestra, in-
ueni et aram in qua scriptum erat,
Ignoto deo. Quod ergo ignoran-
tes colitis, hoc ego annūtio vobis.
Deus qui fecit mundum et omnia
que in eo sunt, hic celi et terre cum
Sup.7.f. sit dominus, non in manufactis tē-
plis habitat, nec manib⁹ humanis
colitur, indigens aliquo, cum ipse
det omnibus vitam ⁊ inspirationē
et omnia: fecitq; ex vno omne gen⁹
hominum inhabitare super vniuer
sam faciem terre, definiens statuta
tempora et terminos habitationis
eorum, querere deum si forte attre-
ctent eum aut inueniant, quamuis
non longe sit ab vnoquoq; nostrū.
In ipso enim viuimus ⁊ mouemur
et sumus, sicut et quidam vestrorū
Aratus. poetarum dixerunt, Ipsius enim ⁊
genus sumus. Genus ergo cum si-
Esa.40 e mus dei, non debemus existimare
auro ⁊ argento, aut lapidi sculptu-
re artis et cogitationis hominis,

diuinum esse simile. Et tempora q̄- G
dem hui⁹ ignorantie despiciens de-
us, nunc annuntiat hominibus, vt
omnes vbiq; penitentiam agant,
eo q; statuit diem in quo iudicatu-
rus est orbem in equitate in viro in
quo statuit, fidem prebēs omnib⁹,
suscitās eum a mortuis. Cum au-
dissent autem resurrectionem mor-
tuorum, quidam quidē irridebant,
quidam vero dixerunt, Audiemus
te de hoc iterum. Sic Paulus ex-
iuit de medio eorum. Quidam vero
viri adherentes ei, crediderunt: in
quibus et Dionysius Areopagita,
et mulier nomine Damaris, et alii
cum eis.

CAPUT. XVIII.

Post hec egressus ab Athenis, A
venit Corinthum. ⁊ inueniēs
quēdam Judeum nomine A-
quilam, Ponticum genere, qui nu-
per venerat ab Italia, et Priscillā
vxorem ei⁹, eo q; precepisset Clau-
di⁹ discedere oēs Judeos a Roma:
accessit ad eos. Et quia eiusdem e-
rat artis, manebat apud eos, ⁊ ope-
rabatur. erant autem scenofactorie
artis. Et disputabat in synagoga
per omne sabbatum, interponens
nomē dñi Jesu: suadebatq; Judeis
et Grecis. Cum venissent autem de B
Macedonia Silas et Timotheus,
instabat verbo Paulus, testificās
Judeis esse Christum, Jesum. Cō-
tradicentibus autem eis ⁊ blasphe-
mantibus, excutiēs vestimēta sua,
dixit ad eos, Sanguis vester super
caput vestrum: mund⁹ ego, ex hoc
ad gentes vadā. Et migrans inde,
intrauit in domum cuiusdam, noie
Titi iusti, colentis deum, cuius do-
mus erat cōiuncta synagoge. Cri- C
spus autē archisynagog⁹ credidit
dño, cum omni domo sua: et multi
Corinthiorum audiētes credebāt,
et baptizabantur. Dixit autem do-
minus nocte per visionem Paulo,
Noli timere: sed loquere, et ne ta-
ceas,

reas, propterea ꝙ ego sum tecum:
et nemo apponetur tibi vt noceat
te, quoniam populus est mihi mul-
tus in hac ciuitate. Sedit autē ibi
D annum et sex menses, docens apud
eos verbum dei. Gallione autē pro-
consule Achaie, insurrexerunt vno
animo Judei in Paulum, et addu-
xerunt eum ad tribunal, dicentes,
Contra legem hic persuadet homi-
nibus colere deum. Incipiente au-
tem Paulo aperire os, dixit Gallio
ad Judeos, Si quidem esset iniquū
aliquid, aut facin⁹ pessimum, o viri
Judei, recte vos sustinerem. si vero
questiones sunt de verbo et nomi-
nib⁹ legis vestre, vosipsi videritis.
iudex ego horū nolo esse. Et mina-
uit eos a tribunali. Apprehenden-
tes autem omnes Sosthenem prin-
cipem synagoge, percutiebāt eum
ante tribunal: et nihil eorum Gal-
E lioni cure erat. Paulus vero cum
adhuc sustinuisset dies multos, fra
tribus valefaciens, nauigauit in
Syriam, et cum eo Priscilla et A-
quila, qui sibi totonderat in Cen-
chreis caput. habebat enim votum.
Deuenitq; Ephesum, & illos ibi re-
liquit. Ipse vero ingressus synago-
gam, disputabat cum Judeis. Ro-
gātibus autem eis vt ampliori tē-
pore maneret, nō consensit, sed va-
lefaciens, & dicens, Iterum reuer-
tar ad vos, deo volente: profectus
F est ab Epheso. Et descendens Ce-
saream, ascendit, & salutauit eccle-
siam: et descendit Antiochiam. Et
facto ibi aliquanto tempore, profe-
ctus est, perambulans ex ordine Ga-
latiam regionem & Phrygiam, cō-
firmans omnes discipulos. Jude⁹
autem quidam, Apollo nomine, A-
lexandrinus genere, vir eloquens,
deuenit Ephesum, potens in scri-
pturis. Hic erat edoctus viam do-
mini, et feruens spiritu, loqueba-
tur et docebat diligēter ea que sunt
Jesu, sciens tantum baptisma Jo-
annis. Hic ergo cepit fiducialit a- G
gere in synagoga. Quē cum audis-
sent Priscilla & Aquila, assumpse-
runt eū, et diligētius exposuerūt ei
viam dñi. Cū autē vellet ire Acha-
iam, exhortati fratres, scripserunt
discipulis, vt susciperent eum. Qui
cum venisset, contulit multum his
qui crediderant. Vehementer enim
Judeos reuincebat publice, ostēdēs
ꝑ scripturas, esse Christū, Jesum.

CAPVT. XIX.

Factum est aūt cum Apollo esset A
Corinthi, vt Paul⁹ peragra-
tis superioribus partibus ve-
niret Ephesum, et inueniret quos-
dam discipulos: dixitq; ad eos, Si
spiritum sanctum accepistis credē-
tes? At illi dixerunt ad eum, Sed
neq; si spiritus sanctus est, audiui-
m⁹. Ille vero ait, In quo ergo ba-
ptizati estis? Qui dixerūt, In Joā-
nis baptismate. Dixit aūt Paul⁹,
Joannes baptizauit baptismo pe- Matt.3.c
nitētie populū, dicēs, in eū qui vē- Marc.1 b
turus esset post ipsum, vt crederēt, Luce.3.c
hoc est, in Jesum. His auditis, ba- Io.1.d.
ptizati sunt in noīe dñi Jesu. Et cū Sup.1.a.
imposuisset illis man⁹ Paul⁹, venit
spiritus sanct⁹ super eos, et loque-
bantur linguis, et prophetabant.
Erant aūt oēs viri fere duodecim.
Introgressus aūt synagogā, cū fi-
ducia loquebatur per tres menses,
disputans et suadens de regno dei.
Cum aūt quidā indurarētur & non B
crederēt, maledicētes viā dñi corā
multitudine, discedēs ab eis, segre
gauit discipulos, q̄tidie disputans
in schola Tyrāni cuiusdā. Hoc aūt
factum est per biennium, ita vt oēs
qui habitabāt i Asia, audirēt ver-
bum dñi, Judei atq; Gētiles. Vir-
tutesq; nō quaslibet faciebat de⁹ ꝑ
manū Pauli: ita vt etiā sup lāgui-
dos deferētur a corpore eius suda-
ria et semicinctia, et recedebant ab
eis lāguores, et spirit⁹ nequā egre-
diebantur. Tentauerūt aūt quidā C

et de circũeuntibus Judeis exorci-
stis inuocare super eos q̃ habebant
spirit⁹ malos, nomen dñi Jesu, di-
centes, Adiuro vos per Jesum quẽ
Paul⁹ predicat. Erant aũt cuius-
dam Judei, nomine Sceue, princi-
pis sacerdotũ septẽ filii, q̃ hoc faci-
ebant. Respondens aũt spirit⁹ ne-
quã, dixit eis, Jesum noui, & Pau-
lũ scio: vos aũt qui estis? Et insili-
ens in eos homo in quo erat demo-
niũ pessimũ, et dominat⁹ amborũ,
inualuit contra eos, ita vt nudi et
vulnerati effugerent de domo illa.
D Hoc aũt notum factũ est omnibus
Judeis atq; gentilib⁹ q̃ habitabãt
Ephesi: et cecidit timor super oẽs
illos, et magnificabatur nomẽ dñi
Jesu. Multiq; credentiũ veniebãt
cõfitẽtes & annũciãtes actus suos.
Multi aũt ex eis qui fuerant curi-
osa sectati, cõtulerunt libros, & cõ-
busserũt eos corã omnib⁹. et cõpu-
tatis pretiis illorũ, inuenerũt pecu-
niã denariorũ quinquagita milliũ.
Ita fortiter crescebat verbũ dei, et
confirmabatur. His aũt expletis,
proposuit Paul⁹ in spiritu, trãsita
Macedonia & Achaia, ire Hieroso-
lymã, dicẽs, Postq̃ fuero ibi, opor-
tet me et Romam videre. Mittens
E autẽ in Macedoniã duos ex mini-
strãtib⁹ sibi, Timotheũ & Erastũ,
ipse remãsit ad tẽpus in Asia. Fa-
cta est aũt illo tẽpore turbatio non
minima de via dñi. Demetrius eni
quidã nomine, argentarius, faciẽs
edes argẽteas Diane, pstabat ar-
tificibus nõ modicũ questũ: quos
cõuocans et eos q̃ huiusmodi erãt
opifices, dixit, Uiri, scitis quia de
hoc artificio est nobis acquisitio: &
videtis & auditis q̃a nõ solũ Ephe-
si, sed pene totius Asie Paulus hic
suadẽs auertit multã turbã dicẽs,
Quoniã non sunt dii qui manibus
fiunt. Nõ solum aũt hec periclita-
bitur nobis pars in redargutionẽ
venire, sed & magne Diane tẽplum
in nihilũ reputabit, & destrui icipiet
maiestas ei⁹, quã tota Asia & orbis
colit. His auditis, repleti sunt ira,
et exclamauerunt, dicẽtes, Magna
Diana Ephesiorũ. Et impleta est F
ciuitas tota cõfusione, et impetum
fecerunt vno aio in theatrũ, rapto
Caio et Aristarcho Macedonibus,
comitib⁹ Pauli. Paulo aũt volẽte
intrare in populũ, nõ permiserunt
discipuli. Quidã aũt et de Asie pri-
cipib⁹ qui erãt amici eius, miserũt
ad eum, rogãtes ne se daret in the-
atrũ. Alii autem aliud clamabant.
Erat eni ecclesia cõfusa: et plures
nesciebãt qua ex causa cõuenissent.
De turba aũt detraxerunt Alexan-
drũ, propellentib⁹ eũ Judeis. Ale-
xander aũt manu silentio postula-
to, volebat reddere rationẽ ppulo.
Quẽ vt cognouerunt Judeũ esse,
vox facta vna ẽ omniũ quasi p ho-
ras duas clamãtiũ, Magna Dia- G
na Ephesiorũ. Et cũ sedasset scriba
turbas, dixit, Uiri Ephesii, q̃s eni
est hominũ q̃ nesciat Ephesiorũ ci-
uitatẽ cultricem esse magne Diane
Jouisq; prolis? Cũ ergo his cõtra-
dici nõ possit, oportet vos sedatos
esse, et nihil temere agere. Adduxi-
stis eni homines istos, neq; sacrili-
gos, neq; blasphemãtes deã vestrã.
Qd si Demetrius & q̃ cum eo sunt
artifices, habẽt aduersus aliquem
causam, cõuentus forenses agunt
et proconsules sunt, accusent inui-
cem. Si quid aũt alterius rei que-
ritis: i legitima ecclesia poterit ab-
solui. Nã et periclitamur argui se-
ditionis hodierne: cum nullus ob-
noxius sit de quo possim⁹ reddere
rationem cõcursus istius. Et cum
hec dixisset, dimisit ecclesiam.

CAPVT. XX.

Postquã autẽ cessauit tumul-
t⁹, vocatis Paul⁹ discipulis,
et exhortatus eos, vale dixit,
et profect⁹ est vt iret i Macedoniã.
Cũ autẽ perãbulasset partes illas,
et exhor-

⁊ exhortatus eos fuisset multo ser-
mone, venit ad Greciā: vbi cū fuis-
set mēses tres, facte sunt illi insidie
a Judeis, nauigaturo ī Syriā, ha-
buitq̧ cōsiliū vt reuerteret̄ p Ma-
cedoniā. Comitat⁹ est aūt eū Sosi-
pater Pyrrhi Berrheensis, Thes-
salonicēsiū vero Aristarch⁹, ⁊ Se-
cundus, et Caius Derbeus, ⁊ Ti-
B motheus, Asiani vero Tychicus ⁊
Trophim⁹. Hi cū precessissent, su-
stinuerunt nos Troade: nos vero
nauigauimus post dies azymorū a
Philippis, et venim⁹ ad eos Tro-
adē in dieb⁹ quinque, vbi demorati
sum⁹ dieb⁹ septē. Una aūt sabbati
cū cōuenissem⁹ ad frāgendū panē,
Paul⁹ disputabat cū eis pfectur⁹
in crastinū, ptraxitq̧ sermonē vsq̧
in mediā noctē. Erāt aūt lampades
copiose ī cenaculo vbi eram⁹ cōgre
gati. Sedens aūt quidā adolescēs,
nomine Eutychus sup fenestrā, cū
mergeret̄ somno graui, disputante
diu Paulo, duct⁹ somno cecidit de
tertio cenaculo deorsum, ⁊ sublat⁹
est mortuus. Ad quē cū descēdisset
C Paulus, incubuit super eū: et cō-
plexus, dixit, Nolite turbari: aīa
enim ipsius in ipso est. Ascendens
aūt, frangensq̧ panē et gustās, sa-
tisq̧ allocutus vsq̧ in lucē, sic pfe-
ctus est. Adduxerunt aūt puerū vi-
uentē, ⁊ cōsolati sunt non minime.
Nos aūt ascendentes nauem, na-
uigauimus ī Asson, inde suscepturi
Paulū. Sic eni disposuerat, ipse p
terram iter facturus. Cū aūt cōue-
nissemus ī Asson, assumpto eo, ve-
nim⁹ Mitylenen. Et inde nauigā-
tes, sequēti die venim⁹ ɔtra Chiū.
et alia die applicuimus Samū: et
sequenti die venim⁹ Miletū. pro-
posuerat enim Paulus trāsnaui-
gare Ephesum, ne qua mora illi fie
D ret in Asia. Festinabat eni, si possi-
bile sibi esset, vt diē pētecosten fa-
ceret Hierosolymis. A Mileto aūt
mittens Ephesum, vocauit maio-
res natu ecclesie. Qui cū venissent
ad eū, ⁊ simul essent, dixit eis, Uos
scitis a prima die qua ingressus sū
in Asiam, qualiter vobiscū p omne
tempus fuerim, seruiens dño cū oī
humilitate ⁊ lachrymis, et tētatio-
nib⁹ que mihi acciderūt ex insidiis
Judeorū: quomodo nihil subtraxe-
rim vobis vtilium, quo minus an-
nuntiarē vobis et docerē vos pub-
lice et per domos, testificās Judeis
atq̧ gentilib⁹ in deū penitentiā, et
fidem in dominū nostrum Jesum
Christum. Et nunc ecce ego alliga-
tus spiritu, vado in Hierusalem: q̄ E
in ea ventura sunt mihi, ignorans:
nisi ꝙ spiritus sanctus p oēs ciui-
tates mihi protestatur, dicēs quo-
niā vīcula et tribulationes Hiero-
solymis me manēt. Sed nihil horū
vereor: nec facio aiam meā pretio-
siorē q̄ me, dūmodo cōsummē cur-
sum meū et ministeriū verbi quod
accepi a dño Jesu, testificari euan-
gelium gratie dei. Et nūc ecce ego
scio quia amplius nō videbitis fa-
ciē meā vos oēs, per quos trāsiui,
predicans regnū dei. Quapropter
cōtestor vos hodierna die, ꝙ mun-
dus sum a sanguine omniū. Non
eni subterfugi, quo minus annūti-
arē oē consiliū dei vobis. Attēdite
vobis et vniuerso gregi, ī quo vos F
spirit⁹ sanct⁹ posuit episcopos re-
gere ecclesiam dei, quam acquisiuit
sanguine suo. Ego scio qm̄ intra-
būt post discessionē meā lupi rapa-
ces ī vos, nō parcētes gregi. Et ex
vobisipsis exurgēt viri loqētes p-
uersa, vt abducant discipulos post
se. Propter qđ vigilate, memoria
retinētes, qm̄ per trienniū nocte et
die nō cessaui cū lachrymis monere
vnūquemq̧ vestrū. Et nūc cōmen-
do vos deo et verbo gratie ipsius,
qui potens est edificare, ⁊ dare he-
reditatem in sanctificatis omnib⁹.
Argentū et aurū, aut vestē nullius
cōcupiui. Sicut ipsi scitis quoniā
ad

1.co. 4.c ad ea q̃ mihi opus erãt, ⁊ his q̃ me-
1.thes.2b cũ sunt, ministrauerũt manus iste.
2.thes.3b Oia ostẽdi vobis, quoniã sic labo-
rãtes opoꝛtet suscipere infirmos,
ac meminisse verbi dñi Jesu, quo-
niam ipse dixit, Beatius est magis
dare, q̃ accipere. Et cum hec dixis-
set, positis genibus suis oꝛauit cũ
omnib⁹ illis. Magnus aũt fletus
fact⁹ est omniũ. et pꝛocũbentes sup
collũ Pauli, osculabãtur eũ, dolẽ-
tes maxime ĩ verbo quod dixerat,
quoniã ampli⁹ faciẽ eius nõ essent
visuri. Et deducebant eũ ad nauẽ.

CAPVT. XXI.

A Cum aũt factũ esset vt naui-
garem⁹, abstracti ab eis, re-
cto cursu venim⁹ Coũ, ⁊ se-
quẽti die Rhodũ, et inde Patarã.
Et cũ inuenissemus nauẽ trãsfre-
tantẽ ĩ Phenicẽ: ascendẽtes naui-
gauimus. Cum apparuissemus aũt
Cypꝛo, relinquẽtes eã ad sinistrã,
nauigauimus in Syꝛiã, et venim⁹
Tyꝛum. ibi enim nauis expositura
erat onus. Inuẽtis aũt discipulis,
mansim⁹ ibi dieb⁹ septẽ: q̃ Paulo
dicebãt p spiritũ, ne ascẽderet Hie-
rosolymã. Et expletis dieb⁹, pꝛofe-
cti ibamus, deducentib⁹ nos omni-
bus cũ vxoꝛib⁹ et filiis vsq̃ foꝛas
ciuitatẽ: et positis genib⁹ ĩ littoꝛe,
oꝛauimus. Et cũ valefecissem⁹ in-
B uicẽ, ascẽdimus nauem, illi aũt re-
dierũt ĩ sua. Nos vero nauigatio-
ne expleta, a Tyꝛo descẽdim⁹ Pto-
lemaidã: et salutatis fratrib⁹, mã-
simus die vna apud illos. Alia aũt
die pꝛofecti, venimus Cesareã. Et
intrãtes domũ Philippi euangeli-
Sup. 6.b ste, qui erat vnus de septẽ, mansi-
mus apud eũ. Huic aũt erant qua-
tuoꝛ filie virgines, pꝛophetantes.
Et cũ moꝛaremur p dies aliquot,
superuenit quidã vir a Judea, pꝛo-
pheta, noïe Agab⁹. Is cũ venisset
ad nos, tulit zonã Pauli: ⁊ alligãs
sibi pedes et man⁹, dixit, Hec dicit
spiritus sanctus: virũ cuius est zo-
na hec, sic alligabunt in Hierusalẽ
Judei, et tradent ĩ manus gentiũ.
Quod cũ audissemus, rogabamus C
nos ⁊ qui loci illius erant, ne ascẽ-
deret Hierosolymã. Tũc respõdit
Paul⁹, et dixit, Quid facitis flen-
tes et affligẽtes coꝛ meũ? Ego aũt
nõ solũ alligari, sed ⁊ moꝛi in Hie-
rusalẽ paratus sum pꝛopter nomẽ
dñi Jesu. Et cũ ei suadere nõ pos-
semus, quieuimus, dicentes, Dñi
voluntas fiat. Post dies aũt istos
pꝛeparati, ascendebam⁹ ĩ Hierusa-
lem: Venerũt aũt quidam ex disci-
pulis a Cesaria nobiscũ, adducen-
tes secũ (apud quẽ hospitaremur)
Jasonẽ quendã Cypꝛiũ, antiquũ
discipulũ. Et cũ venissem⁹ Hiero-
solymã, libenter exceperũt nos fra-
tres. Sequenti autẽ die, introibat
Paulus nobiscũ ad Jacobũ, oẽsq̃
collecti sunt senioꝛes. Quos cũ sa- D
lutasset, narrabat p singula, q̃ de⁹
fecisset in gentibus per ministeriũ
ipsius. At illi cũ audissent, magni-
ficabant deũ, dixeruntq̃ ei, Vides
frater quot millia sunt ĩ Judeis q̃
crediderunt: et omnes emulatoꝛes
sunt legis. Audierũt aũt de te quia
discessionem doceas a Moyse, eoꝝ
qui p gentes sunt Judeoꝛũ, dicẽs,
non debere eos circuncidere filios
suos, neq̃ secundũ cõsuetudinẽ in-
gredi. Quid ergo est? Vtiq̃ opoꝛ-
tet cõuenire multitudinẽ. audient
enim te superuenisse. Hoc ergo fac,
quod tibi dicimus, Sũt nobis viri
quatuoꝛ, votũ habẽtes sup se. His
assumptis sanctifica te cum illis: et
impende in illis, vt radant capita:
⁊ scient oẽs quia q̃ de te audierũt,
falsa sunt, sed ambulas et ipse cu-
stodiens legẽ. De his autẽ qui cre- E
diderunt ex gentib⁹ nos scripsim⁹,
iudicantes, vt abstineãt se ab ido-
lis immolato, et sanguine, ⁊ suffo-
cato, et foꝛnicatione. Tũc Paulus
assumptis viris postera die purifi-
catus cũ illis intrauit ĩ templum,
annũtians

nūtiās expletionē dierū purifica-
tionis, donec offerret̄ ꝓ vnoquoq;
eoꝝ oblatio. Dū aūt septem dies
cōsummarentur, hi q̄ de Asia erāt
Iudei, cū vidissent eum in templo,
cōcitauerūt omnem populū, et in-
iecerunt ei manus, clamātes, Uiri
Israelite, adiuuate: hic est homo q̄
aduersus populū et legem ⁊ locum
hunc, oēs vbiq; docens, insup ⁊ gē-
tiles induxit in templū, et violauit
sanctū locū istū. Uiderāt eni Tro-
F phimū Ephesiū i ciuitate cū ipso,
quem existimauerūt qm̄ in templū
introduxisset Paul⁹. Cōmotaq; est
ciuitas tota: et facta est concursio
populi. Et apprehendētes Paulū,
trahebāt eū extra templū: ⁊ statim
clause sunt ianue. Querentib⁹ aūt
eū occidere, nuntiatū ē tribuno co-
hortis, Quia tota cōfundit̄ Hieru-
salē. Qui stati assumptis militib⁹ ⁊
centurionibus, decurrit ad illos.
Qui cū vidissēt tribunū ⁊ milites,
cessauerūt percutere Paulū. Tūc
accedens tribun⁹ apprehendit eū, ⁊
iussit alligari catenis duabus: et
interrogabat q̄s esset, ⁊ quid fecis-
set. Alii aūt aliud clamabāt in tur-
ba. Et cū nō posset certū cognoscere
pre tumultu, iussit duci eū i castra.
Et cū venisset ad grad⁹, cōtigit vt
portaret̄ a militib⁹ propt̄ vim po-
puli. Sequebat̄ eni multitudo po-
puli clamās, Tolle eū. Et cū cepis-
set induci i castra Paul⁹, dicit tri-
buno, Si licet mihi loqui aliq̄d ad
te? Qui dixit ei, Grece nosti? Nō-
ne tu es Egyptius q̄ ante hos dies
tumultū cōcitasti, ⁊ eduxisti i deser-
tū quatuor millia viroꝝ sicarioꝝ?
Et dixit ad eū Paul⁹, Ego homo
sum quidē Iude⁹ a Tharso Cilicie,
nō ignote ciuitatis municeps. Ro-
go autē te, permitte mihi loqui ad
populū. Et cū ille ꝑmisisset, Paul⁹
stans in gradib⁹, annuit manu ad
plebem, et magno silentio facto, al-
locutus est lingua Hebrea, dicens.

CAPVT. XXII.

Viri, fratres ⁊ patres, audi- A
te quā ad vos nūc reddo ra-
tionē. Cū audissent aūt q̄a
Hebrea ligua loqueretur ad illos,
magis p̄stiterūt silentiū. Et dicit,
Ego sum vir Iudeus, nat⁹ Thar-
so Cilicie, nutritus aūt in ista ciui-
tate secus pedes Gamalielis, eru-
dit⁹ iuxta veritatē paterne legis,
emulator legis sicut et vos omnes
estis hodie: q̄ hanc viā persecutus Sup. 8. a
sum vsq; ad mortē, alligans et tra-
dēs i custodias viros ac mulieres,
sicut princeps sacerdotū mihi testi-
moniū reddit, ⁊ oēs maiores natu:
a quib⁹ ⁊ epistolas accipiēs ad fra
tres, Damascū pergebā, vt addu- B
cerē inde vinctos i Hierusalem, vt
punirent̄. Factū est aūt eunte me ⁊ Sup. 9. a
appropinquāte Dāasco media die,
subito de celo circūfulsit me lux co-
piosa: et decidēs i terrā, audiui vo-
cem dicentē mihi, Saule Saule, q̄d
me persequeris? Ego aūt respōdi,
Quis es dn̄e? Dixitq; ad me, Ego
sum Iesus Nazarenus quē tu per-
sequeris. Et qui mecū erant, lumē
quidem viderūt: vocē aūt non au-
dierūt eius qui loquebatur mecū.
Et dixi, Quid faciā dn̄e? Dn̄s aūt C
dixit ad me, Surgens vade Da-
mascū: et ibi tibi dicetur de oībus
que te oporteat facere. Et cū nō vi-
derē pre claritate luminis illi⁹, ad
manū deductus a comitibus, veni
Damascū. Ananias aūt quidā, vir
secundū legē, testimoniū habēs ab
omnib⁹ cohabitantib⁹ Iudeis, ve-
niēs ad me et stās, dixit mihi, Sau-
le frater, respice. Et ego eadem ho- D
ra respexi in eū. At ille dixit, Deus
patrū nostroꝝ preordinauit te, vt
cognosceres voluntatē eius, et vi-
deres iustū, et audires vocē ex ore
eius: quia eris testis illius ad oēs
homines, eoꝝ que vidisti ⁊ audisti.
Et nūc q̄d moraris? Exurge ⁊ bapti
zare, ⁊ ablue peccata tua inuocato
nomine

noie ipsius. Factū est aūt reuertēti
mihi in Hierusalē et orāti in tem-
plo, fieri me in stupore mētis, et vi-
dere illū dicentē mihi, Festina, & exi
velociter ex Hierusalē, quoniā nō
recipient testimoniū tuū de me. Et
E ego dixi, Dñe, ipsi sciūt qa ego erā
concludēs in carcerē, et cedens per
synagogas eos qui credebāt in te:
Sup. 7. g et cū funderetur sanguis Stepha-
ni testis tui, ego astabā et cōsentie-
bam, & custodiebā vestimēta inter-
ficiētiū illū. Et dixit ad me, Vade,
quoniā ego in nationes lōge mittā
te. Audiebāt aūt eū vsq ad hoc ver-
bum, et leuauerūt vocē suā, dicen-
tes, Tolle de terra huiusmodi. non
F enim fas est eū viuere. Vociferāti-
bus autē eis, et proiicientib⁹ vesti-
mēta sua, & puluerē iactātib⁹ in ae-
rem, iussit tribun⁹ induci eū in ca-
stra, et flagellis cedi, & torqueri eū:
vt sciret propter quā causam sic ac
clamarēt ei. Et cū astrinxissēt eū lo-
ris, astāti sibi cēturioni Paul⁹ di-
xit, Si hominē Romanū & indēna-
tū licet vobis flagellare? Quo au-
dito, cēturio accessit ad tribunū, et
G nūtiauit ei dicēs, Quid actur⁹ es?
Hic enī homo, ciuis Romanus est.
Accedēs aūt tribun⁹, dixit illi, Dic
mihi, si tu Romanus es? At ille di-
xit, Etiā. Et respōdit tribun⁹, Ego
multa sūma ciuilitatē hāc cōsecu-
tus sum. Et Paul⁹ ait, Ego aūt et
nat⁹ sum. Protin⁹ ergo discesserūt
ab illo, qui eū torturi erāt. Tribu-
nus quoq timuit postq̄ resciuit qa
ciuis Roman⁹ esset, & qa allegasset
eum. Postera aūt die, volens scire
diligētius, qua ex causa accusaret
a Judeis, soluit eū, & iussit sacerdo-
tes cōuenire, et omne concilium: et
producēs Paulū, statuit int illos.

CAPVT. XXIII.

A INtendēs aūt in conciliū Paul⁹
ait, Viri fratres, ego oi consciē-
tia bona cōuersat⁹ sum ante de-
um vsq in hodiernū diē. Princeps
aūt sacerdotum Ananias, precepit
astātib⁹ sibi percutere os ei⁹. Tūc
Paul⁹ dixit ad eū, Percutiet te de-
us, paries dealbate. Et tu sedēs iu-
dicas me secundū legē, & cōtra legē
iubes me percuti. Et qui astabant,
dixerunt, Summū sacerdotem dei
maledicis? Dixit aūt Paulus, Ne-
sciebā fratres quia princeps est sa-
cerdotum. Scriptū est enī, Princi- Exo. 22. d
pem populi tui nō maledices. Sci-
ens aūt Paul⁹ quia vna pars esset
sadduceorum, & altera phariseorū, B
exclamauit in cōcilio, Viri fratres,
ego phariseus sum, filius pharisei, Philip. 3.
de spe et resurrectione mortuorum b.
ego iudicor. Et cum hec dixisset, fa-
cta est dissensio int phariseos & sad-
duceos, et soluta est multitudo.
Sadducei autē dicunt non esse re- Mat 22. c
surrectionem mortuorum, neq an-
gelum, neq spiritū: Pharisei autē
vtraq confitentur. Factus est aūt C
clamor magnus. & exurgētes quidā
phariseorum, pugnabant dicētes,
Nihil mali inuenimus in homine
isto. quid si spiritus locutus est ei,
aut angelus? Et cū magna dissen-
sio facta esset, timens tribunus ne
discerperetur Paulus ab ipsis, ius-
sit milites descēdere et rapere eum
de medio eorum, ac deducere eū in
castra. sequēti autem nocte, assistēs
ei dominus ait, Constans esto. si-
cut enī testificatus es de me in Hi-
erusalem, sic te oportet et Rome te-
stificari. Facta autem die, college-
runt se quidam ex Judeis, et deuo-
uerunt se, dicentes neq manduca-
turos, neq bibituros, donec occi-
derent Paulum. Erāt autem plus
q̄ quadraginta viri, qui hanc con- D
iurationē fecerant: qui accesserunt
ad pricipem sacerdotum & seniores,
et dixerunt, Deuotione deuouim⁹
nos, nihil gustaturos, donec occi-
damus Paulum. Nunc ergo vos
notum facite tribuno cum cōcilio,
vt producat illum ad vos, tāquam
aliquid

aliquid certiꝰ cognituri de eo. Nos
vero, priꝰ q̄ appropinquet, para-
ti sumꝰ interficere illum. Quod cū
audisset filiꝰ sororis Pauli insidi-
as, venit et intrauit in castra, nun-
tiauitq; Paulo. Vocās aūt Pau-
lus ad se vnum ex centurionibus,
ait, Adolescentem hunc abduc ad
tribunum: habet enim aliquid indi-
care illi. Et ille quidē assumens eū,
E duxit ad tribunum, et ait, Vinctus
Paulus rogauit me, hūc adolescē-
tem perducere ad te, habentem ali-
quid loqui tibi. Apprehendens aūt
tribunus manum illius, secessit cū
eo seorsum, et interrogauit illum,
Quid est quod habes indicare mi-
hi? Ille autem dixit, Judeis conue-
nit rogare te, vt crastina die produ-
cas Paulum in cōcilium, quasi a-
liquid certius inquisituri sint de il-
lo. tu vero ne credideris illis. insidi
antur enim ei ex eis viri amplius q̄
quadraginta: qui se deuouerunt nō
manducare neq; bibere, donec in-
terficiant eum: et nunc parati sunt,
expectantes promissum tuum. Tri-
bunus igitur dimisit adolescētem,
precipiēs ei ne cui loqueretur quo-
niam hec nota sibi fecisset. Et voca-
F tis duobus centurionibus dixit il-
lis, Parate milites ducentos, vt
eant vsq; Cesaream, et equites se-
ptuaginta, et lancearios ducētos,
a tertia hora noctis, et iumenta pre-
parate, vt imponentes Paulum,
saluum perducerent ad Felicē pre-
sidem, (Timuit enim, ne forte ra-
perent eum Judei et occiderent, et
ipse postea calumniam sustineret,
tanq̄ accepturus pecuniā) scribens
ei epistolam continētem hec, Clau-
dius Lysias, optimo presidi Felici
salutem. Virum hunc comprehen-
sum a Judeis, et incipientem inter-
fici ab eis, superueniens cum exer-
citu, eripui, cognito q Romanus
est, volēsq; scire causam quam ob-
G iiciebant illi, deduxi eum in conci-
lium eorū. Quē inueni accusari de
questionibꝰ legis ipsorū: nihil vero
dignum morte aut vinculis haben-
tem crimē. Et cū mihi perlatū esset
de insidiis quas parauerāt illi, mi-
si eum ad te, denuntians et accusa-
toribꝰ vt dicāt apud te. Vale. Mi-
lites vero, secūdum preceptum sibi
assumentes Paulum, duxerunt per
noctem in Antipatridē. Et postera
die dimissis equitibus vt cum eo i-
rent, reuersi sunt ad castra. Qui cū
venissent Cesaream, et tradidissent
epistolam presidi, statuerunt ante
illum et Paulū. Cum legisset aūt,
et interrogasset de qua prouincia esset:
et cognoscens quia de Cilicia, Au-
diam te (inquit) cū accusatores tui
venerint. Jussitq; in pretorio He-
rodis custodiri eum.

CAPVT. XXIIII.

Post quinq; autem dies descē- A
dit princeps sacerdotum Ana-
nias: cum senioribus quibus-
dam et Tertullo quodam oratore
qui adierūt presidē aduersus Pau-
lum. Et citato Paulo, cepit accu-
sare Tertullꝰ, dicēs, Cum in mul-
ta pace agamus per te, et multa cor-
rigantur per tuam prouidentiam:
semper et vbiq; suscipimus, optime
Felix, cum omni gratiarū actione.
Ne diutius autem te protraham, B
oro, breuiter audias nos pro tua cle-
mētia. Inuenimus hunc hominem
pestiferum et concitantem seditio-
nem omnibus Judeis in vniuerso
orbe, et authorem seditionis secte
Nazarenorum, qui etiam templum
violare conatus est, quem et appre-
hensum voluimus secūdum legem
nostram iudicare. Superueniens
autem tribunus Lysias, cū vi ma-
gna eripuit eū de manibꝰ nostris,
iubēs accusatores eius ad te veni-
re, a quo poteris ipse iudicans de
omnibus istis cognoscere, de quibꝰ
nos accusamꝰ eum. Adiecerunt aūt C
et Judei, dicentes hec ita se habere.

Respondit autem Paulus, annu-
ente sibi preside dicere, Ex mul-
tis annis te esse iudicem genti huic
sciens, bono animo pro me satisfa-
ciam. Potes enim cognoscere quia
nō pl⁹ sunt mihi dies ꝙ duodecim,
ex quo ascendi adorare in Hierusa-
lem. et neq; in tēplo inuenerunt me
cum aliquo disputantem, aut con-
D cursum facientem turbe, neq; in sy-
nagogis, neq; in ciuitate. neq; pro-
bare possunt tibi de quib⁹ nunc me
accusant. Confiteor autē hoc tibi,
ꝙ secundum sectam, quam dicunt
heresim, sic deseruio patrio deo meo
credēs omnibus que in lege et pro-
phetis scripta sunt: spem habēs in
deum, quam et hi ipsi expectant, re-
surrectionem futuram iustorum et
iniquorum. In hoc et ipse studeo,
E sine offendiculo conscientiā habere
ad deū et ad homines semper. post
annos autem plures, eleemosynas
factur⁹ in gentē meam veni, et ob-
Sup.21.e lationes, et vota in quibus inuene-
runt me purificatum in templo, nō
cum turba neq; cū tumultu. Et ap-
prehenderunt me clamantes, et di-
centes, Tolle inimicum nostrum.
Quidam autē ex Asia Iudei, quos
oportebat apud te presto esse et ac-
cusare, si quid haberent aduersum
me: aut hi ipsi dicant si quid inue-
nerunt in me iniquitatis, cum stem
Sup.23.b in concilio, nisi de vna hac solum-
F modo voce, qua clamaui inter eos
stans, Quoniam de resurrectione
mortuorū ego iudicor hodie a vo-
bis. Distulit autem illos Felix, cer-
tissime sciēs de via hac, dicens, Cū
tribunus Lysias descenderit, au-
diam vos. Iussitq; centurioni cu-
stodire eum, et habere requiem, nec
quenꝙ de suis prohibere ministra-
re ei. Post aliquot autem dies ve-
niens Felix cū Drusilla vxore sua,
que erat Iudea, vocauit Paulum,
et audiuit ab eo fidē que est i Chri-
G stum Iesum. Disputante autē illo
de iustitia et castitate et de iudicio
futuro, tremefactus Felix, respon-
dit, Quod nunc attinet, vade: tem-
pore aūt opportuno accersam te. si-
mul et sperās ꝙ pecunia ei daretur
a Paulo, propter quod et frequen-
ter accersens eum, loquebatur cū
eo. Biennio autem expleto, accepit
successorem Felix, Porcium Festū.
Volens autē gratiam prestare Iu-
deis Felix, reliquit Paulū vinctū.

CAPVT. XXV.

Festus ergo cū venisset in pro- A
uinciam, post triduum ascen-
dit Hierosolymam a Cesarea.
Adieruntq; eum principes sacer-
dotum, et primi Iudeorum aduer-
sus Paulum: et rogabāt eum, po-
stulantes gratiam aduersus eum,
vt iuberet perduci eum in Hierusa-
lem, insidias intendentes vt inter-
ficerent eum in via. Festus autem
respōdit seruari quidem Paulum
in Cesarea: se autem maturi⁹ pro-
fecturum. Qui ergo in vobis (ait)
potentes sunt, descendentes simul
si quod est in viro crimen, accusent
eum. Demoratus autem inter eos B
dies non amplius ꝙ octo aut decē,
descēdit Cesaream, et altera die se-
dit pro tribunali: et iussit Paulum
adduci. Qui cum perductus esset,
circūsteterunt eum qui ab Hieroso-
lyma descenderant Iudei, multas
et graues causas obiicientes, quas
non poterant probare, Paulo ra-
tionem reddēte, Quoniam neq; in
legem Iudeorum, neq; in templū,
neq; in Cesarem quicꝙ peccaui. Fe-
stus autem volens gratiā prestare
Iudeis, respondens Paulo, dixit, C
Vis Hierosolymam ascendere, et
ibi de his iudicari apud me? Dixit
autem Paul⁹, Ad tribunal Cesa-
ris sto, ibi me oportet iudicari. Iu-
deis non nocui sicut tu melius no-
sti. Si enim nocui, aut dignū morte
aliquid feci, nō recuso mori. si vero
nihil est eorum que hi accusant me:
nemo

nemo potest me illis donare. Cesa-
rem appello. Tunc Festus cū con-
silio locutus, respondit, Cesarem
appellasti? ad Cesarem ibis. Et cū
dies aliquot trāsacti essent, Agrip-
pa rex et Bernice descenderūt Ce-
D saream ad salutādum Festum. Et
cum dies plures ibi morarent̄: Fe-
stus regi indicauit de Paulo, dicēs,
Uir quidam est derelictus a Felice
vinctus, de quo cum essem Hiero-
solymis, adierunt me principes sa-
cerdotum et seniores Judeorū po-
stulantes aduersus illum dānatio-
nem. Ad quos respondi, Quia non
est Romanis consuetudo donare
aliquem hominem, prius q̄ is qui
accusatur, presentes habeat accu-
satores, locumq; defendendi acci-
piat ad abluēda crimina que ei ob-
E iiciuntur. Cum ergo huc conuenis-
sent, sine vlla dilatione, in sequen-
ti die sedens pro tribunali, iussi
adduci virum. De quo, cum stetis-
sent accusatores, nullam causam
deferebant de quibus ego suspica-
bar malum: questiones vero quas-
dam de sua superstitione habebant
aduersus eum, et de quodam Jesu
defuncto, quem affirmabat Paulꝰ
viuere. Hesitans autem ego de hu-
iusmodi questione, dicebam, si vel-
let ire Hierosolymam, et ibi iudica-
F ri de istis. Paulo autem appellan-
te vt seruaret̄ Augusti cognitioni,
iussi seruari eum, donec mitterē eū
ad Cesarem. Agrippa autem dixit
ad Festum, Uolebam et ipse homi-
nem audire. Cras (inquit) audies
eum. Altera autem die cū venisset
Agrippa et Bernice cū multa am-
bitione, et introissent in auditoriū
cum tribunis et viris principalibꝰ
ciuitatis; iubente Festo, adductus
G est Paulus. Et dicit Festꝰ, Agrip-
pa rex, et omnes qui simul adestis
nobiscum viri, videtis hunc homi-
nem, de quo omnis multitudo Ju-
deorum interpellauit me Hieroso-
lymis, petentes et acclamantes nō
oportere eum viuere amplius. Ego
vero comperi, nihil dignum morte
eum admisisse. Ipso autem hoc ap-
pellante ad Augustū, iudicaui mit-
tere. De quo quid certum scribam
domino, non habeo. Propter quod
perduxi eum ad vos, et maxime ad
te rex Agrippa, vt interrogatione
facta, habeam quod scribam. Sine
ratione enim mihi videtur, mitte-
re vinctum, et causas eius non si-
gnificare.

CAPUT. XXVI.

AGrippa vero ad Paulū ait, A
Permittitur tibi loqui pro
temetipso. Tunc Paulꝰ ex-
tenta manu, cepit rationem redde-
re. De omnibus quibus accusor a
Judeis rex Agrippa, existimo me
beatum, apud te cum sim defensu-
rus me hodie, maxime te sciēte om-
nia que apud Judeos sunt, consu-
etudines et questiones. propt̄ quod
obsecro, patienter me audias. Et
quidem vitam meam a iuuentute,
que ab initio fuit in gente mea in
Hierosolymis, nouerūt oēs Judei:
prescietes me ab initio (si velint te- B
stimonium perhibere) quoniam se-
cundum certissimam sectam nostre
religionis, vixi Phariseus. Et nūc
in spe que ad patres nostros repro-
missionis facta est a deo, sto iudicio
subiectus, in quā duodecim tribus
nostre nocte et die deseruiētes, spe-
rant deuenire. De qua spe accusor
a Judeis, rex. Quid incredibile iu-
dicatur apud vos, si deus mortuos
suscitat? Et ego quidem existimaue- C
ram me aduersus nomē Jesu Na-
zareni debere multa contraria age-
re; quod et feci Hierosolymis, et
multos sanctorum ego in carceribꝰ Sup. 8, a.
inclusi a principibus sacerdotū po-
testate accepta: et cum occiderētur,
detuli sententiam. Et per omnes sy-
nagogas frequenter puniens eos,
compellebam blasphemare: et am-

plius insaniēs in eos, persequebar
vsq; in exteras ciuitates. In quib⁹
D dū irē Damascū cū potestate ⁊ per-
missu pricipū sacerdotū, die media,
in via vidi, rex, de celo supra splen-
dorē solis circūfulsisse me lumen, et
eos q̄ mecū simul erant. Omēsq; nos
cū decidissemus i terrā, audiui vo-
cē loquentē mihi Hebraica lingua,
Saule Paule, qd me persequeris?
Durū est tibi contra stimulū calci-
trare. Ego aūt dixi, Quis es dñe?
Dñs autē dixit, Ego sum Iesus,
quē tu psequeris. Sed exurge ⁊ sta
sup pedes tuos. Ad hoc eni apparui
tibi, vt constituā te ministrū ⁊ testē
eoꝝ q̄ vidisti et eoꝝ in quib⁹ appa-
E rebo tibi, eripiens te de populis et
gentib⁹, in quas nūc ego mitto te
aperire oculos eoꝝ: vt cōuertant a
tenebris ad lucē, ⁊ de potestate sa-
tane ad deū, vt accipiāt remissionē
peccatorū, ⁊ sortē inter sanctos per
fidē, q̄ est in me. Unde, rex Agrippa,
nō fui incredul⁹ celesti visioni: sed
his q̄ sunt Damasci primū, et Hie-
rosolymis, et i oēm regionē Iudee,
Sup.13 & et gentib⁹ annūtiabā, vt penitētiā
14. agerēt, ⁊ cōuerterent ad deū, digna
F penitentie opera facientes. Hac ex
causa me Iudei cū essem i templo,
Sup. 21.e cōprehensum tentabāt interficere.
Auxilio aūt adiut⁹ dei, vsq; i hodi-
ernū diē sto, testificās minori atq;
maiori, nihil extra dicēs q̄ ea q̄ p-
phete locuti sūt futura esse, ⁊ Moy-
ses, si passibilis Christ⁹, si prim⁹ ex
resurrectione mortuoꝝ, lumē ānū-
tiatur⁹ est populo ⁊ gētib⁹. Hec lo-
quēte eo et rationē reddente, Fest⁹
magna voce dixit, Insanis Paule,
multe te litere ad isaniā cōuertūt.
Et Paul⁹, Nō insanio (iquit) opti-
me Feste: sed veritatis et sobrieta-
tis vba loquor. Scit eni de his rex,
G ad quē constant loquor. Latere eni
eū nihil horū arbitror. Neq; enim
in angulo quicquā horū gestū est.
Credis rex Agrippa pphetis? Scio
quia credis. Agrippa aūt ad Pau-
lū, In modico suades me Christia-
nū fieri. Et Paul⁹, Opto apd deū,
et in modico, ⁊ in magno: nō tantū
te, sed etiam oēs qui audiūt hodie,
fieri tales, qualis et ego sum, exce-
ptis vinculis his. Et exurrexit rex
et pses ⁊ Bernice et q̄ assidebāt eis.
Et cū secessisset, loquebāt adiuicē,
dicētes, qa nihil morte aut vīculis
dignū qd fecit homo iste. Agrippa
autē Festo dixit, Dimitti poterat
homo hic, si nō appellasset Cesarē.

CAPVT. XXVII.

Vt aūt iudicatū est nauiga- A
re eū i Italiā, ⁊ tradi Pau-
lum cū reliquis custodiis cē-
turioni noie Iulio, cohortis Augu- 2.cor 11
ste: ascendentes nauē Adrumetinā
incipiētē nauigare circa Asie loca,
sustulimus, perseuerāte nobiscum
Aristarcho Macedone Thessaloni-
censi. Sequēti aūt die venim⁹ Si-
donē. Humane aūt tractās Iulius
Paulum, permisit ad amicos ire, ⁊
curā sui agere. Et inde cū sustulis-
semus, subnauigauim⁹ Cypriū: p-
pterea q̄ essent vēti cōtrarii. Et pe-
lagus Cilicie, ⁊ Pāphylie nauigā-
tes, venimus Lystrā, q̄ est Lycie: et
ibi inueniēs centurio nauē Alexā-
drinā, nauigantē i Italiā, trāspo-
suit nos in eā. Et cū multis diebus B
tarde nauigarem⁹, ⁊ vix deuenisse-
mus contra Cnidū, phibente nos
vento, adnauigauim⁹ Crete iuxta
Salmonē: et vix iuxta nauigātes,
venimus i locū quendā q̄ vocatur
Boni portus, cui iuxta erat ciuitas
Thalassa. Multo aūt tēpore per-
acto, ⁊ cū iā nō esset tuta nauigatio
eo q̄ ieiuniū iā pteriisset, cōsolaba-
tur eos Paul⁹, dicēs eis, Uiri, vi-
deo qm cū iniuria ⁊ multo damno,
non solū oneris ⁊ nauis, sed etiam
animarū nostraꝝ incipit esse naui-
gatio. Centurio aūt gubernatori ⁊
nauclero magis credebat, q̄ his q̄
a Paulo dicebant. Et cū apt⁹ por- C
tus non

tus nō esset ad hyemandū, plurimi statuerūt consiliū nauigare inde, si quo modo possent deuenientes Phenicem hyemare, portū Crete respicientē ad Africū et ad Chorū. Aspirante autē Austro estimantes propositū se tenere, cū sustulissent de Asson, legebāt Cretā. Nō post multum aūt misit se cōtra ipsam ventus Typhonicus, q̄ vocatur Euroaquilo. Cūq; arrepta esset nauis, et nō posset conari i ventū, data naue flatib9 ferebamur. In insulam aūt quandā decurrētes, q̄ vocat Clauda, potuimus vix obtinere scaphā. Qua sublata, adiutoriis vtebant, accingentes nauem, timētes ne in Syrtim inciderent, submisso vase, sic ferebātur. Ualida aūt nobis tēpestate iactatis, sequēti die iactū fecerūt: et tertia die suis manib9 armamenta nauis proiecerunt. Neq; autē sole, neq; siderib9 apparentib9 p plures dies, et tempestate nō exigua iminēte, iā ablata erat spes oīs salutis nostre. Et cū multa ieiunatio fuisset, tūc stās Paul9 i medio eox, dixit, Oportebat quidē, o viri, audito me non tollere a Creta, lucriq; facere iniuriā hanc et iacturā. Et nūc suadeo vobis bono animo esse. amissio eni nullius anime erit ex nobis, pręter q̄ nauis. Astitit eni mihi hac nocte angelus Dei cuius sum ego, et cui deseruio, dicēs, Ne timeas Paule, Cesari te oportet assistere: et ecce donauit tibi Deus oēs qui nauigāt tecū. Propter qđ bono animo estote viri: credo enim deo quia sic erit queādmodū dictū est mihi. In insulā autē quandā oportet nos deuenire. Sed posteaq̄ quartadecima nox superuenit, nauigātib9 nobis i Adria circa mediā noctē, suspicabātur naute apparere sibi aliquā regionē. Qui et submittētes bolidē, inuenerūt passus viginti: et pusillū inde separati, inuenerunt passus quidecim. Timētes autē ne i aspera loca incideremus, de puppi mittētes ācoras quatuor, optabant diem fieri. Nautis vero querētib9 fugere de naui, cū misissent scaphā i mare, sub obtētu q̄si inciperent a prora ancoras extendere, dixit Paul9 cēturioni et militibus, Nisi hi in naui māserint, vos salui fieri nō potestis. Tūc absciderunt milites funes scaphe: et passi sunt eā excidere. Et cū lux inciperet fieri, rogabat Paulus oēs sumere cibū, dicēs, Quartadecima die hodie expectantes ieiuni permanetis, nihil accipiētes. Propter qđ rogo vos accipere cibū p salute vestra: q̄a nullius vestrū capill9 de capite peribit. Et cū hec dixisset, sumens panem gratias egit deo i cōspectu oium: et cū fregisset, cepit mādŭcare. Animequiores aūt facti oēs, et ipsi sumpserūt cibū. Eram9 vero vniuerse aie i naui ducēte septuagitasex. Et satiati cibo alleuiabāt nauē iactātes triticū i mare. Cū aūt dies fact9 esset, terrā nō agnoscebāt: sinū vero quedā cōsiderabāt habētē lit9, in quē cogitabāt (si possent) eiicere nauē. Et cū ācoras sustulissent, cōmittebāt se mari, simul laxātes iūcturas gubernaculox: et leuato artemone secūdū aure flatū, tendebāt ad lit9. Et cū incidissem9 in locū dithalassum, ipegerūt nauē. et prora q̄dē fixa, manebat imobilis: puppis vero soluebat a vi maris. Militū aūt cōsiliū fuit vt custodias occiderēt, ne q̄s cū enatasset, effugeret. Cēturio aūt volēs seruare Paulū, phibuit fieri, iussitq; eos q̄ possēt natare, emittere se p̄mos, et euadere, et ad terrā exire: et ceteros alios i tabulis ferebāt: quosdā sup ea q̄ de naui erant. Et sic factū est vt oēs aie euaderēt ad terram.

CAPVT. XXVIII.

Et cū euasissem9, tunc cognouimus q̄a Melite, insula vocabatur. Barbari vero prestabāt nō modicā humanitatē nobis. Accensa

Accensa enim pyra, reficiebāt nos oēs: propter imbrem q̄ imminebat & frigus. Cū cōgregasset aūt Paulus sarmentor aliquantā multitudinem, et imposuisset sup ignē, vipera a calore cum pcessisset, inuasit manū eius. Ut vero viderūt Barbari pendentē bestiā de manu eius,
B adiuicem dicebāt, Utiq3 homicida est homo hic, q̄ cum euasit de mari, vltio nō sinit eū viuere. Et ille quidem excutiens bestiā i ignem, nihil mali passus est. At illi existimabāt eū in tumorē cōuertendū, et subito casurū, & mori. Diu aūt illis expectantib⁹, et videntib⁹ nihil mali in eo fieri, cōuertentes se dicebant eū esse deum. In locis aūt illis erant predia pricipis insule, noīe Publii, qui nos suscipiens, triduo benigne exhibuit. Cōtigit aūt patrē Publii febrib⁹ & dysenteria vexatū iacere. Ad quem Paulus intrauit. et cum orasset & imposuisset ei manus, sal-
C uauit eū. Quo facto, oēs q̄ i insula habebāt infirmitates, accedebāt, & curabant: qui etiā multis honoribus nos honorauerūt, & nauigantib⁹ imposuerūt q̄ necessaria erāt. Post mēses aūt tres, nauigauim⁹ in naui Alexādrina, q̄ i insula hyemauerat, cui erat insigne Castorū. Et cū venissemus Syracusas, mānsimus ibi triduo. Inde circūlegentes, deuenim⁹ Rhegiū: et post vnū diem flāte Austro, secunda die venim⁹ Puteolos, vbi inuentis fratrib⁹, rogati sumus manere apud eos dies septē, & sic venim⁹ Romā.
D Et inde cū audissent fratres, occurrerūt nobis vsq3 ad Appii forū, ac tres Tabernas. Quos cū vidisset Paul⁹, gratias agens deo, accepit fiduciā. Cū aūt venissem⁹ Romā, pmissum est Paulo pmanere sibimet cū custodiente se milite. Post tertiū aūt diem, cōuocauit primos Iudeorū. Cumq3 venissent, dicebat eis, Ego viri fratres, nihil aduersus plebē faciens, aut morē paternū, vinct⁹ ab Hierosolymis traditus sum in man⁹ Romanorū. q̄ cū interrogationē de me habuissent, voluerūt me dimittere, eo q̄ nulla esset causa mortis in me. Cōtradi- E
centib⁹ aūt Iudeis, coact⁹ sum appellare Cesarē: nō quasi gentē meā habens aliquid accusare. Propter hāc igitur causam rogaui vos videre & alloqui. Propter spem enim Israel, catena hac circūdatus sum. At illi dixerūt ad eū, Nos neq3 literas accepimus de te a Iudea, neq3 adueniēs aliquis fratrum nuntiauit, aut locut⁹ est quid de te malū. Rogam⁹ aūt a te audire q̄ sentis. nam de secta hac notū est nobis q̄a vbiq3 ei cōtradicit. Cū cōstituissent F
aūt illi diē, venerūt ad eū in hospitiū plurimi: quib⁹ exponebat testificās regnū dei, suadēsq3 eis de Iesu ex lege Moysi & pphetis, a mane vsq3 ad vesperā. Et quidā credebāt his q̄ dicebant: quidā vero nō credebāt. Cūq3 inuicē nō essent cōsentientes, discedebāt, dicente Paulo vnū verbū, Quia bene spirit⁹ sanctus locut⁹ est p Esaiā prophetam ad patres nostros, dicēs, Uade ad Esa.6.c.
populū istū, & dic, Aure audietis et Mat.13.b
nō intelligetis, & vidētes videbitis, Mar.4.b
et nō pspicietis. Incrassatū est eni Luc.8.f
cor populi hui⁹, & aurib⁹ grauit audierūt, Ioan.12.f
et oculos suos cōpresserūt: Ro.11.b
ne forte videāt oculis, & aurib⁹ audiant, et corde intelligāt, et cōuertant, & sanē eos. Notū ergo sit vobis q̄m gētib⁹ missum est hoc salutare dei, & ipsi audiēt. Et cū hec dixisset, exierūt ab eo Iudei, multam habentes inter se questionē. Māsit aūt biennio toto in suo cōducto. et suscipiebat oēs q̄ ingrediebant ad eū, predicans regnū dei, & docens q̄ sunt de dn̄o Iesu Christo, cū omni fiducia, sine prohibitione.

Acta apostolorum,
Finis.

EPISTOLA
PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS.



A AVLVS seruus Jesu Christi, vocatus apostol⁹, segregat⁹ i euãgelium dei quod ante ꝓmiserat ꝑ ꝓphetas suos i scripturis sanctis de filio suo, q̃ factus est ei ex semine Dauid secũdũ carnẽ, q̃ predestinatus est filius dei in virtute secũdũ spiritũ sãctificationis, ex resurrectione mortuorũ Jesu Christi dñi nostri, per quẽ accepim⁹ gratiã ⁊ apostolatũ ad obediendũ fidei in omnib⁹ gentib⁹ pro nomine eius, in quib⁹ estis et vos vocati Iesu Christi: oibus qui sunt Rome dilectis dei, vocatis sanctis, gratia vobis ⁊ pax a Deo patre et dño nostro Iesu Christo. Primum quidẽ gratias ago deo meo per Jesum Christũ pro oibus vobis, quia fides vestra annũtiatur in vniuerso mundo. B Testis eni mihi est de⁹, cui seruio in spiritu meo in euãgelio filii eius, ꝙ sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis, obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei, veniendi ad vos. Desidero eni videre vos, vt aliqd impartiar vobis gratie spiritualis, ad cõfirmãdos vos: id est, simul consolari in vobis per eã que inuicem est, fidẽ vestram atque meam. Nolo autẽ vos ignorare fratres quia sepe ꝓposui venire ad vos, et prohibitus sum vsq; adhuc, vt aliquem fructũ habeã in vobis, sicut et in ceteris gentibus. Grecis ac barbaris, sapientibus et incipientib⁹ debitor sum: ita quod i me promptum est, ⁊ vobis qui Rome estis, euangelizare. Non enim erubesco euãgeliũ. Virtus enim dei est, in salutẽ omni credenti, Judeo primum ⁊ Greco. Justitia eni dei in eo reuelatur ex fide in fidẽ: sicut scriptum est, Justus autem ex fide viuit. Reuelat enim ira dei de celo super omnem impietatem et iniusticiam hominũ eorum q̃ veritatem dei in iniusticia detinent. quia quod notum est dei, manifestum est in illis. deus enim illis manifestauit. Jnuisibilia eni ipsius: a creatura mundi, per ea q̃ facta sunt intellecta, cõspiciuntur: sempiterna quoq; eius virt⁹ et diuinitas: ita vt sint inexcusabiles. Quia cũ cognouissent deũ, nõ sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerũt in cogitationibus suis, et obscuratũ est insipiens cor eorum. dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerũt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrũ, et quadrupedum, et serpentium. Propter qd tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiã: vt contumeliis afficiant corpora sua i semetipsis. qui commutauerunt veritatem dei in mendacium, et coluerunt et seruierũt creature potius quam creatori, qui est benedict⁹ in secula. Amen. Propterea tradidit i..os deus in passiones ignominie. Nam femine eorũ immutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est cõtra naturã. Similiter autem ⁊ masculi, relicto naturali vsu femine, exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operãtes, et mercedem (quam oportuit) erroris sui i semetipsis recipiẽtes. Et sicut non probauerunt deũ habere in notitia: tradidit illos deus in repro-

C
Abac.2 a
Heb.10 g
Galat.3 b
Ephe.4 c
D

in reprobū sensum, vt faciant ea q̃
non cōueniunt, repletos omni ini=
quitate, malitia, fornicatiōe, aua=
ritia, nequitia, plenos inuidia, ho=
micidio, cōtentione, dolo, maligni=
tate, susurrones, detractores, deo
odibiles, cōtumeliosos, superbos,
elatos, inuentores malorum, parē=
tibus non obedientes, insipientes,
incompositos, sine affectione, absq;
federe, sine misericordia. Qui cum
iustitiam dei cognouissent, non in=
tellexerunt quoniā qui talia agūt,
digni sunt morte: non solum qui ea
faciunt, sed etiam qui consentiunt
facientibus.

CAPVT. II.

A Propter quod inexcusabilis es
Matt.7 a o homo omnis q̃ iudicas. In
quo enim iudicas alterum, te
ipsum condemnas. eadem enim a=
gis que iudicas. Scimus enim quo=
niam iudicium dei est secūdum ve=
ritatem, in eos q̃ talia agunt. Exi=
stimas aūt hoc o homo qui iudicas
eos qui talia agunt & facis ea: quia
tu effugies iudicium dei? An diuiti=
as bonitatis eius et patientie & lō=
ganimitatis cōtēnis? ignoras quo=
niam benignitas dei ad penitentiā
te adducit? Secundum autem du=
ritiam tuam et impenitens cor, the=
saurizas tibi iram in die ire & reue=
Mat.16 d lationis iusti iudicii dei, qui reddet
B vnicuiq; secundum opera eius. iis
quidem qui secundum patientiam
boni operis, gloriam & honorem et
incorruptionem querunt: vitam e=
ternam. iis autem qui sunt ex con=
tentione & qui non acquiescunt ve=
ritati, credūt autem iniquitati: ira
et indignatio. Tribulatio & angu=
stia in oēm animā hominis operan=
tis malum, Judei primū et Greci:
gloria autem et honor et pax omni
operanti bonum, Judeo primum &
Deu.10 d Greco. non enim est acceptio perso=
2.pa.19 c narum apud deum. Quicūq; enim
Iob.37 b sine lege peccauerunt: sine lege et
peribunt. & quicunq; in lege pecca= & 10.e
uerunt: per legē iudicabuntur. Nō Matt.7
enī auditores legis iusti sunt apud Iaco.1
deū: sed factores legis iustificabū=
tur. Cum enim gētes que legem nō C
habent, naturaliter ea que legis sunt
faciunt: eiusmodi legem non habē=
tes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt
opus legis scriptū in cordibus suis,
testimonium reddente illis consciē=
tia ipsorum, et inter se inuicem co=
gitationibus accusantibus, aut etiā
defendētibus, in die cum iudicabit
deus occulta hominum secundum
euangelium meū per Jesum Chri=
stum. Si autem tu Judeus cogno=
minaris, & requiescis in lege, & glo=
riaris in deo, et nosti voluntatem
eius, et probas vtiliora instructus
per legem, cōfidis teipsum esse du=
cem cecorum, lumen eorum, qui in
tenebris sunt, eruditorem insipi=
entium, magistrum infantiū, ha=
bentem formam scientie et verita=
tis in lege. Qui ergo alium doces:
teipsum nō doces: qui predicas nō
furandum, furaris: qui dicis non
mechādum, mecharis: qui abomi= D
naris idola, sacrilegium facis: qui
in lege gloriaris, per preuaricatio=
nem legis, deum inhonoras. No= Esa.52 b
mē enim dei per vos blasphematur Eze.36 e
inter gētes, sicut scriptum est. Cir=
cuncisio quidem prodest, si legē ob=
serues: si autem preuaricator legis
sis, circuncisio tua preputium fa=
cta est. Si igitur preputium, iusti=
tias legis custodiat: nonne prepu=
tium illius in circuncisionem re=
putabitur? et iudicabit id quod ex
natura est preputium, legem con=
summans, te qui per literam et cir=
cūcisionem preuaricator legis es?
Non enim qui in manifesto, Jude=
us est: neq; que in manifesto in car=
ne, est circuncisio. sed qui in abscō=
dito, Judeus est. & circuncisio, cor=
dis in spiritu, nō litera. cuius laus
non ex hominibus, sed ex deo est.

Caput

CAPVT. III.

A Quid ergo amplius Judeo
est? aut que vtilitas circū-
cisionis? Multum per om-
nem modū. Primum qui-
dem quia credita sunt illis eloquia
dei. Quid enim, si quidam illorum
non crediderunt? Nunquid incre-
dulitas illorum fidem dei euacua-
uit? Absit. Est autem deus verax:
Joan.3.d omnis autem homo mendax, sicut
Ps.115.a scriptum est, Ut iustificeris in ser-
Psal.50. monibus tuis: et vincas cum iudi-
caris. Si autem iniquitas nostra
iustitiam dei commendat: quid di-
cemus? Nūquid iniquus est deus,
qui infert iram? secundum hominē
dico. Absit. alioquin quomodo iu-
B dicabit deus hunc mundum? Si e-
nim veritas dei in meo mendacio
abundauit in gloriam ipsius, quid
Mat.22.c adhuc et ego tanquam peccator iu-
dicor, et non (sicut blasphemamur,
et sicut aiunt quidā nos dicere) fa-
ciamꝰ mala, vt veniāt bona? quoꝝ
dānatio iusta est. Quid ergo? pre-
Gala.3.d cellimus eos? Nequaquam. Cau-
sati eni sumus Judeos et Grecos,
omnes sub peccato esse: sicut scri-
Psal.13.a ptum est, Quia nō est iustus quis-
quam, non est intelligens, non est
requirens deum. Omnes declina-
uerunt, simul inutiles facti sunt: nō
est qui faciat bonum, nō est vsqꝫ ad
Psal.5.c vnum. Sepulchrum patēs est gut-
&13.b. tur eorum, linguis suis dolose age-
Ps.139.a bant: Uenenū aspidum sub labiis
C eorum. Quorum os maledictione ⁊
Psal.9.c. amaritudine plenum est: Ueloces
Esa.59 b pedes eorum ad effundendum san-
Pro.1.b. guinem. Contritio et infelicitas in
&ps.35c viis eorum, et viam pacis non co-
gnouerunt: non est timor dei ante
oculos eorum. Scimus autem quo-
Gala.2.d niam quecunqꝫ lex loquitur: iis qui
in lege sunt, loquitur. vt omne os
obstruatur, et subditus fiat omnis
mundus deo: quia ex operibus le-
gis non iustificabitur omnis caro
coram illo. Per legem enim, cogni-
tio peccati. Nunc aūt sine lege iu-
stitia dei manifestata est: testificata
a lege et prophetis. Justitia autem
dei per fidem Jesu Christi in om-
nes et super omnes qui credunt in
eum. non eni est distinctio. Omnes D
enim peccauerunt: et egent gloria
dei. iustificati gratis per gratiam
ipsius, per redēptionem que est in
Christo Jesu, quem proposuit deꝰ
propitiatorem per fidem i sangui-
ne ipsius, ad ostentionem iustitie
sue, propter remissionem preceden-
tium delictorum, in sustentatione
dei, ad ostentionem iustitie eius in
hoc tempore. vt sit ipse iustus, ⁊ iu-
stificans eū ꝗ est ex fide Jesu Chri-
sti. Ubi est ergo gloriatio tua? Ex-
clusa est. Per quam legem? Facto-
rum? Non: sed per legem fidei. Ar-
bitramur enim iustificari hominē
per fidem sine operibus legis. An
Judeorum deus tantum? Nonne ⁊
Gentium? Jmo et Gentium. quo-
niam quidem vnus est deus qui iu-
stificat circuncisionē ex fide: et pre-
putium per fidem. Legem ergo de-
struimus per fidem? Absit. sed legē
statuimus.

CAPVT. IIII.

Quid ergo dicemus inue- A
nisse Abraham patrem no
strum secundum carnem?
Si enim Abraham ex ope-
ribus iustificatus est: habet gloriā,
sed non apud deum. Quid enim di-
cit scriptura? Credidit Abraham Ge.15.b
deo: et reputatum est illi ad iustiti- Gala.3.a
am. Ei autem qui operatur: mer- Iaco.2.b
ces non imputatur secundum gra-
tiam, sed secundum debitum. Ei
vero qui non operatur, credēti au-
tem in eum qui iustificat impium ⁊
reputatur fides eius ad iustitiam
secundum propositum gratie dei.
Sicut ⁊ Dauid dicit beatitudinem
hominis: cui deus accepto fert iu-
stitiam sine operibus, Beati, quoꝝ

remisse sunt iniquitates: et quorum
Psal. 31. a tecta sunt peccata. Beatus vir cui
nō imputauit dominus peccatum.
B Beatitudo ergo hec, in circuncisi-
one tātum manet, an etiam in pre-
putio? Dicimus enim quia reputata
est Abrahe fides ad iustitiā. Quo-
modo ergo reputata est? in circun-
cisione, an i preputio? Nō in circū-
Ge. 17. b cisione, sed in preputio. Et signum
accepit circuncisionis, signaculum
iustitie fidei que est in preputio: vt
sit pater omnium credentium per
preputium, vt reputetur et illis ad
iustitiā: et sit pater circuncisionis,
non iis tantum qui sunt ex circun-
cisione, sed iis qui sectātur vestigia
fidei que est in preputio patris no-
C stri Abrahe. Non enim per legem
promissio Abrahe aut semini eius,
vt heres esset mūdi: sed per iustici-
am fidei. Si enim qui ex lege, here-
des sunt: exinanita est fides, aboli-
ta est promissio. Lex enim irā ope-
ratur. Ubi enim nō est lex: nec pre-
uaricatio. Ideo ex fide: vt secundū
gratiā firma sit promissio omni se-
mini, non ei qui ex lege est solum,
sed et ei q̄ ex fide est Abrahe, qui pa-
ter est omnium nostrum, sicut scri-
Gen. 17 a ptum est, Quia patrem multarum
gentium posui te ante deū, cui cre-
didisti, q̄ viuificat mortuos: et vo-
cat ea que nō sunt, tanq̄ ea q̄ sunt.
qui cōtra spem in spem credidit: vt
fieret pater multarum gentium se-
Gen. 15 b cundum quod dictum est ei, Sic e-
rit semen tuum sicut stelle celi et a-
rena maris. Et non infirmatus est
in fide: nec considerauit corpus suū
emortuū, cum iam fere cētum esset
annorum, et emortuam vuluam Sa-
D re. In repromissione etiam dei non
hesitauit diffidentia: sed confortа-
tus est fide, dans gloriam deo: ple-
nissime sciēs quia quecunq; promi-
sit deus, potens est et facere. Ideo
et reputatum est illi ad iusticiam.
Non est aūt scriptum tantum pro-
pter ipsum, Quia reputatū est illi
ad iustitiā: sed et propter nos, qui-
bus reputabitur credentibus in eū
qui suscitauit Jesum Christum do-
minū nostrum a mortuis, qui tra-
ditus est propt delicta nostra, et re-
surrexit ppt iustificationē nostrā.

CAPVT. V.

IUstificati ergo ex fide, pacē ha- A
beamus ad deū per dominū no-
strū Jesum Christū: per quē ha-
bemus accessum per fidem i gratiā
istā, in qua stamus et gloriamur in
spe glorie filiorū dei. Non solū aūt:
sed et gloriamur in tribulationibus,
sciētes q̄ tribulatio patiētiam ope- Iaco. 1. a
ratur, patientia aūt probationem,
probatio vero spem. spes aūt non
cōfundit, quia charitas dei diffusa
est i cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis. Ut q̄d Heb. 9. d
enim Christus, cum adhuc infirmi 1. Pet. 3. c
essemus, secūdum tempus pro im-
piis mortuus est? Uix enim pro iu-
sto quis moritur. nā pro bono for-
sitan quis audeat mori. Commen- B
dat autem charitatem suam deus
in nobis: quoniam cum adhuc pec-
catores essemus, secundum tempus
Christus pro nobis mortuus est. Mul-
to igitur magis nunc iustificati in
sanguine ipsius, salui erimus ab ira
per ipsum. Si enim cū inimici esse-
mus, recōciliati sumus deo p mor-
tem filii eius: multo magis recon-
ciliati, salui erimus in vita ipsius.
Non solum autē: sed et gloriamur
in deo per dominum nostrū Jesum
Christum, per quem nunc reconci-
liationē accepimus. Propterea si-
cut per vnum hominem peccatum
in hunc mundū intrauit, et per pec-
catum mors: et ita in omnes homi-
nes mors pertrāsiit in quo omnes
peccauerunt. Usq; ad legem enim C
peccatum erat in mundo: peccatum
autem non imputabatur, cum lex
nō esset. Sed regnauit mors ab A-
dam vsq; ad Moysen, etiam in eos
qui non

qui non peccauerunt in similitudinē preuaricationis Ade, qui est forma futuri. Sed non sicut delictum, ita et donum. Si enim vnius delicto multi mortui sūt: multo magis gratia dei et donum, in gratia vni⁹ hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per vnū peccatū, ita ⁊ donū. nam iudiciū quidē ex vno, in condēnationem: gratia autem ex multis delictis, in iustificationem.
D Si enim vnius delicto mors regnauit per vnū: multo magis abundantiam gratie et donationis et iustitie accipientes, in vita regnabunt per vnum Jesum Christum. Jgitur sicut per vnius delictum, in omnes homines in condēnationem: sic et per vnius iustitiā, in omnes homines in iustificationem vite. Sicut enim per inobediētiā vnius hois, peccatores cōstituti sunt multi: ita ⁊ per vni⁹ obeditionē, iusti cōstituentur multi. Lex aūt subintrauit, vt abundaret delictū. Ubi autem abūdauit delictum, superabundauit ⁊ gratia. vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita et gratia regnet per iustitiam in vitā eternam per Jesum Christum dominum nostrum.

CAPVT. VI.

A Quid ergo dicemus? Manebim⁹ in peccato, vt gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres quia quicunq; baptizati sum⁹ in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sum⁹?
Gala. 3. d Consepulti enim sumus cum illo p baptismum in mortē: vt quo modo Christus surrexit a mortuis p gloriam patris, ita et nos in nouitate
Heb. 12. a
I. pet. 2. a vite ambulemus. Si enim cōplantati facti sumus similitudini mortis eius: simul ⁊ resurrectionis erimus.
Ephe. 4 e
Col. 3. b hoc sciētes quia vetus homo noster simul crucifix⁹ est, vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est: iustificatus est a peccato. B
Si autē mortui sumus cum Christo: credimus quia simul etiam viuemus cū Christo. sciētes q Christus resurgens ex mortuis iam nō moritur, mors illi vltra non dominabitur. Qd enim mortuus est peccato, mortuus est semel: q autem viuit, viuit deo. Jta et vos existimate, vos mortuos quidē esse peccato: viuentes autem deo in Christo Jesu. Non ergo regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscētiis eius. Sed neq; exhibeatis mēbra vestra, arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos deo, tanq ex mortuis viuentes: et membra vestra, arma iustitie deo.
Peccatum enim vobis non dominabitur. nō enim sub lege estis, sed sub gratia. C Quid ergo? Peccabim⁹ quoniam nō sum⁹ sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis quoniam Ioan. 8. d
cui exhibetis vos seruos ad obediendū: serui estis eius cui obeditis, 2. pet. 2 d
siue peccati ad mortē, siue obeditionis ad iustitiam? Gratia aūt deo, q fuistis serui peccati, obedistis autē ex corde in eā formā doctrine, in quam traditi estis. Liberati autē a D
peccato, serui facti estis iustitie. Humanū dico, propter īfirmitatē carnis vestre. sicut enī exhibuistis mēbra vestra seruire īmunditie et iniquitati, ad iniquitatē: ita nūc exhibete mēbra vestra seruire iustitie, ī sanctificationē. Cū enī serui essetis peccati, liberi fuistis iustitie. Quē ergo fructū habuistis tunc in illis, in quibus nūc erubescitis? Nā finis illorū, mors est. Nūc vero liberati a peccato, serui autē facti deo: habetis fructū vestrū in sanctificationem, finem vero vitā eternam. Stipendia enī peccati, mors: gratia autem dei, vita eterna in Christo Jesu Domino nostro.

CAPVT. VII.

A AN ignoratis fratres (scięti-
bus enim legē, loquor) q̄a
lex ī homine dominat̄ quā-
to tempore viuit? Nā que sub viro
est mulier: viuente viro, alligata
est legi. si autē mortuus fuerit vir
eius: soluta est a lege viri. Igitur
viuēte viro, vocabitur adultera si
fuerit cū alio viro. si aūt mortuus
fuerit vir eiꝰ, liberata est a lege vi-
ri: vt nō sit adultera si fuerit cū a-
lio viro. Itaq; fratres mei, et vos
mortificati estis legi ꝑ corpꝰ Chri-
sti: vt sitis alterius qui ex mortuis
B resurrexit, vt fructificetis deo. Cū
enim essemꝰ ī carne: passiones pec-
catorū que per legem erant, opera-
bantur in membris nostris, vt fru
ctificarent morti. nunc autē soluti
sumus a lege mortis ī qua detine-
bamur: ita vt seruiamꝰ ī nouitate
spiritus, et non in vetustate litere.
Quid ergo dicemus? Lex peccatū
est? Absit. Sed peccatū nō cognoui:
nisi per legem. nam concupiscentiā
nesciebā nisi lex diceret, Non cōcu-
Ex. 20. c pisces. Occasione aūt accepta, pec-
Deu. 5. b catū per mandatū operatū est ī me
omnē cōcupiscentiā. Sine lege eni
peccatū mortuum erat. Ego autē
viuebā sine lege aliquādo. Sed cū
venisset mandatū, peccatū reuixit.
Ego aūt mortuus sum: et inuentū
est, mihi mandatum quod erat ad
vitā, hoc esse ad mortem. Nam pec-
C catum, occasione accepta per mā-
datum, seduxit me: et per illud occi-
1. Ti. 1. b dit. Itaq; lex quidem sancta, et mā-
datum sanctum et iustum et bonū.
Quod ergo bonū est, mihi factum
est mors? Absit. Sed peccatū vt ap-
pareat peccatū, per bonum opera-
tum est mihi mortem: vt fiat supra
modum peccans peccatū per man-
datum. Scimus eni quia lex spiri-
tualis est, ego autē carnalis sum,
venundatꝰ sub peccato. Quod eni
operor, nō intelligo. non eni quod
volo bonū, hoc ago, sed quod odi
malum, illud facio. Si autē quod
nolo, illud facio, cōsentio legi quo-
niā bona est. Nunc aūt iam nō ego
operor illud, sed quod habitat ī me
peccatum. Scio enim quia nō ha-
bitat in me, hoc est in carne mea, D
bonū. Nā velle adiacet mihi, per-
ficere aūt bonū, nō inuenio. Non
enim quod volo bonum, hoc facio,
sed quod nolo malum, hoc ago. Si
autem quod nolo, illud facio, iam
non ego operor illud, sed quod ha-
bitat ī me peccatū. Inuenio igitur
legem, volēti mihi facere bonum,
quoniā mihi malum adiacet. Con-
delector enim legi dei secundū inte-
riorem hominem: video aūt aliam
legem in membris meis repugnā-
tem legi mentis mee, et captiuantē
me in lege peccati q̄ est in membris
meis. Infelix ego homo, q̄s me libe-
rabit de corpore mortis huiꝰ? Gra-
tia dei per Iesum Christū dominū
nostrū. Igitur ego ipse mēte seruio
legi dei: carne autem, legi peccati.

CAPVT. VIII.

NIhil ergo nunc dānationis
est iis q̄ sunt ī Christo Iesu: A
qui nō secundū carnem am-
bulāt. Lex eni spiritꝰ vite in Chri-
sto Iesu, liberauit me a lege pecca-
ti et mortis. Nam quod impossibile
erat legi, in quo infirmabatur per
carnem: deus filium suum mittens
in similitudinem carnis peccati, et
de peccato damnauit peccatum in
carne, vt iustificatio legis implere-
tur ī nobis, qui nō secundū carnē
ambulamꝰ, sed secundum spiritū.
Qui eni secundū carnē sunt: q̄ car-
nis sunt, sapiūt. qui vero secundū
spiritū sunt: q̄ sunt spiritꝰ, sentiūt.
Nā prudētia carnis, mors est: pru-
dentia aūt spiritus, vita et pax. qm̄
sapiētia carnis, inimica est deo: legi
enim dei non est subiecta, nec enim
potest. Qui aūt in carne sunt: deo B
placere non possunt. Vos autē in
carne

carne nõ estis,sed ĩ spiritu: si tamẽ
spirit⁹ dei habitat in vobis. Si qs
aũt spiritum Christi nõ habet: hic
non est eius. Si autẽ Christus in
vobis est: corpus quidem mortuũ
est propter peccatum, spirit⁹ vero
viuit propter iustificationem. Qd
si spiritus eius qui suscitauit Je-
sum a mortuis, habitat in vobis:
qui suscitauit Jesum Christum a
mortuis, viuificabit et mortalia
corpora vestra, propter inhabitã-
tem spiritum eius in vobis. Ergo
C fratres,debitores sumus:non car-
ni, vt secundum carnem viuamus.
Si enim secundum carnem vixeri-
tis:moriemini. si aũt spiritu, facta
carnis mortificaueritis: viuetis.
Quicunq̃ eni spiritu dei aguntur:
2.tim.1 b ii sunt filii dei. Nõ enim accepistis
spiritũ seruitutis iterum ĩ timore:
Gala.4 a sed accepistis spiritum adoptionis
filiorũ,ĩ quo clamam⁹ abba, pater.
Ipse eni spirit⁹, testimoniũ reddit
spiritui nostro q̃ sumus filii dei. Si
aũt filii:et heredes, heredes quidẽ
dei:coheredes aũt Christi.si tamen
compatimur,vt et cõglorificemur.
D Existimo enim q̃ nõ sunt cõdigne
passiones huius tẽporis,ad futurã
gloriã q̃ reuelabitur in nobis. Nã
expectatio creature:reuelationẽ fi-
liorũ dei expectat. Vanitati eni cre-
atura subiecta est,nõ volẽs, sed ꝓ-
pter eũ q̃ subiecit eã in spe: quia et
ipsa creatura liberabit a seruitute
corruptionis,in libertatẽ glorie fi-
liorũ dei. Scimus enim q̃ oĩs crea-
tura ingemiscit, et parturit vsque
adhuc. Nõ solũ aũt illa,sed et nos
ipsi primitias spiritus habentes, ⁊
ipsi intra nos gemimus adoptionẽ
filiorũ dei,expectantes redemptionẽ
corporis nostri. Spe eni salui facti
E sumus. Spes aũt q̃ videtur:nõ est
spes.nã quod videt quis:quid spe-
rat? Si aũt quod nõ videmus, spe-
ramus:per patiẽtiã expectam⁹. Si-
militer aũt et spiritus adiuuat in-
firmitatẽ nostrã. nam quid orem⁹
sicut oportet,nescim⁹: sed ipse spi-
ritus postulat ꝓ nobis, gemitibus
inenarrabilib⁹. Qui aũt scrutatur
corda,scit quid desideret spiritus:
quia secundũ deũ postulat ꝓ san-
ctis. Scim⁹ aũt q̃m diligẽtib⁹ deũ,
omnia cooperant in bonũ, iis qui
secundũ propositũ vocati sunt san-
cti. Nã quos p̃sciuit:et predestina-
uit conformes fieri imaginis filii F
sui, vt sit ipse primogenit⁹ in mul-
tis fratrib⁹. Quos aũt predestina-
uit:hos ⁊ vocauit. ⁊ quos vocauit:
hos ⁊ iustificauit. quos aũt iustifi-
cauit:illos ⁊ glorificauit. Quid er-
go dicemus ad hec? Si deus ꝓ no-
bis:quis cõtra nos? Qui etiã pro-
prio filio suo non pepercit, sed pro
nobis omnibus tradidit illũ: quo-
modo nõ etiã cũ illo oia nobis do-
nauit? Quis accusabit aduersus
electos dei? De⁹ q̃ iustificat? Quis G
est qui cõdemnet? Christus Jesus
q̃ mortu⁹ est, imo q̃ ⁊ resurrexit, q̃
et est ad dexterã dei, qui etiam in-
terpellat ꝓ nobis. Quis ergo nos
separabit a charitate Christi? Tri
bulatio? an angustia? an fames?
an nuditas? an periculum? an per-
secutio? an gladius? sicut scriptum
est, Quia propter te mortificamur Psa.43 d
tota die: estimati sumus sicut oues
occisionis. Sed in his omnib⁹ su-
peram⁹ propter eũ qui dilexit nos.
Certus sum enim quia neq̃ mors,
neq̃ vita, neq̃ angeli, neq̃ princi-
patus,neq̃ virtutes,neq̃ instãtia,
neq̃ futura,neq̃ fortitudo,neq̃ al-
titudo, neq̃ profundum, neq̃ cre-
atura alia poterit nos separare a
charitate dei, que est ĩ Christo Je-
su domino nostro.

CAPVT. IX.

VEritatẽ dico in Christo Je-
su,non mentior,testimoniũ A
mihi perhibente conscientia
mea in spiritu sancto, quoniã tri-
stitia mihi magna est et continuus
dolor

dolor cordi meo. Optabã enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelite, quorum adoptio est filiorum, & gloria, et testamentũ et legislatio, et obsequium, & promissa, quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia de⁹ benedictus i secula. Amen. Non autẽ q̃ exciderit verbum dei.
B Nõ enim omnes q̃ ex Israel sunt, ii sunt Israelite, neq; q̃ semen sunt
Gen.21b Abrahe, omnes filii: Sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, nõ qui
Gala.4d filii carnis, hi filii dei: sed q̃ filii sũt promissionis, estimãtur in semine. Promissionis enim verbũ hoc est:
Ge.18.b Secundum hoc tempus veniam, &
Gen.25c erit Sare filius. Non solũ autem illa: sed & Rebecca ex vno cõcubitu
C habens, Isaac patris nostri. Cum enim nondũ nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, vt secundum electionem propositũ Dei maneret: non ex operib⁹, sed ex vo-
Gen.25c cãte dictum est ei, Quia maior ser-
Mala.1.a uiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? Nũquid iniquitas apud deum? Absit. Moysi
Exo.33 d enim dicit, Miserebor cuius misereor, & misericordiã prestabo cuius miserebor. Igitur nõ volẽtis, neq;
D currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni,
Exo.9.d Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam: et vt annũtietur nomen meũ in vniuersa terra. Ergo, cui vult miseretur: et quem vult, indurat. Dicis itaq; mihi, Quid adhuc queritur? voluntati enim eius quis resistit?
Esa.45b O homo, tu quis es qui responde-
Hie.18.a as deo? Nũquid dicit figmentũ ei
Sap.15.b q̃ se finxit, Quid me fecisti sic? An non habet potestatẽ figulus luti, ex eadẽ massa facere aliud quidẽ vas in honorem, aliud vero in cõtumeliam? Quod si deus volens ostendere E
iram, et notã facere potentiã suã, sustinuit i multa patiẽtia, vasa ire aptata i interitũ, vt ostẽderet diuitias glorie sue in vasa misericordie que preparauit in gloriã, Quos et vocauit, nos: nõ solum ex Iudeis, sed etiã ex gentib⁹, sicut i Osee dicit: Vocabo nõ plebẽ meã, plebem Osee.2.d
meam: et non dilectam, dilectam: et 1.pet.2.b
nõ misericordiã consecutã, misericordiã cõsecutã. Et erit in loco vbi F Osee.1,d
dictum est eis, Nõ plebs mea vos: ibi vocabuntur filii dei viui. Esaias aũt clamat pro Israel, Si fuerit Esai.10.c
numer⁹ filiorũ Israel tanq̃ arena maris, reliquie salue fient. Verbũ autem cõsummans, et abbreuians in equitate: quia verbum breuiatũ faciet domin⁹ super terrã. Et sicut predixit Esaias, Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semẽ: sicut Esaie.1.c
Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissem⁹. Quid ergo dicemus? Qd gentes que nõ sectabantur iustitiã, apprehenderũt G
iustitiam, iustitiam aũt que ex fide est: Israel vero sectando legem iustitie, in legem iustitie nõ peruenit. Quare? Quia nõ ex fide: sed quasi ex operib⁹. Offenderunt eñi in lapidem offensionis, sicut scriptũ est, Ecce pono in Sion lapidem offensionis, et petrã scandali: et oĩs qui Esa.28.d & 8.c.
credit in eum, non confundetur. 2.pet,2.b

CAPVT. X.

A
FRatres, voluntas quidẽ cordis mei & obsecratio ad deum, fit pro illis i salutẽ. Testimonium eñi perhibeo illis q̃ emulationem quidẽ dei habent, sed non secundum scientiã. ignorantes enim iustitiã dei, et suam querentes statuere: iustitie dei non sunt subiecti. Finis enim legis, Christus: ad iustitiam oĩ credenti. Moyses enim Leui.18.8
scripsit, quoniã iustitiã que ex lege est, Qui fecerit homo, viuet in ea. B
Que aũt ex fide est iustitia, sic dicit,

e.20 b est, Ne dixeris in corde tuo, Quis
Deu.30 c ascendet in celum? id est, Christum
deducere. Aut, quis descendet in a-
byssum? hoc est, Christum a mor-
tuis reuocare. Sed quid dicit scri-
Deu.30 c ptura? Prope est verbũ i ore tuo, ⁊
in corde tuo. hoc est, verbũ fidei, qd
predicamus. Quia si cõfitearis in
ore tuo dominũ Jesum, et in corde
tuo credideris q deus illum susci-
tauit a mortuis: saluus eris. Corde
enim creditur ad iustitiam: ore aũt
cõfessio fit ad salutem. Dicit enim
Esa.28.d scriptura, Omnis qui credit i illũ,
C non cõfundetur. Non enim est di-
stinctio Judei et Greci. Nam idem
dominus omnium, diues in omnes
Joel. 2.g qui inuocant illum. Omnis enim
Act.2.c. quicunq; inocauerit nomen domi-
ni, saluus erit. Quomodo ergo in-
uocobunt eum in quem non credi-
derũt? Aut quomodo credẽt ei quẽ
non audierunt? Quomodo aũt au-
dient sine predicante? Quomodo
vero predicabunt, nisi mittantur?
Esa.52.b sicut scriptum est, Quã speciosi pe-
Naũ. 1.d. des euangelizantium pacem, euã-
gelizãtiũ bona. Sed nõ oẽs obedi-
Esa. 53.a unt euangelio. Esaias enim dicit,
Joã.12.f. Domine: quis credidit auditui no-
D stro? Ergo fides, ex auditu: auditꝰ
aũt, p vbũ Christi. Sed dico, Nũ-
Psal.18 a qd nõ audierũt? Et quidẽ in oẽm
terrã exiuit sonꝰ eoꝝ: et i fines or-
bis terre verba eorũ. Sed dico, Nũ-
quid Jsrael nõ cognouit? Primus
Deu.31.c Moyses dicit, Ego ad emulationẽ
vos adducã i nõ gẽtẽ: in gentẽ in-
sipiẽtẽ, i irã vos mittã. Esaias aũt
Esa.65.a audet ⁊ dicit, Inuẽtꝰ sum a nõ que-
rẽtibꝰ me: palã apparui iis q me nõ
interrogabãt. Ad Jsrael aũt dicit,
Esa.65.a Tota die expandi manus meas ad
populũ nõ credentẽ ⁊ cõtradicentẽ.

CAPUT. XI.

A DIco ergo, Nũquid deus re-
pulit populũ suum? Absit.
Nam ⁊ ego Jsraelita sum,
ex semine Abrahã, de tribu Benia-
min. Non repulit deus plebem suã
quam presciuit. An nescitis in Elia
quid dicit scriptura: quemadmodũ
interpellat deum aduersum Jsra-
el? Domine, prophetas tuos occi- 3.re.19.d
derunt, et altaria tua suffoderunt:
et ego relictus sum solus, et querũt
animam meam. Sed quid dicit illi
diuinum responsum? Reliqui mihi
septem millia virorũ, qui non cur- 3.re.19.b
uauerũt genua ante Baal. Sic ergo
et in hoc tempore, reliquie secundũ
electionem gratie facte sunt. Si au-
tem gratia: iam non ex operibus.
Alioquin gratia iam nõ est gratia.
Quid ergo? Qd querebat Jsrael,
hoc non est consecutus: electio aũt
consecuta est, ceteri vero excecati B
sunt: sicut scriptum est, Dedit illis Esaię.6.c
deus spiritum compũctionis: ocu- Mat.13.b
los, vt non videant: et aures, vt Joã. 12. f
nõ audiant vsque in hodiernũ diẽ. Act. 28.f
Et Dauid dicit, Fiat mensa eo- Psal.68c
rum coram ipsis in laqueum, et in
captionem et in scandalum ⁊ in re-
tributionem illis. Obscurent oculi
eorum ne videãt, et dorsum eorum
semper incurua. Dico ergo, Nun-
quid sic offenderunt vt caderent?
Absit. Sed illorũ delicto, salꝰ est gẽ-
tibus: vt illos emulentur. Qd si de-
lictum illorum diuitie sunt mundi,
et diminutio eorum diuitie gentiũ:
quãto magis plenitudo eorũ? Vo-
bis enim dico gentibus, Quandiu
quidem ego sum gẽtium apostolꝰ,
ministerium meum honorificabo,
si quo modo ad emulandũ prouocẽ
carnem meam, et saluos faciã ali-
quos ex illis. Si eni amissio eoꝝ, re-
cõciliatio est mũdi: que assumptio,
nisi vita ex mortuis? Qd si deliba- C
tio sctã est: et massa. et si radix san-
cta: ⁊ rami. Qd si aliq ex ramis fra-
cti sunt, tu autẽ cum oleaster esses,
insertus es in illis, ⁊ socius radicis
et pinguedinis oliue factus es: noli
gloriari aduersus ramos. Quod si
gloriaris: non tu radicem portas,
sed radix

sed radix te. Dicis ergo, Fracti sunt
rami: vt ego inserar. Bene: propter
incredulitatem fracti sunt, tu autẽ
fide stas: noli altũ sapere sed time.
Si enim deus naturalibus ramis
non pepercit: ne forte nec tibi par-
cat. Vide ergo bonitatem et seueri-
tatem dei. in eos quidẽ qui cecide-
runt, seueritatem: in te autem bo-
nitatem dei, si permanseris in bo-
nitate, alioquin & tu excideris. Sed
et illi, si non permanserint in incre-
dulitate: inserentur. potẽs est enim
deus iterum inserere illos. Nam si
& tu ex naturali excisus es oleastro
& cõtra naturam insertus es in bo-
nam oliuam: quanto magis ii qui
secundum naturam, inserentur sue
oliue? Nolo eni vos ignorare fra-
tres misterium hoc, vt nõ sitis vo-
bisipsis sapientes, quia cecitas ex
parte contigit in Israel, donec ple-
nitudo gentiũ intraret: & sic omnis
Israel saluus fieret, sicut scriptum
D est, Veniet ex Sion qui eripiat & a-
Esa.59 d uertat impietatem a Jacob. Et hoc
illis a me testamentũ, cũ abstulero
peccata eorum. Secundum euan-
gelium quidem, inimici propt vos:
secundum electionem autem, cha-
rissimi propter patres. Sine peni-
tentia eni, sunt dona & vocatio dei.
Sicut enim aliquando et vos non
credidistis deo, nunc autem miseri-
cordiam consecuti estis propter in-
credulitatem illorum: ita et isti nũc
non crediderunt in vestram miseri-
cordiam: vt et ipsi misericordiã cõ-
sequantur. Conclusit eni deus oia
in incredulitate, vt omnium mise-
reatur. O altitudo diuitiarum sa-
pientie et scientie dei: q̃ incompre-
hẽsibilia sunt iudicia eius, et inue-
Sapi. 9.c stigabiles vie eius? Quis enim co-
Esa.40 d gnouit sensum dñi? Aut qs cõsilia-
1.cor.2.d rius ei9 fuit? Aut qs prior dedit illi:
et retribuetur ei? Qm ex ipso, & per
ipsum, et i ipso sunt oia: ipsi honor
et gloria i secula seculorum. Amen.

CAPVT. XII.

Obsecro itaq3 vos fratres p A
misericordiam dei, vt exhi-
beatis corpora vestra hostiã
viuentem, sanctam, deo placentem, Phil.4.d
rationabile obsequium vestrũ. Et
nolite conformari huic seculo: sed Ephe.5 d
reformamini i nouitate sensus ve- 1.thes.4 a
stri, vt probetis que sit volũtas dei
bona, & beneplacẽs, & perfecta. dico
enim per gratiã que data est mihi,
omnibus qui sunt inter vos, Non
plus sapere q̃ oportet sapere, sed sa-
pere ad sobrietatem, et vnicuiq3 si-
cut deus diuisit mensurã fidei. Si- 1.cor 12 a
cut enim in vno corpore multa mẽ- Ephe.4 d
bra habemus, omnia autem mem-
bra non eundem actum habent: ita
multi vnum corpus sum9 in Chri-
sto, singuli autem alter alteri9 mẽ-
bra: habentes donationes, secun- B
dũ gratiã que data est nobis, diffe-
rentes: siue prophetiam secundum
rationem fidei, siue ministerium in
ministrando, siue q̃ docet in doctri-
na, qui exhortatur in exhortando,
qui tribuit in simplicitate, qui pre-
est in solicitudine, qui miseretur in
hilaritate. Dilectio sine simulatio- amos.5 d
ne: odientes malũ, adherentes bo- Eph. 4.a
no: charitatem fraternitatis inui- 1.pet.2.c
cem diligẽtes, honore inuicem pre- 1.pet.5 b
uenientes, solicitudine non pigri, C
spiritu feruentes, domino seruien-
tes, spe gaudentes, in tribulatione
patientes, orationi instantes, ne- Heb.13.a
cessitatib9 sanctorum communicã- 1.pet.4 c
tes, hospitalitatem sectantes. Be-
nedicite persequentibus vos. bene-
dicite, et nolite maledicere. Gaude-
re cum gaudentibus, flere cum flẽ-
tibus. Idipsum inuicem sentiẽtes.
Non alta sapiẽtes, sed humilibus D
consentientes. Nolite esse pruden- Pro.3.a.
tes apud vosmetipsos. Nulli ma- 1.pet.3.d
lum pro malo reddentes. Prouidẽ- 2.cor.8 d
tes bona, non tantum coram deo,
sed etiam coram omnibus homini-
bus. Si fieri potest, quod in vobis
est, cum

Heb.12.d est, cum omnibus hominibus pacē
Eccl.28a habētes. Non vosmetipsos defen-
Mat.5.g. dentes charissimi, sed date locũ ire.
Deu.32 e scriptũ est enim, Mihi vindictam:
Heb.10.e ego retribuam, dicit domin⁹. Sed
Pro.25 c si esurierit inimic⁹ tu⁹, ciba illum:
si sitit, potum da illi. hoc enim fa-
ciens, carbones ignis congeres su-
per caput eius. Noli vinci a malo:
sed vince in bono malum.

CAPVT. XIII.

A Omnis anima potestatibus
1.pet.2.c sublimioribus subdita sit.
Sapi.6,a Nõ est enim potestas nisi a
deo. que autem sunt: a deo ordinate
sunt. Itaq; qui resistit potestati: dei
ordinationi resistit. Qui autem re-
sistunt: ipsi sibi dãnationem acqui-
runt. nã principes non sunt timori
boni operis, sed mali. Vis autem
non timere potestatē? Bonum fac:
et habebis laudem ex illa. dei enim
B minister est tibi in bonum. Si autē
malum feceris: time. non enim sine
causa gladium portat. dei enim mi-
nister est: vindex in irã, ei qui ma-
lum agit. Ideoq; necessitati subditi
estote: non solum propter iram, sed
etiam propter conscientiam. Ideo
enim et tributa prestatis. ministri
enim dei sunt: in hoc ipsum seruiē-
tes. Reddite ergo omnibus debita:
Mat.22 c cui tributum, tributũ: cui vectigal,
vectigal. cui timorem, timorem. cui
C honorem, honorem. Nemini quic-
quam debeatis: nisi, Vt inuicē di-
ligatis. qui enim diligit proximũ,
Exo.20 c legem impleuit. Nam, Non adul-
Deut.5 b terabis, Non occides, Non fura-
beris, Non falsum testimonium di-
ces, Non concupisces, & si quod est
aliud mandatum: in hoc verbo in-
Leu.19 d stauratur, Diliges proximum tuũ
Mat.22 d sicut teipsũ. Dilectio proximi, ma-
Mar.12.c lum non operatur. Plenitudo ergo
Gala.5.c legis est dilectio. Et hoc sciētes tē-
Iaco.2.b pus quia hora est iam nos de som-
D no surgere. Nunc enim propior est
nostra sal⁹ ꝙ cum credidim⁹. Nox
precessit: dies autem appropinqua-
uit. Abiiciam⁹ ergo opera tenebra-
rum, et induamur arma lucis. Si-
cut in die, honeste ambulemus: nõ Luc.21.f
in comessationib⁹ et ebrietatibus,
nõ in cubilibus et impudicitiis, nõ
in contentione et emulatione: sed
induimini dominum Iesum Chri-
stum, et carnis curam ne feceritis Gala.5.c
in desideriis. 1.Pet.2.c

CAPVT. XIIII.

Infirmum aũt in fide, assumite: A
non in disceptationib⁹ cogitati-
onum. alius enim credit se man-
ducare omnia: qui autem infirmus
est, olus manducat. Is qui mãdu-
cat, non manducantē non spernat.
et qui non manducat: manducantē
non iudicet. deus enim illum as-
sumpsit. Tu quis es, qui iudicas Iaco.4d
alienum seruũ? Domino suo stat
aut cadit. stabit autem: potens est
enim deus statuere illũ. Nam alius
iudicat diem inter diem: ali⁹ autē
iudicat omnē diem. Vnusquisq; in B
suo sensu abundet. Qui sapit diem:
domino sapit. Et qui mãducat: do-
mino manducat. gratias enim agit
deo. Et qui non mãducat: domino
non manducat, & gratias agit deo.
Nemo enim nostrum sibi viuit: et
nemo sibi moritur. Siue enĩ viui-
mus, domino viuimus: siue mori-
mur, domino morimur. Siue ergo
viuim⁹, siue morimur: domini su-
m⁹. In hoc enim Christus mortu⁹
est, & resurrexit: vt et viuorũ & mor-
tuorum dominetur. Tu autē quid
iudicas fratrem tuũ? aut tu, quare
spernis fratrē tuũ? Omnes enim 1.cor.5 b
stabim⁹ ante tribunal Christi. scri- Esa.45d
ptũ est enĩ, Viuo ego dicit domin⁹, Phil.2.b
quoniã mihi flectetur omne genu: &
oĩs lingua cõfitebitur deo. Itaq;
vnusquisq; nostrũ pro se rationem
reddet deo. Nõ ergo ampli⁹ inuicē C
iudicem⁹. sed hoc iudicate magis,
ne ponatis offendiculum fratri vel
scandalũ. Scio & cõfido in domino

Iesu, quia nihil cōmune per ipsum: nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si enī propter cibū frater tuus contristatur: iam
I.cor.8.d nō secundū charitatē ābulas. Noli cibo tuo illū pdere p quo Christ⁹ mortu⁹ est. Nō ergo blasphemetur bonū nostrum. Nō est enim regnū dei esca et potus: sed iustitia ⁊ pax,
D et gaudiū in spiritu sancto. qui eni in hoc seruit Christo, placet deo, et probatus est hominib⁹. Itaq; que pacis sunt, sectemur: ⁊ que edificationis sunt, inuicē custodiam⁹. noli
Tit. I. d. ppter escā destruere opus dei. Omnia quidē sunt munda: sed malū est homini qui per offendiculū māducat.
I.cor.8.d Bonū est nō manducare carnē et non bibere vinum, neque in quo frater tu⁹ offenditur aut scādalizatur, aut infirmatur. Tu fidē habes penes temetipsū: habe corā deo. Beatus qui nō iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit, si manducauerit, damnat⁹ est: quia non ex fide. Omne autē quod non est ex fide, peccatum est.

CAPVT XV.

A Debem⁹ aūt nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, et nō nobis placere. Unusquisq; vestrū proximo suo placeat in bonū, ad edificationem. Etenim Christus non sibi placuit:
Psa.68.b sed sicut scriptum est, Improperia improperantiū tibi, ceciderunt super me. Quecūq; enim scripta sūt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam et consolationē
B scripturarū, spem habeamus. De⁹ autem patientie et solatii, det vobis idipsum sapere in alterutrū secundum Iesum Christum: vt vnanimes, vno ore honorificetis deum
I.cor.I.b ⁊ patrē domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicē: sicut ⁊ Christ⁹ suscepit vos i honorē dei. Dico enim Christum Iesum, ministrū fuisse circuncisionis propter veritatem dei, ad cōfirmādas promissiones patrum: Gentes autem super misericordia honorare deum, sicut scriptum est, Propterea con- Psal.17.d
fitebor tibi in gentibus domine, et 2.re.22.d
nomini tuo cantabo. Et iterum dicit, Letamini gentes cum plebe ei⁹. Ps.116.a
C Et iterum, Laudate omnes gētes dominum: ⁊ magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait, Erit radix Iesse: et qui exurget re- Esai.II.c
gere gentes, in eo gentes sperabūt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio ⁊ pace in credēdo: vt abundetis in spe, in virtute spiritus sancti. Certus sum autem fratres mei et egoipse de vobis, quoniam et ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere. Audacius aūt scripsi vobis fratres ex parte, tāquam in memoriam vos reducens: propter gratiam q̄ data est mihi a deo, D
vt sim minister Christi Iesu in gētibus, sanctificans euangeliū dei, vt fiat oblatio gētiū accepta ⁊ sanctificata in spiritu sctō. Habeo igit gloriam in Christo Iesu ad deum. Nō enim audeo aliquid loqui eorū que per me non effecit Christus in obedientiam gentium, verbo et factis, in virtute signorum ⁊ prodigiorum, in virtute spiritus sancti: ita vt ab Hierusalem per circumitum vsq; ad Illyricum repleuerim euāgelium Christi. Sic autē predicaui E
euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamētum edificarem: sed sicut scriptum est, Quibus non est an- Esa.52.d
nuntiatum de eo, videbunt: et qui nō audierūt de eo, intelligēt. Propter quod ⁊ impediebar plurimum venire ad vos: et prohibitus sum vsq; adhuc. Nūc vero vlterius locum non habēs in his regionibus: cupiditatē autē habens veniēdi ad vos ex multis iam precedētib⁹ annis: cum in Hispaniā proficisci ce-

pero,

pero, spero q preteriens videā vos,
et a vobis deducar illuc, si vobis p̄-
mum ex parte fruitus fuero. Nunc
F igitur proficiscor in Hierusalē mi-
nistrare sanctis. Probauerūt enim
Macedonia & Achaia collationē ali-
quam facere in pauperes sanctos q̄
sunt in Hierusalē. Placuit eni eis:
1.cor.9b et debitores sunt eorū. Nam si spi-
ritualium eorum participes facti sunt
gentiles, debent et in carnalib9 mi-
nistrare illis. Hoc igitur cū cōsum-
mauero, & assignauero eis fructum
hūc: per vos proficiscar in Hispa-
G niam. Scio aūt qm veniēs ad vos,
in abundantia benedictionis euan-
gelii Christi veniam. Obsecro ergo
vos fratres per dn̄m nostrū Iesum
Christū, et per charitatē sancti spi-
ritus, vt adiuuetis me i orationib9
pro me ad deū, vt liberer ab infide-
lib9 qui sunt in Judea, et obsequii
mei oblatio accepta fiat i Hierusa-
lem sanctis, vt veniā ad vos i gau-
dio per voluntatē dei, vt refrigerer
vobiscum. Deus aūt pacis sit cum
omnibus vobis. Amen.

CAPVT. XVI.

A Commēdo aūt vobis Phebē
sororē nostrā, que est in mi-
nisterio ecclesie q̄ est i Cen-
chreis: vt eā suscipiatis in dn̄o di-
gne sanctis: et assistatis ei in quo-
cunq; negotio vestri indiguerit. et-
eni ipsa quoq; astitit multis & mihi
Act.18ag ipsi. Salutate Priscā & Aquilā ad-
iutores meos in Christo Jesu (qui
pro aia mea, suas ceruices suppo-
suerūt: quib9 nō solus ego gratias
ago, sed et cuncte ecclesie gentiū) et
domesticā ecclesiā eorū. Salutate E-
penetū dilectū mihi: qui est primiti-
uus Achaie in Christo Jesu. Salu-
tate Mariā, que multū laborauit
in vobis. Salutate Andronicū & Iu-
niā cognatos & concaptiuos meos:
qui sunt nobiles i apostolis, qui et
B ante me fuerunt in Christo. Salu-
tate Ampliatū dilectissimū mihi in
dn̄o. Salutate Vrbanū adiutorem
nostrū in Christo Jesu, & Stachin
dilectū meū. Salutate Apellen pro-
bum in Christo. Salutate eos qui
sunt ex Aristoboli domo. Salutate
Herodionē cognatum meū. Salu-
tate eos qui sunt ex Narcissi domo,
q̄ sunt in dn̄o. Salutate Tryphe-
nā et Tryphosam: que laborant in
dn̄o. Salutate Persidē charissimā,
que multū laborauit in dn̄o. Salu-
tate Rufum electum in dn̄o, et ma-
trem ei9 et meam. Salutate Asyn-
critum, Phlegontem, Hermā, Pa-
trobam, Hermē: et qui cū eis sunt,
fratres. Salutate Philologum et
Juliam, Nereum & sororem eius et
Olympiadē: et oēs qui cū eis sunt,
sanctos. Salutate inuicē in osculo C
sancto. Salutant vos oēs ecclesie Phil.4.d
Christi. Rogo autē vos fratres, vt
obseruetis eos qui dissensiones et
offendicula preter doctrinam quam
vos didicistis, faciunt: et declinate
ab illis. Huiusmodi eni Christo do-
mino nostro non seruiunt, sed suo
ventri: et per dulces sermones et be-
nedictiones seducunt corda inno-
centium. Vestra enim obedientia,
in omni loco diuulgata est. Gau-
deo igitur in vobis. Sed volo vos
sapientes esse in bono: et simplices
in malo. Deus autem pacis conte-
rat satanā sub pedibus vestris ve-
lociter. Gratia domini nostri Jesu D
Christi vobiscū. Salutat vos Ti-
motheus adiutor meus: et Lucius, Act.16.a
& Jason, & Sosipater cognati mei.
Saluto vos ego Tertius qui scri-
psi epistolam in domino. Salutat
vos Caius hospes me9 et vniuerse
ecclesie. Salutat vos Erast9 arca-
rius ciuitatis, et Quartus frater.
Gratia dn̄i nostri Iesu Christi cum
omnibus vobis. Amen. Ei autem
qui potens est vos cōfirmare iuxta
euangelium meum et predicationē
Jesu Christi, secundum reuelatio-
nem mysterii, temporibus eternis

taciti (quod nunc patefactum est p̄
scripturas prophetarum secundū
preceptum eterni Dei ad obeditio-
nem fidei) in cunctis gentibus co-
gniti, soli sapienti deo per Jesum
Christum, cui honor & gloria in se-
cula seculorum. Amen.

EPISTOLA
PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS PRIMA.

A 
PAVLVS
vocatus apo
stolus IESV
Christi, p̄ vo
lūtatem dei,
et Sosthenes
frater: eccle-
sie dei que est
Corīthi, san-
ctificatis in Christo Jesu, vocatis
sanctis, cū omnibus qui inuocāt no-
men domini nostri Jesu Christi in
omni loco ipsorū et nostro, gratia
vobis et pax a deo patre nostro et
domino Iesu Christo. Gratias ago
deo meo semp pro vobis, in gratia
dei q̄ data est vobis in Christo Je-
su, q̄ in omnibus diuites facti estis
in illo, in omni verbo & in oī scien-
tia, sicut testimonium Christi con-
firmatum est in vobis, ita vt nihil
vobis desit in vlla gratia, expectā-
tibus reuelationē dn̄i nostri Jesu
Christi, q̄ et cōfirmabit vos vsque
in finem sine crimine, in die aduē-
B tus domini nostri Jesu Christi. Fi-
1. Thessa. 5.d delis deus: per quē vocati estis in
societatē filii eius Jesu Christi do-
mini nostri. Obsecro aūt vos fra-
tres, p̄ nomē dn̄i nostri Iesu Chri-
sti, vt idipsum dicatis oēs, et non
sint in vobis schismata: sitis autē
perfecti in eodem sensu, & in eadem
sententia. Significatū est eni mihi
de vobis fratres mei, ab iis q̄ sunt
Chloes, quia cōtentiones sunt in-
ter vos. Hoc aūt dico quod vnus-
quisq; vestrum dicit, Ego quidem
sum Pauli, ego autem Apollo, ego Act. 18.f
vero Cephe: ego aūt Christi. Diui
sus est Christus? Nūquid Paulus
crucifixus est p̄ vobis? aut in noie
Pauli baptizati estis? Gratias ago
deo meo, q̄ neminem vestrū bapti-
zaui, nisi Crispū & Caium: ne quis
dicat q̄ ī noie meo baptizati estis.
Baptizaui aūt & Stephane domū.
Ceterū, nescio si quē alium vestrū
baptizauerim. Non enim misit me C
Christus baptizare, sed euāgelizare,
non in sapientia verbi, vt nō eua-
cuetur crux Christi. Verbum enim
crucis, pereuntibus quidem stultitia
est: iis aūt qui salui fiunt, id est no-
bis, dei virtus est. Scriptū est eni, Esa. 29.e
Perdam sapientiam sapientiū: et abdi. 1.c
prudentiam prudentiū reprobabo. Esa. 33.c
Vbi sapiēs? vbi scriba? vbi inqui-
sitor huius seculi? Nonne stultam
fecit deus sapientiā huius mundi?
Nam quia in dei sapientia non co-
gnouit mundus per sapientiā deū:
placuit deo per stultitiam predica-
tionis, saluos facere credētes. Qm̄
et Judei signa petunt, et Greci sa- D
pientiā querunt: nos autem predi-
camus Christum crucifixum, Ju-
deis quidem scandalū, Gentibus
autem stultitiā: ipsis autem voca-
tis Judeis atq; Grecis Christum
dei virtutem et dei sapientiā. quia
quod stultum est dei, sapientius est
hominibus: et quod infirmū est dei,
fortius est hominibus. Videte enim
vocationem vestram fratres, quia
non multi sapientes secūdum car-
nem, non multi potentes, nō multi
nobiles: sed que stulta sunt mundi
elegit deus, vt cōfundat sapiētes:
et infirma mūdi elegit deus, vt cō-
fundat fortia: et ignobilia mundi
et contemptibilia elegit deus, et ea
que nō sunt, vt ea q̄ sūt destrueret,
vt non

vt nō glorietur oīs caro ī cōspectu eius. Ex ipso aūt vos estis ī Christo Jesu, q̄ fact⁹ est nobis sapiētia et iustitia ⁊ sanctificatio et redem-
Ier.9.g ptio: vt (quemadmodū scriptū est)
2.Co.10 d Qui glorietur, in dn̄o glorietur.

CAPVT. II.

A Et ego cum venissem ad vos fratres: veni nō in sublimitate sermonis aut sapiētie, annuntians vobis testimoniū Christi. Nō enim iudicaui me scire aliquid inter vos: nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum. Et ego in infirmitate et timore et tremore multo fui apud vos, et sermo me⁹ et predicatio mea non in persuasibilib⁹ humane sapiētie verbis, sed in ostentione spirit⁹ et virtutis: vt
B fides vestra nō sit in sapientia hominū, sed in virtute dei. Sapientiā aūt loquimur inter perfectos. sapientiam vero, nō huius seculi, neq̄ principum hui⁹ seculi, qui destruuntur: sed loquimur dei sapientiā in mysterio, que abscōdita est, quā predestinauit Deus ante secula in gloriam nostrā, quam nemo principum huius seculi cognouit. si eni cognouissent: nunq̄ dominū glorie cruci fixissent. Sed sicut scriptū est,
Psa.64 b Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec ī cor hominis ascenderunt que preparauit deus iis q̄ diligunt illum: nobis autē reuelauit
C deus per spiritum suū. spiritus eni oīa scrutatur: etiam profunda dei. Quis enim hominū scit q̄ sunt hominis, nisi spirit⁹ hominis, qui in ipso est? Ita, et que dei sunt nemo cognouit, nisi spirit⁹ dei. Nos aūt non spiritū hui⁹ mūdi accepimus, sed spiritū qui ex deo est, vt sciam⁹ que a deo donata sunt nobis. que
2.pet.1.c et loquimur non in doctis humane sapiētie verbis: sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia cōparantes.
D Animalis aūt homo nō percipit ea q̄ sunt spirit⁹ dei. stultitia enim est illi, et nō potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. Spiritualis aūt iudicat oīa: ⁊ ipse a nemine iudicatur. Sicut scriptum est, Quis eni cognouit sensum domini, aut quis instruxit eū? Esa.40 d Sapi.9.c
Nos aūt sensum Christi habem⁹. Ro.11.d

CAPVT. III.

Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualib⁹, sed quasi carnalib⁹. A Tanquā paruulis in Christo. Lac vobis potum dedi, non escam: nōdum enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis, adhuc eni carnales estis. Cū enim sit inter vos zelus ⁊ cōtentio, nonne carnales estis, et secundum hominē ambulatis? Cū enim quis dicat, Ego quidē sum Pauli, alius autē, Ego Apollo: nonne homines B estis? Quid igitur ē Apollo? Quid vero Paul⁹? Ministri eius cui credidistis, ⁊ vnicuiq̄ sicut dn̄s dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementū dedit. Itaq̄ neq̄ qui plantat est aliquid, neq̄ qui rigat, sed qui incrementū dat, deus. Qui aūt plantat et qui rigat, vnū sunt. Vnusquisq̄ aūt propriā mercedem accipiet secundū suū laborē. Psa.61.d
Dei eni sum⁹ adiutores: Dei agricultura estis: Dei edificatio estis. Gala.6 b
Secundum gratiā dei que data est mihi, vt sapiēs architectus fundamentū posui: alius aūt super edificat. Vnusquisq̄ autem videat quo modo superedificet. Fundamentū C eni aliud nemo potest ponere, preter id quod positū est: qd̄ est Christus Jesus. Si quis autem superedificat super fundamentum hoc, aurū, argentū, lapides preciosos, ligna, fenū, stipulam: vniuscuiusq̄ opus manifestum erit. Dies enim dn̄i declarabit: q̄a in igne reuelabitur. ⁊ vniuscuiusq̄ opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superedificauit: mercedem accipiet. Si cuius opus arserit:

serit, detrimentum patietur: ipse
D aũt saluus erit, sic tamen quasi per
ignẽ. Nescitis q̃a templũ dei estis:
et spirit⁹ dei habitat in vobis? Si
quis aũt templũ dei violauerit: di-
sperdet illũ deus. Templũ enim dei
Inf. 6. d sanctũ est: quod estis vos. Nemo se
2. co. 6. c seducat: si quis videtur inter vos
sapiẽs esse in hoc seculo, stult⁹ fiat,
vt sit sapiens. Sapientia eñi hui⁹
mũdi, stultitia ẽ apud deũ. Scriptũ
est enim, Cõprehendam sapientes
Iob. 5. c in astutia eorum. Et iterũ, Domi-
Psal. 93 b nus nouit cogitationes sapiẽtium
quoniã vane sunt. Nemo itaq; glo-
rietur in hominibus. Omnia enim
vestra sunt: siue Paul⁹, siue Apol-
lo, siue Cephas, siue mundus, siue
vita, siue mors, siue presentia, siue
futura. Oĩa enim vestra sunt: vos
autem Christi, Christus aũt dei.

CAPVT. IIII.

A SIc nos existimet homo, vt mi-
2. co. 6. a nistros Christi, et dispensato-
res mysteriorum dei. Hic iam
queritur inter dispensatores, vt fi-
delis quis inueniatur. Mihi autẽ
pro minimo est, vt a vobis iudicer:
aut ab humano die. sed neq; meip-
sum iudico. Nihil enim mihi con-
scius sum: sed non in hoc iustifica-
tus sum. Qui aũt iudicat me: dñs
est. Itaq; nolite ante tempus iudi-
care: quoadusq; veniat dñs, qui et
illuminabit abscondita tenebrarũ:
et manifestabit consilia cordiũ: et
B tunc laus erit vnicuiq; a deo. Hec
autem fratres trãsfiguraui in me
& Apollo, propter vos. vt in nobis
discatis, ne supra q̃ scriptũ ẽ, vn⁹
aduersus alterũ infletur pro alio.
Quis enim te discernit? Quid aũt
habes, qđ nõ accepisti? Si aũt ac-
cepisti: qđ gloriaris quasi nõ acce-
peris? Iam saturati estis, iã diui-
tes facti estis: sine nobis regnatis:
et vtinã regnetis, vt et nos vobi-
scũ regnemus. Puto enim q̃ deus
nos apostolos nouissimos ostẽdit,
tãq̃ morti destinatos: quia specta-
culũ facti sum⁹ mundo, & angelis &
hominib⁹, nos stulti propter Chri-
stũ: vos aũt prudentes in Christo.
nos infirmi: vos autẽ fortes. vos C
nobiles: nos aũt ignobiles. Vsque
in hanc horã & esurim⁹, et sitim⁹, et
nudi sumus, & colaphis cedimur, &
instabiles sumus, & laboram⁹ ope-
rantes manibus nostris. maledici-
mur: et benedicimus. persecutio- Act. 20. g
nem patimur: & sustinem⁹. blasphe 1. the. 2. b
mamur: & obsecram⁹. tanq̃ purga- 2. thes. 3 b
mẽta huius mũdi facti sum⁹ oĩum
peripsema vsq; adhuc. Non vt cõ-
fundã vos, hec scribo: sed vt filios
meos charissimos moneo. Nã si de-
cem millia pedagogorũ habeatis in D
Christo: sed nõ multos patres. Nã
in Christo Iesu, per euangeliũ ego
vos genui. Rogo ergo vos, imita-
tores mei estote, sicut et ego Chri-
sti. Ideo misi ad vos Timotheũ, q̃
est filius meus charissim⁹ & fidelis
in dño: qui vos cõmonefaciet vias
meas q̃ sunt ĩ Christo Iesu, sicut
vbiq; ĩ oĩ ecclesia doceo. Tanq̃ nõ
ventur⁹ sim ad vos, sic inflati sunt
quidã. Veniã aũt ad vos cito, si do-
minus voluerit: & cognoscã nõ ser-
monẽ eorũ qui inflati sunt, sed vir-
tutem. Non enĩ in sermone est re-
gnum dei: sed ĩ virtute. Quid vul-
tis? in virga veniam ad vos: an in
charitate, & spiritu mãsuetudinis?

CAPVT. V.

OMnino audit̃ inter vos for- A
nicatio: et talis fornicatio,
qualis nec inter gentes, ita
vt vxorem patris sui aliquis habe-
at. Et vos inflati estis: et non ma-
gis luctum habuistis, vt tollatur
de medio vestrum qui hoc opus fe-
cit. ego quidẽ absens corpore, pre-
sens autem spiritu, iam iudicaui
vt presens, eũ qui sic operatus est,
in nomine dñi nostri Iesu Christi,
congregatis vobis et meo spiritu,
cum virtute Domini nostri Iesu
tradere

tradere huiusmodi hominē satane in interitum carnis, vt spiritꝰ saluus sit in die domini nostri Jesu Christi. Non est bona gloriatio ve-
Gala.5 b stra. Nescitis quia modicū fermē-
C tum, totā massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatꝰ est Christus. Itaq; epulemur, non in fermento veteri, neq; in fermento malitie ⁊ nequitie, sed in azymis sinceritatis ⁊ veritatis. Scripsi vobis in epistola, Ne commisceamini fornicariis. non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibꝰ, aut idolis seruientibus, alioquin debueratis de hoc mundo
D exisse. Nunc aūt scripsi vobis non cōmisceri. si is q̄ frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicꝰ, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de iis q̄ foris sūt iudicare? Nōne de iis q̄ intꝰ sūt vos iudicatis? nā eos q̄ foris sunt, deꝰ iudicabit. Auferte malū ex vobisipsis.

CAPVT. VI.

A Audet aliquis vestrū habēs negotium aduersus alterū, iudicari apud iniquos, ⁊ nō apud sanctos? An nescitis quoniā sancti de hoc mundo iudicabūt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis q̄ de minimis iudicetis? Nescitis quoniā angelos iudicabimꝰ? quāto magis secularia? Secularia igit̄ iudicia si habueritis: cōtēptibiles qui sunt in ecclesia, illos
B constituite ad iudicandum. Ad verecundiā vestrā dico. Sic nō est inter vos sapiēs quisquā: q̄ possit iudicare inter fratrē suū Sed frater cū fratre iudicio cōtēdit: et hoc apō infideles? Jam quidē omnino delictū est in vobis, ꝙ iudicia habetis inter vos. Quare nō magis iniuriā accipitis? quare nō magis fraudē patimini? Sed vos iniuriā facitis et fraudatis, ⁊ hoc fratribꝰ. An nescitis q̄a iniqui regnū dei nō possidebūt? Nolite errare. Neq; fornicarii, neq; idolis seruiētes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorū cōcubitores, neq; fures, neq; auari neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnū dei possidebūt. Et hec quidā fuistis: sed abluti estis, sed C
sāctificati estis, sed iustificati estis in nomine dñi nostri Iesu Christi, Inf. 10. e
et in spiritu Dei nostri. Oia mihi licent: sed non oia expediunt. Om- Ecc.37.d
nia mihi licēt: sed ego sub nullius redigar potestatē. Esca ventri, et venter escis: deus autem et hunc ⁊ has destruet. corpus autē non fornicationi, sed domino: et dominus corpori. Deus vero et dominū suscitauit: et nos suscitabit ꝑ virtutem suam. Nescitis quoniā corpo- D
ra vestra, mēbra sūt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An nescitis quoniā qui adheret meretrici, vnū corpus efficitur? Erūt eni Gen. 2.d
(inquit) duo i carne vna. Qui aūt Mat.19 a
adheret domino: vnus spiritus est. Mar.10 a
Fugite fornicationē. Omne enim Ephe.5 g
peccatum quodcūq; fecerit homo: extra corpus est. qui autē fornicatur: in corpus suum peccat. An ne- Sup. 3. d
scitis qm̄ mēbra vestra, templū est 2.co. 6.c
spiritꝰ sc̄ti q̄ in vobis est, quē habetis a deo, et nō estis vestri? Empti Inf. 7. d
eni estis p̄tio magno. Glorificate ⁊ 1.pet. 1.d
portate deum in corpore vestro.

CAPVT. VII.

De quibꝰ aūt scripsistis mi- A
hi, Bonū est homini mulierem non tangere. propter fornicationē autē vnusquisq; suā vxorē habeat, ⁊ vnaqueq; suū virū
habeat. Uxori vir debitū reddat: si- 1 pet. 3.b
militer aūt ⁊ vxor viro. Mulier, sui corporis potestatem nō habet, sed vir. Similit̄ aūt ⁊ vir, sui corporis potestatem non habet: sed mulier.

Nolite

Nolite fraudare inuicem, nisi for=
te ex consensu ad temp⁹, vt vacetis
orationi: et iterũ reuertimini in id=
ipsum, ne tẽtet vos satanas ꝓpter
B incõtinẽtiam vestrã. Hoc autẽ dico
secũdum indulgentiã, non secundũ
imperium. Volo autẽ omnes vos
esse sicut meipsum, sed vnusquisq̃
proprium donũ habet ex deo, alius
quidem sic, alius vero sic. Dico au=
tem non nuptis et viduis: bonum
est illis, si sic permanserint sicut et
ego. Qd̃ si non se continẽt: nubant.
melius est enim nubere, q̃ vri. Jis
aũt q̃ matrimonio iuncti sunt, pre=
Mat.5.c. & 19.b cipio, non ego, sed domin⁹, Vxorẽ
a viro non discedere: qd̃ si discesse=
Mat.10 b rit, manere innuptã, aut viro suo
Luc.16 d recõciliari. Et vir vxorem non di=
mittat. Nam ceteris ego dico, non
dominus, Si quis frater vxorẽ ha=
bet infidelẽ, ⁊ hec cõsentit habitare
C cum illo: nõ dimittat illã. Et si qua
mulier habet virũ infidelẽ, ⁊ hic cõ=
sentit habitare cũ illa: nõ dimittat
virũ. sanctificatus est enim vir in=
fidelis per mulierem fidelẽ: et san=
ctificata est mulier infidelis per vi=
rum fidelẽ. alioquin filii vestri im=
mundi essent: nunc aũt sancti sunt.
Qd̃ si infidelis discedit, discedat.
non enim seruituti subiect⁹ est fra=
ter, aut soror in huiusmodi. in pace
aũt vocauit nos deus. Vnde enim
scis mulier, si virum saluũ facies?
aut vnde scis vir, si mulierem sal=
uã facies? nisi vnicuiq̃ sicut diui=
sit dominus. Vnumquẽq̃ sicut vo=
cauit deus, ita ambulet, et sicut in
omnibus ecclesiis doceo. Circunci=
sus aliquis vocatus est? nõ addu=
cat preputiũ. Jn preputio aliquis
D vocatus est? non circuncidat. Cir=
Ephe.4 a cuncisio nihil est, ⁊ preputium nihil
est: sed obseruatio mãdatorum dei.
Vnusquisq̃ i qua vocatione voca=
tus est: in ea permaneat. Seruus
vocatus es? non sit tibi cure. sed et
si potes fieri liber: magis vtere.

Qui eni in domino vocatus est ser=
uus: libertus est domini. Similiter
qui liber vocat⁹ est, seru⁹ est Chri=
sti. Pretio empti estis: nolite fieri Sup.6.d
serui hominum. Vnusquisq̃ ergo 1.pet.1.d
in quo vocatus est, fratres: in hoc E
maneat apud deum. De virginib⁹
autẽ preceptum domini non habeo:
consilium autẽ do, tanq̃ misericor=
diam cõsecutus a dño, vt sim fide=
lis. Existimo enim hoc bonum esse
propt̃ instãtem necessitatẽ: quoniã
bonũ est homini sic esse. Alligat⁹ es
vxori? noli querere solutionẽ. Solu=
tus es ab vxore? noli querere vxo=
rem. Si autem acceperis vxorem:
non peccasti. Et si nupserit virgo:
non peccauit. tribulationem tamẽ
carnis habebunt huiusmodi. Ego
autem vobis parco. Hoc itaq̃ dico
fratres, temp⁹ breue est: reliquum
est vt et qui habent vxores, tanquã
non habentes sint. et qui flent: tan=
quam non flentes. et qui gaudent:
tanquam non gaudentes. et qui e=
munt: tanquam non possidentes,
et qui vtuntur hoc mundo: tanquã
non vtantur. preterit enim figura F
huius mundi. Volo autem vos si=
ne solicitudine esse. Qui sine vxore
est: solicitus est que domini sunt,
quomodo placeat deo. Qui autem
cum vxore est, solicit⁹ est que sunt
mundi, quomodo placeat vxori: et
diuisus est. Et mulier innupta et
virgo, cogitat que domini sunt: vt
sit sancta et corpore et spiritu. Que
autẽ nupta est, cogitat q̃ sunt mũ=
di: quomodo placeat viro. Porro
hoc ad vtilitatẽ vestram dico: non
vt laqueum vobis iniciam, sed ad
id quod honestũ est, et quod facul=
tatẽ prebeat sine impedimento do=
minum obsecrãdi. Si quis autem G
turpẽ se videri existimat super vir=
gine sua, q̃ sit superadulta, et ita
oportet fieri: quod vult faciat. non
peccat, si nubat. Nam qui statuit
in corde suo firmus, non habẽs ne=
cessitatẽ,

ceſſitatē, poteſtatē aūt habens ſue
volūtatis, et hoc iudicauit in corde
ſuo, ſeruare virginē ſuā: bene facit.
Igit ⁊ qui matrimonio iungit vir-
ginē ſuam, bene facit: ⁊ qui nō iun-
Ro.7.a git, meliꝰ facit. Mulier alligata eſt
legi quāto tēpore vir eius viuit. ꝙ
ſi dormierit vir eiꝰ: liberata eſt. cui
aūt vult nubat: tantū in dño. Bea-
tior aūt erit, ſi ſic permāſerit ſecū-
dum meum cōſilium. Puto autem
ꝙ et ego ſpiritum dei habeam.

CAPVT. VIII.

A De iis aūt que idolis immo-
lantur, ſcimus ꝙ oēs ſcien-
tiam habemus. Sciētia in-
flat: charitas vero edificat. Si quis
aūt ſe exiſtimat ſcire aliquid: non-
dū cognouit queadmodū oporteat
eū ſcire. Si qs aūt diligit deū: hic co-
gnitus eſt ab eo. De eſcis autē que
B idolis immolātur, ſcimꝰ quia nihil
eſt idolum in mūdo, et ꝙ nullus eſt
deus niſi vnus. Nam etſi ſunt qui
dicātur dii, ſiue in celo, ſiue ī terra
(ſiquidē ſūt dii multi, et dñi multi)
nobis tamē vnus deꝰ pater, ex quo
oīa et nos in illū, et vnꝰ dñs Jeſus
Chriſtus, per quem oia, et nos per
ipſum: ſed non in omnibꝰ eſt ſcien-
tia. Quidam autē cum conſcientia
vſqꝫ nunc idoli, quaſi idolothytum
C manducāt: et conſcientia ipſorū cū
ſit infirma, polluitur. Eſca aūt nos
non cōmendat deo. Neqꝫ eni ſi mā-
ducauerimus, abundabimus: neqꝫ
ſi non manducauerimꝰ, deficiemꝰ.
Videte aūt, ne forte hec licētia ve-
ſtra offendiculum fiat infirmis. Si
enim quis viderit eū qui habet ſciē-
tiam, in idolio recūbentē: nōne con-
ſciētia eius cum ſit infirma, edifi-
cabitur ad manducandū idolothy-
Ro.14.c ta? Et peribit infirmus in tua ſci-
D entia frater, propter quē Chriſtus
mortuus eſt? Sic aūt peccantes in
fratres, et percutiētes conſciētiam
eorū infirmā: in Chriſtū peccatis.
Ro.14.d Quapropter ſi eſca ſcādalizat fra-
trem meū: non māducabo carnē in
eternū, ne fratrē meum ſcandalizē.

CAPVT. IX.

Non ſum liber? Nō ſum apo-
ſtolus? Nōne Chriſtum Je- A
ſum dñm noſtrū vidi? Non-
ne opus meū vos eſtis in dño? Et
ſi aliis nō ſum apoſtolus: ſed tamē
vobis ſum. nam ſignaculū apoſto-
latus mei vos eſtis in dño. Mea de-
fenſio apud eos qui me interrogant,
hec eſt, Nunquid nō habemus po-
teſtatē manducādi et bibendi? Nū-
quid non habemus poteſtatē muli-
erem ſororē circunducendi, ſicut et
ceteri apoſtoli, ⁊ fratres dñi, ⁊ Ce-
phas? Aut ego ſolus ⁊ Barnabas,
nō habemꝰ poteſtatē hoc operādi?
Quis militat ſuis ſtipendiis vnqꝫ?
Quis plātat vineā: et de fructu eiꝰ
non edit? Quis paſcit gregē: et de
lacte gregis non manducat? Nun-
quid ſecundū hominē hec dico? An
et lex hec non dicit? Scriptū eſt eni
in lege Moyſi, Non alligabis os
boui trituranti. Nunquid de bobꝰ Deu.25.a
cura eſt deo? An propter nos vtiqꝫ 1.tim.5.c
hoc dicit? Nā propter nos ſcripta
ſunt. quoniam debet in ſpe ꝙ arat,
arare: ⁊ qui triturat, in ſpe fructus B
percipiendi. Si nos vobis ſpiritu- Ro.15.f
alia ſeminauimꝰ: magnū eſt ſi nos
carnalia veſtra metamus? Si alii
poteſtatis veſtre participes ſunt:
quare nō potius nos? Sed non vſi
ſumus hac poteſtate: ſed oia ſuſti-
nemꝰ, ne quod offendiculum demꝰ
euāgelio Chriſti. Neſcitis quoniā Deu.18.a
qui in ſacrario operātur: que de ſa-
crario ſunt, edūt? et qui altario de-
ſeruiūt: cū altario participāt? Ita
et dñs ordinauit iis qui euangeliū
annuntiant, de euangelio viuere.
Ego aūt nullo horū vſus ſum. Nō
autē ſcripſi hec, vt ita fiant in me:
Bonum eſt enī mihi magis mori, ꝙ̄
vt gloriam meā quis euacuet. Nā
et ſi euāgelizauero, nō eſt mihi glo-
ria: neceſſitas enim mihi incumbit:

C ve enim mihi est, si nõ euangelizauero. Si eni volens hoc ago: mercedem habeo. si aũt inuitus: dispẽsatio mihi credita est. Que est ergo merces mea? Ut euangelium predicans, sine sumptu ponã euangelium, vt non abutar potestate mea in euangelio. Nam cum liber essem ex omnibus, oium me seruum feci: vt plures lucrifacerẽ. Et fact⁹ sum Judeis tanquam Judeus: vt Judeos lucrarer. iis qui sub lege sunt: quasi sub lege essem (cum ipse non essem sub lege) vt eos qui sub lege erãt, lucrifacerẽ. iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cum sine lege dei non essem: sed in lege essem Christi) vt lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirm⁹: vt infirmos lucrifacerẽ. Omnib⁹ oia factus sum: vt oẽs facerem saluos. Oia aũt facio propter euangelium: vt particeps eius efficiar. Nescitis q̃ ii q̃ in stadio currunt, oẽs quidem currunt: sed vnus accipit brauiũ? Sic currite, vt cõprehendatis. Omnis aũt qui in agone contendit: ab omnib⁹ se abstinet. et illi quidem vt corruptibilem coronã accipiant: nos aũt incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberãs: sed castigo corpus meum et i seruitutem redigo, ne cum aliis predicauerim, ipse reprobus efficiar.

D

CAPVT. X.

A N Olo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri oẽs sub nube fuerunt, et oẽs
Nũe.9.d mare transierunt, et oẽs in Moyse
Exo.13 d baptizati sunt in nube, et in mari.
Ex.14.e et oẽs eandem escam spiritualẽ mã-
Exo.16 d ducauerunt, et oẽs eundem potum spiritualem biberunt (bibebãt aũt
Exo.17 b de spirituali, cõsequẽte eos, petra:
Nũe.20 b petra aũt erat Christus) sed non in pluribus eorum, beneplacitum est
Nũe 26 g deo, nam prostrati sunt in deserto. Hec autẽ i figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscẽtes malorum, sicut et illi concupierunt. neq̃ idololatre efficiamini, sicut quidã B
ex ipsis: quẽadmodum scriptũ est, Exo.32 b
Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere. neq̃ forni- Nũe.25 b
cemur: sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, et ceciderunt vna die vigititria millia. neq̃ tentem⁹ Chri- Nũe.2 b
stum: sicut quidã eorũ tentauerũt, et a serpentib⁹ perierũt. neq̃ mur- Nũe.14 f
murauerits: sicut quidam eorum Iudi.8.c
murmurauerũt, et perierunt ab ex- C
terminatore. Hec aũt oia in figura contingebãt illis: scripta sunt autẽ ad correptionẽ nostrã, in quos, fines seculorũ deuenerunt. Itaq̃ qui se existimat stare: videat ne cadat. Tentatio vos nõ apprehẽdat, nisi humana. fidelis aũt deus est, q̃ non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tẽtatione prouentũ, vt possitis sustinere. Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorũ cultura. Ut prudentibus loquor: vos ipsi iudicate
quod dico. Calix benedictionis cui D
benedicim⁹: nõne cõmunicatio sanguinis Christi est? et panis quẽ frãgimus, nõne participatio corporis dñi est? Quoniã vn⁹ panis, et vnũ corpus multi sum⁹. oẽs quidem de vno pane, et de vno calice particip am⁹. Uidete Israel secundũ carnem. Nonne qui edũt hostias: par-
ticipes sunt altaris? quid ergo? di- E
co q̃ idolis immolatũ, sit aliquid? aut q̃ idolũ sit aliquid? Sed q̃ que immolant gentes: demoniis immolant, et non deo. Nolo aũt vos socios fieri demoniorum. Non potestis calicem dñi bibere, et calicẽ demoniorum. non potestis mense dñi participes esse, et mẽse demoniorũ. An emulamur dñm? Nũquid for-
tiores illo sumus? Oia mihi licent, Sup.6.c.
sed nõ oia expediunt. oia mihi licẽt, Ecc.37.d
sed non oia edificant. Nemo quod F
suum

suum est querat:sed quod alterius.
Omne quod in macello venit:mã-
ducate, nihil interrogãtes propter
Psal.23 a conscientiam. dñi est terra & pleni-
tudo eius. Si quis vocat vos infi-
delium ad cenã,et vultis ire:oẽ quod
vobis apponitur manducate,nihil
interrogãtes propter cõscientiam.
Si quis aũt dixerit, Hoc immolatũ
est idolis: nolite mãducare propter
G illũ q̃ indicauit,& ꝑpter cõsciẽtiam.
cõsciẽtiã aũt dico nõ tuã,sed alteri-
us. Ut qd eni libertas mea iudicat
ab alia cõsciẽtia? Si ego cũ gratia
participo: quid blasphemor pro eo
Colo.3.c ꝙ gratias ago? Siue ergo mandu-
catis,siue bibitis,vel aliud quid fa
citis: oia in gloriã dei facite. Sine
offensione estote Judeis & gentib9,
et ecclesie dei: sicut & ego ꝑ oia oib9
placeo, nõ querẽs quod mihi vtile
est,sed quod multis: vt salui fiant.

CAPUT. XI.

A IMitatores mei estote:sicut et e-
go Christi. Laudo aũt vos fra-
tres: ꝙ ꝑ oia mei memores estis:
& sicut tradidi vobis, precepta mea
tenetis. Uolo autẽ vos scire ꝙ ois
Ephe.5.c viri caput,Christus est.caput autẽ
mulieris:vir.caput vero Christi:de
us. Ois vir orãs aut prophetãs ve
lato capite: deturpat caput suum.
Ois aũt mulier orans aut prophe-
tans nõ velato capite:deturpat ca-
put suum. vnum enim est, ac si de-
caluetur. Nam si non velatur mu-
B lier,tondeat. Si vero turpe est mu-
lieri tõderi aut decaluari: velet ca-
put suum. Uir quidẽ non debet ve-
lare caput suum, quoniam imago
Gen.2 d et gloria dei est:mulier autẽ, gloria
viri est. Nõ eni vir ex muliere est:
sed mulier ex viro. Etenim non est
creatus vir propter mulierem: sed
mulier propt virũ. ideo debet mu-
lier velamẽ habere supra caput su-
um,et propt angelos. Ueruntamẽ
neqꝫ vir sine muliere: neqꝫ mulier
C sine viro in dño. Nam sicut mulier
de viro:ita et vir per mulierẽ. Oĩa
aũt ex deo. Uosipsi iudicate: decet
mulierem non velatam orare deũ?
Nec ipsa natura docet vos, ꝙ vir
quidem si comam nutriat,ignomi-
nia est illi: mulier vero si comã nu-
triat, gloria est illi? quoniã capilli
pro velamine ei dati sunt. Si quis
aũt videtur contentiosus esse: nos
talem consuetudinẽ non habemus,
neqꝫ ecclesia dei. Hoc aũt precipio: D
non laudans, ꝙ non in melius,sed
in deterius cõuenitis. Primũ qui-
dem cõuenientibus vobis in eccle-
siam, audio scissuras esse int vos,
et ex parte credo. Nam oportet et
hereses esse: vt et qui probati sunt,
manifesti fiant in vobis. Conueni-
entibus ergo vobis in vnũ,iam nõ
est dominicam cenam manducare.
Unusquisqꝫ enim suam cenam pre-
sumit ad manducandum. Et alius
quidẽ esurit: alius autẽ ebrius est.
Nũquid domos nõ habetis ad mã- E
ducandũ & bibẽdũ? Aut ecclesiã dei
contẽnitis, & cõfunditis eos qui nõ
habẽt? Quid dicam vobis? Laudo
vos? In hoc nõ laudo. Ego eni ac-
cepi a dño quod et tradidi vobis,
quoniã dñs Jesus i qua nocte tra-
debat,accepit panẽ: & gratias agẽs
fregit,& dixit, Accipite,& mãducate: Mat.26 c
hoc est corpus meum quod pro vo- Mar.14 c
bis tradet: hoc facite in meã cõme- Luc.22 b
morationẽ. Similit et calicẽ,post-
quã cenauit,dicẽs, Hic calix,nouũ
testamẽtũ est in meo sanguine. Hoc F
facite, quotiescũqꝫ biberitis,i meã
cõmemorationẽ. Quotiescunqꝫ eni
mãducabitis panẽ hũc, & calicẽ bi-
betis: mortẽ domini annũtiabitis,
donec veniat. Itaqꝫ quicũqꝫ man- Ioan.6.f
ducauerit panẽ hũc & biberit calicẽ
domini indigne: reus erit corporis
et sanguinis domini. Probet autẽ
seipsum homo,et sic de pane illo e- 2.cor.13.
dat, et de calice bibat. Qui eni mã- b.
ducat et bibit indigne: iudiciũ sibi G
manducat et bibit,non diiudicans

corpus dñi. Ideo inter vos multi
infirmi ⁊ ĩbecilles, et dormiũt mul-
ti. Quod si nosmetipsos diiudica-
remus: nõ vtiq; iudicaremur. Dũ
iudicamur aũt: a domino corripi-
mur, vt non cũ hoc mundo damne-
mur. Itaq; fratres mei, cum con-
uenitis ad mãducandũ: inuicẽ ex-
pectate. Si quis esurit, domi man-
ducet: vt nõ in iudiciũ cõueniatis.
Cetera aũt, cum venero, disponã.

CAPVT. XII.

A De spiritualibus autẽ nolo
vos ignorare fratres. Sci-
tis aũt qm̃ cũ gẽtes essetis,
ad simulachra muta prout duce-
bamini eũtes. Ideo notũ vobis fa-
Marc.9 f cio, ꝙ nemo in spiritu dei loquẽs,
dicit anathema Iesu. Et nemo po-
test dicere, dñs Iesus: nisi ĩ spiritu
sancto. Diuisiones vero gratiarũ
sunt: idem aũt spiritus. Et diuisio-
nes ministrationũ sunt: idem autẽ
dominꝰ. Et diuisiones operationũ
sunt, idem vero deꝰ, qui operatur
omnia in omnibus. Unicuiq; autẽ
datur manifestatio spiritus, ad v-
tilitatẽ. Alii quidẽ ꝑ spiritũ datur
B sermo sapiẽtie, alii aũt sermo sciẽ-
tie, secundũ eundem spiritũ: alteri
fides in eodẽ spiritu: alii gratia sa-
nitatũ, ĩ vno spiritu: alii operatio
virtutũ: alii prophetia: alii discre
tio spirituũ: alii genera linguarũ:
alii ĩterpretatio sermonũ. Hec aũt
oĩa operatur vnus atq; idem spiri-
tus, diuidens singulis prout vult.
Sicut eñi corpus vnũ est, ⁊ mẽbra
Ro. 12. a habet multa, oĩa aũt membra cor-
Eph. 4. b poris cũ sint multa, vnũ tamẽ cor-
pus sunt: ita et Christus. Etenim
in vno spiritu oẽs nos in vnũ cor-
pus baptizati sumus, siue Iudei,
siue gẽtiles, siue serui, siue liberi: ⁊
oẽs ĩ vno spiritu potati sumꝰ. Nã
et corpus nõ est vnũ membrũ, sed
C multa. Si dixerit pes, Quoniã nõ
sum manus, nõ sum de corpore: nõ
ideo non est de corpore? Et si dixe-
rit auris, Quoniã non sum oculꝰ,
non sum de corpore: non ideo, non
est de corpore? Si totũ corpus ocu-
lus: vbi auditus? Si totũ auditus:
vbi odoratus? Nũc aũt posuit deꝰ
membra vnũquodq; eorũ in corpo-
re sicut voluit. Qđ si essent omnia
vnũ membrum, vbi corpus? Nũc
aũt multa quidem mẽbra: vnũ aũt
corpus. Nõ potest aũt oculꝰ dice-
re manui, Opera tua nõ indigeo.
aut iterum caput pedibꝰ, Nõ estis
mihi necessarii. sed multo magis q̃
vident membra corporis infirmio-
ra esse, necessariora sunt. ⁊ que pu-
tamꝰ ignobiliora mẽbra esse corpo-
ris: his honorẽ abundãtiorẽ circũ-
damus. ⁊ q̃ inhonesta sunt nostra,
abundantiorem honestatẽ habent.
Honesta aũt nostra, nullius egẽt: D
sed deus temperauit corpus, ei cui
deerat abundãtiorẽ tribuendo ho-
norẽ: vt non sit schisma in corpore,
sed ĩ idipsum ꝓ inuicẽ solicita sint
mẽbra. Et si quid patitur vnũ mẽ-
brũ: cõpatiuntur oĩa membra. siue
gloriatur vnũ membrũ: cõgaudent
omnia mẽbra. Uos autẽ estis cor-
pus Christi, et membra de mẽbro.
Et quosdam quidem posuit deus Eph. 4. c
in ecclesia, primũ apostolos, secũ-
do prophetas, tertio doctores, dein-
de virtutes, exinde gratias curati-
onum, opitulationes, gubernatio-
nes, genera linguarũ, interpretati
ones sermonũ. Nũquid oẽs apo-
stoli? nunquid oẽs prophete? nun-
quid oẽs doctores? nũquid omnes
virtutes? nũquid omnes gratiam
habent curationũ? nũquid oẽs lin-
guis loquuntur? nunquid oẽs in-
terpretant? Emulamini aũt cha-
rismata meliora. Et adhuc excellẽ-
tiorem viam vobis demonstro.

CAPVT. XIII.

Si linguis hominum loquar ⁊ A
angelorum, charitatem autẽ
nõ habeam, factus sum velut
es sonans, aut cymbalum tinniẽs.
Et si

Et si habuero prophetiã, et noue-
rim mysteria omnia, & omnẽ scien-
tiam, et si habuero omnẽ fidem ita
vt mõtes trãsferã, charitatem aũt
B nõ habuero: nihil sum. Et si distri-
buero in cibos pauperũ omnes fa-
cultates meas, et si tradidero cor-
pus meũ ita vt ardeam, charitatẽ
autẽ non habuero: nihil mihi pro-
dest. Charitas patiẽs est, benigna
est. Charitas nõ emulat̃, non agit
perperã, non inflatur, non est am-
bitiosa, nõ querit que sua sunt, nõ
Phil. 2. c irritat̃, non cogitat malũ, nõ gau-
det super iniquitate, cõgaudet aũt
C veritati: omnia suffert, oĩa credit,
omnia sperat, oĩa sustinet. Chari-
tas nunq̃ excidit: siue prophetie e-
uacuabunt̃, siue lingue cessabunt,
siue scientia destruetur. Ex parte
enim cognoscimus, & ex parte pro-
phetamus. Cum aũt venerit quod
perfectũ est: euacuabitur quod ex
parte est. Cũ essem paruul⁹, loque-
D bar vt paruul⁹, sapiebã vt paruu-
lus, cogitabã vt paruulus. Quan-
do autẽ factus sum vir: euacuaui
que erant paruuli. Videmus nunc
per speculũ in enigmate: tunc aũt,
facie ad faciem. Nunc cognosco ex
parte: tunc autẽ cognoscam, sicut
et cognitus sum. Nũc autem ma-
nẽt, fides, spes, charitas, tria hec:
maior autem horum est charitas.

CAPVT. XIIII.

A Sectamini charitatem, emula-
mini spiritualia: magis autẽ
vt pphetetis. Qui enĩ loquit̃
lingua, nõ hominib⁹ loquitur, sed
deo: nemo enim audit, spiritu aũt
loquitur mysteria. nã qui prophe-
tat: hominib⁹ loquitur ad edifica-
tionem, et exhortationem, & conso-
lationẽ. Qui loquit̃ lingua, semet-
ipsum edificat: qui aũt prophetat,
ecclesiam dei edificat. Volo autem
omnes vos loqui linguis: magis
aũt prophetare. Nã maior est qui
prophetat, q̃ q̃ loquit̃ liguis: nisi
forte interpretet̃ vt ecclesia edifi-
cationem accipiat. Nunc aũt fra- B
tres, si venero ad vos linguis lo-
quẽs: quid vobis prodero, nisi vo-
bis loquar aut in reuelatione, aut
in sciẽtia, aut in prophetia, aut in
doctrina? Tamen que sine aĩa sunt
vocem dãtia, siue tibia, siue citha-
ra: nisi distinctionem sonituũ dede-
rint, quomodo scietur, id quod ca-
nitur, aut qd̃ citharizatur? Eteñ
si incertã vocem det tuba: quis pa-
rabit se ad bellum? Ita et vos per
linguã nisi manifestũ sermonẽ de-
deritis: quomodo scietur id qd̃ di-
citur? Eritis enĩ in aera loquẽtes.
Tã multa vtputa genera lingua-
rũ sunt in hoc mundo: et nihil sine
voce est. Si ergo nesciero virtutẽ C
vocis, ero ei cui loquar barbar⁹: &
qui loquitur, mihi barbarus. Sic &
vos, qm̃ emulatores estis spirituũ
ad edificationẽ ecclesie querite vt
abundetis. Et ideo q̃ loquitur lin-
gua: oret vt interpretetur. Nam si
orẽ lingua, spirit⁹ meus orat, mẽs
aũt mea sine fructu est. Quid ergo
est? Orabo spiritu, orabo et mẽte,
Psallam spiritu: psallam & mente.
Ceterũ si benedixeris spiritu: qui
supplet locum idiote, quomodo di-
cet Amen super tuam benedictio-
nem? quoniã quid dicas, nescit. nã
tu quidem bene gratias agis: sed
alter nõ edificat̃. Gratias ago deo, D
q̃ omniũ vestrum lingua loquor.
Sed in ecclesia volo quinque ver-
ba sensu meo loqui, vt et alios in-
struam: q̃ decem millia verborum
in lingua. Fratres, nolite pueri ef-
fici sensib⁹, sed malitia paruuli e-
stote, sensibus aũt perfecti estote.
In lege enim scriptũ est, Quoniã Esa. 28. c
in aliis liguis & labiis aliis loquar
populo huic: & nec sic exaudiẽt me,
dicit dominus. Itaq; lingue in si-
gnũ sunt nõ fidelibus, sed infideli-
bus: prophetie aũt nõ infidelibus,
sed fidelib⁹. Si ergo cõueniat vni-
uersa

uersa ecclesia in vnum , et oēs lin=
guis loquantur,intrent aūt idiote
aut infideles : nōne dicent ꝙ insa=
nitis ? Si aūt omnes ꝓphetent,
E intret aūt quis ifidelis vel idiota:
cōuincitur ab omnib⁹,diiudicatur
ab omnib⁹.occulta enim cordis ei⁹
manifesta fiunt:et ita cadēs in fa=
ciem adorabit deū,pronuntians ꝙ
vere deus in vobis sit. Quid ergo
est fratres? Cum cōuenitis,vnus=
quisq; vestrū psalmū habet,doctri=
nam habet,apocalypsin habet,lin=
guā habet, interpretationē habet:
oīa ad edificationē fiant. Siue lin=
gua quis loquitur: secundū duos,
aut vt multū tres, ⁊ per partes,et
vnus interpretet. Si aūt nō fuerit
interpres:taceat i ecclesia,sibi aūt
loquatur ⁊ deo. Prophete aūt duo
F aut tres dicant, ⁊ ceteri diiudicēt.
Qđ si alii reuelatum fuerit sedēti:
prior taceat. Potestis eni omnes
ꝑ singulos prophetare : vt omnes
discant, et omnes exhortentur. et
spiritus prophetarum, prophetis
subiecti sunt. Non enim est dissen=
sionis deus,sed pacis,sicut ⁊ i om=
nib⁹ ecclesiis sanctorū doceo. Mu=
1.tim.2 d lieres in ecclesiis taceant. nō enim
permittitur eis loqui,sed subditas
Gen. 3. c esse: sicut et lex dicit. Si quid autē
volunt dicere: domi viros suos in=
terrogēt. Turpe est enim mulieri,
G loqui in ecclesia. An a vobis verbū
dei ꝓcessit ? aut i vos solos perue=
nit? Si quis videtur propheta esse,
aut spiritualis,cognoscat que scri=
bo vobis,ꝙ domini sunt mandata.
Si quis autem ignorat : ignorabit.
Itaq; fratres emulamini prophe=
tare: et loqui linguis nolite prohi=
bere . Omnia autem honeste et se=
cundum ordinem fiant in vobis.

A CAPVT. XV.

Gala. 1.b NOtum aūt vobis facio fra=
tres euangelium, quod pre=
dicaui vobis,quod ⁊ accepi=
stis,in quo ⁊ statis,per quod et sal=
uamini,qua ratione predicauerim
vobis si tenetis, nisi frustra credi=
distis . Tradidi eni vobis i primis
quod et accepi:ꝙ Christus mortu⁹
est pro peccatis nostris secundum Esa.53.b
scripturas.⁊ ꝗa sepult⁹ est, et quia Ionę.2.a
resurrexit tertia die, secūdum scri= Osee.9.a
pturas:et quia visus est Cephe: et Ioā.20.c
post hoc vndecim. Deinde visus est B
plus ꝙ̄ quingētis fratribus simul:
ex quibus multi manent vsque ad=
huc , quidam autem dormierunt .
Deinde visus est Iacobo : deinde
apostolis omnibus. Nouissime aūt Actu.9.a
omnium, tanꝙ̄ abortiuo, visus est
et mihi. Ego enim sum minimus a= Ephe.3.b
postolorū, qui nō sum dignus vo=
cari apostolus, quoniā persecutus
sum ecclesiā dei. Gratia aūt dei sum
id quod sum:⁊ gratia eius i me va=
cua nō fuit, sed abundantius illis
omnib⁹: laboraui non ego aūt, sed
gratia dei mecū. Siue eni ego,siue
illi:sic ꝑdicauim⁹,et sic credidistis.
Si autē Christus predicatur ꝙ re=
surrexit a mortuis:quomodo quidā C
dicūt in vobis , quoniā resurrectio
mortuorū non est? Si aūt resurre=
ctio mortuorū nō est:neq; Christus
resurrexit . Si autem Christus nō
resurrexit , inanis est ꝑdicatio no=
stra,inanis est ⁊ fides vestra.inue=
nimur aūt ⁊ falsi testes dei:quoniā
testimoniū diximus aduersus deū,
ꝙ suscitauerit Christum, quem nō
suscitauit si mortui non resurgūt .
Nam si mortui non resurgūt:neq;
Christus resurrexit . Qđ si Chri=
stus non resurrexit : vana est fides
vestra , adhuc enim estis in pecca=
tis vestris. Ergo et ꝗ dormierūt in
Christo:perierūt. Si in hac vita tā=
tum in Christo sperātes sum⁹: mi=
serabiliores sumus oībus homini=
bus. Nūc autē Christus resurrexit
a mortuis,primitie dormientiū.ꝗm Colo.1.c
quidē ꝑ hominē mors: et ꝑ hominē Apo.1.b
resurrectio mortuorum. Et sicut in
Adā oēs moriuntur:ita et in Chri=
sto omnes

sto omnes viuificabuntur. Vnus-
D quisq; autē in suo ordine : primitie
1.thes.4.d Christus : deinde ii qui sunt Chri-
sti, qui in aduentum eius credide-
runt. Deinde finis: cum tradiderit
regnum deo et patri, cū euacuaue-
Psal.109.a rit omnē principatū et potestatē et
Hebr 1.d virtutē. Oportet aūt illū regnare:
&.10.c donec ponat oēs inimicos sub pedi-
Psal. 8. c bus ei⁹. Nouissime aūt inimica de-
Hebr.2 d struetur mors. Omnia eni subiecit
sub pedib⁹ eius. cū aūt dicat, Om-
nia subiecta sunt ei: sine dubio pre-
ter eum qui subiecit ei oia. Cū aūt
subiecta fuerint illi oia: tunc et ipse
filius subiectus erit ei, qui subiecit
sibi oia, vt sit deus oia in omnib⁹.
Alioquin quid facient q̄ baptizant
p mortuis, si omnino mortui non
resurgunt? Vt quid et baptizant p
illis? Vt quid et nos periclitamur
oi hora? Quotidie morior propter
vestrā gloriā fratres, quā habeo in
Christo Iesu dño nostro. Si (secū-
dum hominē) ad bestias pugnaui
Ephesi: qd mihi prodest, si mortui
non resurgūt? māducemus et biba-
Esa. 22.a mus, cras eni moriemur. Nolite se-
E duci. Corrūpunt mores bonos col
Sapi. 2.b loquia mala. Euigilate iuste: et no-
Menāder lite peccare. ignorantiā eni dei qui-
dam habent. Ad reuerentiā vobis
loquor. sed dicit aliquis, Quomodo
resurgūt mortui? quali aūt corpore
venient? Insipiēs tu, qd seminas nō
viuificatur, nisi pri⁹ moriatur. Et
quod seminas: nō corpus qd futu-
rū est seminas, sed nudū granū, vt
puta tritici, aut alicuius ceterorū.
Deus aūt dat illi corp⁹ sicut vult,
et vnicuiq; seminū propriū corpus.
Non ois caro, eadem caro: sed alia
hominū, alia pecor, alia aūt volu-
crium, alia piscīū. Et corpora cele-
stia, et corpora terrestria. sed alia
F quidē celestiū gloria: alia aūt ter-
restriū. Alia claritas solis, alia cla-
ritas lune, et alia claritas stellarū.
Stella enim a stella differt in clari-

tate: sic et resurrectio mortuorum.
Seminat in corruptione: surget in
incorruptione. Seminat in ignobi-
litate: surget in gloria. Seminat
in ifirmitate: surget ī virtute. Se-
minat corp⁹ animale: surget corp⁹
spirituale. Si est corp⁹ animale: est et
corpus spirituale, sicut scriptū est,
Fact⁹ est primus homo Adam in
animā viuentem: nouissimus Adā Gen. 2.b
in spiritū viuificantem. sed nō pri-
us quod spirituale est, sed quod a-
nimale: deinde qd spirituale. Pri-
mus homo de terra, terren⁹: secū-
d⁹ homo de celo, celestis. Qualis
terren⁹: tales et terreni. et qualis ce-
lestis: tales et celestes. Igitur sicut
portauimus imagenē terreni: por-
temus et imaginē celestis. Hoc aūt
dico fratres: q̄a caro et sanguis re-
gnum dei possidere nō possūt: neq;
corruptio, incorruptelā possidebit.
Ecce misteriū vobis dico, Omnes
quidē resurgemus: sed non omnes
immutabimur. In momento, in G
ictu oculi, in nouissima tuba (canet
enim tuba) et mortui resurgent in-
corrupti: et nos immutabimur. O-
portet enim corruptibile hoc, in-
duere incorruptionem: et mortale
hoc, induere immortalitatē. Cum
aūt mortale hoc induerit immorta
litatē: tūc fiet sermo q̄ scriptus ē,
Absorpta est mors in victoria. Vbi
est mors victoria tua? Vbi est mors Osee. 13. d
stimul⁹ tuus? Stimulus aūt mor-
tis, peccatū est: virt⁹ vero pecca- Hebr.2 d
ti, lex. Deo aūt gratias q̄ dedit no-
bis victoriā per dominum nostrū 1.Ioā.5 a
Iesum Christū. Itaq; fratres mei
dilecti, stabiles estote, et immobi-
les: abundantes in opere domini
semper, scientes quod labor vester
non est inanis in domino.

CAPVT XVI.

DE collectis autē que fiunt
in sāctos, sicut ordinaui ec- A
clesiis Galatie, ita et vos fa
cite. Per vnā sabbati vnusquisq;
vestrū

vestrũ apud se reponat, recõdẽs qđ ei bene placuerit: vt nõ cum venero, tunc collecte fiant. Cum autem presens fuero: quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram ĩ Hierusalẽ. Qđ si dignum fuerit vt ego eam: mecũ ibunt. Veniam autem ad vos, cum Macedoniã pertransiero. nã Macedoniam pertransibo. Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo: vt vos me deducatis q̃cũq; iero. Nolo enim vos modo in
B transitu videre. spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos: si domin⁹ permiserit. Permanebo autem Ephesi vsq; ad pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnũ et euidens, et aduersarii multi. Si aũt venerit Timotheus: videte vt sine timore sit apud vos. opus enim domini operatur, sicut ⁊ ego. Ne quis ergo illum spernat. deducite autem illũ in pace: vt ve-
C niat ad me. Expecto enim illum cũ fratribus. De Apollo autem fratre vobis notum facio quoniam multum rogaui eum vt veniret ad vos cum fratribus: ⁊ vtiq; non fuit voluntas eius vt nũc veniret. veniet autem cum ei vacuũ fuerit. Vigilate, state in fide, viriliter agite, et cõfortamini: omnia vestra in charitate fiant. Obsecro aũt vos fratres, Nostis domum Stephane et Fortunati et Achaici, quoniã sunt primitie Achaie, et in ministerium sanctorum ordinauerũt seipsos: vt et vos subditi sitis eiusmodi, et oĩ cooperãti ⁊ laboranti. Gaudeo aũt in p̃sentia Stephane et Fortunati ⁊ Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipsi suppleuerunt. Refecerunt enim et meum spiritum et ve-
D strũ. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. Salutant vos omnes ecclesie Asie. Salutãt vos in domino multum, Aquila et Priscilla cũ domestica sua ecclesia, apud quos et hospitor. Salutant vos oẽs fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio, mea manu Pauli. Si quis non amat dominum nostrum Jesum Christũ, sit anathema: maran atha. Gratia domini nostri Jesu Christi vobiscũ. Charitas mea cũ oib⁹ vobis ĩ Christo Jesu. Amẽ.

EPISTOLA

PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS SECVNDA.



PAVLVS apostolus Jesu Christi per voluntatẽ dei et Timothe⁹ frater: ecclesie dei que est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia, gratia vobis ⁊ pax a deo patre nostro, et domino Jesu Christo. Benedictus deus et pater domini nostri Jesu Christi, pater misericordiarũ ⁊ deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur et ipsi a deo, quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita ⁊ per Christum abundat et consolatio nostra. Siue aũt tribulamur p̃ vestra exhortatione et salute, siue cõsolamur pro vestra cõsolatiõe et salute, que operatur tolerãtiam earundem passionũ quas et nos patimur: et spes nostra firma est pro vobis, scientes q̃ sicut socii passionũ estis, sic eritis et cõsolationis. Nõ eni volumus ignorare vos fratres de tribulatiõe nostra que facta est in Asia, quoniam supra

A — Ephe. I. a; I. pet. I. a; B

supra modum grauati sumus su=
pra virtutem, ita vt tederet nos
etiã viuere. Sed ipsi in nobisipsis
responsum mortis habuimus, vt
non simus fidẽtes in nobis, sed in
deo qui suscitat mortuos, qui de
tãtis periculis nos eripuit & eruit:
in quem speramus quoniam et ad=
huc eripiet, adiuuantibus & vobis
in oratione pro nobis: vt ex mul=
tarum personis facierũ, eius que
in nobis est donationis, ꝑ multos
C gratie agantur pro nobis. Nã glo
ria nostra hec est, testimoniũ cõsci=
entie nostre, quod in simplicitate
cordis, & synceritate dei, & nõ ins a=
piẽtia carnali, sed in gratia dei cõ=
uersati sumus in hoc mundo, abũ=
dãtius autẽ ad vos. Nõ enim alia
scribim⁹ vobis, q̃ que legistis & co=
gnoscitis. Spero autẽ q vsque in
finẽ cognoscetis: sicut & congnoui=
stis nos ex parte, q gloria vestra
sum⁹, sicut & vos nostra in die dñi
nostri Jesu Christi. Et hac confi=
dentia volui prius venire ad vos,
vt secundam gratiã haberetis: & ꝑ
vos trãsire in Macedoniam, & ite=
rum a Macedonia venire ad vos,
D et a vobis deduci in Judeã. Cũ er=
go hoc voluissem, nũquid leuitate
vsus sum? Aut que cogito, secũdũ
carnẽ cogito, vt sit apud me Est &
Non? Fidelis aũt deus, quia ser=
mo noster q̃ fuit apud vos, non est
in illo Est & Nõ, sed est in illo Est.
Dei enim filius Jesus Christus, q̃
in vobis per nos predicat⁹ est per
me et Syluanum et Timotheum,
non fuit in illo Est & Non, sed Est
in illo fuit. Quotquot enim pro=
missiones dei sunt: in illo Est: J=
deo & per ipsum deo Amen ad glo=
riã nostrã. Qui aũt cõfirmat nos
vobiscum in Christum, et q̃ vnxit
nos, deus: qui et signauit nos, et
dedit pignus spiritus in cordibus
nostris. Ego autẽ testem deum in=
uoco in animam meã, qd parcens
vobis, nõ veni vltra Corinthum.
non quia dominamur fidei vestre:
sed adiutores sum⁹ gaudii vestri:
Nam fide statis.

CAPVT. II.

STatui autẽ hoc ipsũ apud me A
ne iterũ in tristitia venirẽ ad
vos. Si eni ego cõtristo vos:
et quis est qui me letificet, nisi qui
contristatur ex me? Et hoc ipsũ scri=
psi vobis: vt nõ cũ venero, tristi=
tiam super tristitiã habeã de quib⁹
oportuerat me gaudere: confidens
in omnib⁹ vobis quia meum gau=
diũ, omniũ vestrũ est. Nã ex mul= B
ta tribulatione et angustia cordis
scripsi vobis ꝑ multas lachrymas;
non vt cõtristemini, sed vt sciatis
quã charitatẽ habeã abũdãtius in
vobis. Si quis aũt cõtristauit me:
non me cõtristauit, sed ex parte, vt
nõ onerẽ oẽs vos. Sufficit illi qui
eiusmodi est, obiurgatio hec q̃ fit
a pluribus: ita vt econtrario ma=
gis donetis, & cõsolemini, ne forte
abundantiori tristicia absorbeatur
qui eiusmodi est. Propter quod ob=
secro vos, vt cõfirmetis in illũ cha
ritatem. Jdeo eni et scripsi vobis, C
vt cognoscã experimentũ vestrum
an in omnib⁹ obedientes sitis. Cui
aũt aliquid donastis, et ego. Nam
& ego quod donaui, si quid donaui,
propter vos in persona Christi, vt
nõ circumueniamur a satana. non
eni ignoramus cogitationes eius.
Cũ venissem aũt Troadẽ propter
euãgelium Christi, et ostium mihi
apertum esset in domino: non ha=
bui requiem spiritui meo, eo q nõ
inuenerim Titũ fratrem meũ, sed D
valefaciẽs eis, profect⁹ sum in Ma=
cedoniã. Deo aũt gratias, qui sem=
per triumphat nos in Christo Je=
su, et odorẽ notitie sue manifestat
per nos in omni loco. quia Chri=
sti bonus odor sum⁹ deo, in iis qui
salui fiunt, & in iis q̃ pereunt. aliis
quidẽ odor mortis in mortẽ: aliis

autẽ odoꝛ vite in vitam. Et ad hec quis tam idoneus? Nõ enim sumꝰ (sicut plurimi) adulterantes verbũ dei, sed ex synceritate, sicut ex deo coꝛam deo, in Chꝛisto loquimur.

CAPVT. III.

A Incipimus iterum nosmetipsos cõmendare? Aut nũquid egemꝰ (sicut quidam) cõmendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta i coꝛdibus nostris, que scitur et legitur ab omnibꝰ hominibꝰ: manifestati ꝙ epistola estis Chꝛisti, ministrata a nobis, et scripta non atramento, sed spiritu dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis coꝛdis car-
Heb. 4.d nalibus. Fiduciam autẽ talẽ habe-
B mus per Chꝛistum ad deum, non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex deo est. qui et idoneos nos fecit ministros noui testamẽti: non litere, sed spiritus. litera enim occidit: spiritus aũt viuificat. Qđ si ministratio moꝛtis literis defoꝛmata in lapidibꝰ, fuit in gloꝛia, ita vt nõ possent intendere filii Israel in faciem Moysi, pꝛopter gloꝛiam vultus eius que euacuaẗ: quomodo nõ magis ministratio spiritus erit in gloꝛia? nam si ministratio damnationis, i gloꝛia est; multo magis abundat ministeriũ iustitie in glo-
C ria. Nam nec gloꝛificatum est quod claruit in hac parte, pꝛopter excellẽtem gloꝛiam. Si enim quod euacuatur, per gloꝛiam est: multo magis quod manet, in gloꝛia est. Habẽtes igitur talem spem, multa fi-
Ex. 34.d ducia vtimur: ⁊ non sicut Moyses ponebat velamẽ super faciem suã, vt nõ intenderẽt filii Israel in faciem eius quod euacuatur, sed ob-
D tusi sunt sensus eoꝛum. Vsqꝫ in hodiernum enim diẽ, idipsum velamẽ in lectione veteris testamẽti manet non reuelatum (quod in Chꝛisto euacuaẗ) sed vsqꝫ i hodiernum diẽ, cum legitur Moyses, velamen positum est super coꝛ eoꝛum. Cũ autẽ cõuersus fuerit ad dominum: aufe-
retur velamen. Dñs autẽ, spiritus Ioan. 4.c
est. Vbi autẽ spiritus dñi: ibi libertas. Nos vero oẽs, reuelata facie gloꝛiam domini speculantes: in eandem imaginem transfoꝛmamur a claritate in claritatem, tanquam a domini spiritu.

CAPVT. IIII. A

Ideo habentes hanc ministrationem: iuxta quod misericoꝛdiã consecuti sumus, non deficimꝰ, sed abdicamus occulta dedecoꝛis, non ambulãtes in astutia, neqꝫ adulterantes verbum dei, sed in manifestatione veritatis commendãtes nosmetipsos ad oẽm conscientiam hominũ coꝛam deo. Qđ si etiã opertum est euãgelium nostrum: in iis qui pereunt est opertum, in quibus deus huiꝰ seculi excecauit mẽtes infidelium, vt non fulgeat illis
illuminatio euãgelii gloꝛie Chꝛisti, B
qui est imago dei. Non eni nosmetipsos pꝛedicamꝰ, sed Jesum Chꝛistum dñm nostrũ: nos aũt, seruos vestros per Jesum. quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit i coꝛdibus nostris ad illuminationem scientie claritatis dei, in facie Chꝛisti Jesu. Habemus autẽ thesaurum istum i vasis fictilibꝰ: vt sublimitas sit virtutis dei, et non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed nõ angustiamur: apoꝛiamur, sed non de-
stituimur; persecutionem patimur, C
sed nõ derelinquimur: humiliamur, sed non cõfundimur: deiicimur, sed non perimꝰ: semper moꝛtificationẽ Jesu Chꝛisti in coꝛpoꝛe nostro circumferentes, vt et vita Jesu manifestetur in coꝛpoꝛibus nostris. Semper enim nos qui viuimꝰ, in moꝛtẽ tradimur pꝛopter Jesum: vt ⁊ vita Jesu manifestetur in carne nostra moꝛtali. Ergo moꝛs in nobis operatur:

ratur: vita autem in vobis. Habē-
Ps. 115.a tes aūt eūdem spiritum fidei, sicut
scriptū est, Credidi, ꝓpter quod
locutus sum: et nos credimus, pro-
pter quod & loquimur: sciētes quo-
niam qui suscitauit Jesum, et nos
D cū Jesu suscitabit & constituet vo-
biscum. Oīa enim propter vos: vt
gratia abūdans, ꝑ multos in gra-
tiarum actione, abundet in gloriam
dei. Propter quod non deficimus:
sed licet is q̄ foris est noster homo
corrumpat̄, tamen is qui intus est,
renouatur de die in diem. Id enim
quod in presenti est momētaneum
et leue tribulationis nostre: supra
modum in sublimitate eternū glo-
rie pondus operatur in nobis, non
contemplantibus nobis que viden-
tur, sed que non videntur. Que enī
videntur, temporalia sunt: que aūt
non videntur, eterna sunt.

CAPVT. V.

A Scim⁹ enim quoniam si terre-
stris domus nostra huius ha-
bitationis dissoluatur, q̄ edi-
ficationem ex deo habemus, domū
non manufactam, eternam ī celis.
Nam & in hoc ingemiscimus: habi-
tationē nostram que de celo est: su-
Apo.16.c perinduī cupientes: si tamē vestiti,
et non nudi inueniamur. Nam et q̄
sumus in hoc tabernaculo, ingemi-
scimus grauati: eo q̄ nolumus ex-
poliari, sed superuestiri, vt absor-
beat̄ quod mortale est, a vita. Qui
B autē efficit nos in hoc ipsum, deus:
qui dedit nobis pign⁹ spiritus. Au-
dentes igitur semꝑ, et sciētes quo-
niam dū sumus in hoc corpore, pe-
regrinamur a dn̄o (Per fidē enim
ambulamus, & nō per speciem) au-
demus aūt, et bonā voluntatē ha-
bemus magis peregrinari a corpo-
re, & presentes esse ad dn̄m. Et ideo
cōtendim⁹, siue absentes, siue pre-
Ro.14.b sentes placere illi. Omnes enī nos
manifestari oportet ante tribunal
Christi: vt referat vnusquisq̄ pro-
pria corporis prout gessit, siue bo-
num, siue malū. Scientes ergo ti-
morem domini, hominibus suade-
mus: deo autem manifesti sumus.
Spero autem & in conscientiis ve- C
stris manifestos nos esse. Non ite-
rum commēdamus nos vobis: sed
occasionem damus vobis gloriādi
pro nobis: vt habeatis ad eos q̄ in
facie gloriant̄, & non in corde. Siue
enim mēte excedimus, deo: siue so-
brii sumus, vobis. Charitas enim
Christi vrget nos: estimantes hoc,
quoniā si vnus pro omnibus mor-
tuus est, ergo omnes mortui sunt.
et pro omnibus mortuus est Chri-
stus: vt & qui viuunt, iam non sibi
viuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus
est, et resurrexit. Itaq̄ nos, ex hoc
neminē nouim⁹ secundū carnē. Et
si cognouim⁹ secundū carnē Chri- D
stum: sed nūc iam non nouim⁹. Si
qua ergo ī Christo noua creatura: Esa.43.e
vetera transierunt, ecce facta sunt Apo.21.b
oīa noua. Omnia autē ex deo, qui
nos reconciliauit sibi per Christū;
et dedit nobis ministerium recon-
ciliationis. Quoniam quidem de⁹
erat in Christo mundum reconcili-
ans sibi: non reputans illis delicta
ipsorum, et posuit in nobis verbū
reconciliationis. Pro Christo ergo
legatione fungimur, tanquam deo
exhortante per nos. Obsecramus
pro Christo, reconciliamini Deo.
Eum qui non nouerat peccatum,
pro nobis peccatum fecit: vt nos
efficeremur iustitia dei in ipso.

CAPVT. VI.

Adiuuātes autem exhorta- A
mur, Ne ī vacuum gratiā
dei recipiatis. Ait enī, Tē- Esa.49.d
pore accepto exaudiui te: et in die
salutis adiuui te. Ecce nunc temp⁹
acceptabile: ecce nūc dies salutis.
Nemini dātes vllam offensionem,
vt non vituperetur ministeriū no- I.cor.4.a
strum: sed in omnibus exhibeam⁹
nosmetipsos sicut dei ministros, ī

multa patientia, i tribulationibꝰ,
in necessitatibꝰ, i angustiis, in pla-
gis, in carceribꝰ, in seditionibꝰ, in
B laboribꝰ, in vigiliis, in ieiuniis, in
castitate, in sciētia, i longanimita-
te, in suauitate, i spiritu sctō, i cha-
ritate nō ficta, i verbo veritatis, in
virtute dei, per arma iustitie a de-
xtris ꝛ a sinistris, ꝑ gloriā et igno-
bilitatem, ꝑ infamiā ꝛ bonā famā:
vt seductores, et veraces: sicut qui
ignoti, et cogniti: quasi morientes,
et ecce viuimus: vt castigati, et nō
mortificati: quasi tristes, semꝑ aūt
gaudentes: sicut egentes, multos
autē locupletantes: tanꝙ nihil ha-
bentes, et oia possidentes. Os no-
C strū patet ad vos o Corinthii, cor
nostrū dilatatū est. Nō angustia-
mini in nobis: angustiamini aūt in
visceribus vestris. Eādem aūt ha-
bentes remunerationē (tanꝙ filiis
dico) dilatemini et vos. Nolite iu-
gum ducere cū infidelibꝰ. Que eni
participatio iustitie cū iniquitate?
Aut que societas luci ad tenebras?
Que aūt cōuentio Christo ad Be-
lial? Aut que pars fideli cum infi-
deli? Quis aūt cōsensus templo dei
1.cor.3.d cum idolis? Vos enim estis templū
&.6.d dei viui: sicut dicit deꝰ, Quoniam
D inhabitabo in illis: et inambulabo
Le.26.b inter eos. et ero illorū deus: et ipsi
Esa.52.c erunt mihi populꝰ. Propter quod
Hier.33 a exite de medio eorū: et separamini
dicit dn̄s. et immundū ne tetigeri-
tis: ꝛ ego recipiā vos. et ero vobis
in patrem, ꝛ vos eritis mihi in fili-
os et filias, dicit dn̄s omnipotens.

CAPVT. VII.

A Has ergo habentes promissi-
ones charissimi: mundemus
nos ab omni inquinamento
carnis ꝛ spiritus, perficientes san-
ctificationem in timore dei. Capite
nos, Neminem lesimus, neminem
corrupimus, neminē circumueni-
mus. Nō ad cōdemnationē vestrā
dico. Prediximus enim q in cordi-
bus nostris estis ad cōmoriendum
et ad conuiuendum. Multa mihi
fiducia est apud vos, multa mihi
gloriatio pro vobis: repletus sum
consolatione: superabundo gaudio
in omni tribulatione nostra. Nā et
cum venissemus in Macedoniam:
nullā requiem habuit caro nostra:
sed oēm tribulationē passi sumus:
foris, pugne: intus, timores. Sed
qui consolatur humiles, consolatꝰ
est nos, deus, in aduentu Titi. Nō B
solum aūt in aduētu eius: sed etiā
in consolatione, qua cōsolatus est
in vobis, referens nobis vestrū de-
siderium, vestrum fletum, vestram
emulationem pro me, ita vt magis
gauderem. Quoniam etsi cōtrista-
ui vos in epistola, non me penitet:
etsi peniteret, vidēs q epistola illa
(etsi ad horā) vos cōtristauit. Nūc
gaudeo, non qa cōtristati estis, sed
qa cōtristati estis ad penitētiā. Cō-
tristati eni estis secundū deū, vt in C
nullo detrimentū patiamini ex no-
bis. Que eni secūdū deū tristitia ē, 1.pet.2.c
penitentiā in salutē stabilē opera-
tur: seculi aūt tristitia, mortē ope-
ratur. Ecce enim hoc ipsum, secun-
dum deum contristari vos: quantā
in vobis operatur solicitudinē, sed
defensionem, sed indignationē, sed
timorem, sed desideriū, sed emula-
tionem, sed vindictam. in omnibus
exhibuistis vos, incontaminatos
esse negotio. Igitur etsi scripsi vo-
bis, nō propꝰ eū q fecit iniuriā, nec
propter eū q passus est: sed ad ma-
nifestandam solicitudinem nostrā
quā habemus pro vobis corā deo:
ideo consolati sumus. In consola-
tione aūt nostra, abūdantius ma- D
gis gauisi sumꝰ sup gaudio Titi,
quia refectus est spiritꝰ eius ab oi-
bus vobis. Et si quid apud illū de
vobis gloriatus sum: nō sum cōfu-
sus: sed sicut omnia vobis in veri-
tate locuti sumus: ita et gloriatio
nostra que fuit ad Titum, veritas
facta

facta est. et viscera eius abundãti-
us i vobis sunt, reminiscẽtis om-
nium vestrum obedientiam, quo-
modo cum timore et tremore exce-
pistis illum. Gaudeo ꝙ in omnibꝰ
confido in vobis.

CAPVT. VIII.

A Notam autẽ facimus vobis
fratres gratiã dei que data
est in ecclesiis Macedonie:
ꝙ in multo experimento tribulati-
onis, abundantia gaudii ipsorum
fuit, et altissima paupertas eorum
abundauit in diuitias simplicita-
tis eorũ. quia secundum virtutem
(testimonium illis reddo) et supra
virtutem voluntarii fuerunt, cum
multa exhortatiõe obsecrãtes nos
gratiã et cõmunicationẽ ministerii
quod fit in sanctos. Et nõ sicut spe-
rauimus, sed semetipsos dederũt.
primum dño, deinde nobis per vo-
luntatẽ dei: ita vt rogaremꝰ Titũ,
vt quemadmodũ cepit, ita & perfi-
ciat in vobis etiam gratiam istam.
Sed sicut in oĩbus abundatis fide,
B et sermone, & scientia, et omni soli-
citudine, insup et charitate vestra
in nos, vt & in hac gratia abũdetis.
Non quasi imperans dico: sed per
aliorum solicitudinem, etiã vestre
charitatis ingenuũ bonum cõpro-
bans. Scitis enim gratiam dñi no-
stri Jesu Christi, quoniam propter
vos egenꝰ factꝰ est, cũ esset diues:
vt illiꝰ inopia, vos diuites essetis.
Et consiliũ in hoc do: Hoc enĩ vo-
bis vtile est, qui nõ solũ facere, sed
& velle cepistis ab anno priore. nũc
vero et facto perficite: vt quemad-
modũ promptus est animus volũ-
tatis, ita sit et perficiendi ex eo qđ
C habetis. Si enĩ voluntas prompta
est: secundũ id quod habet, accepta
est, non secundum id quod non ha-
bet. Nõ enim vt aliis sit remissio,
vobis aũt tribulatio: sed ex equa-
litate. In presenti tempore, vestra
abundantia, illoꝝ inopiã suppleat:
vt et illorũ abundantia vestre ino-
pie sit supplemẽtum, vt fiat equa-
litas, sicut scriptũ est, Qui multũ
non abundauit: et qui modicũ, nõ Ex. 16. d
minorauit. Gratias autẽ ago deo,
qui dedit eandem solicitudinẽ pro
vobis in corde Titi, quoniã exhor-
tationem quidem suscepit: sed cum
solicitior esset, sua voluntate profe-
ctus est ad vos. Misimus etiã cum
illo fratrem nostrũ, cuius laus est
in euangelio per oẽs ecclesias: non
solũ aũt, sed & ordinatus est ab ec-
clesiis comes peregrinationis no- D
stre, in hanc gratiã q̃ ministratur a
nobis ad dñi gloriam, et destinatã
voluntatẽ nostrã. deuitantes hoc,
ne quis nos vituperet i hac pleni-
tudine, q̃ ministrat̃ a nobis in dñi
gloriã. Prouidemꝰ enim bona non
solum coram deo, sed etiam coram Ro. 12. d
hominibus. Misimus autem cum
illis & fratrem nostrum, quem pro-
bauimꝰ in multis sepe solicitũ esse:
nunc aũt multo solicitiorem, cõfi-
dentia multa in vos, siue pro Tito
qui est socius meus et in vobis ad-
iutor, siue fratres nostri, apostoli
ecclesiarũ, gloria Christi. Ostẽsio-
nẽ ergo que est charitatis vestre et
nostre glorie pro vobis, in illos o-
stendite in facie ecclesiarum.

CAPVT. IX.

Nam de ministerio quod fit in
sanctos: ex abũdãti est mihi A
scribere vobis. Scio enim
promptũ animum vestrũ: pro quo
de vobis glorior apud Macedones,
Quoniam et Achaia parata est ab
anno preterito. et vestra emulatio
prouocauit plurimos. Misimꝰ aũt
fratres: vt ne qđ gloriamur de vo-
bis, euacuetur i hac parte, vt (quẽ-
admodũ dixi) parati sitis: ne cum
venerint Macedones mecũ, et in-
uenerint vos imparatos, erubesca
mus nos, vt nõ dicamꝰ vos in hac
substantia. Necessariũ ergo existi- B
maui rogare fratres, vt preueniãt
ad vos,

ad vos, et preparent repromissam
benedictionē hanc paratā esse, sic,
quasi benedictionē, non tanquam
auaritiā. Hoc aūt dico, Qui parce
seminat: parce & metet. et qui semi-
nat in benedictionibus: de benedi-
ctionib⁹ & metet. Unusquisq; prout
destinauit in corde suo: nō ex tristi-
Ecc.35.b tia aut ex necessitate. Hilarē enim
datorē diligit deus. Potēs est aūt
deus omnē gratiā abūdare facere
C in vobis: vt in omnib⁹ semper om-
nem sufficientiā habentes, abunde-
tis in oē opus bonū, secut scriptū
Psal.3.b est, Dispersit dedit pauperib⁹: iu-
stitia ei⁹ manet i seculū seculi. Qui
aūt administrat semen seminanti:
et panē ad manducādū prestabit,
et multiplicabit semen vestrum, et
augebit incremēta frugum iustitie
vestre: vt in omnibus locupletati
abūdetis in omnē simplicitatem, q̄
operatur per nos gratiarū actionē
deo. Quoniā ministeriū huius offi-
D cii, non solū supplet ea que desunt
sanctis, sed etiā abundat per mul-
tas gratiarū actiones in dño, per
probationē ministerii huius glori-
ficātes deū in obedientia cōfessio-
nis vestre in euangelio Christi, et
simplicitate communicationis ve-
stre in illos, et in oēs, & in ipsorum
obsecratione pro vobis, desideran-
tium vos propter eminentem gra-
tiam dei in vobis. Gratias ago deo
super inenarrabili dono eius.

CAPUT. X.

A Ipse autē ego Paulus obsecro
vos per mansuetudinem et mo-
destiam Christi, qui in facie qui-
dē humilis sum inter vos: absens
autem confido in vobis. Rogo aūt
vos, ne presens audeā per eam cō-
fidentiam qua existimor audere in
quosdam: qui arbitrantur nos tā-
quam secundū carnem ambulem⁹.
B In carne enim ambulantes: nō se-
cundū carnē militamus. Nā arma
militie nostre nō carnalia sunt: sed
potētia deo ad destructionē muniti-
onū, cōsilia destruentes, et omnem
altitudinem extollentē se aduersus
scientiā dei, et in captiuitatē redi-
gentes oēm intellectū in obsequiū
Christi, & in promptu habentes vl-
cisci omnē inobedientiā, cū imple-
ta fuerit vestra obediētia. Que se-
cundū faciem sunt, videte. Si quis
cōfidit sibi, Christi se esse: hoc cogi-
tet iterū apud se, q sicut ipse Chri-
sti est, ita et nos. Nam et si ampli⁹
aliquid gloriatus fuero de potesta- C
te nostra quam dedit nobis domi-
nus in edificationem et non in de-
structionem vestrā: nō erubescam.
Ut autem non existimer tanquam
terrere vos per epistolas (Quoniā
quidem epistole, inquiunt, graues
sunt & fortes, presentia autem cor-
poris infirma, & sermo contempti-
bilis) hoc cogitet qui eiusmodi est,
quia quales sumus verbo per epi-
stolas absentes, tales et presentes
in facto. Non enim audemus inse- D
rere aut comparare nos quibusdā,
qui seipsos commendāt: sed ipsi in
nobis nosmetipsos metiētes, et cō-
parātes nosmetipsos nobis. Nos
autem nō in immensum gloriabi- Eph.4.d
mur: sed secundum mensuram re-
gule qua mensus est nobis de⁹ mē-
suram pertingendi vsque ad vos.
Non enim quasi non pertingentes
ad vos, superextēdimus nos. Usq;
ad vos enim peruenimus in euan-
gelio Christi: nō in immēsum glo-
riantes in alienis laboribus: spem
autem habētes crescentis fidei ve-
stre, in vobis magnificari secundū
regulam nostram in abundantia:
etiam in illa que vltra vos sunt e-
uangelizare, non in aliena regula,
in iis que preparata sunt gloriari.
Qui autem gloriatur: in domino 1.cor.1.d
glorietur. Non enim qui seipsum Hier.9.g
commendat, ille probatus est: sed
quem deus commendat.

Caput.

CAPVT. XI.

A Utinam sustineretis modicũ quid insipiẽtie mee: sed & supportate me. Emulor enĩ vos dei emulatione. Despõdi enim vos vni viro virginẽ castã exhibere Christo. Timeo aũt ne sicut ser-
Gen. 3. a pens Euam seduxit astutia sua: ita corrumpãtur sensus vestri, et excidãt a simplicitate, que est in Christo. Nam si is qui venit, aliũ Christum predicat quem nõ predicauimus, aut alium spiritum accipitis quem nõ accepistis, aut aliud euãgeliũ quod nõ recepistis, recte pa-
B teremini. Existimo enĩ nihil me minus fecisse a magnis apostolis. Nã etsi imperitus sermone, sed nõ scientia. In omnibus aũt manifestus sum vobis. Aut nunquid peccatum feci, meipsum humiliãs, vt vos exaltemini: quoniã gratis euangelium Dei euangelizaui vobis? alias ecclesias expoliaui, accipiens stipẽdia ad ministerium vestrũ? Et cum essem apud vos, & egerẽ, nulli onerosus fui. nam quod mihi deerat, suppleuerũt fratres qui venerunt a Macedonia: et in omnibus sine onere me vobis seruaui: & seruabo.
C Est veritas Christi in me, quoniã hec gloriatio nõ infringetur in me in regionib9 Achaie. Quare? quia non diligo vos? de9 scit. Quod aũt facio: et faciã, vt amputem occasionem eorum qui volunt occasionẽ: vt in quo gloriantur, inueniantur sicut et nos. Nã eiusmodi pseudapostoli: sũt operarii subdoli, trãsfigurantes se in apostolos Christi. Et nõ mirũ: ipse enĩ satanas trãsfigurat se i angelũ lucis. nõ ẽ ergo
D magnũ, si ministri ei9 trãsfigurent velut ministri iustitie: quorũ finis erit secũdũ opera ipsorũ. Iterũ dico, ne q̃s me putet insipientẽ esse: alioquin velut insipiẽtem accipite me, vt et ego modicũ quid glorier. Nõ loquor, nõ loquor secũdũ deũ, sed quasi in insipientia, in hac substantia glorie. Qm̃ multi gloriant secundũ carnem: et ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipiẽtes: cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si q̃s accipit, si quis extollitur, si q̃s in faciẽ vos cedit. Secundũ ignobilitatẽ dico: quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo q̃s audet (in insipiẽtia dico) audeo et ego. Hebrei sunt: et ego. Israelite sunt: et ego. Semẽ Abrahe sunt: & ego. Ministri Christi sunt (vt min9 sapiens dico) plus ego: in laborib9 plurimis, in carceribus abundãtius, in plagis supra modũ, in mortib9 frequẽter. A Iu- E
deis quinquies quadragenas, vna F
min9 accepi. Ter virgis cesus sũ, Act. 16. c
semel lapidat9 sum, ter naufragiũ Act. 14. c
feci, nocte & die in profundo maris Act. 27. a
fui, in itinerib9 sepe, periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentib9, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratrib9, i labore & erũna, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate, preter illa q̃ extrinsec9 sũt: instãtia mea quotidiana, solicitudo omniũ ecclesiarũ. Quis infirmatur: & ego non infirmor? Quis scandalizatur: et ego nõ vror? Si gloriari oportet: que infirmitatis mee sunt, G
gloriabor. De9 et pater dñi nostri Iesu Christi, q̃ est benedict9 i secula, scit q nõ mẽtior. Damasci prepositus gẽtis Arete regis, custodi- Actu. 9. d
ebat ciuitatem Damascenorum vt me comprehenderet: et per fenestrã in sporta demissus sum p murum, et sic effugi manus eius.

CAPVT. XII.

A Si gloriari oportet (non expedit quidem) veniam autem ad visiones & reuelationes domini. Scio hominem in Christo ante annos

annos quatuordeci (siue i corpore, siue extra corpus, nescio: deus scit) raptũ huiusmodi vsq; ad tertiũ celum. Et scio huiusmodi hominem (siue in corpore, siue extra corpus, nescio: deus scit) quoniam raptus est in paradisum: & audiuit arcana verba, que non licet homini loqui.
B Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nam et si voluero gloriari, non ero insipiens, veritatem enim dicam. Parco aũt, ne quis me existimet supra id quod videt i me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo reuelationũ extollat me, dat⁹ est mihi stimul⁹ carnis mee angel⁹ satane, vt me colaphizet. Propter
C quod ter dominum rogaui, vt discederet a me: et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. nam virtus, in infirmitate perficitur. Libeter igit gloriabor in infirmitatib⁹ meis, vt inhabitet i me virt⁹ Christi. Propter quod placeo mihi i infirmitatib⁹ meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionib⁹, in an-
D gustiis pro Christo. Cum enim infirmor: tũc potẽs sum. Factus sum insipiens: vos me coegistis. Ego enim a vobis debui commendari. nihil enim minus feci ab iis qui sunt supra modum apostoli: tametsi nihil sum. Signa tamen apostoli facta sunt super vos in omni patientia, in signis et prodigiis, et virtutibus. Quid est enim quod minus habuistis pre ceteris ecclesiis: nisi q ego ipse non grauaui vos? Do-
E nate mihi hanc iniuriam. Ecce tertio hoc parat⁹ sum venire ad vos: et non ero grauis vobis. non enim quero que vestra sunt: sed vos. Nec eni debent filii parentibus thesaurisare: sed parentes filiis. Ego aũt libentissime impendam & superimpendar ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens minus diligar. Sed esto. Ego vos non grauaui: sed cum essem astutus, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos misi ad vos, circumueni vos? Rogaui Titum: et misi cũ illo fratrem. Nunquid Titus vos circũuenit? nonne eodẽ spiritu ambulauimus? nonne iisdẽ vestigiis? Olim putatis q excusemus nos apud vos? Corã deo: in Christo loquimur: omnia eni charissimi propter edificationem vestram. Timeo eni ne forte cũ venero, non quales volo, inueniã vos: & ego inueniar a vobis, qualẽ nõ vultis. ne forte cõtẽtiões, emulatiões, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos. ne iterum cum venero, humiliet me deus apud vos: et lugeam multos ex iis qui ante peccauerunt, et nõ egerunt penitentiam super immunditia, & fornicatione, et impudicitia quam gesserunt.

CAPVT. XIII.

A Ecce tertio hoc venio ad vos. In ore duorum vel trium testium stabit oẽ verbum. Predixi enim et predico vt presens vobis, & nunc absens iis qui ante peccauerunt et ceteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcã. An experimẽtum queritis eius qui in me loquit Christus: qui i vobis nõ infirmat, sed potẽs est i vobis? Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute dei. Nam
B et nos infirmi sum⁹ in illo: sed viuemus cum eo ex virtute dei in vobis. Vosmetipsos tẽtate, si estis in fide: ipsi vos pbate. An nõ cognoscitis vosmetipsos quia Christus Iesus in vobis est? nisi forte reprobi estis. Spero autem q cognoscetis, quia nos non sumus reprobi. Oramus autem deum vt nihil mali faciatis: non vt nos probati appa-
C reamus, sed vt vos quod bonũ est faciatis, nos autem vt reprobi simus. Non enim possumus aliquid aduer-

Deu. 19 b
Mat. 18 b
Ioã. 8. c.
Heb. 10. c
I. cor. 11

aduersus veritatẽ: sed ꝑ veritate.
Gaudemus enĩ quoniã nos infirmi
sumus: vos autem potentes estis.
Hoc et oramus, vestram consum=
mationem. Ideo hec absens scribo:
vt non presens durius agam secũ=
dum potestatem quam dominꝰ de=
dit mihi in edificationem, et non in
D destructionẽ. De cetero fratres gau
dete, perfecti estote, exhortamini,
idipsum sapite, pacem habete, ⁊ deꝰ
pacis et dilectionis erit vobiscum.
Salutate inuicem ĩ osculo sancto.
Salutãt vos omnes sancti. Gratia
domini nostri Iesu Christi, et cha=
ritas dei, et cõmunicatio sancti spi=
ritus sit cũ omnibus vobis. Amen.

EPISTOLA

PAVLI APOSTO=LI AD GALA=TAS.

A 
PAVLVS
apostolus, nõ
ab hominibꝰ,
neq; ꝑ homi=
nem, sed per
Iesum Chri=
stum, et deum
patrẽ qui su=
scitauit eum a
mortuis, ⁊ qui mecum sunt omnes
fratres: ecclesiis Galatie, gratia
vobis et pax a deo patre nostro et
domino Iesu Christo, qui dedit se=
metipsum pro peccatis nostris vt
eriperet nos de presenti seculo ne=
quam, secundum volũtatem dei et
patris nostri, cui est gloria ĩ secula
seculorum. Amen. Miror ꝙ sic tam
cito transferimini ab eo q̃ vos vo=
cauit in gratiam Christi, in aliud
euangelium, quod nõ est aliud, nisi
sunt aliqui qui vos conturbant, et
volunt cõuertere euangeliũ Chri=
B sti. Sed licet nos, aut angelꝰ de ce=
lo euãgelizet vobis preterquam qđ
euangelizauimꝰ vobis: anathema
sit. Sicut prediximꝰ, et nũc iterum
dico, Si q̃s vobis euangelizauerit
preter id qđ accepistis: anathema
sit. Modo enĩ hominibꝰ suadeo, an
deo? An quero hoibus placere? Si
adhuc hominibꝰ placerem: Christi
seruꝰ nõ essem. Notũ enĩ vobis fa= I cor 15 a
cio fratres euangeliũ quod euãge=
lizatũ est a me, quia nõ est secundũ
hominem. neq; enim ego ab homi=
ne accepi illud, neq; didici: sed per
reuelationẽ Iesu Christi. Audistis C
enim cõuersationẽ meam aliquãdo
in Iudaismo, quoniam supra mo=
dum persequebar ecclesiã dei, ⁊ ex=
pugnabã illã: et proficiebã ĩ Iuda=
ismo supra multos coetaneos me=
os in genere meo, abũdantiꝰ emu=
lator existẽs paternarũ mearũ tra=
ditionũ. Cũ autẽ placuit ei qui me
segregauit ex vtero matris mee, et
vocauit ꝑ gratiã suã, vt reuelaret
filiũ suũ in me, vt euãgelizarẽ illũ
in gẽtibus: cõtinuo nõ acq̃eui car=
ni ⁊ sanguini. Neq; veni Hierosoly= D
mam ad antecessores meos aposto=
los: sed abii in Arabiã, et iterũ re=
uersus sum Damascũ. Deinde post
annos tres veni Hierosolymã vi=
dere Petrũ: ⁊ mansi apud eũ diebꝰ
quindeci. Aliũ aũt apostolorũ vidi
neminẽ: nisi Iacobum fratrẽ dñi.
Que autẽ scribo vobis: ecce corã
deo, quia non mẽtior. Deinde veni
in partes Syrie ⁊ Cilicie. Erã aũt
ignotus facie ecclesiis Iudee, que
erant in Christo: tantum autẽ au=
ditum habebant, Quoniã qui per=
sequebatur nos aliquando, nunc e=
uangelizat fidẽ, quã aliquando ex=
pugnabat. et ĩ me clarificabãt deũ.

CAPVT. II.

Deinde post annos quatuor= A
decim, iterum ascendi Hie=
rosolymam cum Barnaba,
assumpto et Tito. Ascendi autẽ se=
cundum reuelationẽ: et cõtuli cum
illis euangeliũ quod predico in gẽ=

 tibus,

tibus, seorsum aūt iis q̄ videbātur
aliquid esse: ne forte i vanū curre-
rem, aut cucurrissem. Sed neq̃ Ti-
tus qui mecū erat, cum esset genti-
lis, cōpulsus est circūcidi: sed pro-
pter subītroductos falsos fratres,
qui subintroierunt explorare liber-
tatem nostram quam habemus in
Christo Jesu, vt nos i seruitutem
redigerēt. Quibus neq̃ ad horam
cessimus subiectioni: vt veritas e-
B uangelii permaneat apud vos. Ab
iis aūt qui videbantur esse aliquid
(quales aliquādo fuerit, nihil mea
Deu.10 d interest. Deus enim personam ho-
2.pa.19 c minis non accipit) Mihi enim qui
Iob 34 b videbātur esse aliquid, nihil cōtu-
Sapi.6.b lerunt. Sed cōtra, cum vidissent q̄
Eccl 35 b creditū est mihi euāgeliū preputii,
Rom.2 b sicut & Petro circūcisionis (qui enī
Eph. 6.b operatus est Petro in apostolatū
colos. 3 d circuncisionis: operatus est & mihi
Act 10.e. inter gētes) & cū cognouissent gra-
1.pet. 1.c tiam que data est mihi, Jacobus &
Cephas et Joannes, qui videbant
colūne esse, dextras dederunt mihi
et Barnabe, societatis: vt nos in
gentes, ipsi aūt in circūcisionē, tā-
tum vt pauperū memores essemꝰ.
quod etiā solicitꝰ fui hoc ipsum fa-
C cere. Cū aūt venisset Cephas An-
tiochiam: i faciē ei restiti, quia re-
prehēsibilis erat. Prius enī q̄ ve-
nirent quidā a Jacobo: cū gentibꝰ
edebat. Cū autē venissent: subtra-
hebat et segregabat se, timens eos
qui ex circuncisione erāt. Et simu-
lationi eiꝰ consenserunt ceteri Ju-
dei: ita vt et Barnabas duceret ab
eis in illā simulationē. Sed cū vi-
dissem q̄ nō recte ambularēt ad ve
ritatē euāgelii: dixi Cephe corā oi-
bus, Si tu cū Judeus sis, gentilit
viuis, et nō iudaice: quomodo gē-
tes cogis iudaizare? Nos natura
D Judei: & nō ex gentibꝰ peccatores.
Scientes aūt q̄ nō iustificat homo
ex operibꝰ legis nisi per fidē Jesu
Christi: & nos in Christo Jesu cre-
didimꝰ, vt iustificemur ex fide Chri-
sti, et non ex operibus legis: propt Ro.
quod ex operibus legis non iustifi-
cabit ois caro. Qd si querētes iu-
stificari in Christo, inuenti sumus
et ipsi peccatores: nunquid Christꝰ
peccati minister est? Absit. Si enim
que destruxi, iterū hec edifico: pre-
uaricatorem me constituo. Ego enī
per legem, legi mortuꝰ sum, vt deo
viuam: Christo cōfixus sum cruci.
Viuo aūt, iam non ego: viuit vero
in me Christus. Qd aūt nunc viuo
in carne: i fide viuo filii dei, qui di-
lexit me et tradidit semetipsum pro
me. Non abiicio gratiā dei. Si enī
per legē iustitia, ergo gratis Chri-
stus mortuus est.

CAPVT. III.

O Insensati Galate, quis vos A
fascinauit non obedire ve-
ritati, ante quorum oculos
Jesus Christus proscriptus est, et
in vobis crucifixus? Hoc solum a
vobis volo discere, Ex operibꝰ le-
gis spiritū accepistis, an ex auditu
fidei? Sic stulti estis: vt cum spiri-
tu ceperitis, nunc carne cōsumma-
mini? Tāta passi estis sine causa?
si tamen sine causa. Qui ergo tri-
buit vobis spiritum et operat vir-
tutes in vobis: ex operibus legis,
an ex auditu fidei? Sicut scriptum Gen.15 b
est, Abraham credidit deo, et repu- Rom.4 a
tatum est illi ad iustitiam. Cogno- Iaco.2.d
scite ergo quia qui ex fide sunt, ii B
sunt filii Abrahe. Prouidens autē
scriptura quia ex fide iustificat gē-
tes deus: pnuntiauit Abrahe, Quia Gen.12 a
benedicentur in te oēs gentes. Igi- Ec.44 d
tur qui ex fide sunt: benedicentur
cum fideli Abraham. Quicunq̃ enī
ex operibus legis sunt: sub maledi-
cto sunt. Scriptum est enim, Ma- Deu 27 d
ledictus omnis qui non permanse-
rit in omnibus que scripta sunt in
libro legis, vt faciat ea. Quod aūt
in lege nemo iustificat apud deum,
manifestum est: quia iustus ex fide Abac.2.a
viuit.

Ro. 1. viuit. Lex aūt nō est ex fide: sed qui
Leui. 18 a fecerit ea homo, viuet i illis. Chri-
st⁹ nos redemit de maledicto legis,
factus pro nobis maledictum (quia
Deu. 21 d scriptū est, Maledict⁹ oīs qui pen-
det in ligno) vt in gētibus benedi-
ctio Abrahe fieret in Christo Jesu:
vt pollicitationē spirit⁹ accipiam⁹
Heb. 9, d per fidē. Fratres (secundū hominē
C dico) tamē hominis confirmatum
testamentum nemo spernit, aut su-
perordinat. Abrahe dicte sunt pro-
missiones: et semini eius. Nō dicit,
Et seminibus, quasi in multis: sed
quasi in vno, Et semini tuo, qui est
Christ⁹. Hoc aūt dico, testamētum
confirmatum a deo: que post qua-
dringentos et triginta annos facta
est lex, non irritum facit ad euacu-
andā promissionē. Nā si ex lege he-
reditas, iam non ex promissione. A-
brahe aūt per repromissionē dona-
uit deus. Quid igitur lex? Propter
transgressionē posita est, donec ve-
niret semen cui promiserat: ordinata
per angelos in manu mediatoris.
Mediator aūt vnius non est: deus
D aūt vn⁹ est. Lex ergo aduersus pro-
missa dei? Absit. Si enim data esset
lex que posset viuificare: vere ex le-
Rom. 3 b ge esset iustitia. Sed conclusit scri-
ptura oīa sub peccato: vt promissio
ex fide Jesu Christi daretur credē-
tibus. Prius aūt q̄ veniret fides:
sub lege custodiebamur cōclusi, in
eam fidē que reuelanda erat. Itaq̧
lex: pedagogus noster fuit in Chri-
sto: vt ex fide iustificemur. At vbi
venit fides: iam nō sumus sub pe-
dagogo. Oēs enī filii dei estis per
Rom. 6 a fidē, que est in Christo Jesu. Qui-
cunq̧ enī i Christo baptizati estis:
Christū induistis. Non est Judeus
neq̧ Grec⁹, nō est seru⁹ neq̧ liber,
nō est masculus neq̧ femina. Oēs
enim vos vnū estis in Christo Je-
su. Si autem vos Christi: ergo se-
men Abrahe estis: secundum pro-
missionem heredes.

CAPVT. IIII.

Dico autem, quāto tempore A
heres paruul⁹ est, nihil dif-
fert a seruo, cū sit dominus
oīum, sed sub tutoribus et actorib⁹
est vsq̧ ad prefinitum temp⁹ a pa-
tre: ita et nos, cum essem⁹ paruuli,
sub elementis mundi eramus ser-
uientes. At vbi venit plenitudo tē-
poris, misit deus filium suum factū
ex muliere, factum sub lege: vt eos
qui sub lege erāt redimeret, vt ad-
optionem filiorum reciperem⁹. Quo- Rom. 8 c
niam autem estis filii dei: misit de⁹
spiritum filii sui i corda vestra, cla-
mantem abba, pater. Itaq̧ iam nō
est seruus, sed filius. Qd si filius:
et heres per deum. Sed tunc quidē
ignorātes deum, iis qui natura nō
sunt dii, seruiebatis. Nunc autem B
cum cognoueritis deū, imo cogniti
sitis a deo: quomodo conuertimini
iterum ad infirma ⁊ egena elemen-
ta, quib⁹ denuo seruire vultis? Di-
es obseruatis et menses, et tēpora,
⁊ annos. Timeo vos, ne forte sine
causa laborauerim in vobis. Esto-
te sicut ego, quia et ego sicut vos:
fratres obsecro vos. Nihil me lesi-
stis. Scitis autem q̧ per infirmita-
tem carnis euangelizaui vobis iā-
pridem: et tentationem vestram in
carne mea non spreuistis, neq̧ re-
spuistis, sed sicut angelū dei acce-
pistis me, sicut Christū Jesum. Vbi C
est ergo beatitudo vestra? Testimo
nium enim perhibeo vobis, quia si
fieri posset, oculos vestros eruisse-
tis, et dedissetis mihi. Ergo inimi-
cus vobis fact⁹ sum, verum dicens
vobis? Emulantur vos non bene:
sed excludere vos volunt, vt illos
emulemini. Bonum aūt emulami-
ni in bono semper: et non tantū cū
presens sum apud vos. Filioli mei,
quos iterum parturio, donec for-
metur Christus in vobis. Vellem
autē esse apud vos modo, et muta-
re vocē meam: quoniam cōfundor

in vobis. Dicite mihi qui sub lege
vultis esse, legē non legistis? Scri-
Gen.16 d ptum est enim, Quoniā Abraham
duos filios habuit: vnū de ancilla,
et vnū de libera. Sed qui de ancil-
Gen.21 a la: secundum carnem natus est. qui
aūt de libera: per repromissionem,
que sunt per allegoriam dicta. Hec
D eni sunt duo testamenta. Vnū qui-
dem in mōte Sina, in seruitutē ge-
nerans: q̄ est Agar (Sina eni, mōs
est in Arabia: qui coniunctus est ei,
que nunc est Hierusalē) et seruit cū
filiis suis. Illa autē que sursum est
Hierusalem, libera est: que est ma-
Esa.54 a ter nostra. Scriptum est enim, Le-
Luc.23 d tare sterilis, q̄ nō paris, erumpe et
clama, que non parturis: q̄a multi
filii deserte, magis q̄ eius q̄ habet
Ro.9.b virū. Nos aūt fratres secūdū Isa-
ac p̄missionis filii sum⁹. Sed quē-
admodū tunc is qui secundū carnē
natus fuerat, persequebatur eū q̄
secundū spiritū: ita et nūc. Sed q̄d
Gen.21 a dicit scriptura? Eiice ancillā et fi-
liū eius. nō eni heres erit filius an-
cille cū filio libere. Itaq; fratres,
nō sum⁹ ancille filii, sed libere: qua
libertate Christus nos liberauit.

CAPVT. V.

A STate: et nolite iterū iugo ser-
Act.15.a uitutis cōtineri. Ecce ego Pau
lus dico vobis quoniam si cir-
cuncidamini, Christus vobis nihil
proderit. Testificor autem rursus
omni homini circuncidenti se, quo-
niam debitor est vniuerse legis fa-
ciende. Euacuati estis a Christo, q̄
in lege iustificamini: a gratia exci-
distis. Nos enim spiritu ex fide spē
iustitie expectamus. Nam in Chri-
B sto Iesu neq; circuncisio aliq̄d va-
let neq; preputium: sed fides que p̄
charitatem operatur. Currebatis
bene: quis vos impediuit veritati
non obedire? Nemini cōsenseritis.
1.cor.5 b Persuasio hec, nō est ex eo qui vo-
cat vos. Modicum fermētum, to-
tam massam corrumpit. Ego con-
fido in vobis in domino, q̄ nihil a-
liud sapietis. qui autem conturbat
vos: portabit iudicium, quicunq;
est ille. Ego autem fratres, si circū-
cisionē adhuc predico: quid adhuc
persecutionem patior? Ergo eua-
cuatum est scandalū crucis. Vtinā
et abscindant, qui vos conturbāt.
Vos enim in libertatē vocati estis C
fratres: tantū ne libertatem in oc-
casionem detis carnis, sed per cha-
ritatem spirit⁹ seruite inuicē. Ōis
enim lex in vno sermone impletur,
Diliges proximum tuum sicut te- Le.19.d
ipsum. Q̄d si inuicem mordetis et Mat.22 d
comeditis: videte ne ab inuicē con- Mar.12.e
sumamini. Dico autem ī Christo: Ro.13.c
spiritu ambulate, et desideria car- Iacob 2b
nis nō perficietis. Caro eni concu- Ro.13.b
piscit aduersus spiritum: spiritus 1.pet.2.c
autē aduersus carnē. hec enim sibi
inuicem aduersant: vt nō quecūq;
vultis, illa faciatis. Q̄d si spiritu D
ducimini: nō estis sub lege. Mani-
festa sunt aūt opera carnis, q̄ sunt,
fornicatio, immunditia, impudici-
tia, luxuria, idolorū seruitus, vene-
ficia, inimicitie, cōtentiones, emu-
lationes, ire, rixe, dissentiones, se-
cte, inuidie, homicidia, ebrietates,
comessationes, et his similia. q̄ pre-
dico vobis sicut predixi, q̄m qui ta-
lia agunt, regnū dei nō consequen-
tur. Fructus aūt spiritus est: cha-
ritas, gaudiū, pax, patiētia, lōga-
nimitas, bonitas, benignitas, mā-
suetudo, fides, modestia, cōtinētia,
castitas. Aduersus huiusmodi non
est lex. Qui aūt sunt Christi, carnē
suam crucifixerūt cum vitiis et cō-
cupiscentiis. Si spiritu viuimus:
spiritu et ambulemus. Non efficia-
mur inanis glorie cupidi, inuicem
prouocantes, inuicem inuidentes.

CAPVT. VI.

FRatres, et si preoccupat⁹ fue- A
rit homo ī aliquo delicto, vos
qui spirituales estis, huiusmo
di instruite in spiritu lenitatis, cō-
siderans

siderans teipsum, ne et tu tente-
ris. Alter alterius onera portate:
et sic adimplebitis legem Christi.
Nam si quis existimat se aliquid
esse cum nihil sit: ipse se seducit. O-
B pus aũt suum probet vnusquisq;,
et sic in semetipso tantum gloriam
habebit, et non in altero. Unus-
1.cor.3.b quisq; enim onus suum portabit.
Communicet autem is qui cate-
chizatur verbo, ei qui se catechi-
zat in omnibus bonis. Nolite erra-
re: Deus non irridetur. Que enim
seminauerit homo, hec et metet.
Quoniã qui seminat in carne sua:
de carne et metet corruptionem.
C qui autem seminat in spiritu: de
spiritu metet vitam eternam. Bo-
2.thes.3e num autem facientes, non deficia-
mus. tempore enim suo metemus
non deficientes. Ergo dum tem-
pus habemus, operemur bonum
ad omnes, maxime autem ad do-
mesticos fidei. Uidete qualibus li-
teris scripsi vobis mea manu.
Quicunq; enim volunt placere in
carne: hi cogunt vos circuncidi,
tantum vt crucis Christi persecu-
tionem non patiantur. Neq; enim
qui circunciduntur, legem custo-
diunt: sed volunt vos circuncidi:
vt in carne vestra glorientur. Mi-
D hi autem absit gloriari, nisi in cru-
ce domini nostri Jesu Christi: per
quem mihi mundus crucifixus est,
et ego mundo. In Christo enim
Jesu, neq; circuncisio aliquid va-
let, neq; preputium: sed noua crea-
tura. Et quicunq; hanc regulam
secuti fuerint: pax super illos & mi-
sericordia, et super Israel dei. De
cetero nemo mihi molestus
sit. Ego enim stigmata
domini Jesu in cor-
pore meo porto.
Gratia
domini nostri Jesu Christi
cum spiritu vestro fra-
tres. Amen.

EPISTOLA
PAVLI AD EPHESI- OS.



AVLVS A
apostol⁹ Je-
su Christi per
volũtatẽ dei
omnib⁹ san-
ctis qui sunt
Ephesi, & fi-
delib⁹ i Chri
sto Iesu, gra
tia vobis & pax a deo patre nostro,
et dño Jesu Christo. Benedict⁹ de⁹ 2.cor.1.a
et pater dñi nostri Iesu Christi, qui 1.pet.1.a
benedixit nos i oĩ benedictione spi-
rituali i celestib⁹ i Christo: sicut e-
legit nos i ipso ante mũdi cõstituti
onem, vt essemus sancti et imma-
culati in conspectu ei⁹ in charitate.
Qui predestinauit nos i adoptionẽ
filiorũ p Jesum Christũ in ipsum,
secundum propositum voluntatis
sue, in laudem glorie gratie sue, in
qua gratificauit nos in dilecto filio
suo. In quo habemus redẽptionẽ B
p sanguinem ei⁹: remissionem pec-
catorũ secũdũ diuitias gratie ei⁹,
ꝙ superabundauit in nobis in om-
ni sapientia et prudentia, vt notũ
faceret nobis sacramentum volũ-
tatis sue, secundũ beneplacitũ ei⁹,
qđ proposuit in eo in dispẽsatione
plenitudinis tẽpoꝝ instaurare om-
nia in Christo, que in celis & que in
terra sunt in ipso. In quo etiam et
nos sorte vocati sumus, pdestinati
secũdum propositum ei⁹, qui ope-
ratur oĩa secũdũ cõciliũ volũtatis
sue. vt simus in laudem glorie eius
nos, ꝗ ante sperauim⁹ in Christo,
in quo et vos, cũ audissetis verbũ C
veritatis, euãgeliũ salutis vestre,
in quo & credentes signati estis spi-
ritu promissionis sancto, qui est pi-
gnus hereditatis nostre in redem-
ptionem

ptionē acquisitionis in laudē glo-
rie ipsius. Propterea et ego audi-
ens fidem vestram que est in Chri-
sto Jesu, et dilectionem in omnes
sanctos: nō cesso gratias agēs pro
vobis, memoriam vestri faciens in
orationibꝰ meis, vt deus (domini
nostri Jesu Christi pater) glorie,
det vobis spiritum sapientie et re-
D uelationis, in agnitionem eius, il-
luminatos oculos cordis vestri, vt
sciatis que sit spes vocationis eiꝰ,
et que diuitie glorie hereditatis eiꝰ
in sanctis, et q̄ sit superueniēs ma-
gnitudo virtutis eius in nos q̄ cre-
didimus secundū operationem po-
tentie virtutis eius, quam opera-
tus est in Christo, suscitans illū a
mortuis, et constituens ad dexterā
suam in celestibꝰ, supra oēm prin-
cipatum et potestatem et virtutem
et dominationem, et omne nomen
quod nominatur non solum in hoc
seculo, sed etiam in futuro. Et oia
Psal. 8. c subiecit sub pedibus eius: & ipsum
dedit caput supra omnem ecclesi-
am, que est corpus ipsius, et pleni-
tudo eius, qui omnia in omnibus
adimpletur.

CAPVT. II.

A Colo. 2 d ET vos cum essetis mortui de-
lictis et peccatis vestris, in q̄-
bus aliquando ambulastis se-
cundum seculū mundi huius, secū-
dum principē potestatis aeris hu-
ius spiritus qui nūc operatur in fi-
lios diffidentie: in quibꝰ et nos om-
nes aliquando cōuersati sumus in
desideriis carnis nostre, facientes
voluntatē carnis & cogitationum,
et eramꝰ natura filii ire sicut et ce-
teri. Deus aūt qui diues est in mi-
sericordia, propter nimiā charita-
tem suam qua dilexit nos, et cū es-
semus mortui peccatis, conuiuifi-
B cauit nos Christo, cuius gratia e-
stis saluati, & conresuscitauit & cō-
sedere fecit in celestibus in Christo
Jesu, vt ostēderet in seculis super-
uenientibus abundantes diuitias
gratie sue in bonitate super nos in
Christo Jesu. Gratia eni estis sal-
uati per fidem: & hoc non ex vobis.
Dei enim donum est: non ex operi-
bus, vt ne quis glorietur. Ipsius
enim sumus factura: creati i Chri-
sto Jesu in operibꝰ bonis, que pre-
parauit Deus vt in illis ambule-
mus. Propter quod memores e- C
state ꝙ aliquando vos eratis gen-
tes in carne, qui dicebamini prepu
tium ab ea que dicitur circuncisio
in carne manufacta: ꝙ eratis illo
in tempore sine Christo, alienati a
conuersatione Israel, et hospites
testamētorum, promissionis spem
non habentes, et sine Deo in hoc
mundo. Nunc autem in Christo
Jesu vos qui aliquādo eratis lon-
ge, facti estis prope in sanguine
Christi. Ipse enim est pax nostra,
qui fecit vtraq; vnum, et medium
parietem macerie soluens, inimici-
tias in carne sua: legem mandato- D
rum decretis, euacuans: vt duos
condat in semetipso in vnum nouū
hominem, faciens pacem, vt recō-
ciliet ambos in vno corpore, deo ꝑ
crucē, interficiēs inimicitias in se-
metipso. Et veniens euangelizauit
pacem vobis q̄ longe fuistis: et pa-
cem iis qui prope. quoniā ꝑ ipsum Ro. 5. b
habemꝰ accessum ambo in vno spi-
ritu ad patrē. Ergo iā nō estis ho-
spites & aduene: sed estis ciues san-
ctorū & domestici dei, superedificati
super fundamentum apostolorū et
prophetarū, ipso summo angulari
lapide Jesu Christo: in quo omnis
edificatio cōstructa, crescit in tem-
plum sanctum in domino, in quo &
vos coedificamini in habitaculum
dei in spiritu sancto.

CAPVT. III.

HUius rei gratia ego Paulꝰ A
vinctus Christi Jesu, ꝓ vo-
bis Gentibus: si tamen au-
distis dispensationē gratie dei que

data

data est mihi in vobis: quoniã se-
cundũ reuelationem notũ mihi fa-
ctum est sacramentum, sicut supra
scripsi in breui: prout potestis legẽ-
tes intelligere prudentiam meã in
mysterio Christi, quod aliis gene-
rationibus non est agnitum filiis
hominum, sicuti nunc reuelatũ est
sanctis apostolis eius et prophetis
in spiritu, gentes esse coheredes et
concorporales et cõparticipes pro-
missionis eius in Christo Jesu per
euangeliũ, Cuius factus sum ego
minister secundum donum gratie
B dei, que data est mihi secundũ ope-
1.co.15 b rationem virtutis eius. Mihi enim
omnium sanctorum minimo, data
est gratia hec, In gentibꝰ euange-
lizare inuestigabiles diuitias Chri-
sti, et illuminare omnes que sit di-
spensatio sacramenti absconditi a
seculis in Deo, qui oia creauit: vt
innotescat principibus et potesta-
tibus in celestibus, p ecclesiã, mul-
tiformis sapiẽtia dei, secundũ pre-
finitionem seculorũ, quam fecit in
Christo Jesu Domino nostro, In
quo habemus fiduciam ⁊ accessum
C in confidentia, per fidẽ eius. Pro-
pter quod peto, ne deficiatis in tri-
bulationibus meis pro vobis, que
est gloria vestra. Huius rei gratia
flecto genua mea ad patrem domi-
ni nostri Jesu Christi, ex quo om-
nis paternitas in celis et in terra
nominatur, vt det vobis secũdum
diuitias glorie sue, virtutẽ corro-
borari per spiritum eius in interi-
ori homine: Christum habitare per
fidem in cordibus vestris, in chari-
tate radicati et fundati, vt possitis
comprehendere cum omnibus san-
ctis, que sit latitudo, et longitudo,
D et sublimitas, et profundum, scire
etiam supereminentẽ scientie cha-
ritatem Christi, vt impleamini in
omnem plenitudinem dei. Ei autẽ
qui potens est omnia facere super-
abundanter q̃ petimus aut intel-
ligimus, secundum virtutem que
operatur in nobis: ipsi gloria in ec-
clesia, ⁊ in Christo Jesu, in omnes
generationes seculi seculorũ. Amẽ.

CAPVT. IIII.

OBsecro itaq; vos ego vin- A
ctus in Domino, vt digne
ambuletis vocatione qua
vocati estis, cum omni humilitate
et mansuetudine, cum patientia,
supportantes inuicem in charita-
te, soliciti seruare vnitatem spiritꝰ Ro.12.c
in vinculo pacis. Unum corpus, et 1.co.12.b
vnus spiritus: sicut vocati estis in
vna spe vocationis vestre. Unus
dominus, vna fides, vnum bapti- B
sma. Unus deus et pater omnium, Mala.2 b
qui super omnes et per omnia ⁊ in
omnibus nobis. Unicuiq; autem Ro.12.a
nostrum data est gratia secundum 1.co.12 b
mensurã donationis Christi. Pro- 2.co.10 d
pter quod dicit, Ascendens in altũ, Psa.67 d
captiuam duxit captiuitatem: de-
dit dona hominibus. Qđ autem a-
scendit: quid est, nisi quia et descẽ-
dit primũ in inferiores partes ter-
re? Qui descendit, ipse est et qui a-
scendit supra omnes celos, vt im-
pleret omnia. Et ipse dedit quos- C
dam quidem apostolos, quosdam 1.co.12.d
autem prophetas, alios vero euã-
gelistas, alios autẽ pastores et do-
ctores ad cõsummationem sancto-
rum in opus ministerii in edifica-
tionem corporis Christi: donec oc-
curramus omnes i vnitatem fidei
et agnitionis filii dei, in virũ per-
fectum, in mensuram etatis pleni-
tudinis Christi: vt iam non simus
paruuli, fluctuãtes, ⁊ circũferamur
oĩ vento doctrine i nequitia homi-
num, in astutia ad circumuentionẽ
erroris: veritatem aũt facientes in
charitate, crescamus in illo p oĩa, D
qui est caput Christus: ex quo totũ
corpus compactum ⁊ cõnexum per
omnẽ iuncturã subministrationis,
secundũ operationẽ in mensuram
vniuscuiusq; membri, augmẽtum
corporis

corporis facit in edificationē sui in
charitate. Hoc igitur dico ꝛ testifi-
Rom.1.c cor in domino: vt iam non ambule-
tis sicut ꝛ gentes ambulant in va-
nitate sēsus sui, tenebris obscura-
tum habentes intellectū, alienati a
vita dei per ignorantiam que est in
illis propter cecitatē cordis ipsorū.
E qui desperantes, semetipsos tradi-
derunt impudicitie, in operatio-
nem immūditie omnis in auaritiā.
Vos aūt nō ita didicistis Christū:
si tamen illū audistis ꝛ in ipso edo-
cti estis, sicut est veritas i Jesu, de-
ponere vos secundū pristinam con-
Colo.3b uersationem veterem hominē, qui
corrumpitur secundū desideria er-
Ro.6.a. roris. Renouamini aūt spiritu mē-
Colo.3b tis vestre: et induite nouum homi-
Heb.12.a nem qui secūdum deum creatus est
1.pet.2.a in iustitia et sanctitate veritatis.
& 4.a. Propter quod deponentes menda-
Zach.8.c ciū, loquimini veritatē vnusquisq;
cum proximo suo: quoniam sumus
Psal.4.b inuicem mēbra. Irascimini, et no-
lite peccare: Sol non occidat super
Iaco.4.d iracundiam vestram. Nolite locum
dare diabolo. Qui furabatur, iam
nō furetur: magis autem laboret,
operando manibus suis quod bo-
nū est, vt habeat vnde tribuat ne-
cessitatem patienti. Omnis sermo
malus ex ore vestro non procedat:
sed si quis bonus ad edificationem
fidei, vt det gratiam audientibus.
Et nolite contristare spiritum san-
ctum dei: in quo signati estis in die
redemptionis. Omnis amaritudo,
et ira, et indignatio, et clamor, et
blasphemia tollatur a vobis cū om
Colo.3g ni malitia. Estote autem inuicem
benigni, misericordes, donātes in-
uicem sicut et Deus in Christo do-
nauit vobis.

CAPVT. V.

A ESTote ergo imitatores dei, si-
Ioā.13.d cut filii charissimi, et ambula-
& 15.b te in dilectione, sicut ꝛ Christ⁹
1.Io.4.d dilexit nos, et tradidit semetipsum
pro nobis oblationē et hostiam deo
in odorem suauitatis. Fornicatio Colo.3.a
autem ꝛ omnis immunditia, aut a-
uaritia nec nominetur in vobis, si-
cut decet sanctos: aut turpitudo,
aut stultiloquium, aut scurrilitas,
que ad rem non pertinent: sed ma-
gis gratiarum actio. Hoc enim sci- B
tote intelligentes, ꝙ omnis forni-
cator, aut immundus, aut auarus
(quod est idolorum seruit⁹) nō ha-
bet hereditatem in regno Christi ꝛ
dei. Nemo vos seducat inanibus 2.the.2.a
verbis. propter hec enim venit ira Mat.24.a
dei in filios diffidētie. Nolite ergo mar.13.a
effici participes eorū. Eratis enim Luc.21.b
aliquando tenebre: nūc autem lux C
in domino. Vt filii lucis ambulate
(Fructus enī lucis, est in omni bo-
nitate, et iustitia, et veritate) pro-
bantes quid sit beneplacitum deo:
et nolite communicare operib⁹ in-
fructuosis tenebrarum, magis aūt
redarguite. Que enim i occulto fi-
unt ab ipsis, turpe est ꝛ dicere. Oia
autē que arguuntur: a lumine ma-
nifestātur. omne enim quod mani-
festatur: lumen est. Propter quod
dicit, Surge qui dormis, et exurge
a mortuis: ꝛ illuminabit te Christ⁹.
Videte itaq; fratres quomodo cau-
te ambuletis, non quasi insipiētes,
sed vt sapientes: redimentes tem- Colo.4.a
pus, quoniā dies mali sunt. Pro- D
pterea nolite fieri imprudētes: sed
intelligentes que sit voluntas dei. Ro.12.a.
Et nolite inebriari vino, in quo est 1.thes.4.a
luxuria, sed impleamini spiritu sā-
cto, loquētes vobismetipsis i psal-
mis, hymnis, et canticis spiritua-
libus, cantantes ꝛ psallētes in cor-
dibus vestris domino: gratias agē-
tes semper pro omnibus, in nomi-
ne domini nostri Jesu Christi deo
et patri. Subiecti inuicē: in timore Colo.3.c
Christi. Mulieres viris suis subdi- E
te sint, sicut domino: quoniam vir, 1.cor.11.a
caput est mulieris, sicut Christus
caput est ecclesie. ipse saluator cor-
poris

Colo.3 c poris eius. Sed sicut ecclesia sub-
1.pet.3.a iecta est Christo: ita et mulieres vi-
Colo.3 c ris suis in omnibus. Viri diligite
vxores vestras: sicut et Christꝰ di-
lexit ecclesiam, et seipsum tradidit
pro ea: vt illam sanctificaret, mun-
dãs eam lauacro aque in verbo vi-
F te, vt exhiberet ipse sibi gloriosã ec-
clesiam non habentẽ maculam aut
rugam aut aliquid huiusmodi, sed
vt sit sancta et immaculata. Ita et
viri debent diligere vxores suas vt
corpora sua. Qui suam vxorem di-
ligit: seipsum diligit. Nemo enim
vnquam carnem suam odio habu-
it: sed nutrit et fouet eam, sicut et
Christus ecclesiam. quia membra
sumus corporis eius: de carne eius
Gen.2.d et de ossibus eius. Propter hoc re-
Mat.19 a linquet homo patrem et matrem su-
Mar.10 a am: et adherebit vxori sue: et erunt
1.cor.6 d duo in carne vna. Sacramentum
G hoc magnum est. ego autem dico in
Christo et in ecclesia. Veruntamen
et vos singuli vnusquisq; vxorem
suã sicut seipsum diligat: vxor autẽ
timeat virum suum.

CAPUT. VI.

A Filii, obedite parentibꝰ vestris
Colo.3 d in domino. hoc enim iustũ est.
Ex.20.c Honora patrem tuum et ma-
Deu.5.c. trem tuam: quod est mandatũ pri-
Eccli.3.b mum in promissione, vt bene sit ti-
Mat.15 a bi, et sis longeuus super terram. Et
Mar.7.d vos patres, nolite ad iracundiam
prouocare filios vestros: sed educa-
te illos in disciplina et correctione
Colo.3d domini. Serui, obedite dominis
Tit.2.c. carnalibus, cum timore, et tremo-
1.pet.2.c re, ĩ simplicitate cordis vestri sicut
Christo: non ad oculum seruiẽtes,
quasi hominibus placentes, sed vt
serui Christi, faciẽtes voluntatem
dei ex animo: cum bona voluntate
seruientes, sicut domino et non ho-
minibus. Sciẽtes quoniam vnus-
quisq; quodcunq; fecerit bonũ: hoc
recipiet a domino, siue seruus, siue
B liber. Et vos domini, eadem facite

illis, remittentes minas, scientes
ꝙ et illorum et vester dominus, est
in celis: et personarum acceptio nõ Deu.10 d
est apud eum. De cetero fratres, 2.pa.19 c
confortamini in domino, et in po- Iob 34 b
tentia virtutis eius. Induite vos Sapi.6.b
armaturã dei: vt possitis stare ad- Eccl 35 b
uersus insidias diaboli. quoniã nõ Rom.2 b
est nobis colluctatio aduersus car- Gala.2.b
nem et sanguinẽ: sed aduersus pri- colos.3 d
cipes et potestates, aduersus mũdi Act 10.e.
rectores tenebrarũ harũ, cõtra spi- 1.pet.1.c.
ritualia nequitie in celestibꝰ. Pro- C
pterea accipite armaturam dei: vt
possitis resistere in die malo, et in
omnibus perfecti stare. State ergo
succincti lumbos vestros in verita-
te, et induti loricam iustitie, et cal-
ceati pedes in preparationem euã-
gelii pacis: in omnibus sumentes
scutum fidei, in quo possitis omnia
tela nequissimi ignea extinguere. et 1.thes.5 b
galeam salutis assumite: et gladiũ Esa.59.c
spiritus, quod est verbum dei. Per Colo.4 a
omnem orationem et obsecrationẽ 2.thes.3.a
orantes omni tempore in spiritu: et
in ipso vigilãtes in omni instãtia,
et obsecratione pro omnibꝰ sanctis:
et pro me, vt detur mihi sermo in a-
pertione oris mei cum fiducia, no- D
tum facere mysteriũ euangelii, pro
quo legatione fungor in catena, ita
vt in ipso audeã, prout oportet me,
loqui. Vt autem et vos sciatis que
circa me sunt, quid agam: omnia
vobis nota faciet Tychicus, cha-
rissimꝰ frater et fidelis minister in
domino: quem misi ad vos in hoc
ipsum, vt cognoscatis q́ circa nos
sunt, et consoletur corda vestra.

Pax fratribus et charitas cum
fide a deo patre nostro, et do-
mino Iesu Christo. Gratia
cum omnibꝰ qui diligũt
dominum nostrũ Ie-
sum Christum in in-
corruptione.
Amen.

EPISTOLA

PAVLI AD PHI- LIPPENSES.



AVLVS
A et Timothe-
us serui Iesu
Christi: om-
nibus sanctis
in Christo Ie
sũ, qui sunt
Philippis cũ
episcopis, et
Diaconis, gratia vobis et pax a
deo patre nostro, et domino Jesu
Christo. Gratias ago deo meo in oĩ
memoria vestri semp̄ in cũctis ora-
tionibꝰ meis pro omnibꝰ vobis: cũ
gaudio deprecationẽ faciens super
cõmunicatione vestra in euangelio
Christi a prima die usqȝ nunc. con-
fidens hoc ipsum, quia qui cepit in
vobis opus bonum, perficiet usqȝ
in diem Christi Jesu. sicut est mihi
iustum hoc sentire pro omnibꝰ vo-
bis: eo ꝙ habeam vos in corde, et
in vinculis meis, et in defensione,
et cõfirmatione euangelii, cum so-
cii gaudii mei omnes vos sitis. Te-
stis eni mihi est deus, quomodo cu-
piam omnes vos in visceribus Je-
su Christi. Et hoc oro, vt charitas
B vestra magis ac magis abundet in
omni scientia, et in omni sensu: vt
probetis potiora, vt sitis synceri et
sine offensa in diem Christi, repleti
fructu iustitie per Jesum Christũ,
in gloriam ⁊ laudem dei. Scire aũt
volo vos fratres, ꝙ q̃ circa me sũt,
magis ad profectũ venerunt euan-
gelii: ita vt vincula mea manifesta
fierent in Christo, in omni pretorio
et in ceteris oibus, vt plures e fra-
tribꝰ in domino confidẽtes in vin-
culis meis, abundantius auderent
sine timore verbum dei loqui. Qui-
dam quidem ⁊ propter inuidiam et
contentionem: quidam aũt et pro-
pter bonam voluntatem Christum
predicãt. Quidam ex charitate: sci-
entes quoniam ĩ defensionem euã-
gelii positus sum. quidam autem ex C
contentione Christum annuntiant
non syncere: existimantes pressurã
se suscitare vinculis meis. Quid e-
nim? Dum omni modo siue per oc-
casionem siue per veritatem Chri-
stus annũtiatur: et in hoc gaudeo,
sed ⁊ gaudebo. Scio enim quia hoc
mihi proueniet ad salutem, per ve-
stram orationem ⁊ subministratio-
nem spiritus Jesu Christi, secun-
dum expectationem et spem meam,
ꝙ in nullo confundar, sed in omni
fiducia sicut semp̄, et nunc magni-
ficabitur Christus in corpore meo,
siue per vitam, siue per mortẽ. Mi-
hi enim viuere Christus est: ⁊ mori
lucrum. Qd si viuere in carne: hic
mihi fructus operis est. et quid eli-
gam, ignoro. Coartor autẽ e duo-
bus: desiderium habens dissolui et
esse cum Christo, multo magis me-
lius: permanere autẽ in carne, ne-
cessarium propter vos. Et hoc con- D
fidens, scio quia manebo ⁊ p̄mane-
bo omnibus vobis ad profectũ ve-
strum et gaudium fidei: vt gratu-
latio vestra abundet in Christo Ie-
su in me, per meum aduentum ite-
rum ad vos. Tantum digne euan-
gelio Christi conuersamini: vt siue
cum venero et videro vos, siue ab-
sens, audiam de vobis, quia statis
in vno spiritu, vnanimes, collabo-
rantes fidei euangelii. Et in nullo
terreamini ab aduersariis, que il-
lis est causa perditionis: vobis au-
tem salutis, et hoc a deo. quia vo-
bis donatum est pro Christo, non
solum vt in eum credatis, sed vt e-
tiam pro illo patiamini, idem cer-
tamen habentes quale ⁊ vidistis in
me, et nunc auditis de me.

Caput.

CAPVT. II.

A SI qua ergo cõsolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus: si qua viscera miserationis: implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatem habẽtes, vnanimes, idipsum sentiẽtes. nihil per contẽtionem, neq; per inanem gloriam: sed in humilitate, superiores sibi inuicẽ arbitrantes. nõ que sua sunt singuli considerantes: sed & ea que aliorum. Hoc eni sentite in vobis, quod & in Christo Jesu, qui cũ in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem Deo, sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens, in similitudinẽ hominũ factus, & habitu inuẽtus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem: mortem aũt
Hebr.2 b crucis. Propter quod et deus exal-
B tauit illũ: & donauit illi nomẽ quod
Ro.14 b est super omne nomen: vt in nomi-
Esa.45 d ne Jesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium, et infernorum: et omnis lingua confiteatur, quia dominus Jesus Christus in gloriã est dei patris. Itaq; charissimi mei, sicut semp obedistis: non vt in presentia mea tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu et tremore vestram salutem operamini. Deus est enim qui operat in vobis et velle et perficere, pro
1.pet.4 c bona voluntate. Omnia autem facite sine murmurationibus, & hesitationibus: vt sitis sine querela, et simplices filii dei, sine reprehensione in medio nationis praue et peruerse. int quos lucetis sicut luminaria in mundo: verbũ vite conti-
C nẽtes ad gloriã meã in diẽ Christi, quia non in vacuũ cucurri, neq; in vacuũ laboraui. Sed etsi immolor supra sacrificiũ & obsequiũ fidei vestre: gaudeo, & congratulor omnibus
Act.16,a vobis. Idipsum aũt & vos gaudete: et cõgratulamini mihi. Spero aũt in domino Jesu, Timotheum me cito mittere ad vos: vt et ego bono animo sim, cognitis que circa vos sunt. Neminẽ enim habeo tã vnanimẽ, qui syncera affectiõe pro vo-
bis solicitus sit. Omnes eni que sua 1.co.13,b
sunt querunt: non que sunt Jesu Christi. Experimentum autem eius cognoscite, quia sicut patri filius, mecũ seruiuit in euangelio. Hunc igit spero me mittere ad vos, mox vt videro, que circa me sunt. Cõfido autẽ in domino, quoniã et ipse
veniã ad vos cito. Necessariũ autẽ D
existimaui, Epaphroditum fratrẽ et cooperatorem et commilitonem meũ, vestrũ autẽ apostolũ, & ministrum necessitatis mee, mittere ad vos. quoniam quidẽ oẽs vos desiderabat: et mestus erat, propterea ꝗ audieratis illũ infirmatũ. Nam et infirmatus est vsq; ad mortẽ: sed deus misertus est eius: non solum autem eius, verũetiam et mei, ne tristitiam super tristitiam haberẽ. Festinantius ergo misi illum: vt viso eo, iterum gaudeatis, et ego sine tristitia sim. Excipite itaq; illum cũ omni gaudio in domino: & eiusmodi cum honore habetote. quoniam propter opus Christi, vsq; ad mortem accessit: tradens animam suã, vt impleret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

CAPVT. III.

DE cetero fratres mei, gau- A
dete in dño. Eadem vobis scribere, mihi quidẽ non pigrum: vobis autẽ necessarium. videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circũcisio, qui spiritu seruimus deo: et gloriamur in Christo Jesu, et non in carne fiduciam habentes, quamquam et ego habeam
confidẽtiam in carne. Si quis alius B
videtur cõfidere in carne: ego magis, circuncisus octauo die, ex genere
Israel, de tribu Beniamin, Hebreus Act.23,b

ex Hebreis, secundũ legem pharisceus, secundum emulationem persequens ecclesiam dei, secundũ iustitiam que in lege est conuersatus sine querela. Sed q̃ mihi fuerũt lucra, hec arbitrat⁹ sum propt̃ Christum detrimẽta. Ueruntamen existimo oĩa detrimentũ esse propter eminentẽ scientiã Iesu Christi domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciã, vt et inueniar in illo non habens meam
C iustitiam que ex lege est, sed illam que ex fide est Christi, que ex deo est iustitia ĩ fide ad cognoscendũ illũ, et virtutem resurrectionis eius, et societatem passionum illius: cõfigurat⁹ morti eius, si quomodo occurram ad resurrectionẽ que est ex mortuis. Non q̃ iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor aũt, si quomodo comprehendam in quo ꝛ cõprehensus sum a Christo Iesu. Fratres, ego me nõ arbitror comprehendisse. Unum aũt: que quidẽ retro sunt obliuiscens, ad ea vero q̃ sunt priora extendens meipsum, ad destinatũ persequor, ad brauiũ superne vocationis dei in Christo Iesu. Quicũq; ergo perfecti sum⁹, hoc sentiamus: et si quid aliter sapitis, et hoc vobis deus reuelabit.
D Ueruntamen ad quod peruenim⁹, vt idem sapiamus, in eadẽ permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres: et obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis for-
Ro. 16.c mam nos. Multi enim ambulant quos sepe dicebam vobis (nũc aũt et flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorũ deus, venter est: et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiũt. Nostra aũt cõuersatio in celis est: vnde etiam saluatorem expectam⁹ dominũ nostrũ Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratũ corpori claritatis sue secundum operationem virtutis sue qua etiam possit subiicere sibi omnia.

CAPVT. IIII.

Itaq; fratres mei charissimi et desideratissimi, gaudiũ meum ꝛ corona mea: sic state in domino charissimi. A
Euodiam rogo ꝛ Syntychen deprecor, idipsum sapere in domino. Etiam rogo et te germane compar, adiuua illas que mecũ laborauerunt in euangelio cũ Clemente, ꝛ ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vite. Gaudete in domino semper: iterũ dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est. Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestre innotescãt apud deum. Et par dei que exuperat omnẽ sen-
sum, custodiat corda vestra, et in- B
telligẽtias vestras in Christo Iesu. De cetero fratres, quecunq; sũt vera, quecunq; pudica, quecunq; iusta, quecunq; sancta, quecunq; amabilia, quecũq; bone fame, si qua virtus, si qua laus discipline: hec cogitate. Que et didicistis, et accepistis, et audistis, ꝛ vidistis in me: hec agite, et deus pacis erit vobiscum. Gauisus sum autem in domino vehementer, quoniam tan- C
dem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut et sentiebatis. Occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico. ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio et humiliari: scio et abundare, vbiq; et in omnibus institutus sum, et satiari, et esurire, et abundare, et penuriã pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Uerũtamen bene fecistis cõmunicantes tribulationi mee. Scitis autem et vos Philippenses, q̃ in principio Euangelii, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia

cōmunicauit in ratione dati et ac-
cepti, nisi vos soli. quia et Thessa-
lonicam, semel et bis in vsum mihi
misistis. Non q̄ quero datum: sed
requiro fructum abundantē in ra-
tionem vestram. Habeo autē oīa,
D et abundo. Repletus sum, acceptis
ab Epaphrodito que misistis, in o-
dorem suauitatis, hostiam acceptā,
placētem deo. Deus aūt meus im-
pleat omne desiderium vestrū, se-
cundum diuitias suas in gloria, in
Christo Jesu. Deo aūt & patri no-
stro gloria in secula seculorū. Amē.
Salutate omnē sanctū in Christo
Jesu. Salutant vos qui mecū sunt
fratres. Salutāt vos omnes san-
cti: maxime aūt qui de Cesaris do-
mo sunt. Gratia domini nostri Iesu
Christi cum spiritu vestro. Amen.

EPISTOLA
PAVLI AD CO-LOSSENSES.



AVLVS
A apostolꝰ Je-
su Christi per
volūtatē dei
et Timotheꝰ
frater: iis qui
sunt Colossis
sanctis & fide-
libus fratribꝰ
in Christo Jesu, gratia vobis et
pax a deo patre nostro. Gratias a-
gimus deo et patri dñi nostri Jesu
Christi: semper pro vobis orantes:
audientes fidem vestrā in Christo
Jesu, et dilectionem quam habetis
in sanctos oēs propter spē que re-
posita est vobis in celis, quam au-
distis in verbo veritatis euāgelii,
qđ peruenit ad vos, sicut et in vni-
uerso mūdo est, et fructificat, & cre-
scit, sicut et in vobis ex ea die qua
audistis & cognouistis gratiam dei
in veritate, sicut didicistis ab Epa-
phra charissimo conseruo nostro,
qui est fidelis pro vobis minister B
Christi Jesu, qui etiam manifesta-
uit nobis dilectionem vestrā in spi-
ritu. Ideo & nos ex qua die audiui-
mus, nō cessamus pro vobis orā-
tes et postulantes, vt impleamini
agnitione voluntatis eius in omni
sapientia & intellectu spirituali, vt
ambuletis digne deo, per oīa placē-
tes, in oī opere bono fructificātes,
et crescentes in scientia Dei, in oī
virtute cōfortati secundū potentiā
claritatis eius, in omni patientia &
longanimitate: cum gaudio grati-
as agētes deo patri, q̄ dignos nos
fecit in partē sortis sanctorū in lu-
mine, q̄ eripuit nos de potestate te-
nebrarū, et transtulit in regnū filii
dilectionis sue, in quo habemus re-
demptionē, & remissionē peccatorꝫ, C
qui est imago Dei inuisibilis, pri-
mogenitꝰ omnis creature, quoni-
am in ipso cōdita sunt vniuersa in
celis et in terra, visibilia et inuisi-
bilia, siue throni, siue dominatio-
nes, siue principatus, siue potesta-
tes, oīa per ipsum et in ipso creata
sunt, et ipse est ante omnes, et oīa
in ipso cōstant. et ipse est caput cor- I.co.15.c
poris ecclesie, qui est principiū, pri- Apoc.1 b
mogenitꝰ ex mortuis: vt sit in om-
nibus ipse primatū tenens. quia in
ipso cōplacuit oēm plenitudinē in-
habitare: et per eū reconciliare oīa
in ipsum, pacificans per sanguinē
crucis eius, siue que in terris, siue
que in celis sunt. Et vos cū essetis
aliquando alienati & inimici sensu,
in operibus malis: nūc aūt recon-
ciliauit ī corpore carnis sue p̄ mor-
tem, vt exhiberet vos sanctos & im-
maculatos, & irreprehensibiles co-
ram ipso: si tamē permanetis in fi-
de fundati et stabiles, & immobiles
a spe euāgelii quod audistis, quod
predicatum est in vniuersa creatu-
ra que sub celo est, cuius factꝰ sum D
ego Paulꝰ minister. Qui nūc gau-

deo in

deo in passionib⁹ pro vobis, et adimpleo ea q̃ desunt passionū Christi, in carne mea p corpore eius qd est ecclesia. Cuius factus sum ego minister secūdum dispensationem dei que data est mihi in vobis, vt impleam verbum Dei, mysterium quod absconditum fuit a seculis et generationibus, nunc autē manifestatū est sanctis eius, quibus voluit deus notas facere diuitias glorie, sacramenti huius in gentibus, quod est Christ⁹, in vobis spes glorie, quem nos annūtiamus, corripientes omnem hominem, et docētes omnem hominē in omni sapiētia, vt exhibeamus omnē hominem perfectum in Christo Iesu. in quo et laboro, certando secundum operationem eius quā operatur in me in virtute.

CAPVT. II.

A Volo enim vos scire qualem solicitudinem habeā pro vobis et pro iis qui sunt Laodicee, et quicunq; non viderunt faciem meam in carne: vt cōsolentur corda ipsorum, instructi in charitate, et in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitionē mysterii dei et patris et Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie abscōditi. Hoc aūt dico: vt nemo vos decipiat in sublimi-
1.cor.5 b tate sermonum. Nam etsi corpore absens sum: sed spiritu vobiscum sum, gaudens, et videns ordinē vestrum, & firmamentum eius que in
B Christo est, fidei vestre. Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum, in ipso ambulate, radicati et superedificati in ipso, et cōfirmati in fide sicut et didicistis, abundantes in illo in gratiarū actione. Videte ne quis vos decipiat per philosophiā et inanē fallaciā: secundū traditionem hominū, secundū elementa mundi, et nō secundū Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis: in quo et circuncisi estis circuncisione nō manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione C
Christi, consepulti ei in baptismo. in quo et resurrexistis per fidem operationis dei: qui suscitauit illum a mortuis. Et vos cū mortui essetis in delictis & preputio carnis vestre, conuiuificauit cū illo, donans vobis oīa delicta, delens quod aduersus nos erat, chirographū decreti, quod erat contrariū nobis: & ipsum tulit de medio, affigēs illud cruci: et expolians principat⁹ & potestates traduxit confidēter palā, triūphans illos i semetipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenie, aut sabbatorū, q̃ sūt vmbra futurorū, corp⁹ aūt Christi. Nemo vos seducat volens, in humilitate et religione angelorum, que nō vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis sue, et non tenens caput ex quo totū corpus per nexus et coniunctiones subministratū & cōstructū crescit in augmentū dei. Si ergo mortui estis cū Christo ab elementis huius mundi: quid adhuc tanq̃ viuentes in mundo decernitis, Ne tetigeris, neq; gustaueris, neq; cōtrectaueris: que sunt oīa in interitu ipso vsu, secundū precepta & doctrinas hominū, q̃ sūt rationē quidem habentia sapientie in superstitione et humilitate, et non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.

Ephe.2.a
D

CAPVT. III.

A Igitur si cōsurrexistis cū Christo: q̃ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. que sursum sunt sapite: non que super terram. Mortui enim estis: et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. Cum autem

Christus

Christus apparuerit, vita vestra: tunc et vos apparebitis cũ ipso in
Ephe.5.a gloria. Mortificate ergo membra vestra que sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, cõcupiscentiã malam, et auaritiam que est simulachrorũ serui-
B tus. propter que, venit ira dei super filios incredulitatis. in quib⁹ ambulastis aliquando, cum viueretis
Rom.6 a in illis. Nunc aũt deponite et vos
Ephe.4 e omnia: iram, indignationẽ, mali-
Heb.12.a tiam, blasphemiã, turpem sermonẽ
1.pet.2.a de ore vestro. Nolite mẽtiri inuicẽ:
&.4.a expoliantes vos veterẽ hominẽ cũ actibus suis, et induentes nouum eum qui renouatur i agnitionem: secundum imaginem eius qui creauit illum. vbi non est gentilis et Judeus, circuncisio et preputium, Barbarus et Scytha, seruus et liber: sed omnia et in omnibus Chri-
Ephe.6 b stus. Induite vos ergo sicut electi dei, sancti, et dilecti viscera misericordie, benignitatem, humilitatẽ, modestiam, patientiam. supportã-
Ephe.4 g tes inuicẽ: et donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam. sicut et dominus do-
C nauit vobis: ita et vos. Super omnia aũt hec, charitatẽ habete, quod est vinculum perfectionis, et pax Christi exultet in cordibus vestris, in quam et vocati estis in vno corpore: et grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapiẽtia: docẽtes et commonẽtes vosmetipsos, in psalmis, hymnis et canticis spiritualib⁹, in gratia cantantes in cordibus vestris
1.co.10 g deo. Omne quodcũq; facitis i verbo aut in opere: omnia in nomine
Ephe.5.e domini nostri Jesu Christi, grati-
1.pet.3.a as agentes deo et patri per ipsum. Mulieres, subdite estote viris, sicut oportet, i dño. Viri, diligite v-
D xores vestras: et nolite amari esse
Ephe.6 a ad illas. Filii, obedite parentib⁹ p omnia. hoc enim placitũ est in domino. Patres, nolite ad indignationem prouocare filios vestros: vt non pusillo animo fiant. Serui, obedite per omnia dominis carnalibus: non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes deũ. Quodcunq; facitis, ex animo operamini sicut domino et non hominibus: sciẽtes q a domino accipietis retributionẽ hereditatis. Domino Christo seruite. qui enim iniuriam facit: recipiet id quod inique gessit, et non est personarũ acceptio apud deum. Ephe.6 a Tit.2.c 1.pet.2.c Sapi.6.b Rom.2 b

CAPVT. IIII.

Domini quod iustum est et equum, seruis prestate: scientes q et vos dominũ habetis i celo. Orationi instate: vigilantes in ea in gratiarum actione. orantes simul et pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendũ mysterium Christi (propter quod etiam vinctus sum) vt manifestem illud ita vt oportet me loqui. In sapiẽtia ambulate ad eos qui foris sunt: tempus redimẽtes. Sermo vester semper i gratia sale sit condit⁹: vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; respondere. Que circa me sunt, oĩa vobis nota faciet Tychicus charissim⁹ frater, et fidelis minister, et conseruus in dño. quẽ misi ad vos ad hoc ipsum vt cognoscat que circa vos sunt, et consoletur corda vestra cum Onesimo charissimo et fideli fratre qui ex vobis est: qui oĩa que hic aguntur, nota faciẽt vobis. Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, et Marcus cõsobrinus Barnabe (de quo accepistis mãdata, Si venerit ad vos, suscipite illum) et Jesus q dicitur Justus: qui sunt ex circuncisione. hi soli sunt adiutores mei in regno dei: qui mihi fuerunt solatio. Salutat vos Epaphras qui ex vobis est, seru⁹ Christi Jesu, semp solicitus A Ephe.6 b Ephe.6.c 2.the.3.a Ephe.5 d B C

solicitus pro vobis in orationibꝰ,
vt stetis perfecti ⁊ pleni in omni vo
luntate dei. Testimonium enim il-
li perhibeo quod habet multum la-
borem pro vobis, ⁊ pro iis qui sunt
1.tim.4 c Laodicee, ⁊ qui Hierapoli. Salutat
vos Lucas medicus charissimꝰ, et
Demas. Salutate fratres qui sũt
D Laodicee: ⁊ Nympham, ⁊ q̃ in do-
mo eius est ecclesiam. Et cum lecta
fuerit apud vos epistola hec, facite
vt ⁊ in Laodicensium ecclesia lega-
tur: et ea que Laodicensium est, vt
vobis legatur. Et dicite Archippo,
Vide ministeriũ quod accepisti in
domino, vt illud impleas. Saluta-
tio: mea manu Pauli. Memores
estote vinculorum meorũ. Gratia
domini nostri Jesu Christi vobi-
scum. Amen.

EPISTOLA
PAVLI APOSTOLI AD TESSALONICENSES PRIMA.

A 
AVLVS ET
Siluanus ⁊ Ti
motheus ecclesie
Thessalonicẽsiũ
in deo patre no-
stro et dño Jesu
Christo, gratia
vobis et pax.
Gratias agimus deo semp̃ pro om
nibus vobis: memoriam vestri fa-
cientes in orationibus nostris sine
B intermissione, memores operis fi-
dei vestre ⁊ laboris, ⁊ charitatis, ⁊
sustinentie spei domini nostri Jesu
Christi ante deũ et patrẽ nostrum.
Scientes fratres dilecti, a deo ele-
ctionẽ vestram: quia euangeliũ no-
strum non fuit ad vos in sermone
tantum, sed ⁊ in virtute, ⁊ in spiri-
tu sancto, et in plenitudine multa:
sicut scitis quales fuerimus in vo-
bis propt̃ vos. Et vos imitatores C
nostri facti estis, et domini, excipi-
entes verbũ in tribulatione multa
cum gaudio spiritus sancti, ita vt
facti sitis forma omnibꝰ credentibꝰ
in Macedonia et in Achaia. A vo-
bis enim diffamatus est sermo do-
mini: nõ solum in Macedonia ⁊ in
Achaia, sed ⁊ in omni loco fides ve-
stra que est ad deũ, profecta est, ita
vt non sit nobis necesse quicquã lo
qui. Ipsi enim de nobis annunciãt, D
qualẽ introitũ habuerimꝰ ad vos:
et quomodo conuersi estis ad deũ a
simulachris seruire deo viuo ⁊ ve-
ro, et expectare filium eius de celis
(quẽ suscitauit ex mortuis) Iesum,
qui eripuit nos ab ira ventura.

CAPVT. II.

NAm ⁊ ipsi scitis fratres itro- A
itũ nostrũ ad vos q̃a nõ ina
nis fuit: sed ante passi mul-
ta et cõtumeliis affecti (sicut scitis)
in Philippis, fiduciam habuimus
in deo nostro loq̃ ad vos euangeliũ
dei in multa solicitudine. Exhor-
tatio enĩ nostra non de errore, neq̃
de immunditia, neq̃ in dolo: sed
sicut probati sumus a deo vt cre-
deretur nobis euangelium, ita lo-
quimur. non quasi hominibꝰ pla-
cẽtes, sed deo qui probat corda no-
stra. Neq̃ enim aliquando fuimus
in sermone adulatiõis, sicut scitis:
neq̃ in occasione auaritie, deus te-
stis est: neq̃ querentes ab homini-
bus gloriam, neq̃ a vobis, neq̃ ab
aliis. Cum possemus vobis oneri
esse, vt Christi apostoli: sed facti su- B
mus paruuli in medio vestri, tanq̃
si nutrix foueat filios suos: Jta de- Act.
siderantes vos cupide, volebamus
tradere vobis nõ solum euangeliũ
dei, sed etiã animas nostras: quo-
niã charissimi nobis facti estis. Me-
mores enĩ estis fratres laboris no-
stri et fatigationis. nocte ⁊ die ope- Act.20.g
rantes, ne quem vestrum grauare- 1.cor 4 c
mus: predicauimus in vobis euã- 2.thes.3.b
gelium

geliũ dei. Uos testes estis et deus,
quã sãcte ꝛ iuste et sine querela vo-
bis q̃ credidistis, affuim⁹: sicut sci-
tis qualiť vnumquẽq; vestrũ (sicut
pater filios suos) deprecantes vos
ꝛ cõsolãtes, testificati sum⁹ vt am-
C bularetis digne deo, q̃ vocauit vos
in suũ regnũ et gloriã. Ideo et nos
gratias agim⁹ deo sine itermissio-
ne: quoniã cũ accepissetis a nobis
verbum auditus dei, accepistis il-
lud nõ vt verbũ hominũ, sed (sicut
est vere) verbũ dei, qui operatur in
vobis qui credidistis. vos eni imi-
tatores facti estis fratres, ecclesia-
rũ dei que sunt i Judea, in Christo
Jesu: quia eadẽ passi estis et vos a
contribulib⁹ vestris, sicut et ipsi a
Judeis, qui et dominũ occiderunt
Jesum, et prophetas, et nos perse-
cuti sunt, et deo nõ placẽt: et omni-
bus hominib⁹ aduarsantur. prohi-
bẽtes nos gentibus loqui, vt salui
D fiant, vt impleãt peccata sua semp.
peruenit eni ira dei super illos vsq;
in finẽ. Nos autẽ fratres desolati
a vobis ad tẽpus hore, aspectu, non
corde: abundantius festinauimus
faciẽ vestram videre cũ multo desi-
derio. quoniã voluimus venire ad
vos, ego quidẽ Paulus, et semel et
iterum: sed impediuit nos satanas.
Que est eni nostra spes aut gaudi-
um, aut corona glorie? Nonne vos
ante dominum nostrũ Iesum Chri-
stũ estis in aduentu eius? vos enim
estis gloria nostra et gaudium.

CAPVT. III.

A PRopter quod nõ sustinentes
ampli⁹, placuit nobis rema-
nere Athenis, solis. et misim⁹
Act. 16, a Timotheum fratrẽ nostrum ꝛ mi-
nistrũ dei in euangelio Christi, ad
confirmãdos vos et exhortandos
pro fide vestra: vt nemo moueatur
in tribulationibus istis. ipsi enim
scitis quod in hoc positi sum⁹. Nã
et cum apud vos essemus, predice-
bam⁹ vobis passuros nos tribula-
tiones, sicut et factum est, et scitis.
Propterea ꝛ ego ampli⁹ non susti- B
nens, misi ad cognoscendã fidẽ ve-
stram, ne forte tẽtauerit vos is qui
tentat, et inanis fiat labor noster.
Nunc autẽ veniente Timotheo ad
nos a vobis, et annuntiante nobis
fidem et charitatẽ vestram, et quia
memoriã nostri habetis bonã sem-
per, desiderantes nos videre, sicut
et nos quoq; vos: ideo cõsolati su- C
mus, fratres, in vobis in omni ne-
cessitate et tribulatione nostra per
fidem vestram. quoniam nunc vi-
uim⁹, si vos statis in domino. Quã
enim gratiarum actionẽ possumus
deo retribuere pro vobis, i oi gau-
dio quo gaudemus propť vos ante
deum nostrum, nocte ac die abun-
dantius orãtes vt videamus faciẽ
vestram, et compleamus ea que de-
sunt fidei vestre? Ipse autem deus D
et pater noster et dñs Jesus Chri-
stus dirigat viam nostram ad vos.
Uos autem dñs multiplicet, et ab-
undare faciat charitem vestram in
inuicem ꝛ in omnes: quẽadmodum
ꝛ nos in vobis ad confirmãda cor-
da vestra sine querela, in sanctitate
ante deum et patrẽ nostrum, in ad-
uẽtu domini nostri Jesu Christi cũ
omnibus sanctis eius. Amen.

CAPVT. IIII.

DE cetero ergo fratres, roga- A
mus vos et obsecramus in
dño Jesu: vt quemadmodũ
accepistis a nobis quomodo opor-
teat vos ambulare et placere deo,
sic et ambuletis, vt abundetis ma-
gis. Scitis enim que precepta dede-
rim vobis per dñm Jesum. Hec est Ro. 12. a.
enim volũtas dei, sanctificatio ve- Ephe. 5 d
stra: vt abstineatis vos a fornica-
tione. vt sciat vnusquisq; vestrum
vas suum possidere in sanctificati-
one ꝛ honore: nõ in passione deside-
rii, sicut ꝛ gentes que ignorant de-
um. Et ne quis supgrediatur neq; B
circũueniat i negotio fratrẽ suum:

quoniam vindex est dominus de his omnibus, sicut prediximus vobis, et testificati sumus. nõ enim vocauit nos deus in immunditiam: sed in sanctificationẽ. Itaq; q̃ hec spernit, non hominem spernit, sed deũ, qui etiã dedit spiritũ suũ sanctũ in nobis. De charitate autẽ fraternitatis non necesse habemus scribere
C vobis: ipsi enim vos a deo didicistis vt diligatis inuicẽ. Etenim illud facitis in oẽs fratres ĩ vniuersa Macedonia. Rogamus aũt vos fratres vt abundetis magis: et operã detis, vt quieti sitis, et vt vestrum negotiũ agatis, et operemini manib⁹ vestris, sicut precepim⁹ vobis. et vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt: et nulli⁹ aliquid desideretis. Nolumus autem vos ignorare fratres de dormiẽtib⁹: vt non cõtristemini, sicut et ceteri qui
D spem non habent. Si enim credim⁹ q̃ Iesus mortuus est et resurrexit, ita et deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo dñi, quia nos qui viuimus, qui residui sum⁹ in aduentũ dñi, nõ preueniem⁹ eos qui dormierũt. Quoniã ipse dñs in iussu & in voce archãgeli et in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuim⁹, q̃ relinquimur: simul rapiemur cũ illis in nubib⁹ obuiã dño in aera, et sic semper cum domino erimus. Itaq; consolamini inuicem in verbis istis.

Ioan.13d & 15.b. 1.Ioã.2 b & 4.d.

1.co.15d

CAPVT. V.

A De tempoꝛib⁹ aũt et momẽtis fratres, nõ indigetis vt scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis quia dies domini, sicut fur ĩ nocte, ita veniet. Cũ eñi dixerint, pax et securitas: tũc repẽtinus eis superueniet interitus, sicut doloꝛ in vtero habentis, et non effugient. Vos aũt fratres, nõ estis in tenebris: vt vos dies illa tanquã fur comprehendat. oẽs enim vos filii lucis estis, et filii diei: nõ sum⁹ noctis neq; tenebrarum. Igitur nõ B
dormiamus sicut & ceteri: sed vigilemus, et sobrii simus. Qui enim dormiunt: nocte dormiunt. et qui ebrii sunt: nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus, induti loricam fidei & charitatis, et galeam, spem salutis. quoniam nõ posuit nos deus in iram: sed in acquisitionẽ salutis per dñm nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis, vt siue vigilemus, siue dormiam⁹, simul cum illo viuam⁹. Propter quod consolamini inuicẽ: et edificate alterutrum, sicut et facitis. Rogamus autẽ vos fratres, C
vt noueritis eos qui laborãt inter vos, et presunt vobis in domino et monent vos: vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum. pacẽ habete cum eis. Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, cõsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patiẽtes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini inuicem & in omnes. Semper gaudete. Sine intermissione orate. In omnib⁹ gratias agite. hec est enim voluntas dei in Christo Iesu in oĩbus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite spernere. D
Omnia autem probate: quod bonũ est, tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester et anima et corpus sine querela, in aduentu domini nostri Iesu Christi conseruetur. Fidelis est qui vocauit vos: qui etiam faciet. Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per dominum, vt legatur epistola hec omnibus sanctis fratribus. Gratia dñi nostri Iesu Christi vobiscũ. Amen.

2.pet.3.c Apoc.3.a & 16.c

Esa.59.c Ephe.6c

Pro.17c Ro.12.d. 1.pet.3.b

Eccl.18c Luc.18.a Col.4.a

1.cor.1.b

EPISTOLA PAULI AD THESSALONICENSES. SECUNDA.

A PAULUS et Siluanus & Timothe⁹: ecclesie Thessalonicẽsium in Deo patre nostro et Dño Iesu Christo, gratia vobis
et pax a deo patre nostro, et domi-
no Iesu Christo. Gratias agere de-
bem⁹ semp deo pro vobis fratres,
ita vt dignum est, quoniam super-
B crescit fides vestra, & abundat cha-
ritas vniuscuiusq vestrũ i inuicẽ:
ita vt & nosipsi in vobis gloriemur
in ecclesiis dei, p patiẽtia vestra, et
fide in omnibus persecutionib⁹ ve-
stris & tribulationibus, quas susti-
netis in exemplum iusti iudicii dei,
vt digni habeamini i regno dei, pro
C quo & patimini. si tamen iustum est
apud deum retribuere tribulationẽ
iis qui vos tribulant: et vobis qui
tribulamini requiẽ nobiscũ i reue-
latione dñi Iesu de celo cũ angelis
virtutis eius in flãma ignis, dãtis
vindictã iis qui nõ nouerũt deũ, et
qui nõ obediũt euãgelio dñi nostri
D Iesu Christi. q penas dabunt in in-
teritu eternas a facie dñi & a gloria
virtutis ei⁹: cũ venerit glorificari
in sãctis suis, & admirabilis fieri in
oĩbus qui crediderũt, quia creditũ
est testimoniũ nostrũ super vos in
die illo. In quo etiam oram⁹ semp
pro vobis, vt dignetur vos voca-
tiõe sua de⁹ noster, et impleat oẽm
voluntatẽ bonitatis sue, & opus fi-
dei in virtute, vt clarificetur nomẽ
dñi nostri Iesu Christi in vobis, et
vos in illo, secundum gratiam dei
nostri, et domini Iesu Christi.

CAPUT. II.

Rogamus autẽ vos fratres A
per aduẽtum dñi nostri Ie-
su Christi, et nostre congre-
gationis in ipsum: vt non cito mo-
ueamini a vestro sensu, neq terre-
amini, neq per spiritum, neq per
sermonem, neq per epistolam tan-
quam per nos missam, quasi instet
dies domini. Ne quis vos seducat Ephe. 5 b
vllo modo. quoniã nisi venerit di-
scessio primum, et reuelatus fuerit B
homo peccati, fili⁹ perditionis, qui
aduersatur et extollit supra omne
quod dicitur deus, aut quod colit,
ita vt in tẽplo dei sedeat ostendens
se tanquam sit deus. Num retine-
tis q cũ adhuc essem apud vos, hec
dicebam vobis? Et nũc quid deti-
neat scitis: vt reueletur in suo tẽ-
pore. Nam mysterium iam operat
iniquitatis: tantũ vt qui tenet nũc
teneat, donec de medio fiat. Et tũc C
reuelabitur ille iniquus: quẽ domi- Esa. 11. a.
nus Iesus interficiet spiritu oris sui,
et destruet illustratiõe aduent⁹ sui
eum, cuius est aduẽtus secundum
operationẽ satane, in omni virtu-
te, et signis, et prodigiis mendaci-
bus, et i omni seductione iniquita-
tis iis qui pereũt, eo q charitatem
veritatis non receperunt, vt salui
fierent. Ideo mittet illis deus ope-
rationem erroris, vt credant men-
dacio: vt iudicent oẽs qui non cre-
diderunt veritati, sed consenserũt
iniquitati. Nos aũt debemus gra- D
tias agere deo semp pro vobis fra-
tres dilecti a deo, q elegerit nos de-
us primitias in salutem, in sancti-
ficatione spiritus, et in fide verita-
tis. Ad quod et vocauit vos p euã-
gelium nostrũ, in acquisitionẽ glo-
rie domini nostri Iesu Christi. Ita-
que fratres state: et tenete traditio
nes quas didicistis, siue per sermo-
nem, siue per epistolam nostram.
Ipse autem dominus noster Ie-
sus Christus et deus & pater noster

qui dilexit nos, et dedit consolationem eternam, et spem bonam in gratia: exhortetur corda vestra, et confirmet in omni opere et sermone bono.

CAPVT. III.

A Ephe.6.c Colo.4.a De cetero fratres, orate pro nobis, vt sermo Dei currat et clarificetur, sicut et apud vos: et vt liberemur ab importunis et malis hominibus. nõ enim omnium est fides. Fidelis autẽ dominus est, qui confirmabit vos et custodiet a malo. Confidimus aũt de vobis fratres in dño, quod quecunque precipimus, et facitis et facietis. Domin⁹ aũt dirigat corda vestra in charitate dei et patientia Christi.
B Denuntiamus autẽ vobis fratres in nomine domini nostri Jesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, et nõ secundũ traditionẽ quã acceperunt a nobis. Jpsi eni scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniã non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore et in fatigatione nocte et die operantes, ne quem vestrũ grauaremus. Non quasi nõ habuerimus potestatem: sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandũ nos. Nã
Act.20.g 1.cor.4 c 1.thes.2 b
C et cũ essemus apud vos, hoc denũtiabamus vobis, Quoniã si quis non vult operari, nec mãducet. Audiuimus eni inter vos quosdã ambulantes inquiete, nihil operãtes, sed curiose agẽtes. Jis aũt qui eiusmodi sunt denũtiamus et obsecramus in domino Jesu, vt cum silentio operantes, suum panẽ manducent.
Gala.6.c D Uos aũt fratres, nolite deficere benefacientes. Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate: et ne cõmisceamini cũ illo, vt confundatur: et nolite quasi inimicũ existimare, sed corripite vt fratrẽ. Jpse aũt deus pacis det vobis pacem sempiternã in omni loco. Dominus sit cũ omnib⁹ vobis. Salutatio, mea manu Pauli: quod est signum in oĩ epistola, ita scribo. Gratia domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD TIMOTHEVM PRIMA.



A PAVLVS apostol⁹ Jesu Christi, secundũ imperium Dei saluatoris nostri, et
Act.16.a Christi Iesu spei nostre: Timotheo dilecto filio in fide, gratia et misericordia, et pax a deo patre et Christo Jesu domino nostro. Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi cũ irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdã ne aliter docerent, neque intenderẽt fabulis et genealogiis interminatis: que questiones prestant magis quam edificationem dei, que est in fide. Finis aũt precepti, est charitas de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta. A quibus quidã aberrantes, conuersi sunt in vaniloquiũ, volentes esse legis doctores, B
non intelligentes, neque que loquũtur neque de quibus affirmãt. Scimus autẽ quia bona est lex, si quis Rom.7 c
ea legitime vtatur: sciẽs hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis et non subditis, impiis et peccatorib⁹, sceleratis et cõtaminatis, patricidis, et matricidis, homicidis, fornicariis, masculorũ cõcubitoribus, plagiariis, mendacib⁹, et periuris, et si quid aliud sane doctrine aduersatur, que est secundũ euangelium glorie beati dei, quod creditum est mihi. Gratias ago ei qui me cõfortauit in Christo Jesu domino

nostro

nostro, quia fidelē me existimauit,
C ponens in ministerio, q̄ prius bla-
sphemus fui, et persecutor, et con-
tumeliosus. sed misericordiam dei
consecutus sum, quia ignorās feci
in incredulitate. Superabundauit
autē gratia domini nostri cum fide
et dilectione, que est in Christo Je-
su. Fidelis sermo, et omni accepti-
one dignus: q̄ Christus Jesus ve-
nit in hunc mundū peccatores sal-
uos facere, quorū primus ego sum.
D Sed ideo misericordiā consecutus
Matt.9 b sum: vt in me primo ostēderet Chri-
Marc.2.c stus Jesus omnem patientiam, ad
informationem eorū qui credituri
sunt illi in vitam eternā. Regi aūt
seculorū immortali, inuisibili, soli
deo honor et gloria in secula secu-
lorum. Amē. Hoc preceptum com-
mendo tibi fili Timothee: secun-
dum precedentes in te prophetias,
vt milites in illis bonā militiam,
habens fidē, et bonā conscientiam,
quam quidā repellentes, circa fidē
naufragauerūt. ex quibus est Hy-
meneus et Alexander: quos tradidi
satane, vt discāt nō blasphemare.

CAPVT. II.

A Obsecro igitur primum om-
niū fieri obsecrationes, ora
tiones, postulationes, gra-
tiarū actiones pro omnibus homi-
nibꝰ, pro regibus, et omnibꝰ qui in
sublimitate cōstituti sunt: vt quie-
tam et trāquillam vitā agamus in
omni pietate et castitate. hoc enim
bonum est et acceptum corā salua-
tore nostro deo: qui oēs homines
B vult saluos fieri, et ad agnitionem
veritatis venire. Unus enim deus,
vnus et mediator dei et hominum,
homo Christꝰ Jesus: qui dedit re-
demptionem semetipsum pro om-
nibus: cuius testimoniū tempori-
bus suis confirmatū est: in quo po-
2.tim.1 a situs sum ego predicator et aposto-
lus (veritatē dico non mentior) do-
ctor gentiū in fide et veritate. Uo-
lo ergo viros orare in oī loco: leuā
tes puras manus, sine ira et disce- C
ptatione. Similiter et mulieres in
habitu ornato: cum verecundia et 1.pet.3.a
sobrietate ornātes se, non in tortis
crinibꝰ, aut auro, aut margaritis,
vel veste pretiosa: sed quod decet
mulieres promittentes pietatē per
opera bona. Mulier in silentio di-
scat, cū oī subiectione. Docere aūt,
mulieri nō permitto, neq; domina- 1.co.14.f
ri in virū, sed esse ī silētio. Adā eni
primus formatus est: deinde Eua. Gen.1.d
et Adam nō est seductꝰ, mulier aūt Gen.3.b
seducta ī preuaricatione fuit. Sal-
uabitur aūt per filiorū generatio-
nem: si permāserit in fide et dilectio-
ne et sanctificatione cū sobrietate.

CAPVT. III.

FIdelis sermo. Si quis episco- A
patum desiderat: bonū opus
desiderat. Oportet eni episco-
pum irreprehensibilem esse, vnius
vxoris virum, sobrium, prudentē,
ornatum, pudicū, hospitalem, do-
ctorem, non vinolentum, non per-
cussorem: sed modestū, non litigio-
sum, non cupidum, sed sue domui
bene prepositū, filios habentē sub-
ditos cum omni castitate. Si quis
autē domui sue preesse nescit: quo- B
modo ecclesie dei diligentiā habe-
bit? Non neophytum: ne in super-
biam elatus in iudiciū incidat dia-
boli. Oportet aūt illum et testimo-
nium habere bonū ab iis qui foris
sunt: vt non in opprobrium incidat
et in laqueū diaboli. Diaconos si-
militer pudicos, non bilingues, nō
multo vino deditos, non turpe lu-
crū sectātes: habentes mysteriū fi-
dei ī cōscientia pura. Et hi aūt pro-
bentur primū: et sic ministrēt, nul-
lum crimen habētes. Mulieres si- C
militer pudicas, non detrahentes,
sobrias, fideles in oibus. Diaconi
sint vnius vxoris viri: q̄ filiis suis
bene presint, et suis domibus. Qui
enim bene ministrauerint: gradum
bonum

bonum sibi acquirent, et multā fi-
duciā in fide que est in Christo Je-
su. Hec tibi scribo fili Timothee:
sperās me ad te venire cito. Si aūt
D tardauero: vt scias quomodo o-
porteat te in domo dei cōuersari, q̄
est ecclesia dei viui, columna et fir-
mamentum veritatis. Et manife-
ste magnū est pietatis sacramentū
qđ manifestatū est in carne, iustifi-
catū est in spiritu, apparuit ange-
lis, predicatū est gentibus, creditū
est in mūdo, assumptū est in gloria.

CAPVT. IIII.

A Spiritus autē manifeste dicit
2.tim.3 a quia in nouissimis temporib⁹
2.pet.3.a discedent quidam a fide, attē-
Iudæ.1.f dentes spiritibus erroris, et doctri-
nis demoniorum, in hypocrisi lo-
quentium mendacium, & cauteria-
tam habentium suam conscientiā,
prohibentium nubere, abstinere a
cibis quos deus creauit ad percipi-
endum cum gratiarū actione fide-
libus et iis qui cognouerunt veri-
tatem. Qđ omnis creatura dei bo-
B na est, & nihil reiiciendū quod cum
gratiarum actione percipitur. san-
ctificatur enim per verbum Dei et
orationem. Hec proponens fratri-
bus, bonus eris minister Christi
Jesu, enutritus verbis fidei et bo-
ne doctrine quam assecutus es. In-
2.tim.3 d eptas autem et aniles fabulas de-
Tit.3.c uita: exerce autem teipsum ad pie-
tatem. Nā corporalis exercitatio,
C ad modicum vtilis est. pietas aūt,
ad omnia vtilis est: promissionem
habens vite que nūc est, et future.
Fidelis sermo, et omni acceptione
dignus. In hoc enim laboramus &
maledicimur, q̄a speramus in deū
viuū q̄ est saluator oīum hominū,
maxime fideliū. Precipe hec & doce.
Nemo adolescentiam tuam contē-
nat, sed exemplum esto fidelium in
verbo, in conuersatione, in chari-
D tate, in fide, in castitate. Dum ve-
nio, attende lectioni, exhortationi,
doctrine. Noli negligere gratiā que
in te est: que data est tibi p̄ prophe-
tiam, cū impositione manuū pres-
byterii. Hec meditare, in his esto:
vt profect⁹ tuus manifest⁹ sit om-
nibus. Attende enim tibi et doctri-
ne: insta in illis. Hoc enim faciens,
et teipsum saluū facies, et eos qui
te audiunt.

CAPVT. V.

Seniorem ne increpaueris: sed A
obsecra vt patrē. iuuenes: vt
fratres. anus: vt matres. iuuē-
culas: vt sorores in omni castitate.
Viduas honora: q̄ vere vidue sūt.
Si qua autē vidua filios, aut ne-
potes habet: discāt primum domū
suam regere, et mutuā vicem red-
dere parentibus. hoc enim acceptū
est coram deo. Que autem vere vi-
dua est et desolata: sperat in Deo,
et instet obsecrationibus & oratio-
nibus nocte et die. Nam que in de-
liciis est: viuēs mortua est. Et hoc
precipe: vt irreprehensibiles sint.
Si quis autem suorum et maxime
domesticorū curā non habet: fidem
negauit, et est infideli deterior. Vi-
dua deligatur nō minus sexaginta B
annorū, que fuerit vni⁹ viri vxor,
in operibus bonis testimoniū ha-
bens, si filios educauit, si hospitio
recipit, si sanctorum pedes lauit, si
tribulationē patiētibus submini-
strauit, si omne opus bonū subse-
cuta est. Adolescentiores autem vi-
duas deuita. Cum enim luxuriate
fuerint in Christo, nubere volunt:
habentes damnationem, quia pri-
mam fidem irritam fecerūt. simul
aūt et otiose discunt circumire do-
mos: nō solū otiose, sed et verbose,
et curiose, loquentes que nō opor-
tet. Volo ergo iuniores nubere, fi-
lios procreare, matresfamilias C
esse: nullā occasionē dare aduersa-
rio maledicti gratia. Jam eni que-
dam conuerse sunt retro post sata-
nam. Si quis fidelis habet viduas,
submini-

subministret illis, vt nõ grauetur
ecclesia: vt iis que vere vidue sunt
sufficiat. Qui bene presunt presby-
teri, duplici honore digni habeant:
maxime qui laborãt in verbo & do-
ctrina. Dicit enim scriptura, Non
Deu.25.a alligabis os boui trituranti. Et,
1.cor.9.a Dignus est operariꝰ mercede sua.
Mat.10 b Aduersus presbyterum accusatio-
Luc.10 b nem noli recipere: nisi sub duobus
D aut tribus testibus. Peccãtes, co-
ram omnibus argue: vt & ceteri ti-
morem habeant. Testor corã deo
et Christo Iesu et electis angelis,
vt hec custodias sine p̃iudicio, ni-
hil faciens in alterã partem decli-
nando. Manus cito nemini impo-
sueris, neq̃ cõmunicaueris pecca-
tis alienis. Teipsum castum custo-
di. Noli adhuc aquam bibere, sed
modico vino vtere propter stoma-
chum tuum, & frequentes tuas in-
firmitates. Quorũdam hominum
peccata manifesta sunt, precedẽtia
ad iudicium: quosdam autẽ et sub-
sequuntur. Similiter & facta bona
manifesta sunt: et que aliter se ha-
bent, abscondi non possunt.

CAPVT. VI.

A QVicũq; sũt sub iugo serui,
dominos suos omni hono-
re dignos arbitrentur: ne
nomen domini et doctrina
blasphemetur. Qui autem fideles
habent dominos, non cõtemnant,
q̃a fratres sunt, sed magis seruiãt,
quia fideles sunt et dilecti, qui be-
neficii participes sunt. Hec doce et
exhortare. Si quis aliter docet, et
non acquiescit sanis sermonibꝰ do-
mini nostri Iesu Christi, et ei que
secundũ pietatem est, doctrine: su-
perbꝰ est, nihil sciens, sed languẽs
circa questiones et pugnas verbo-
rum, ex quibꝰ oriuntur inuidie, cõ-
B tentiones, blasphemie, suspiciones
male, cõflictationes hominũ men-
te corruptorum & qui veritate pri-
uati sunt, existimantium questum
esse pietatem. Est aũt questus ma-
gnus: pietas cũ sufficientia. Nihil Iob.1.d
enim intulimus in hunc mundum: Eccl.5.c
haud dubiũ, quia nec auferre quid
possumus. Habentes autẽ alimen-
ta & quibus tegamur: his contenti
simus. Nam qui volũt diuites fi-
eri: incidunt in tentationẽ et in la-
queum diaboli, et desideria multa
inutilia, et nociua, que mergũt ho-
mines in interitum & perditionem. C
Radix enim omnium malorum est
cupiditas. quã quidam appetentes
errauerunt a fide, & inseruerunt se
doloribus multis. Tu autem o ho-
mo dei, hec fuge: sectare vero iusti-
tiam, pietatem, fidem, charitatem,
patientiam, mansuetudinem. Cer-
ta bonum certamen fidei: apprehẽ-
de vitam eternam, in quam voca-
tus es et confessus bonam confes-
sionem corã multis testibus. Pre-
cipio tibi coram Deo qui viuificat
omnia, & Christo Iesu qui testimo-
nium reddidit sub Pontio Pilato
bonã confessionem, vt serues mã-
datũ sine macula, irreprehensibile
vsque in aduentum domini nostri
Iesu Christi. quem suis temporibꝰ
ostendet beatus et solus potẽs, rex Apo.17.
regum et dominus dominantium: d.&.19.c
qui solus habet immortalitatem, &
lucem inhabitat inaccessibilẽ, quẽ Ioan.1.b
nullus hominum vidit, sed nec vi- 1.Ioã.1.c
dere potest. cui honor et imperium D
sempiternũ. Amen. Diuitibus hu-
ius seculi precipe nõ sublime sape-
re, neq̃ sperare in incerto diuitia- Luc.12.b
rum, sed in deo viuo (q̃ prestat no- Ioan.1.b
bis omnia abunde ad fruendum)
bene agere, diuites fieri ĩ bonis o-
peribus, facile tribuere, cõmunica-
re, thesaurizare sibi fundamentum
bonum in futurũ, vt apprehendãt
veram vitam. O Timothee, depo-
situm custodi: deuitãs prophanas
vocum nouitates, et oppositiones
falsi nominis scientie, quam quidã
promittentes, circa fidẽ exciderũt.
Gratia tecum. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD TIMOTHEVM SECVNDA.

A 
AVLVS apostol⁹ Jesu Christi per volũtatẽ dei, secundũ promissionẽ vite q̃ est in Christo Iesu: Timotheo charissimo filio, gratia et misericordia, et pax a deo patre nostro: et Christo Jesu domino nostro. Gratias ago deo meo, cui seruio a progenitoribus meis in cõscientia pura, q̄ sine intermissione habeã tui
B memoriam in orationib⁹ meis, nocte ac die desiderans te videre, memor lachrymarum tuarũ, vt gaudio implear recordationem accipiens eius fidei que est in te nõ ficta: que et habitauit primũ in auia tua Loide, et matre tua Eunice, certus sum autem q̄ et in te. Propter quã causam admoneo te, vt resuscites gratiam dei, que est in te per impo-
Rom. 8 c sitionem manuum mearum. Nõ enim dedit nobis deus spiritum timoris: sed virtutis, & dilectionis, et sobrietatis. Noli itaq; erubescere
C testimoniũ dñi nostri, neq; me vinctum ei⁹: sed collabora euãgelio se-
Tit. 3. b. cundum virtutem dei: qui nos liberauit et vocauit vocatione sancta: non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum et gratiam que data est nobis in Christo Jesu ante tempora secularia. Manifestata est autẽ nũc per illuminationẽ saluatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidem mortem,
1. tim. 2 b illuminauit autem vitam et incorruptionem per euãgelium: in quo positus sum ego predicator et apostolus et magister gẽtium. Ob quã causam etiam hec patior: sed non confundor. Scio enim cui credidi: & certus sum quia potens est depositum meum seruare ĩ illum diem. Formam habe sanorum verborũ, que a me audisti in fide & in dilecti-
one in Christo Jesu. Bonum depo- D
situm custodi per spiritum sanctũ, qui habitat in nobis. Scis eni hoc, q̄ auersi sunt a me oẽs qui in Asia sunt: ex quib⁹ est Phygell⁹ et Hermogenes. Det misericordiam domin⁹ Onesiphori domui: quia sepe me refrigerauit, et catenam meam non erubuit, sed cum Romam venisset: solicite me quesiuit, et inuenit. Det illi dominus inuenire misericordiã a deo in illa die. Et quãta Ephesi ministrauit mihi: tu melius nosti.

CAPVT. II.

TU ergo fili mi, confortare in A
gratia que est ĩ Christo Jesu: & que audisti a me p̄ multos testes, hec commẽda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Jesu. Nemo militans deo, implicat se negotiis secularibus: vt ei placeat cui se probauit. Nam et qui certat in agone: nõ coronabitur, nisi legitime certauerit. Laborantẽ agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intellige que dico. dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Me- B
mor esto, dñm Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid, secundum euangelium meum, in quo laboro vsq; ad vincula, quasi male operãs: sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: vt et ipsi salutẽ cõsequãtur, que est in Christo Jesu, cũ gloria celesti. Fidelis sermo. Nã si cõmortui sumus: et cõuiuemus. si sustinebimus, et cõregnabimus. si ne-

Mat.10 d si negauerimus: & ille negabit nos.
Marc.8.c si non credimus: ille fidelis perma-
Rom.3.a net, negare seipsum non potest. Hec
C commone: testificans coram domi-
no. Noli contendere verbis. ad ni-
hil enim vtile est: nisi ad subuersio-
nem audiētium. Solicite aūt cura,
teipsum probabilē exhibere deo, o-
perariū incōfusibilem, recte tractā-
tem verbum veritatis. Prophana
autē et vaniloquia deuita. multum
enim proficient ad impietatem: et
sermo eorū vt cancer serpit. ex qui-
bus est Hymeneꝰ et Philetus: qui
a veritate exciderunt, dicentes re-
surrectionē esse iam factam, et sub-
uerterunt quorundam fidem. Sed
firmum fundamentum dei stat, ha-
bens signaculū hoc, Cognouit dn̄s
qui sunt sui. &, Discedat ab iniq̄ta-
te omnis qui inuocat nomē dn̄i. In
magna aūt domo, non solum sunt
vasa aurea et argētea, sed & lignea
et fictilia: et quedam quidem in ho-
norem, quedam autem in cōtume-
D liam. Si quis ergo emundauerit se
ab istis: erit vas in honorē sanctifi-
catum et vtile domino, ad omne o-
pus bonū paratum. Iuuenilia aūt
desideria fuge: sectare vero iustiti-
am, fidem, spem, et charitatem, et
pacem cum iis qui inuocant domi-
num de corde puro. Stultas autem
1.tim.1.c & sine disciplina questiones deuita:
Tit.3.c sciens quia generant lites. Seruū
autem domini non oportet litigare:
sed mansuetum esse ad omnes, do-
cibilem, patientem, cum modestia
corripientem eos qui resistunt ve-
ritati: nequando deus det illis pe-
nitentiam ad cognoscendam veri-
tatē, et resipiscant a diaboli laque-
is, a quo captiui tenētur ad ipsius
voluntatem.

CAPVT. III.

A Hoc autem scito, quia in no-
1.tim.4.a uissimis diebus instabūt tē-
2.pet.3.a pora periculosa: & erunt ho-
Iudæ.1.f mines seipsos amātes, cupidi, ela-
ti, superbi, blasphemi, parentibꝰ nō
obedientes, ingrati, scelesti, sine af-
fectiōe, sine pace, criminatores, in-
continētes, immites, sine benigni-
tate, proditores, proterui, tumidi, &
voluptatū amatores magis q̄ dei:
habētes speciē quidē pietatis, vir-
tutē aūt eiꝰ abnegātes. Et hos de- B
uita. ex his eni sunt q̄ penetrāt do-
mos: & captiuas ducūt mulierculas
oneratas peccatis, que ducunt va-
riis desideriis: semper discentes, et
nunquā ad sciētiam veritatis pue-
niētes. Quēadmodū aūt Iannes & Exo.7.b
Mābres restiterūt Moysi: ita et hi
resistūt veritati, homines corrupti
mente, reprobi circa fidē. sed vltra C
non proficiēt. insipiētia eni eorum
manifesta erit omnibus: sicut & il-
lorū fuit. Tu aūt assecutus es meā
doctrinā, institutionē, propositum,
fidē, longanimitatē, dilectionē, pa-
tientiā, psecutiones, passiōes: qua-
lia mihi facta sunt Antiochie, Ico-
nii, Lystris: quales psecutiones su-
stinui. & ex omnibꝰ eripuit me dn̄s.
Et oēs q̄ pie volūt viuere in Chri-
sto Iesu; persecutionem patiētur.
Mali autem homines & seductores D
proficient in peius: errātes, & in er-
rorem mittētes. Tu vero permane
in iis q̄ didicisti, & credita sunt tibi:
sciēs a quo didiceris, & q ab infan-
tia sacras literas nosti, que te pos-
sunt instruere ad salutē, per fidem
que est i Christo Iesu. Omnis scri- 2.pet.1.d
ptura diuinitꝰ inspirata, vtilis est
ad docēdum, ad arguendū, ad cor-
ripiendum, ad erudiēdum in iusti-
tia: vt perfectus sit homo dei ad oē
opus bonum instructus.

CAPVT. IIII.

Testificor coram deo et Iesu A
Christo qui iudicaturus est
viuos et mortuos per aduē-
tum ipsius, & regnum eius: predica
verbum. insta opportune, importu-
ne: argue, obsecra, increpa in omni
patientia et doctrina. Erit enim tē-

pus cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coacervabūt sibi magistros, prurien-
B tes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas aūt cōvertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac evangeliste, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor: et tēpus resolutionis mee instat. Bonum certamen certavi, cursum cōsummavi, fidē servavi. In reliquo, reposita ē mihi corona iustitie, quā reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex: non solum autem mihi, sed et iis qui diligunt adventum e-
C ius. Festina ad me venire cito. Demas enim me reliquit, diligēs hoc seculū, et abiit Thessalonicā: Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiā. Lucas est mecū solus. Marcum assume, et adduc tecū. est enim mihi utilis i ministerio. Tychicum aūt misi Ephesum. Penulā quam reliqui Troade apud Carpum: veniens affer tecum, et libros, maxime aūt membranas. Alexāder erarius multa mala mihi ostēdit. reddat illi dn̄s secundum opera eius: quē et tu devita. valde enim restitit verbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed oēs me dereli-
D querunt: non illis imputetur. Dn̄s aūt mihi astitit, et confortavit me, ut per me predicatio impleatur, et audiant omnes gentes, et liberatus sum de ore leonis. Liberavit me dominus ab omni opere malo: et salvum faciet i regnum suum celeste. cui gloria in secula seculorū. Amen.
Sup. 1.d. Saluta Priscillam et Aquilam: et Onesiphori domum. Erastus remāsit Corinthi. Trophimum autē reliqui infirmū Mileti. Festina ante hyemem venire. Salutant te Eubulus et Prudēs, et Linus, et Claudia, et fratres omnes. Dominus Jesus Christus cū spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD TITVM.



AVLVS A servus dei, apostolus aūt Jesu Christi secundum fidem electorū dei et agnitionem veritatis: que secūdum pietatem est in spem vite eterne, quam promisit qui nō mentitur deus ante tempora secularia, manifestavit autē tēporibus suis verbum suum in predicatione que credita est mihi secūdum preceptū salvatoris nostri dei: Tito dilecto filio secundū cōmunem fidē, gratia et pax a deo patre et Christo Jesu salvatore nostro. Huius rei gratia re- B
liqui te Crete, ut ea que desūt corrigas, et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi, Si quis sine crimine est, unius 1. tim. 3. a
uxoris vir, filios habēs fideles, nō in accusatione luxurie, aut nō subditos. Oportet enim episcopū sine crimine esse, sicut dei dispensatorē: non superbum, non iracundū, non vinolentū, nō percussorē, nō turpis lucri cupidum: sed hospitalē, benignū, prudentē, sobriū, iustum, sanctum, continentē, amplectentē eum C
qui secundū doctrinā est, fidelē sermonē, ut potēs sit exhortari doctrina sana, et eos qui contradicūt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui et seductores, maxime qui de circuncisione sunt: quos oportet redargui. qui universas domos subvertunt, docentes q̄ nō oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta, Cretēses semper mendaces, male bestie, ventres pigri. Te- Epimenides.
stimo-

D stimonium hoc, verum est. Quã ob
causam increpa illos dure, vt sani
sint in fide, non attendẽtes Judai-
cis fabulis, et mandatis hominum
Ro.14.d auersantium se a veritate. Omnia
munda mundis: coinquinatis aũt
et infidelib⁹ nihil est mundum: sed
inquinate sunt eorũ et mens ⁊ con-
scientia. Confitentur se nosse deũ:
factis autem negant, cum sint abo-
minati et incredibiles, et ad omne
opus bonum reprobi.

CAPVT. II.

A TU autem loquere que decẽt
sanam doctrinam. Senes, vt
sobrii sint, pudici, pruden-
tes, sani in fide, in dilectione, in pa-
tientia. Anus similiter, in habitu
sancto, non criminatrices, nõ mul-
to vino seruientes: bene docentes,
vt prudentiam doceant. Adolescẽ-
tulas, vt viros suos ament, filios
suos diligãt, prudentes, castas,
B sobrias, domus curam habentes,
benignas, subditas viris suis, vt
nõ blasphemetur verbum dei. Ju-
uenes similiter hortare, vt sobrii
sint. In oĩbus teipsum prebe exẽ-
plum bonorum operum, in doctri-
na, in integritate, ĩ grauitate: ver-
C bum sanum, irreprehensibile. vt is
qui ex aduerso est vereat᷑, nihil ha-
Ephe.6.a bens malum dicere de nobis. Ser-
Colo.3.d uos dominis suis subditos esse, in
1.pet.2.c omnibus placentes, non contradi-
centes: non fraudantes, sed in om-
nibus fidem bonã ostendentes, do-
ctrinam saluatoris nostri dei ornẽt
in omnibus. Apparuit enim gratia
dei saluatoris nostri omnibus ho-
minibus: erudiens nos vt abnegã-
tes impietatem et secularia deside-
ria, sobrie, et iuste, et pie viuamus
D in hoc seculo, expectantes beatam
spem ⁊ aduentum glorie magni dei
et saluatoris nostri Jesu Christi, q̃
dedit semetipsum p̄ nobis, vt nos
redimeret ab oĩ iniquitate, ⁊ mun-
daret sibi populum acceptabilem,
sectatorẽ bonorum operum. Hec
loquere et exhortare: et argue cum
omni imperio. Nemo te contẽnat.

CAPVT. III.

ADmone illos principibus ⁊ A
potestatibus subditos esse,
dicto obedire, ad omne op⁹
bonum paratos esse, neminẽ blas-
phemare, nõ litigiosos esse, sed mo
destos: omnem ostendẽtes mansu-
etudinẽ ad omnes homines. Era-
mus enim aliquando et nos insipi-
entes, increduli, errantes, seruien-
tes desideriis et voluptatibus va-
riis, in malitia et inuidia agentes,
odibiles, odientes inuicem. Cum B
autẽ benignitas et humanitas ap-
paruit saluatoris nostri dei: non ex 2.tim.1.c
operibus iustitie que fecimus nos,
sed secundum suam misericordiam
saluos nos fecit per lauacrũ rege-
nerationis et renouationis spirit⁹
sancti quem effudit in nos abunde
per Jesum Christum saluatorẽ no-
strum: vt iustificati gratia ipsius,
heredes simus secũdum spem, vite
eterne. Fidelis sermo est: Et de his
volo te confirmare: vt curẽt bonis
operibus preesse, qui credunt deo.
Hec sunt bona et vtilia hominib⁹. 1.tim.1.b
Stultas autem questiones, et ge- 2.tim.2.d
nealogias, et contentiones, et pu- C
gnas legis deuita. sunt enim inuti-
les et vane. Hereticum hominem
post vnam et secundam correptio-
nem deuita: sciens quia subuersus
est qui eiusmodi est, et delinquit cũ
sit proprio iudicio condemnatus.
Cũ misero ad te Arteman, aut Ty-
chicum, festina ad me venire Nico-
polim. ibi enim statui hyemare. Ze- D
nam legisperitum et Apollo solici-
te premitte, vt nihil illis desit. Di-
scant autem et nostri bonis operi-
bus preesse ad vsus necessarios: vt
non sint infructuosi. Salutant te,
qui mecũ sunt omnes. Saluta eos
qui nos amant in fide. Gratia dei
cum omnibus vobis. Amen.

EPISTOLA
PAVLI AD PHILEMONEM.



A AVLVS vinctus Christi Jesu et Timotheus
frater: Philemoni dilecto, et
adiutori nostro,
et Apphie sorori
charissime, & Ar
chippo cõmilitoni nostro, & ecclesie
que in domo tua est, gratia vobis &
pax a deo patre nostro, et dño Je
su Christo. Gratias ago deo meo,
semper memoriã tui faciẽs in ora
tionibus meis, audiens charitatẽ
tuam et fidem quam habes in dño
Jesu, et in oẽs sanctos: vt cõmuni
catio fidei tue euidens fiat in agni
tione omnis operis boni i vobis in
B Christo Jesu. Gaudiũ eni magnũ
habui et consolationẽ in charitate
tua: q viscera sanctorum requieuerũt
per te frater. Propter quod multã
fiduciã habẽs in Christo Jesu im
perandi tibi quod ad rem pertinet:
propter charitatẽ magis obsecro,
cũ sis talis vt Paulus senex, nunc
aũt et vinctus Jesu Christi. obsecro
te pro meo filio quem genui i vin
culis, Onesimo: qui tibi aliquando
C inutilis fuit, nunc aũt & mihi & tibi
vtilis, quẽ remisi tibi. Tu aũt illũ,
id est, mea viscera, suscipe. quẽ ego
volueram mecum detinere, vt pro te
mihi ministraret in vinculis euan
gelii: sine consilio aũt tuo nihil vo
lui facere, vti ne velut ex necessita
te bonũ tuũ esset, sed volũtarium.
Forsitan enim ideo discessit ad ho
ram a te, vt eternũ illũ reciperes:
iam non vt seruũ, sed pro seruo cha
rissimũ fratrẽ, maxime mihi, quã
to autẽ magis tibi et in carne et in
D dño? Si ergo habes me socium:
suscipe illum sicut me. Si autẽ ali
quid nocuit tibi aut debet: hoc mihi
imputa. Ego Paulus scripsi mea
manu: ego reddam: vt non dicam
tibi q et teipsum mihi debes. ita
frater ego te fruar i domino. Refi
ce viscera mea i Christo. Cõfidens
in obedientia tua scripsi tibi: sciẽs
quoniam et super id quod dico, fa
cies. Simul et para mihi hospitiũ.
nã spero per orationes vestras do
nari me vobis. Salutat te Epa
phras concaptiuus meus in Chri
sto Jesu, Marcus, Aristarchus, De
mas et Lucas adiutores mei. Gra
tia domini nostri Jesu Christi cum
spiritu vestro. Amen.

EPISTOLA
BEATI PAVLI APOSTOLI AD HEBRAEOS.



Multiphariam A
multisq mo
dis olim deus
loquẽs patri
bus i prophe
tis: nouissime
diebus istis lo
cutus est nobis
in filio, quem
constituit heredem vniuersorũ, per
quem fecit et secula. qui cũ sit splẽ Sap. 7.d
dor glorie et figura substãtie eius,
portãsq oia vbo virtutis sue, pur
gationem peccatorũ faciens, sedet
ad dexteram maiestatis in excelsis:
tanto melior angelis effectus, quã
to differentius pre illis nomen he B
reditauit. Cui enim dixit aliquãdo
angelorum, Filius meus es tu, ego ho Psal. 2.b
die genui te? Et rursum, Ego ero 2.re. 7.b
illi in patrẽ: et ipse erit mihi i filiũ.
Et cum iterũ introducit primoge
nitũ in orbem terre, dicit, Et ado Psa. 96 c
rent eum oẽs angeli dei. Et ad an D
gelos quidẽ dicit, Qui facit ange Psalmo.
los suos spiritus: et ministros suos 103.a
flammã ignis. Ad filiũ aũt, Thro
nus

Psa.44.b nus tuus deus in seculū seculi: vir-
ga equitatis, virga regni tui. Dile
xisti iustitiā et odisti iniquitatē: ꝓ-
pterea vnxit te deus, de⁹ tuus oleo
exultationis pre participib⁹ tuis.
Psalmo. Et, Tu in principio dñe terrā fun-
101.d dasti: & opera manuū tuarum sunt
D celi. Ipsi peribūt, tu aūt permane-
bis, & oēs vt vestimentum vetera-
scēt. Et velut amictū mutabis eos
et mutabunt: tu aūt idem ipse es, &
anni tui nō deficiēt. Ad quē aūt an-
Psalmo. gelorum dixit aliquādo, Sede a dextris
109.a meis, Quoadusqꝫ ponam inimicos
1.co.15.d tuos scabellū pedum tuorū? Nōne
omnes sūt administratorii spirit⁹,
in ministeriū missi propter eos qui
hereditatem capient salutis?

CAPVT. II.

A PRopterea abundātius opor-
tet obseruare nos ea que au-
diuim⁹: ne forte pefluamus.
Si enim qui per angelos dictus est
sermo, factus est firmus, & oīs pre-
uaricatio & inobediētia accepit iu-
stā mercedis retributionē: quomo-
do nos effugiem⁹ si tantā neglexe-
rimus salutē? que cum initiū acce-
pisset enarrari per dominū: ab eis
qui audierūt, in nos cōfirmata est,
contestante deo signis et portentis
et variis virtutib⁹, & spiritus san-
cti distributionib⁹ secundū suā vo-
luntatē. Non eni angelis subiecit
deus orbē terre futurū, de quo lo-
Psal.8.c quimur. Testat⁹ est aūt in quodā
loco quis, dicēs, Quid est homo ꝙ
memor es eius: aut filius hominis
B quoniā visitas eū? Minuisti eum
paulominus ab angelis: gloria et
honore coronasti eū, et constituisti
eum super opera manū tuarū. Oia
1.co.15.d subiecisti sub pedib⁹ ei⁹. In eo eni
ꝙ oīa ei subiecit: nihil dimisit non
Phil.2.b subiectū ei. Nunc autē necdū vide-
mus oia subiecta ei. Eum autē qui
modico ꝙ angeli, minorat⁹ est, vi-
demus Iesum propter passionem
mortis gloria et honore coronatū,
vt gratia dei, pro omnibus gusta- C
ret mortē. Decebat eni eū propter
quem oia, et p quem oia, qui mul-
tos filios in gloriā adduxerat: au-
thorē salutis eorū, per passionē cō-
summari. Qui eni sanctificat et q̄
sanctificātur: ex vno oēs. Propter
quā causam non confunditur fra-
tres eos vocare: dicens, Nūtiabo Psa.21.c
nomē tuū fratrib⁹ meis: in medio
ecclesie laudabo te. Et iterū, Ego
ero fidens in eū. Et iterū, Ecce ego Psa.17.a
et pueri mei: quos dedit mihi deus. Esaię.8.d
Quia ergo pueri cōmunicauerunt D
carni et sanguini: et ipse similiter
participauit eisdem. vt per mortem Osee.13.
destrueret eū q̄ habebat mortis im- d
periū, id est, diabolum: et liberaret 1.co.15.g
eos q̄ timore mortis per totam vitā
obnoxii erāt seruituti. Nusquā eni
angelos apprehēdit: sed semē Abra-
he apprehendit. Unde debuit p oia
fratrib⁹ similari: vt misericors fie-
ret et fidelis pōtifex ad deū, vt re-
propitiaret delicta populi. in eo eni
in quo passus est ipse & tentat⁹: po-
tens est et eis q̄ tentātur auxiliari.

CAPVT. III. A

VNde fratres sācti, vocatio-
nis celestis participes, cōsi-
derate apostolū & pontificē
cōfessionis nostre Iesum: q̄ fidelis
est ei qui prefecit illū, sicut & Moy-
ses in oī domo eius. Amplioris eni Nūe.12.b
glorie iste pre Moyse dign⁹ est ha-
bitus: quāto ampliorē honorē ha-
bet domo qui fabricauit illā. Om-
nis nanqꝫ domus fabricatur ab a-
liquo. qui autē omnia creauit: de⁹
est. Et Moyses quidē fidelis erat B
in tota domo eius tanquam famu-
lus, in testimonium eorum que di-
cenda erāt: Christus vero tanquā
filius in domo sua: q̄ domus, sum⁹
nos, si fiduciā et gloriam spei vsqꝫ
ad finem, firmā retineam⁹. Qua-
propter sicut dicit spirit⁹ sanctus,
Hodie si vocē eius audieritis: no- Psa.94.c
lite obdurare corda vestra sicut in
exacerba-

exacerbatione secundū diem tēta-
tionis i deserto, vbi tentauerūt me
patres vestri: probauerūt & viderūt
C opera mea. Quadraginta annis p-
pter quod īfensus fui generationi
huic & dixi, Sēper errāt corde. Ipsi
aūt non cognouerunt vias meas.
quib⁹ iuraui in ira mea, Si introi-
bunt in requiem meā. Uidete fra-
tres, nequando sit in aliquo vestrū
cor malū incredulitatis discedendi
a deo viuo: sed adhortamini vos-
metipsos per singulos dies, donec
hodie cognominat, vt nō obdure-
tur quis ex vobis fallacia peccati.
Participes eni Christi effecti sum⁹:
si tamē initiū substātie eius vsque
ad finem firmū retineamus dū di-
citur, Hodie si vocē ei⁹ audieritis,
nolite obdurare corda vestra quē-
admodū i illa exacerbatione. Qui-
dam enim audientes, exacerbaue-
D runt: sed nō vniuersi q̄ profecti sūt
ab Egypto per Moysen. Quibus
autē infensus est quadraginta an-
nis? Nonne illis qui peccauerunt,
Nūe.14 f quorum cadauera prostrata sūt in
deserto? Quibus autē iurauit non
introire in requiem ipsius: nisi illis
qui increduli fuerūt? Et videmus
quia non potuerunt introire in re-
quiē ipsius propter incredulitatē.

CAPVT. IIII.

A Timeam⁹ ergo ne forte reli-
cta pollicitatione introeun-
di in requiem eius, existime-
tur aliquis ex nobis deesse. Etenim
et nobis nunciatū est, quemadmo-
dum & illis. sed nō profuit illis ser-
mo auditus non admixtus fidei ex
iis q̄ audierunt. Ingrediemur eni
in requiē qui credidim⁹: quēadmo-
dum dixit, Sicut iuraui i ira mea,
Psa.94 d si introibūt in requiem meā: & qui-
dem operib⁹ ab institutione mun-
di perfectis. Dixit enim i quodā lo-
co de die septima sic, Et requieuit
B deus die septima ab omnib⁹ operi-
Gen. 2,a bus suis. Et i isto rursum, Si intro-
ibunt in requiem meā. Quoniam
ergo superest introire quosdam in
illam, et ii quib⁹ prioribus annūtia-
tum est non introierūt propter in-
credulitatem: iterū terminat diem
quendā, hodie, in Dauid dicendo, Sup.3.b
post tantū temporis, sicut supradi-
ctū est, Hodie si vocē eius audi eri-
tis: nolite obdurare corda vestra.
Nam si eis Jesus requiē prestitis-
set: nunquā de alia loqueret post-
hac die. Itaq relinquitur sabbatis- C
mus populo dei. Qui enim ingres-
sus est in requiem eius: etiā ipse re-
quieuit ab operibus suis, sicut et a
suis deus. Festinem⁹ ergo ingredi
in illā requiē: vt ne i idipsum quis
incidat incredulitatis exemplū. Ui-
uus est enim sermo dei et efficax, &
penitrabilior omni gladio ancipiti:
et pertingēs vsq ad diuisionem a-
nime ac spirit⁹, compagum quoq
ac medullarū, & discretor cogitati-
onum & intentionū cordis. Et non D
est vlla creatura inuisibilis in con- Eccl.15 d
spectu eius. oīa aūt nuda et aperta Psa.33.c
sunt oculis eius, ad quē nobis ser-
mo. Habentes ergo pontificē ma-
gnum qui penetrauit celos Jesum
filium dei: teneamus spei nostre cō
fessionem. Nō enim habemus pon-
tificem qui non possit cōpati infir- 2.co.3.b
mitatibus nostris: tentatum aūt p
oia pro similitudine absq peccato.
Adeamus ergo cū fiducia ad thro-
num gratie eius: vt misericordiam
consequamur, et gratiam inuenia-
mus in auxilio opportuno.

CAPVT. V.

Omnis nāq pontifex ex ho-
minib⁹ assumptus, pro ho- A
minibus cōstituitur in iis q̄
sunt ad deum: vt offerat dona & sa-
crificia pro peccatis. qui condolere
possit iis qui ignorāt et errāt: quo-
niam et ipse circundatus est infir-
mitate. et propterea debet, quēad-
modum pro populo, ita etiam et p
semetipso offerre pro peccatis. Nec
quisquā

B quisquam sumit sibi honorem: sed
1.pa.23b qui vocatur a deo, quēadmodū et
Aaron. Sic & Christus non semet-
ipsum clarificauit, vt pontifex fie-
Psal. 2.b ret: sed qui locutus est ad eū, Filiꝰ
meꝰ es tu: ego hodie genui te. Quē
Psalmo. admodū & in alio loco dicit, Tu es
109.b sacerdos in eternum, secundū ordi-
nem Melchisedec. Qui in diebus
carnis sue, preces, supplicationesqꝫ
ad eum qui possit illum saluū face-
C re a morte, cum clamore valido et
lachrymis offerens exauditus est
pro sua reuerentia. Et quidem cū
esset filiꝰ dei, didicit ex iis que pas-
sus est, obedientiam: et cōsumma-
tus factus est omnibꝰ obtemperā-
tibꝰ sibi, causa salutis eterne, ap-
pellatus a deo pontifex iuxta ordi-
nē Melchisedec. De quo nobis grā-
D dis sermo, et ininterpretabilis ad
dicendū: quoniam imbecilles facti
estis ad audiendum. Etenim cū de-
beretis magistri esse ꝓpter tēpus:
rursum indigetis, vt vos doceami-
ni q̄ sint elementa exordii sermonū
dei: et facti estis quibus lacte opus
sit, non solido cibo. Omnis enim q̄
lactis est particeps: expers est ser-
monis iustitie. paruulus enim est.
Perfectorum autem est solidus ci-
bus: eorum qui pro ipsa consuetu-
dine exercitatos habent sensus ad
discretionem boni ac mali.

CAPUT. VI.

A Quapropter intermittētes
inchoationis Christi ser-
monem, ad perfectionē fe-
ramur, non rursum iaciē-
tes fundamentū penitētie ab ope-
ribus mortis et fidei ad deum, ba-
ptismatum, doctrine, impositionis
quoqꝫ manuum, ac resurrectionis
mortuorū, et iudicii eterni. Et hoc
faciemus: si quidē permiserit deus.
1.Pe.2.d Impossibile enim est eos qui semel
sunt illuminati: gustauerūt etiam
donum celeste, et participes facti
sunt spiritus sancti, gustauerunt
nihilominus bonum dei verbum,
virtutesqꝫ seculi venturi, et prola-
psi sunt: rursus renouari ad peni-
tentiam, rursum crucifigētes sibi-
metipsis filium dei, et ostentui ha-
bentes. Terra enim sepe venientē B
super se bibens imbrem, et germi-
nans herbam opportunam illis a
quibus colitur: accipit benedictio-
nem a deo. proferēs autem spinas
ac tribulos: reproba est, et maledi-
cto proxima, cuius consummatio
in combustionem. Cōfidimus aūt
de vobis dilectissimi meliora & vici-
niora saluti: tametsi ita loquimur.
Nō enī iniustꝰ deus, vt obliuisca-
tur operis vestri et dilectionis quā
ostendistis in nomine ipsius, q̄ mi-
nistrastis sāctis et ministratis. Cu-
pimus autē vnūquemqꝫ vestrū eā- C
dē ostentare solicitudinē, ad exple-
tionem spei vsqꝫ in finem: vt non
segnes efficiamini, verum imitato-
res eorum qui fide et patientia he-
reditabunt promissiones. Abrahe
nanqꝫ promittens deus: quoniam
neminem habuit per quem iuraret
maiorem, iurauit per semetipsum, Gen.22c
dicens, Nisi benedicēs benedicam
te: & multiplicans multiplicabo te.
Et sic longanimiter ferens: adeptꝰ
est repromissionē. Homines enim D
per maiorē se iurant: et omnis con
trouersie eorum finis ad confirma
tionem, est iuramentum. In quo
abundātius volens deus ostende-
re pollicitationis heredibus immo
bilitatem consilii sui: interposuit
iusiurandum. vt per duas res im-
mobiles quibus impossibile est mē
tiri deum: fortissimum solatiū ha-
beamus, qui confugimus ad tenē-
dam propositam spem, quam sicut
ancoram habemus anime tutam
ac firmam, et incedentem vsqꝫ ad
interiora velaminis. vbi precursor
pro nobis introiit Iesus, secundū
ordinem Melchisedec pontifex fa-
ctus in eternum.

Caput.

CAPVT. VII.

A Gen 14 d HIc enim Melchisedec, rex
Salem, sacerdos dei summi,
ꝙ obuiauit Abrahe regresso
a cede regum, et benedixit ei, cui et
decimas omnium diuisit Abrahā.
primum quidem qui interpretatur
rex iustitie: deinde autē et rex Sa-
lem, quod est rex pacis, sine patre,
sine matre, sine genealogia, neq; in
itium dierū, neq; finē vite habens,
assimilatus autem filio dei, manet
sacerdos in perpetuum. Intuemini
autem quantus sit hic: cui et deci-
mas dedit de precipuis Abrahā pa-
triarcha. Et quidem de filiis Leui
sacerdotium accipientes, manda-
tum habent decimas sumere a po-
pulo secundum legem, id est, a fra-
tribus suis: quāquā et ipsi exierint
de lumbis Abrahe. Cuius autē ge-
neratio nō annumeratur in eis: de-
cimas sumpsit ab Abraham, & hūc
qui habebat repromissiones bene-
B dixit. Sine vlla autem contradi-
ctione: quod minus est, a meliore
benedicitur. Et hic quidē, decimas
morientes homines accipiunt: ibi
autem contestatur quia viuit. Et
(vt ita dictum sit) per Abraham, et
Leui qui decimas accipit decimatꝰ
est. adhuc enim in lumbis patris e-
rat, quādo obuiauit ei Melchisedec.
Si ergo consummatio per sacedo-
tium Leuiticum erat (populꝰ enī,
sub ipso legē accepit) quid adhuc
necessarium fuit secūdum ordinem
Melchisedec alium surgere sacer-
dotem, et non secundum ordinem
Aaron dici? Translato enim sacer-
dotio, necesse est vt et legis trans-
latio fiat. In quo enim hec dicun-
tur: de alia tribu est, de qua nullus
altario presto fuit. Manifestum est
enim ꝙ ex Iuda ortus sit dominus
C noster: in qua tribu nihil de sacer-
dotibꝰ Moyses locutꝰ est. Et am-
plius adhuc manifestū est: si secun-
dum similitudinem Melchisedec,
exurgat alius sacerdos, qui non se-
cundum legē mandati carnalis fa-
ctus est, sed secūdum virtutem vite
insolubilis. Contestat enim, Quo- Ps.109.c
niam tu es sacerdos in eternum, se-
cundum ordinem Melchisedec. Re-
probatio quidē fit precedentis mā-
dati: propter infirmitatem eius et
inutilitatem. nihil enim ad perfectū
adduxit lex: introductio vero meli-
oris spei, per quam proximamꝰ ad
deum. Et quantum est non sine iu-
reiurando (alii quidem, sine iureiu-
rādo sacerdotes facti sunt: hic autē
cum iureiurando per eum qui dixit
ad illum, Iurauit dominus, & non Ps.109 b
penitebit eum: tu es sacerdos in e-
ternum) in tantū melioris testamē-
ti sponsor factus est Iesus. Et alii D
quidē plures facti sunt sacerdotes,
idcirco ꝙ morte prohiberentur per-
manere: hic autem eo ꝙ maneat in
eternum, sempiternū habet sacer-
dotium. Unde et saluare in perpe-
tuū potest accedētes ꝑ semetipsum
ad deum: semper viuens ad inter-
pellandum pro nobis. Talis enim
decebat vt nobis esset pōtifex: san-
ctus, innocens, impollutus, segre-
gatus a peccatoribus & excelsior ce-
lis factus. qui non habet necessita-
tem quotidie (queādmodum sacer-
dotes) priꝰ pro suis delictis hostias
offerre, deinde pro populi. hoc enim
fecit semel, se offerēdo. Lex enī ho-
mines constituit sacerdotes infir-
mitatem habentes: sermo autē iu-
risiurādi qui post legem est, filium
in eternum perfectum.

CAPVT. VIII.

A Capitulum autē super ea que
dicuntur. Talem habemus
pontificem, qui consedit in
dextera sedis magnitudinis in ce-
lis: sanctorum minister, et taberna-
culi veri, quod fixit deus, & non ho-
mo. Omnis enim pōtifex, ad offe-
rendum munera et hostias consti-
tuitur. vnde necesse est et hunc ha-
bere

B bere aliquid quod offerat. Si ergo
esset super terrā, nec esset sacerdos:
cum essent qui offerrent secundum
legē munera, qui exēplari et umbre
deseruiūt celestium. sicut respōsum
est Moysi, cū consummaret taber-
Exo.25 d nacul͞u, Vide (inquit) oīa facito se-
Act.7.f. cund͞u exēplar, quod tibi ostensum
est in monte. Nunc autē meli⁹ sor-
titus est ministeri͞u: quanto et me-
lioris testamēti mediator est, quod
in meliorib⁹ repromissionibus san-
citum est. Nam si illud prius culpa
vacasset: non utiq; secundi loc⁹ in-
C quireretur. Vituperans enī eos di-
Hier.31 e cit, Ecce dies venient, dicit dñs: et
consummabo super domum Israel
et super domum Juda testament͞u
nouum, non secund͞u testamentum
quod feci patrib⁹ eorum in die qua
apprehendi manum eorum ut edu-
cerē illos de terra Egypti. quoniā
ipsi non permanserunt in testamē-
to meo: et ego neglexi eos dicit dñs.
Quia hoc est testamētum quod di-
sponam domui Israel post dies il-
D los, dicit dñs. Dabo leges meas in
mentem eorum, et in corde eorum
superscribam eas: et ero eis in de͞u,
et ipsi erunt mihi in populum, et nō
docebit unusquisq; proxim͞u suum,
et unusquisq; fratrem suum, dicēs,
Cognosce dñm: quoniā omnes sci-
ent me a minore usq; ad maiorē eo-
rum. quia propiti⁹ ero iniquitatib⁹
eorum: et peccatorum eor͞u iam nō
memorabor. Dicendo aūt nouum:
veterauit prius. Quod autē anti-
quat et senescit: prope interit͞u est.

CAPUT. IX.

A Habuit quidem et prius, iusti-
ficationes culture, et sanct͞u
seculare. Tabernacul͞u enim
Ex.26.a factum est primum, in quo erāt cā-
&36.a delabra, et mensa, et propositio pa-
num: que dicitur sancta. Post vela-
mentum autem secūdum: taberna-
culum, quod dicitur sancta sancto-
rum, aureum habens thuribulum:
et arcam testamēti circuntectam ex
omni parte auro, in qua urna au- B
rea habens manna, et virga Aaron
que fronduerat, et tabule testamē-
ti. superq; eā erant Cherubim glo-
rie obumbrātia propitiatorium. de
quibus non est modo dicendum per
singula. His vero ita compositis,
in priori quidem tabernaculo sem-
per introibant sacerdotes, sacrifi-
ciorum officia cōsummantes. in se-
cundo autem, semel in anno solus
pontifex: non sine sanguine quem
offerret pro sua et populi ignoran-
tia: hoc significante spiritu sancto,
nōdum propalatam esse sanctorum
viā, adhuc priore tabernaculo ha-
bēte statum. que parabola est tem- C
poris instantis: iuxta quam mune-
ra et hostie offeruntur, que nō pos-
sunt iuxta conscientiam perfectum
facere seruiētem, solummodo in ci-
bis, et in potibus, et in variis ba-
ptismatibus, et iustitiis carnis usq;
ad tempus correctionis impositis.
Christus autem assistens pontifex
futurorum bonor͞u, per amplius et
perfectius tabernacul͞u non manu-
factum, id est, nō huius creationis,
neq; per sanguinem hircorum aut vi-
tulorum, sed per proprium sangui-
nem introiuit semel in sancta, eter-
na redemptione inuenta. Si enim Leui.16 e
sanguis hircorum et taurorum et ci- D
neris vitule aspersus, inquinatos san- 1.pet.1.d
ctificat ad emundationem carnis: 1.Ioā.1 d
quanto magis sanguis Christi qui Apoc.1.b
per spirit͞u sanct͞u semetipsum ob- 1.pet.3.g
tulit immaculat͞u deo, emundabit Rom.5 b
conscientiam nostram ab operibus
mortuis ad seruiend͞u deo viuēti?
Et ideo noui testamenti mediator
est: ut morte intercedente, in redē-
ptionem earum preuaricationum que
erant sub priori testamento, repro-
missionē accipiant qui vocati sunt,
eterne hereditatis. Ubi enim testa- E
ment͞u est: mors necesse est interce-
dat testatoris. Testament͞u enī in

 mortu-

Gala.3.b mortuis cōfirmatum est. alioquin
nondū valet, dū viuit q̄ testat⁹ est.
Unde nec primum quidē sine san-
Ex.24.c guine dedicatum est. Lecto enim oī
mandato legis a Moyse vniuerso
populo: accipiēs sanguinem vitu-
lorum et hircorum cum aqua & la-
na coccinea & hyssopo, ipsum quoq;
librum & oēm populum aspersit di-
F cēs, Hic sanguis testamēti q̄ mā-
dauit ad vos de⁹. Etiā tabernacu-
lum et oīa vasa ministerii, sāguine
similiē aspersit. Et oīa pene in san-
guine secūdū legē mūdantur: & si-
ne sāguinis effusione nō fit remis-
sio. Necesse est ergo exēplaria qui-
dem celestiū, his mūdari: ipsa autē
celestia, melioribus hostiis q̄ istis.
Nō eni in manufacta sancta Iesus
introiuit, exēplaria verorū: sed in
ipsum celū vt appareat nūc vultui
G dei pro nobis. Neq; vt sepe offerat
semetipsum, quēadmodum ponti-
fex intrat ī sancta per singulos an-
nos ī sanguine alieno (Alioquin o-
portebat eum frequenter pati ab o-
rigine mūdi) Nūc autē semel in cō-
summationē seculorū, ad destituti-
onē peccati, p hostiā suā apparuit.
Et quēadmodum statutū est homi-
nib⁹ semel mori, post hoc aūt iudi-
Rom.5b cium: sic & Christ⁹ semel oblat⁹ est
1.pet.3.c ad multorum exhaurienda peccata.
secundo sine peccato apparebit oī-
bus expectantibus se, in salutem.

CAPVT. X.

A Vmbram enim habēs lex fu-
turorum bonorū, non ipsam
Leui.16c imaginē rerū: per singulos
annos eisdē ipsis hostiis quas offe-
runt indesinent, nunquā potest ac-
cedentes perfectos facere: alioquin
cessassent offerri: ideo q̄ nullam ha-
berēt vltra conscientiā peccati, cul-
tores semel mūdati: sed in ipsis cō-
memoratio peccatorū per singulos
annos fit. impossibile enim est, san-
guine taurorū et hircorum auferri
B peccata. Ideo ingrediēs mundum
dicit, Hostiā et oblationē noluisti: Psal.39b
corpus aūt aptasti mihi. Holocau-
stomata et pro peccato, nō tibi pla-
cuerūt. Tunc dixi, Ecce venio. In Psalmo 1
capite libri scriptū est de me: vt fa-
ciam deus voluntatem tuam. Su-
perius dicens, Quia hostias, et ob-
lationes, et holocaustomata, et pro
peccato noluisti, nec placita sunt ti-
bi que secundum legem offerūtur,
tunc dixi, Ecce venio vt faciam de-
us volūtatem tuam: aufer primū,
vt sequens statuat. In qua volun-
tate sanctificati sum⁹, per oblatio-
nē corporis Iesu Christi semel. Et C
oīs quidē sacerdos presto est quo-
tidie ministrans, et easdem sepe of-
ferens hostias que non possunt au-
ferre peccata: hic autem vnam pro
peccatis offerens hostiā, in sempi-
ternū sedet in dextera dei, de cetero
expectans, donec ponantur inimici Ps.109.a
eius scabellum pedū eius. Una eni 1 cor 15d
oblatione, consummauit in sempi-
ternum sanctificatos. Contestatur
aūt nos et spirit⁹ sanctus. postquā Hier.31 f
enim dixit, Hoc autē testamentum Sup.8.c.
quod testabor ad illos post dies il-
los, dicit dñs, Dabo leges meas in
cordibus eorum, et in mentib⁹ eor
inscribam eas: et peccatorū, et ini- D
quitatum eorum iam non recorda-
bor amplius. Ubi autē horū remis-
sio: iam nō est oblatio pro peccato.
Habētes itaq; fratres fiduciam in
introitu sanctorū in sanguine Chri-
sti: quam initiauit nobis viam no-
uam et viuentem per velamen, id
est, carnem suam, et sacerdotē ma-
gnum super domum dei, accedam⁹
cum vero corde ī plenitudine fidei,
aspersi corda a conscientia mala, et
abluti corpus aqua mūda, tenea-
mus spei nostre confessionem inde-
clinabilem. fidelis enim est qui re- E
promisit: et consideremus inuicem
in prouocationem charitatis & bo-
norum operum: non deserētes col-
lectionē nostrā sicut consuetudinis
est qui-

est quibusdam, sed consolantes: et
tanto magis quanto videritis ap-
Sup.6.a. propinquantem diem. Voluntarie
enim peccantibꝰ nobis post acceptã
notitiam veritatis: iam non relin-
quitur pro peccatis hostia, terribi-
lis autẽ quedam expectatio iudicii
et ignis emulatio: que consumptu-
ra est aduersarios. Irritã quis fa-
Deu.17.b ciens legem Moysi: sine vlla mise-
Mat.18.b ratione, duobus vel tribus testibꝰ
Ioan.8.c moritur. quanto magis putatis de-
2.co.13.a teriora mereri supplicia qui filium
dei conculcauerit, et sanguinem te-
stamenti pollutum duxerit, in quo
sanctificatus est, et spiritui gratie
F cõtumeliam fecerit? Scimus enim
Deu.32.e qui dixit, Mihi vindictã: et ego re-
Ro.12.d. tribuam. Et iterũ, Iudicabit dñs
populum suum. Horrendum est in-
cidere in manus dei viuentis. Re-
memoramini aũt pristinos dies: in
quibus illuminati, magnum certa-
men sustinuistis passionum. et i al-
tero quidem opprobriis et tribula-
tionibus spectaculum facti: in alte-
ro autẽ socii taliter conuersantium
G effecti. Nam ⁊ vinctis cõpassi estis:
et rapinam bonorum vestrorum cũ
gaudio suscepistis, cognoscentes
vos habere meliorem ⁊ manentem
substantiam. Nolite itaq; amittere
confidentiã vestram, que magnam
habet remunerationẽ. Patiẽtia e-
nim vobis necessaria est: vt volun-
tatẽ dei faciẽtes, reportetis promis-
sionem. Adhuc enim modicum ali-
Abac.2.a quantulumq;, qui venturus est ve-
Rom.1.b niet et nõ tardabit. iustus aũt meꝰ
Gala.3.b ex fide viuit. ꝙ si subtraxerit se: nõ
placebit anime mee. Nos autẽ non
sumꝰ subtractionis filii in perditi-
onẽ: sed fidei in acquisitionẽ anime.

CAPVT. XI.

A Est autem fides, sperãdarum
substantia rerum, argumentũ
non apparentiũ. In hac enim
Gen.1.a. testimonium consecuti sunt senes.
Fide, intelligimꝰ aptata esse secula
verbo dei: vt ex inuisibilibus visi-
bilia fierẽt. Fide, plurimã hostiam Gen.4.a
Abel ꝙ Cain, obtulit deo: per quã
testimoniũ cõsecutus est esse iustꝰ,
testimoniũ perhibẽte muneribꝰ eiꝰ Mat.23.d
deo, et per illã defunctus adhuc lo-
quitur. Fide, Enoch translatus est Gen.5.c
ne videret mortẽ, ⁊ non inuenieba- Ecc.44.c
tur: quia transtulit illũ deus. ante
translationẽ enim, testimoniũ ha-
buit placuisse deo. Sine fide aũt im-
possibile est placere deo. Credere e- B
nim oportet accedentẽ ad deum q̃a
est, et inquirentibꝰ se remunerator
sit. Fide, Noe responso accepto de Gen.6.c.
iis que adhuc non videbantur: me- Ecc.44.c
tuens, aptauit arcã in salutẽ domꝰ
sue, per quã dãnauit mundũ, et iu-
stitie que per fidem est: heres est in-
stitutꝰ. Fide, qui vocatur Abrahã Ge.12.a.
obediuit in locũ exire quẽ acceptu-
rus erat in hereditatẽ: et exiit, ne-
sciẽs quo iret. Fide, demoratus est
in terra repromissionis tanquam in
aliena, in casulis habitando cum
Isaac ⁊ Iacob coheredibus repro-
missionis eiusdẽ. Expectabat enim C
fundamenta habentẽ ciuitatẽ: cuiꝰ
artifex et cõditor, deus. Fide, ⁊ ipsa
Sara sterilis virtutẽ in conceptio-
ne seminis accepit, etiam preter tẽ- Gen.18.a
pus etatis: quoniam fidelem credi-
dit esse eum qui repromiserat. Pro-
pter quod ⁊ ab vno orti sunt (⁊ hoc Ge.17.c.
emortuo) tanquã sidera celi in mul-
titudinem, et sicut arena que est ad
oram maris innumerabilis. Iuxta
fidem defuncti sunt omnes isti, nõ
acceptis repromissionibꝰ: sed a lon-
ge eas aspicientes et salutantes, et
confitẽtes quia peregrini et hospi-
tes sunt super terrã. Qui enim hec D
dicunt: significant se patriã inqui-
rere. Et si quidem ipsius meminis-
sent de qua exierunt: habebãt vtiq;
tempus reuertendi. nunc autẽ me-
liorem appetunt, id est celestẽ. ideo
non confunditur deus vocari deus
eorum, parauit enim illis ciuitatẽ.

Ge.22.a Fide, obtulit Abraham Isaac, cũ
Ec.44.d tentaretur: et vnigenitũ offerebat
in quo susceperat repromissiones.
Ge.21.b ad quẽ dictũ est, In Isaac vocabit
Rom.9b tibi semen. arbitrãs quia et a mor-
tuis suscitare potens est deus. vnde
eum et in parabolã accepit. Fide, &
Ge.27.d de futuris benedixit Isaac, Iacob
& f. et Esau. Fide, Iacob moriens, sin-
Ge.48.c gulos filiorũ Ioseph benedixit: et
Ge.50.d adorauit fastigiũ virge eius. Fide,
Ioseph moriẽs, de profectione filio-
rũ Israel memoratus est: et de os-
Exo.2.a sibus suis mãdauit. Fide, Moyses
natus, occultatus est mensibus tribus
Exo.1.c a parẽtibus suis: eo quod vidissent ele-
gantẽ infantẽ, & nõ timuerũt regis
E edictũ. Fide, Moyses grãdis factus,
Exo.2.b negauit se esse filium filie Pharao-
nis: magis eligens affligi cũ popu-
lo dei, quam temporalis peccati habere
iocunditatẽ: maiores diuitias esti-
mãs, thesauro Egyptiorũ, impro-
periũ Christi. aspiciebat enĩ in remu
neratiõẽ. Fide, reliquit Egyptũ:
nõ veritus animositatẽ regis. inuisi-
bilẽ enĩ tanquam vidẽs sustinuit. Fide,
Exo.12 d celebrauit pascha & sanguinis effu-
siõẽ: ne qui vastabat primitiua, tã-
Exo.14 c geret eos. Fide, transierunt mare
rubrũ tanquam per aridã terrã: quod
F experti Egyptii, deuorati sunt. Fi-
Iosue.6 c de, muri Hierico corruerũt, circũi-
Iosue.6 d tu dierũ septem. Fide, Raab mere-
&.2.a trix nõ periit cũ incredulis: excipi-
ens exploratores cum pace. Et quid
adhuc dicã? Deficiet enĩ me tem-
pus enarrãtem de Gedeõ, Barach,
Samson, Iephte, Dauid, Samu-
el, et prophetis: qui per fidem vice-
runt regna, operati sunt iustitiam,
adepti sunt repromissiones, obtu-
rauerunt ora leonũ, extinxerũt im-
petũ ignis, effugerũt aciem gladii,
conualuerũt de infirmitate, fortes
facti sunt in bello, castra verterunt
G exterorum. acceperunt mulieres de
resurrectiõe mortuos suos. alii aũt
distenti sunt, nõ suscipientes redẽ-
ptionem: vt meliorẽ inuenirent re-
surrectionem. Alii vero ludibria et
verbera experti, insuper et vincula
& carceres: lapidati sunt, secti sunt,
tẽtati sunt, in occisione gladii mor-
tui sunt, circũierunt in melotis, in
pellibus caprinis, egentes, angusti-
ati, afflicti: quibus dignus nõ erat
mundus. in solitudinibus errantes,
in montibus et speluncis, et in ca-
uernis terre. Et hi omnes testimo-
nio fidei probati, non acceperũt re-
promissionem, deo pro nobis meli-
us aliquid prouidente, vt non sine
nobis consummarentur.

CAPVT. XII.

Ideoque et nos tantam habentes A
inpositã nubem testium: depo- Rom.6 a
nentes omne pondus et circun- Colo.3 b
stans nos peccatum, per patientiã Ephe.4.c
curramus ad propositũ nobis cer- 1.petri.2
tamen, aspicientes in authorem fi- &.4.a
dei, et cõsummatorem Iesum: qui
proposito sibi gaudio sustinuit cru
cem, confusione cõtempta, atque in
dextera sedis dei sedet. Recogitate
enim eũ qui talem sustinuit a pec-
catoribus aduersum semetipsum cõ
tradictionẽ: vt ne fatigemini ani-
mis vestris deficientes. Nondum
enĩ vsque ad sanguinẽ restitistis, B
aduersus peccatum repugnãtes, &
obliti estis cõsolationis, que vobis
tanquã filiis loquitur, dicens, Fili
mi, noli negligere disciplinam dñi: Pro.3.b
neque fatigeris, dũ ab eo argueris. Apoc.3 d
Quem enim diligit dominus, ca-
stigat: flagellat aũt omnem filium
quem recipit. In disciplina perse-
uerate. Tanquam filiis, vobis offert
se deus. Quis enĩ filius: quem non
corripit pater? Quod si extra discipli C
nam estis, cuius participes facti sunt
omnes: ergo adulteri et non filii e-
stis. Deinde patres quidem carnis
nostre, eruditores habuimus, & re-
uerebamur eos: num multomagis
obtemperabimus patri spirituũ, &
viuemus? Et illi quidẽ in tempore
paucorũ

paucorum dierũ, secundum volũ-
tatem suã erudiebant nos: hic aũt
ad id quod vtile est i recipiẽdo san-
ctificationem eius. Omnis aũt di-
sciplina in presenti quidẽ videtur
non esse gaudii, sed meroris: postea
aũt fructum pacatissimum exerci-
D tatis per eam, reddet iustitie. Pro-
pter quod remissas manus ⁊ solu-
ta genua erigite: et gressus rectos
facite pedibꝰ vestris: vt non clau-
Ro. 12. d dicans quis erret, magis aũt sane-
tur. Pacem sequimini cũ omnibꝰ,
et sanctimoniã: sine qua nemo vi-
debit deum. cõtemplantes ne quis
desit gratie dei: ne qua radix ama-
ritudinis sursum germinãs impe-
diat, et per illã inquinentur multi.
Ne quis fornicator, aut prophanꝰ
Ge. 25. d vt Esau: qui propter vnam escam
vendidit primitiua sua. scitote eni
E quoniã ⁊ postea cupiens hereditare
Gen. 26 f benedictionẽ, reprobatus est. non
enim inuenit penitentie locũ: quã-
quam cũ lachrymis inquisisset eã.
Ex. 19. b Non enim accessistis ad tractabilẽ
& 20. c montem et accessibilem ignem, et
turbinem, et caliginem, et procel-
lam, et tube sonum, et vocem ver-
borum (quã qui audierunt, excusa-
uerunt se, ne eis fieret verbũ. Non
enim portabant, quod dicebatur,
Ex. 19. c Et si bestia tetigerit mõtem, lapi-
dabitur. Et ita terribile erat quod
videbatur, Moyses dixit, Exterri-
tus sum et tremebundus) Sed ac-
F cessistis ad Sion montẽ, ⁊ ciuitatẽ
dei viuentis, Hierusalem celestem,
et multorum millium angelorum fre-
quentiam, et ecclesiam primitiuo-
rum qui conscripti sunt in celis, et
iudicem omnium deum, ⁊ spiritus
iustorum perfectorum, et testamẽti
noui mediatorẽ Iesum, et sangui-
nis aspersionem melius loquẽtem
ꝙ Abel. Videte ne recusetis loquẽ-
tem. Si enim illi non effugerunt,
recusantes eum qui super terrã lo-
quebatur: multo magis nos qui de
celis loquentem nobis, auertimꝰ.
cuius vox mouit terram tunc: nũc
autem repromittit dicens, Adhuc
semel: et ego mouebo non solũ ter- G
ram, sed et celum. Qđ autem ad- Agge. 2 b
huc semel dicit: declarat mobilium
translationem tãquam factorum,
vt maneãt ea que sunt, immobilia.
Itaqꝫ regnum immobile suscipiẽ-
tes, habemus gratiam: per quam
seruiamus placentes deo cũ metu
et reuerentia. Etenim deus noster, Deu. 4. d
ignis consumens est.

CAPVT. XIII.

Charitas fraternitatis ma- A
neat in vobis. Et hospitali-
tatem nolite obliuisci. ꝑ hãc Ro. 12. c
enim latuerunt quidã angelis ho- 1. pe. 4. c
spitio receptis. Memẽtote vinctorum,
tanꝙ simul vincti: et laborãtium,
tanꝙ et ipsi in corpore morantes.
Honorabile cõnubium in omnibꝰ:
et thorus immaculatus. Fornica-
tores enim et adulteros iudicabit
deus. Sint mores sine auaricia: cõ-
tenti presentibus. ipse enim dixit,
Nõ te deseram neqꝫ derelinquam. Iosue. 1 a
ita vt cõfidenter dicamus, Domi- B
nus mihi adiutor: nõ timebo quid Psalmo.
faciat mihi homo. Memẽtote pre- 117. a
positorum vestrorũ, qui vobis locuti
sunt verbum dei: quorũ intuentes
exitum conuersationis, imitemini
fidem. Iesus Christꝰ heri ⁊ hodie:
ipse ⁊ in secula. Doctrinis variis ⁊
peregrinis nolite abduci. Optimũ
est eni, gratia stabilire cor, nõ escis
que nõ profuerũt ambulantibꝰ in
eis. Habemus altare: de quo edere
non habent potestatẽ qui taberna-
culo deseruiunt. Quorũ enim ani- Nũe. 19 a
malium infertur sanguis pro pec-
cato in sancta per pontificem, horũ
corpora cremant extra castra. Pro-
pter quod ⁊ Iesus, vt sanctificaret
per suum sanguinẽ populũ, extra
portã passus est. Exeamꝰ igitur ad
eum extra castra: improperiũ eius
portantes. Nõ enim habemus hic C
manẽtem

Mich.2.c manentem ciuitatē, sed futurā in-
quirimus. Per ipsum ergo offera-
mus hostiā laudis semꝑ deo, id est
fructū labiorū confitentiū nomini
eius. Beneficētie aūt et cōmunica-
tionis nolite obliuisci. talib⁹ enim
hostiis promeretur deus. Obedite
prepositis vestris et subiacete eis.
ipsi enī peruigilāt quasi rationē ꝓ
animab⁹ vestris reddituri: vt cum
gaudio hoc faciāt, ⁊ nō gementes.
hoc enī nō expedit vobis. Orate ꝓ
nobis. cōfidimus enim ꝙ bonā cō-
scientiā habem⁹: in oibus bene vo-
lentes conuersari. Amplius aūt de-
precor vos hoc facere, quo celerius
D restituar vobis. Deus aūt pacis ꝗ
eduxit de mortuis pastorē magnū
ouiū in sanguine testamēti eterni,
dn̄m nostrū Jesum Christū: aptet
vos in omni bono, vt faciatis ei⁹
voluntatem, faciēs in vobis quod
placeat corā se per Jesum Christū,
cui est gloria i secula seculor. Amē.
Rogo autē vos fratres vt suffera-
tis verbū solatii. Etenim perpau-
cis scripsi vobis. Cognoscite fra-
trem nostrū Timotheū dimissum:
cum quo (si celeri⁹ venerit) videbo
vos. Salutate oēs prepositos ve-
stros: et oēs sanctos. Salutāt vos
de Jtalia fratres. Gratia cum om-
nibus vobis. Amen.

EPISTOLA CATHOLICA IACOBI APOSTOLI.

A IACOBVS dei et
domini nostri Jesu
Christi seru⁹, duo-
decim tribub⁹, que
sunt in dispersione,
salutē. Omne gau-
diū existimate fra-
tres, mei cum in tentationes vari-
as incideritis: scientes ꝙ probatio
Rom.5.a fidei vestre, patientiam operatur.

Patientia autē opus perfectū ha-
beat: vt sitis perfecti et integri, in
nullo deficiētes. Si quis aūt vestrū
indiget sapientia, postulet a deo ꝗ
dat oibus affluenter, ⁊ non impro-
perat: ⁊ dabitur ei. Postulet aūt in Matt.7.a
fide nihil hesitās. Qui enī hesitat, &.21.c
similis est fluctui maris: ꝗ a vento Mar.11.c
mouetur et circūfertur. Non ergo Luc.11.b
existimet homo ille ꝙ accipiat ali- Ioā.16.b
quid a domino. Vir duplex animo, & 16.e.f
inconstās est in omnib⁹ viis suis.
Glorietur autē frater humilis, in ex- B
altatione sua: diues aūt in humili-
tate sua: qm̄ sicut flos feni transi-
bit. Exortus est enim sol cū ardore: Ecc.14.c
et arefecit fenū, ⁊ flos eius decidit, Esa.14.b
et decor vultus eius deperiit: ita 1.pet.1.d
et diues i itinerib⁹ suis marcescet.
Beatus vir qui suffert tentationē: Iob.5.c
quoniā cū probat⁹ fuerit, accipiet
coronā vite, quā repromisit Deus
diligentib⁹ se. Nemo cū tentatur,
dicat quoniā a deo tentatur. Deus
enī intentator malorū est: ipse autē
neminem tentat. Unusquisqꝫ vero
tentat, a cōcupiscentia sua abstra-
ctus ⁊ illectus. Deinde cōcupiscen-
tia cū cōceperit, parit peccatū. pec-
catū vero cū consummatū fuerit,
generat mortē. Nolite itaqꝫ errare
fratres mei dilectissimi. Omne da- C
tum optimū, ⁊ oē donum perfectū,
desursum est, descendēs a patre lu-
minū: apud quē non est trāsmuta-
tio, nec vicissitudinis obumbratio.
Uolūtarie enī genuit nos ꝟbo ve-
ritatis, vt sim⁹ initiū aliquod cre-
ature eius. Scitis fratres mei dile-
ctissimi, Sit autē ois homo velox Pro.17.d
ad audiendum: tardus autē ad lo-
quendū, ⁊ tardus ad irā. Ira enim
viri, iustitiā dei nō operatur. Pro-
pter quod abiicientes oēm immun-
ditiam, et abundantiā malitie, in
māsuetudine suscipite insitū ver-
bum, quod potest saluare animas
vestras. Estote aūt factores verbi, D
et nō auditores tantum: fallentes Mat.7.d
vosmet-

Rom.2 b vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, et non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis sue in speculo. consideravit enim se, et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfecta libertatis, et permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio munda et immaculata apud deum et patrem hec est, Visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum: et immaculatum se custodire ab hoc seculo.

CAPVT. II.

A Leu.19.c Deut.1.c & 16.d Pro.24.c Ecc.42 a FRatres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem dni nostri Jesu Christi glorie. Etenim si introierit in conventum vestrum vir aureum annulum habens, in veste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu, et intendatis in eum qui indutus est veste preclara, et dixeritis ei, Tu sede hic bene; pauperi autem dicatis, Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis apud vosmetipsos, et facti estis iudices cogitationum iniquarum? Audite fratres mei dilectissimi, Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, et heredes regni quod repromisit deus diligentibus se? B Vos autem exhonorastis pauperem. Nonne divites per potentiam opprimunt vos: et ipsi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod invocatum est super vos? Leu.19 d Mat.22 d Mar.12.c Rom.13c Gala.5.c Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas, Diliges proximum tuum sicut teipsum: bene facitis. si autem personam accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege Leu.19.c Deut.1.c &16.d quasi transgressores. Quicunque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno: factus est omnium reus. Matt.5.c Qui enim dixit, Non mechaberis, dixit, et Non occides. Quod si non mechaberis, occides autem: factus es transgressor legis. C Sic loquimini, et sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Judicium enim sine misericordia illi qui non facit misericordiam. Superexultat autem misericordia iudicium. 1.Ioan.3.c Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides salvare eum? Si autem frater aut soror nudi sint, et indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis, illis, Ite in pace, calefacimini et saturamini: non dederitis autem eis que necessaria sunt corpori: quid proderit? Sic et fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa. D Sed dicet quis, Tu fidem habes, et ego opera habeo. ostende mihi fidem tuam sine operibus: et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Tu credis quod unus est deus. Bene facis: et demones credunt et contremiscunt. Vis autem scire o homo inanis quoniam fides sine operibus otiosa est? Ge.22.b Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: et ex operibus fides consummata est? Et suppleta est scriptura dicens, Credidit Ge.15.b Ro.4.a Gala.3.a Abraham deo, et reputatum est illi ad iustitiam, et amicus dei appellatus est. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, et non ex fide tantum? Iosue.2 a Similiter et Raab meretrix, nonne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios, et alia via eiiciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita et fides sine operibus mortua est.

CAPVT. III.

NOlite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. A Mat.23 a In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit: hic perfectus est vir

est vir, potens etiam freno circun=
ducere totum corpus. Si autem e=
quis frena in ora mittimus: ad cō=
sentiendum nobis, omne corpus il=
lorum circunferimus. Et ecce, na=
ues cum magne sint, et a vētis va=
lidis minētur: circunferunt a mo=
dico gubernaculo vbi impetus di=
rigētis voluerit. Ita et lingua mo=
dicum quidem membrum est, & ma=
B gna exultat. Ecce quātus ignis q̄
magnam syluā incēdit. Et lingua,
ignis est, vniuersitas iniquitatis.
Lingua constituitur in mēbris no=
stris, que maculat totum corpus,
et inflāmat rotam natiuitatis no=
stre inflammata a gehēna. Omnis
enim natura bestiarum et volucrū
et serpentium & cetorum domātur,
et domita sunt a natura humana:
linguam aūt nullus hominum do=
mare potest, inquietū malum, ple=
C na veneno mortifero. In ipsa be=
nedicimus deū et patrem: et in ipsa
maledicimus homines qui ad ima=
ginem & similitudinē dei facti sunt.
Ex ipso ore procedit benedictio et
maledictio. Non oportet fratres
mei hec ita fieri. Nūquid fōs de eo=
dem foramine emanat dulcem, & a=
maram aquam? Nunquid potest
fratres mei, ficus vuas facere: aut
vitis, ficus? Sic neq̧ salsam, dulcē
potest facere aquam. Quis sapiēs
et disciplinatus inter vos? Osten=
dat ex bona conuersatione opera=
tionem suam in mansuetudine sa=
D pientie. Qđ si zelum amarum ha=
betis, et contentiones sint in cordi=
bus vestris: nolite gloriari et men=
daces esse aduersus veritatem. nō
est enim ista sapiētia desursum de=
scendens a patre luminum: sed ter=
rena, animalis, diabolica. Vbi enī
zelus & contentio: ibi inconstantia,
& omne opus prauum. Que autem
desursum est sapientia, primū qui=
dem pudica est: deide pacifica, mo=
desta, suadibilis, bonis cōsentiēs,
plena misericordia & fructibus bo=
nis, iudicās sine simulatione. Fru=
ctus autem iustitie, in pace semina=
tur, facientibus pacem.

CAPVT. IIII.

VNde bella et lites in vobis? A
Nōne ex cōcupiscentiis ve=
stris que militant in mem=
bris vestris? Concupiscitis, et non
habetis. occiditis et zelatis, et non
potestis adipisci. litigatis et belli=
geratis. non habetis, propterea qđ
non postulatis. Petitis, et non ac=
cipitis, eo qđ male petatis: vt i cō=
cupiscētiis vestris insumatis. Ad=
ulteri, nescitis qđ amicitia huius
mundi, inimica est dei? Quicunq̧
ergo voluerit amicus esse seculi hu=
ius: inimicus dei constituitur. An B
putatis q inaniter scriptura dicat,
Ad inuidiam cōcupiscit spiritus qui
habitat i vobis? Maiorem autem
dat gratiam. Propter quod dicit,
Deus superbis resistit: humilibus 1.pet.5 b
autem dat gratiam. Subditi ergo Ephe.4 f
estote deo: resistite autem diabolo:
et fugiet a vobis. Appropiate deo:
et appropinquabit vobis. Emun=
date manus, peccatores: et purifi= C
cate corda, duplices animo. Miseri
estote, & lugete, et plorate. risus ve=
ster in luctum conuertatur, et gau=
dium in merorem. Humiliamini in 1.pet.5 b
conspectu domini, & exaltabit vos.
Nolite detrahere alterutrum fra=
tres mei. Qui detrahit fratri, aut
qui iudicat fratrem suum: detrahit
legi et iudicat legem. Si autem iu=
dicas legem: nō es factor legis, sed
iudex. Vnus est enim legislator et
iudex qui potest perdere & liberare. Ro.14.a
Tu autē quis es qui iudicas proxi= D
mum tuum? Ecce nunc qui dicitis,
Hodie aut crastino ibimus i illam
ciuitatem, et faciemus ibi quidem
annum, & mercabimur, et lucrū fa=
ciemus (q̄ ignoratis quid erit in cra=
stino. Que est enī vita vestra? Va=
por est, ad modicum parens: et de=
inceps

exterminabitur) pro eo vt dicatis, Si dominus voluerit, et Si vixerimus, faciemus hoc aut illud. Nunc aut exultatis in superbiis vestris. Omnis exultatio talis, maligna est. Scienti igitur bonum facere, et non facienti: peccatum est illi.

CAPVT. V.

A Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miseriis vestris que aduenient vobis. Diuitie vestre putrefacte sunt: et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum et argentum vestrum eruginauit: et erugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus.
B Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones vestras, que fraudata est a vobis, clamat: et clamor eorum, in aures domini sabaoth introiuit. Epulati estis super terram: et in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis. Addixistis et occidistis iustum, et non restitit vobis. Patientes igitur estote fratres, vsque ad aduentum domini. Ecce, agricola expectat pretiosum fructum terre: patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum. Patientes igitur estote et vos, et confirmate corda vestra: quoniam aduentus domini appropinquauit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum: vt non
C iudicemini. Ecce, iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite fratres exitus mali laboris et patientie, prophetas: qui locuti sunt in nomine domini. Ecce, beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, et finem domini vidistis, quoniam misericors dominus est et miserator. Ante omnia autem fratres mei,
Matt. 5 f nolite iurare, neque per celum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo vester, est est, non non: vt non sub iudicio decidatis. Tristatur autem aliquis vestrum? oret. Equo animo est? psallat. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesie,
et orent super eum, vngentes eum D
oleo in nomine domini. et oratio fidei saluabit infirmum, et alleuiabit eum dominus: et si in peccatis sit, remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra: et orate pro inuicem vt saluemini. multum enim
valet deprecatio iusti assidua. Elias, 3.Re.17. a.b.
homo erat similis nobis passibilis: Luc. 4.d
et oratione orauit vt non plueret super terram, et non pluit annos tres et menses sex. Et rursum orauit: et celum dedit pluuiam, et terra dedit fructum
suum. Fratres mei, si quis ex vobis Mat.18 b
errauerit a veritate, et conuerterit quis eum: scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie sue, saluabit animam eius a morte, et operiet multitudinem peccatorum.

EPISTOLA BEATI PETRI APOSTOLI PRIMA.



ETRVS A
apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatie, Cappadocie, Asie, et Bithynie, secundum prescientiam dei patris in sanctificationem spiritus, in obedientiam et aspersionem sanguinis Jesu Christi: gratia vobis et pax
multiplicetur. Benedictus deus, et 2.cor.1.a
pater domini nostri Jesu Christi, qui Ephe.1.a
secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, et incontaminatam et immarcessibilem, conseruatam in celis in vobis,

qui i virtute dei custodimini per fi-
dem, in salutem, paratā reuelari in
B tēpore nouissimo. In quo exultabi-
tis, modicum nūc si oportet cōtri-
stari i variis tētationibus: vt pro-
batio vestre fidei multo pretiosior
auro (quod per ignē probatur) in-
ueniat in laudem et gloriam et ho-
norem in reuelatione Jesu Christi,
quē cū nō videritis, diligitis, i quē
nunc quoq; non videntes creditis:
credentes autē exultatis letitia in-
enarrabili & glorificata, reportan-
tes finem fidei vestre, salutem ani-
marū vestrarū. De qua salute ex-
quisierunt atq; scrutati sunt ꝓphe-
te, q̄ de futura in vobis gratia pro-
phetauerūt, scrutantes in quod vel
quale tēpus significaret in eis spi-
ritus Christi, prenuntians eas que
in Christo sunt passiones, et poste-
riores glorias: quib9 reuelatum est
q; non sibimetipsis, nobis autē mi-
nistrabāt ea que nunc nūtiata sunt
vobis per eos qui euangelizauerūt
vobis, spiritu sancto misso de celo,
in quem desiderāt angeli prospice-
C re. Propter quod, succincti lumbos
mentis vestre, sobrii, perfecte spera-
te i eam que offertur vobis gratiā,
in reuelatiōe Jesu Christi quasi fi-
lii obedientie, non configurati pri-
oribus ignorātie vestre desideriis,
sed secundū eum qui vocauit vos,
sanctum, vt et ipsi in omni conuer-
satione sancti sitis: quoniā scriptū
Leui.11g est, Sancti eritis: quoniā ego san-
19 a 20 b ctus sum. Et si patrē inuocatis eū
Deu.10 d qui sine acceptione personarum iu-
Rom.2 b dicat secundum vniuscuiusq; op9:
Gala.2.b in timore, incolatus vestri tempore
cōuersamini. Scientes qđ non cor-
ruptibilibus auro vel argento re-
dempti estis de vana vestra cōuer-
1.cor.6 d satione paterne traditiōis: sed pre-
& 7.d. tioso sanguine quasi agni immacu
D lati Christi et incōtaminati, preco-
Heb.9.d. gniti quidem ante mundi constitu-
1.Ioā.1 d tionē, manifestati autē nouissimis

tēporibus propt vos qui per ipsum Apoc.1 d
fideles estis in deo qui suscitauit eū
a mortuis, & dedit ei gloriam, vt fi-
des vestra, et spes esset in deo. Ani-
mas vestras castificantes in obedi-
entia charitatis, in fraternitatis a-
more simplici, ex corde inuicem di-
ligite attentius: renati nō ex semi-
ne corruptibili, sed incorruptibili p
verbum dei viui et permanentis in
eternum. Quia ois caro vt fenum: Esa.40 b
et omnis gloria eius tanquam flos Ecc.14.c
feni. exaruit fenum: et flos eius de- Iacob 1 b
cidit. Verbum autē domini manet
in eternum: hoc est autem verbum
quod euangelizatum est in vobis.

CAPVT. II.

DEponentes igitur oēm ma- A
litiam, et omnem dolum, et Rom.9 a
simulationes, et inuidias, Ephe.4 a
et omnes detractiones, sicut modo Colo.3 b
geniti infantes, rationabile et sine Heb.11.a
dolo lac cōcupiscite: vt in eo cresca-
tis in salutem. si tamen gustastis
quoniam dulcis est dn̄s. Ad quē ac-
cedentes, lapidem viuum, ab homi-
nibus quidem reprobatum, a deo
autem electum et honorificatum: et
ipsi tāquam lapides viui superedi-
ficamini, domus spiritualis, sacer-
dotium sanctū, offerentes spiritua-
les hostias, acceptabiles deo p Je-
sum Christum. Propter quod con-
tinet scriptura, Ecce pono in Sion Esa.28.d
lapidem summum angularem, pro- Rom.9g
batum, electū, pretiosum. et qui cre- B
diderit in eū, non cōfundetur. Vo-
bis igitur honor credentibus. non
credētibus autē, lapis quem repro-
bauerunt edificantes, hic factus est Ps.117.d
in caput anguli: & lapis offensionis Mat.21 d
et petra scādali, his qui offendunt Act.4.b.
verbo, nec credunt in quo et positi Esaie.8.c
sunt. Vos aūt gen9 electum, regale Exo.19 a
sacerdotium, gens sancta, populus
acquisitionis: vt virtutes annun-
tietis eius, qui de tenebris vos vo-
cauit in admirabile lumē suū. Qui Osee.2.d
aliquando non popul9 dei: nūc aūt Rom.9 e

populus dei. qui non consecuti mi-
sericordiam: nūc autē misericordiā
consecuti. Charissimi, obsecro vos
Gala.5.c tanquā aduenas & peregrinos, ab-
Ro.13.d stinere vos a carnalibus desideriis
C que militant aduersus animā, con-
uersationem vestram inter gentes
habentes bonam: vt in eo quod de-
trectant de vobis tanquam de ma-
lefactoribus, ex bonis operib⁹ vos
considerantes, glorificent deum in
Ro.13.a. die visitationis. Subiecti igit̄ estote
te oī humane creature propter do-
minum: siue regi, quasi precellenti:
siue ducibus, tanq̄ ab eo missis ad
vindictā malefactorum, laudē vero
bonorum. quia sic est voluntas dei,
vt benefaciētes obmutescere facia-
tis imprudentium hominum igno-
rantiam: quasi liberi, et non quasi
velamē habentes malitie libertatē,
Ro.12.c. sed sicut serui dei. Oēs honorate.
Fraternitatē diligite. Deum time-
Ephe.6.a te. Regē honorificate. Serui, sub-
Colo.3d diti estote in omni timore dominis,
Tit.2.c non tantum bonis et modestis, sed
2.cor.7c etiam dyscolis. Hec est enī gratia,
si propter dei conscientiam sustinet
quis tristitias, patiēs iniuste. Que
enim est gratia: si peccantes, et co-
D laphizati suffertis? Sed si bene fa-
cientes patienter sustinetis: hec est
gratia apud deū. In hoc enim vo-
cati estis: quia et Christ⁹ passus est
pro nobis, vobis relinquens exem-
plum vt sequamini vestigia ei⁹. qui
Esai.53c peccatum non fecit, nec inuētus est
1.Ioā.3 a dolus in ore eius, qui cum male di-
ceretur, non maledicebat: cum pa-
teretur, non comminabatur. trade-
Esa.35.b bat autem iudicanti se iniuste. qui
peccata nostra ipse pertulit in cor-
pore suo super lignum: vt peccatis
mortui, iustitie viuamus. cuius li-
uore sanati estis. Eratis enim sicut
oues errantes: sed conuersi estis
nūc ad pastorem et episcopum ani-
marum vestrarum.

CAPVT. III.

Similiter et mulieres, subdite A
sint viris suis: vt et si qui non Colo.3e
credunt verbo, per mulierum Ephe.5.c
conuersationem sine verbo lucrifi-
ant, considerātes in timore castam
cōuersationē vestrā. Quarum non 1.tim.2.c
sit extrinsecus capillatura, aut cir-
cundatio auri, aut indumēti vesti-
mentorū cultus: sed qui abscondit⁹
est, cordis homo, i incorruptibilita-
te quieti et modesti spiritus, qui est
in conspectu dei locuples. Sic enim
aliquando & sancte mulieres sperā-
tes in deo, ornabāt se, subiecte pro-
priis viris. sicut Sara obediebat A- Ge.18.b.
brahe dn̄m eum vocans, cuius estis
filie, bene facientes, et nō pertimē-
tes vllā perturbationē. Viri simi- 1.co.7.a.
liter, cohabitātes secundum scien- B
tiam, quasi infirmiori vasculo mu-
liebri impartiētes honorē, tāquam
et coheredib⁹ gratie vite: vt nō im-
pediātur orationes vestre. In fine
aūt: oēs vnanimes cōpatiētes, fra-
ternitatis amatores, misericordes,
modesti, humiles. nō reddētes ma- Pro.17 c
lum pro malo, nec maledictum pro &12.d
maledicto: sed ecōtrario, benedicē- Ro.12.d
tes, quia in hoc vocati estis, vt be- 1.the.5.d
nedictionē hereditatis possideatis. Psal.33.c
Qui enim vult vitā diligere, & dies
videre bonos: coerceat linguā suā
a malo, et labia eius ne loquantur
dolū. Declinet a malo, et faciat bo-
num: inquirat pacē, et sequatur eā:
quia oculi dn̄i super iustos, & aures
eius in preces eorum. vultus autem
dn̄i super facientes mala. Et quis C
est, q̄ vobis noceat, si boni emula-
tores fueritis? Sed et si quid pati- Matt.5.a
mini propter iustitiam: beati. Ti-
morem autē eorum ne timueritis,
et non conturbemini. dominum au-
tem Christum sanctificate in cordi-
bus vestris, parati semꝑ ad satis-
factionem omni poscenti vos ratio-
nem de ea, que in vobis est, spe. sed
cum modestia et timore, conscientiā

Sup. 2.c habentes bonā: vt in eo quod de-
trahunt vobis, cōfundantur, q̄ ca-
lumniātur vestrā bonā in Christo
cōuersationē. Melius est enim, vt
bene facientes (si voluntas dei ve-
lit) pati, q̄ male facientes. quia et
Heb. 9.d Christ⁹ semel pro peccatis nostris
Rom.5b mortuus est, iustus pro iniustis:
vt nos offerret Deo, mortificatos
quidem carne, viuificatos aūt spi-
D ritu. In quo & his q̄ in carcere erāt
spiritib⁹, veniens predicauit: q̄ in-
creduli fuerāt aliquādo, quādo ex-
pectabant dei patientiam in dieb⁹
Gen.6.b Noe, cū fabricaretur arca, in qua
mat.24d pauci, id est, octo anime salue facte
Luc.19 f sunt p aquā. Qd & vos nūc similis
forme saluos facit baptisma: non
carnis depositio fordiū, sed consci-
entie bone interrogatio in deū per
resurrectionē Jesu Christi, q̄ est in
dextera dei, deglutiens mortē, vt
vite eterne heredes efficeremur: p-
fectus in celū, subiectis sibi angelis
et potestatibus et virtutibus.

CAPVT. IIII.

A CHristo igitur passo ī carne,
et vos eadē cogitatione ar-
mamini. quia qui passus est
in carne, desiit a peccatis: vt iā non
desideriis hominū, sed voluntate
dei quod reliquū est in carne viuat
temporis. Sufficit enim preteritū
Ephe.4 c tempus ad voluntatem gentiū cō-
summandā, his qui ambulauerūt
in luxuriis, desideriis, vinolentiis,
comessationibus, potationibus, e-
brietatibus, et illicitis idolorū cul-
tibus. in quo admirantur non cō-
currentib⁹ vobis in eandē luxurie
confusionē, blasphemantes. q̄ red-
B dent rationē ei, q̄ paratus est iudi-
care viuos et mortuos. Propt̄ hoc
enim et mortuis euangelizatū est:
vt iudicentur quidē secundum ho-
mines in carne, viuant aūt secun-
dum deū in spiritu. Omniū aūt fi-
nis appropinquauit. Estote itaq̄
prudētes: et vigilate in orationib⁹.
Ante omnia autē, mutuā in vobis-
metipsis charitatem continuā ha-
bentes: quia charitas operit multi- Pro.10 b
tudinem peccatorū. Hospitales in- C
uicem, sine murmuratione. Vnus- Rom.12c
quisq̄ sicut accepit gratiam, in al- Heb. 13.a
terutrū illā administrātes: sicut bo Phil. 2.b
ni dispensatores multiformis gra-
tie dei. Si quis loquitur: tanq̄ ser-
mones dei. si quis ministrat: tanq̄
ex virtute, quā administrat deus.
vt in omnibus honorificetur deus
per Jesum Christum: cui est gloria
et imperium in secula seculorum.
Amen. Charissimi, nolite peregri-
nari in feruore qui ad tentationem
vobis fit, quasi noui aliquid vo-
bis cōtingat: sed communicantes
Christi passionibus, gaudete, vt et
in reuelatione glorie eius gaudea-
tis exultātes. Si exprobramini in
nomine Christi, beati eritis: quo-
niā quod est honoris, glorie, et vir-
tutis dei, & qui est eius spiritus: su-
per vos requiescit. Nemo aūt ve- D
strum patiatur, vt homicida, aut
fur, aut maledicus, aut alienorum
appetitor. Si aūt vt Christianus:
non erubescat, glorificet aūt deum
in isto nomine. Quoniam tempus
est vt incipiat iudiciū a domo dei.
Si autē primū a nobis: quis finis
eorū qui nō credūt dei euangelio?
Et si iustus quidē vix saluabitur:
impius et peccator vbi parebunt?
Itaq̄ et hi qui patiuntur secundū
voluntatē dei, fideli creatori com-
mendēt animas suas ī benefactis.

CAPVT. V.

SEniores ergo q̄ in vobis sunt A
obsecro, cōsenior & testis Chri
sti passionum, qui et eius que
in futuro reuelāda est, glorie com-
municator, pascite qui in vobis est
gregē dei, prouidentes non coacte,
sed spontanee secūdum deum: neq̄
turpis lucri gratia, sed volūtarie:
neq̄ vt dominantes in cleris, sed
forma facti gregis ex animo. Et cū
apparue-

apparuerit princeps pastorũ, percipietis inmarcessibilem glorie coronã. Similiter adolescentes, subditi estote senioribus. omnes enim inuicẽ humilitatẽ insinuate. quia
Iacob 4 c deus superbis resistit: humilibus autẽ dat gratiã. Humiliamini igit
Matt. 6. c sub potenti manu dei, vt vos exal-
Luc. 12. c tet in tempore visitationis, omnẽ
Rom. 12 c solicitudinem vestrã proiicientes in
Psa. 54 d eum, quoniã ipsi cura est de vobis.
C Sobrii estote, et vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanquã leo rugiens circumit, querens quẽ deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandẽ passionem ei que in mundo est, vestre fraternitati fieri. Deus aũt omnis gratie, qui vocauit nos in eternam suam gloriã in Christo Iesu, modicũ passos, ipse perficiet, confirmabit, solidabitq;. Ipsi gloria, et imperium in secula
D seculorũ. Amen. Per Siluanũ fidelem fratrẽ vobis, vt arbitror, breuiter scripsi: obsecrans ⁊ cõtestans hanc esse veram gratiã dei, in qua et statis. Salutat vos ecclesia, que est in Babylone, coelecta: et Marcus filius meus. Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia vobis oĩbus q̃ estis in Christo Iesu. Amen.

EPISTOLA
PETRI APOSTOLI SECVNDA.



A SIMON Petrus, seru⁹ et apostol⁹ Iesu Christi: iis q̃ coequalẽ nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia dei nostri ⁊ saluatoris Iesu Christi, Gratia vobis et pax adimpleat in cognitione dei, ⁊ Christi Iesu dñi nostri: quo modo oĩa nobis diuine virtutis sue q̃ ad vitam ⁊ pietatẽ donata sunt, ꝑ cognitionẽ eius q̃ vocauit nos ꝓpria gloria et virtute, ꝑ que maxima et pretiosa nobis ꝓmissa donauit: vt per hoc efficiamini diuine cõsortes nature, fugientes eius q̃ in mundo est, cõcupiscẽtie corruptionẽ. Vos B
aũt curã omnẽ subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem: in virtute aũt, scientiã: in sciẽtia aũt, abstinentiam: in abstinentia autẽ, patientiã: in patiẽtia aũt, pietatẽ: in pietate aũt, amorem fraternitatis: in amore aũt fraternitatis, charitatem. Hec enim si vobiscum assint, et superẽt: nõ vacuos, nec sine fructu vos cõstituent in dñi nostri Iesu Christi cognitione. Cui enim nõ presto sunt hec: cecus est, et manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterũ suorũ delictorũ. Quapropter fratres magis satagite, vt ꝑ bona opera certam vestram vocationẽ et electionẽ faciatis. hec enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enĩ abundã- C
ter ministrabitur vobis introitus in eternũ regnum dñi ⁊ saluatoris nostri Iesu Christi. Propter quod incipiam vos semper cõmonere de his: et quidem scientes et cõfirmatos vos i presenti veritate. Iustũ autẽ arbitror quandiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione: cert⁹ ꝙ velox est depositio tabernaculi mei secundũ qđ ⁊ dñs noster Iesus Christus signi-
ficauit mihi. Dabo aũt operam et Ioan. 21 f
frequenter habere vos post obitũ meum vt horũ memoriã faciatis.
Non enim doctas fabulas secuti, 1. cor. 2, c
notã fecimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutem ⁊ presentiã: sed speculatores facti illius magni-
tudinis. Accipiens enĩ a deo patre D
honorem et gloriam, voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica
gloria, Hic est filius meus dilect⁹, Mat. 17. a
in quo mihi cõplacui, ipsum audite. Et

te. Et hanc vocē nos audiuimus de
celo allatam, cum essemus cū ipso
in monte sancto. Et habemus fir-
miorem propheticū sermonem, cui
bene facitis attendentes quasi lu-
cerne lucēti in loco caliginoso, do-
nec dies illucescat, & lucifer oriatur
2.tim.3d in cordibus vestris: hoc primum
intelligentes ꝙ omnis prophetia
scripture, propria interpretatione
non fit. Non enim voluntate hu-
mana allata est aliquando prophe-
tia, sed spiritu sancto inspirati, lo-
cuti sunt sancti dei homines.

CAPVT. II.

A Fuerūt vero & pseudoprophete
in populo, sicut & i vobis erūt
magistri mēdaces, qui intro-
ducent sectas perditionis, & eum q̄
emit eos, dominū negāt: superdu-
centes sibi celerem perditionē. Et
multi sequentur eorū luxurias, per
quos via veritatis blasphemabit:
et i auaricia fictis verbis de vobis
negotiabunt. quib⁹ iudiciū iā olim
non cessat: et perditio eorū nō dor-
Iob.4.d mitat. Si enī deus angelis peccāti-
bus nō pepercit, sed rudentib⁹ in-
ferni detractos in tartarū tradidit
cruciandos in iudiciū reseruari: et
originali mundo non pepercit, sed
B octauū Noe iustitie preconē custo-
Gen.7.a diuit, diluuium mundo impiorum
inducens, et ciuitates Sodomorū
Ge.19.b et Gomorrheorum in cinerem re-
digens, euersione damnauit, ex-
emplum eorū qui impie acturi sunt
ponens: et iustum Lot oppressum
a nefandorum iniuria ac luxurio-
sa conuersatione eripuit. aspectu
enim & auditu iustus erat: habitās
apud eos qui de die in diem animā
iustam iniquis operibus crucia-
bāt. Nouit domin⁹ pios de tenta-
tione eripere, iniquos vero in diem
iudicii reseruare cruciādos: magis
aūt eos q̄ post carnē in concupiscē-
tia immunditie ambulāt, domina-
tionemq; cōtemnunt, audaces, sibi
placentes: sectas nō metuūt intro-
ducere, blasphemātes: vbi angeli,
fortitudine & virtute cum sint ma-
iores, non portant aduersum se ex-
ecrabile iudicium. Hi vero velut C
irrationabilia pecora, naturaliter
in captionem & in perniciem, in his
que ignorant blasphemātes in cor-
ruptione sua peribunt, percipien-
tes mercedem iniustitie, volupta-
tem existimantes, diei delicias. co-
inquinationes et macule: deliciis
affluentes, in conuiuiis suis luxu-
riantes vobiscum, oculos haben-
tes plenos adulterii, et incessabilis
delicti, pellicentes animas instabi-
les, cor exercitatū auaritia haben-
tes, maledictionis filii: derelinquē-
tes rectam viam errauerūt, secuti
viam Balaam ex Bosor, qui mer- Nūe.22d
cedē iniquitatis amauit: correpti-
onē vero habuit sue vesanie. Sub-
iugale mutum animal, in hominis
voce loquens prohibuit prophete
insipientiā. Hi sunt fontes sine a- D
qua, et nebule turbinibus exagita- Iudæ.1.d
te: quib⁹ caligo tenebrarū reserua-
tur. Superba enim vanitātis lo-
quentes, pelliciūt in desideriis car-
nis luxurie, eos qui paululū effu-
giunt, qui in errore conuersantur:
libertatem illis promittentes, cum
ipsi serui sint corruptionis. A quo Ioan.8.d
enim quis superatus est: huius et Rom.6 c
seruus est. Si enim refugientes co- Heb.6.a
inquinationes mundi in cognitio- Mat.12 d
ne domini nostri et saluatoris Je-
su Christi, his rursus implicati su-
perātur: facta sunt eis posteriora
deteriora prioribus. Melius enim
erat illis non cognoscere viam iu-
stitie, ꝙ post agnitionē, retrorsum
conuerti ab eo quod illis traditum
est sancto mandato. Contigit enim
eis illud veri prouerbii, Canis re- Pro.26b
uersus ad suum vomitum: et, Sus
lota in volutabro luti.

CAPVT. III.

A Hanc ecce vobis charissimi se-
cũdam scribo epistolam, in
quib⁹ vestram excito in cõ-
monitione, syncerã mẽtem: vt me-
mores sitis eorũ que predixi, ver-
borum a sanctis prophetis, et apo-
stolorũ vestrorũ preceptorum do-
mini & saluatoris: hoc primum sci-
1.tim.4.a entes, q venient in nouissimis die-
2.tim.3.a bus in deceptione illusores, iuxta
Iudæ.1.f proprias cõcupiscentias ambulan-
Ezec.12.f tes, dicẽtes, Ubi est promissio aut
aduẽtus eius? ex quo enim patres
dormierunt, omnia sic perseuerant
ab initio creature. Latet enim eos
hoc volentes, q celi erant prius, et
terra, de aqua et per aquam consi-
stens Dei verbo: per que ille tunc
mundus aqua inundatus periit.
Celi autem qui nunc sunt, et terra
eodem verbo repositi sunt, igni re-
seruati in diem iudicii, et perditio-
nis impiorum hominũ. Unum ve-
ro hoc nõ lateat vos charissimi, q
vnus dies apud dominũ sicut mil-
le anni: et mille anni, sicut dies v-
B nus. Non tardat dñs promissionẽ
suã, sicut quidã existimant: sed pa-
tienter agit propter vos, nolens a-
liquos perire, sed omnes ad peni-
1.thes.5.a tentiam reuerti. Adueniet aũt dies
Abac.3.a domini vt fur: in quo celi, magno
&16.c impetu transient, elemẽta vero ca-
lore soluentur: terra autem et que
in ipsa sunt opera, exurentur. Cũ
igitur hec omnia dissoluenda sint,
quales oportet vos esse in sanctis
conuersationibus et pietatib⁹, ex-
pectantes & properantes in aduen-
tum diei domini, per quem celi ar-
dentes soluentur, et elemẽta ignis
Apo.21.a ardore tabescent? Nouos vero ce-
Esa.65.c los et nouã terrã et promissa ipsi-
&.66.g us expectamus, in quibus iustitia
D habitat. Propter quod charissimi,
hec expectantes, satagite, immacu-
lati et inuiolati ei inueniri in pace:
Rom.2.a et domini nostri longanimitatem,
salutem arbitramini, sicut & chari-
simus frater noster Paulus secun-
dum datam sibi sapientiã scripsit
vobis: sicut et in omnibus episto-
lis, loquens in eis de his. in quibus
sunt quedam difficilia intellectu, q̃
indocti et instabiles deprauant, si-
cut et ceteras scripturas: ad suam
ipsorum perditionem. Uos igitur
fratres, prescientes, custodite ne in-
sipientium errore traducti excida-
tis a propria firmitate: crescite ve-
ro i gratia, & i cognitione dñi nři &
saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria
et nunc & in diẽ eternitatis. Amen.

EPISTOLA
BEATI IOANNIS APOSTOLI PRIMA.



QVOD fuit A
ab initio, qđ
audiuim⁹, qđ
vidimus ocu-
lis nostris, qđ
perspeximus,
et manus no-
stre contrecta-
uerunt de ver-
bo vite, et vita manifestata est: et
vidimus, et testamur, et annunti-
amus vobis vitã eternã, que erat
apud patrem, et apparuit nobis.
Quod vidimus et audiuimus, an- B
nuntiam⁹ vobis, vt & vos societa-
tem habeatis nobiscum, & societas
nostra sit cũ patre & cũ filio ei⁹ Ie-
su Christo. Et hec scribim⁹ vobis
vt gaudeatis, et gaudiũ vestrũ sit
plenũ. Et hec est annuntiatio quã
audiuim⁹ ab eo, et annũtiam⁹ vo-
bis, Qm̃ deus lux est, et tenebre in C
eo nõ sunt vlle. Si dixerim⁹ qm̃ so- Ioan.8.b
cietatẽ habem⁹ cũ eo, & in tenebris
ambulamus: mentimur, & veritatẽ
nõ facim⁹. Si aũt in luce ambula-
mus, sicut et ipse est i luce: societa-
tem habemus adinuicẽ, et sanguis
Iesu

Heb.9.d. Iesu Christi filii eius emūdat nos
1.pet.1.d ab omni peccato. Si dixerimꝰ quo-
D niam peccatum non habemus: ipsi
Apoc.1 b nos seducimus, & veritas in nobis
3.Re.8.e non est. Si cōfiteamur peccata no-
2.par.6 g stra: fidelis est et iustus, vt remit-
Pro.20 b tat nobis peccata nostra, et emun-
Eccl.7.c det nos ab omni iniquitate. Si di-
xerimus quoniam nō peccauimus:
mendacem facimus eum, et verbū
eius non est in nobis.

CAPVT. II.

A Filioli mei, hec scribo vobis, vt
nō peccetis. Sed & si quis pec-
cauerit, aduocatum habemus
apud patrem Iesum Christum iu-
stum. & ipse est propitiatio pro pec-
catis nostris, non pro nostris autē
tantum, sed etiā pro totius mundi.
Et in hoc scimus quoniam cogno-
uimus eum, si mādata eius obser-
uamus. Qui dicit se nosse deum, et
mandata eius non custodit: mēdax
est, et in eo veritas nō est. Qui autē
seruat verbū eius: vere in hoc cha-
ritas dei perfecta est. in hoc scimus
quoniam in ipso sumꝰ. qui dicit se
in ipso manere: debet sicut ille am-
bulauit, et ipse ambulare. Charis-
simi, nō mandatum nouum scribo
vobis, sed mandatum vetus quod
habuistis ab initio. Mādatum ve-
Ioā.13.d tus est verbum quod audistis. Ite-
&15.b rum mandatum nouum scribo vo-
B bis: quod verum est et in ipso, et in
vobis: quia tenebre transierunt, et
verum lumen iam lucet. Qui di-
cit se in luce esse, & fratrem suum o-
dit: in tenebris est vsq; adhuc. Qui
diligit fratrē suum, in lumine ma-
Infr.3.c. net, & scandalum in eo non est. Qui
autem odit fratrem suum: in tene-
bris est, et in tenebris ambulat, et
nescit quo eat, quia tenebre obce-
cauerunt oculos eius. Scribo vo-
bis filioli, quoniam remittunt͛ vo-
bis peccata propt͛ nomē eius. Scri-
bo vobis patres, quoniam cogno-
uistis eum qui ab initio est. Scribo
vobis adolescentes, quoniam vici-
stis malignū. Scribo vobis infan-
tes, quoniam cognouistis patrem.
Scripsi vobis patres, quoniā co-
gnouistis eū qui est ab initio. Scri-
bo vobis iuuenes quoniam fortes
estis, et verbū dei manet in vobis,
et vicistis malignū. Nolite dilige-
re mundum, neq; ea que in mundo
sunt. Si quis diligit mundum: nō C
est charitas patris in eo. quoniam
omne quod est in mundo, concupi-
scentia carnis est, & concupiscentia
oculorum, & superbia vite, que non
est ex patre, sed ex mūdo est. Et mū-
dus transit, & concupiscentia eius.
Qui autem facit voluntatem dei,
manet in eternū. Filioli, nouissima
hora est. et sicut audistis quia anti-
christus venit: et nunc antichristi
multi facti sunt. vnde scimus quia
nouissima hora est. Ex nobis pro-
dierunt: sed non erant ex nobis.
nam si fuissent ex nobis: perman-
sissent vtiq; nobiscū. sed vt manife-
sti sint quoniam nō sunt omnes ex
nobis. Sed vos vnctionem habetis
a sancto, & nostis omnia. Non scri-
psi vobis quasi ignorantibus veri-
tatem, sed quasi scientibus eam, et
quoniam omne mendacium ex ve-
ritate non est. Quis est mēdax, nisi
is q̄ negat qm̄ Iesus non est Chri-
stus? Hic est antichristꝰ, qui negat
patrem & filium. Omnis qui negat D
filium: nec patrem habet. qui cōfi-
tetur filium: et patrem habet. Vos
quod audistis ab initio, ī vobis p̄-
maneat: quia si in vobis permāse-
rit quod audistis ab initio, et vos
in filio et patre manebitis. Et hec
est repromissio quam ipse pollicitꝰ
est nobis, vitam eternam. Hec scri-
psi vobis de his qui seducunt vos.
Et vos vnctionem quam accepistis
ab eo, maneat in vobis. Et nō ne-
cesse habetis vt aliquis doceat vos:
sed sicut vnctio eiꝰ docet vos de om-
nibus, et verum est, & non est men-
dacium.

dacium. Et sicut docuit vos, ma=
nete in eo. Et nunc filioli manete
in eo: vt cum apparuerit, habeam⁹
fiduciam, et nõ cõfundamur ab eo
in aduentu ei⁹. Si scitis quoniam
iust⁹ est: scitote quoniam et omnis
qui facit iustitiã, ex ipso natus est.

CAPVT. III.

A V Idete qualem charitatẽ de-
dit nobis pater, vt filii dei
nominemur et simus. Pro=
pter hoc, mundus non nouit nos:
quia nõ nouit eũ. Charissimi, nunc
filii dei sumus: et nondũ apparuit
quid erimus. Scim⁹ quoniã cum
apparuerit, similes ei erim⁹, quo=
niã videbimus eũ sicuti est. Et oĩs
qui habet hanc spem in eo: sanctifi=
cat se, sicut et ille sanctus est. Om=
nis qui facit peccatũ, et iniquitatẽ
Esa. 53. c facit: et peccatũ est iiquitas. Et sci=
1. pet. 2. d tis q̃a ille apparuit vt peccata nr̃a
B tolleret: ꝛ peccatũ in eo nõ est. Oĩs
qui in eo manet, nõ peccat. ꝛ omnis
qui peccat, nõ vidit eũ, nec cogno=
uit eũ. Filioli, nemo vos seducat.
Ioan. 8. f Qui facit iustitiã, iustus est, sicut ꝛ
ille iustus est. Qui facit peccatũ, ex
diabolo est: quoniã ab initio diabo
lus peccat. In hoc apparuit filius
dei, vt dissoluat opera diaboli. Om
nis qui natus est ex deo, peccatum
nõ facit: quoniã semẽ ipsius in eo
manet, ꝛ nõ potest peccare, quoniã
ex deo natus est. In hoc manifesti
sũt filii dei, et filii diaboli. Omnis
qui nõ est iustus, nõ est ex deo, ꝛ qui
nõ diligit fratẽ suũ. quoniã hec est
Ioã. 13. d. annũtiatio, quã audistis ab initio,
& 15. b Vt diligatis alterutrum. Nõ sicut
Gen. 4. b Cain qui ex maligno erat: ꝛ occidit
fratrẽ suũ. Et propter quid occidit
C eũ? Quoniã opera eius, maligna
erãt: fratris autẽ eius, iusta. Noli=
te mirari fratres, si odit vos mun=
dus. Nos scimus quoniã translati
sumus de morte ad vitã, quoniam
Sup. 2. b diligimus fratres. Qui nõ diligit:
Leu. 19 d manet i morte. omnis qui odit fra=
trem suum: homicida est. Et scitis
quoniã omnis homicida nõ habet
vitã eternã in se manẽtem. In hoc Ioã. 15. b
cognouimus charitatẽ dei, quoniã
ille animã suam pro nobis posuit: ꝛ
nos debemus pro fratrib⁹ animas
ponere. Qui habuerit substantiam Iaco. 2. c
huius mũdi, ꝛ viderit fratrẽ suum
necessitatẽ habere, ꝛ clauserit visce=
ra sua ab eo, q̃modo charitas dei
manet in eo? Filioli mei, nõ diliga
mus verbo, neq; lingua, sed opere
et veritate. In hoc cognoscim⁹ q̃ D
ex veritate sum⁹: ꝛ in conspectu ei⁹
suadebimus corda nostra. Quoniã
si reprehẽderit nos cor nostrũ, ma=
ior est de⁹ corde nostro, ꝛ nouit oĩa.
Charissimi, si cor nostrũ nõ reph̃ẽ=
derit nos: fiduciã habem⁹ ad deũ.
ꝛ quicq̃d petierim⁹, accipiem⁹ ab eo: Ioã. 15. a
quoniã mãdata eius custodim⁹, et & 16. e
ea que sũt placita corã eo, facim⁹. Mat. 21. c
Et hoc est mandatũ ei⁹, Vt creda= Ioan. 6. d
m⁹ in noĩe filii eius Iesu Christi: ꝛ & 17. a
diligam⁹ alterutrũ, sicut dedit mã=
datũ nobis. Et qui seruat mãdata Ioã. 13. d
ei⁹: in illo manet, et ipse in eo. et in & 15 b
hoc scimus quoniã manet i nobis,
ex spiritu quem dedit nobis.

CAPVT. IIII.

C Harissimi, nolite omni spiri A
tui credere, sed probate spiri
tus si ex deo sint: quoniam
multi pseudoprophete exierunt in
mundũ. In hoc cognoscitur spiri=
tus dei. omnis spiritus qui confite=
tur Iesum Christum in carne ve=
nisse, ex deo est: et omnis spiritus
qui soluit Iesum, ex deo non est,
et hic est antichristus, de quo audi=
stis quoniam venit, et nunc iam in
mundo est. Vos ex deo estis filioli,
ꝛ vicistis eos. quoniã maior est qui
in vobis est, quã qui in mũdo. Ip= Ioan. 8. f
si de mũdo sunt: ideo de mundo lo=
quuntur, ꝛ mũdus eos audit. Nos B
ex deo sum⁹. Qui nouit deũ: audit
nos. qui nõ est ex deo: nõ audit nos.
i hoc cognoscim⁹ spiritũ veritatis

et spiritū erroris. Charissimi, dili-
gamus nos inuicē quia charitas ex
deo est. Et omnis qui diligit, ex deo
natus est, et cognoscit deū. Qui nō
Ioan. 3.b diligit, nō nouit deū: quoniam deus
charitas est. In hoc apparuit chari
tas dei i nobis quoniā filiū suū vni
genitū misit deꝰ in mūdū, vt viua-
mus ꝑ eū. In hoc est charitas: non
quasi nos dilexerimꝰ deū, sed quo-
niam ipse prior dilexit nos, et misit
filiū suū propitiationē pro peccatis
C nostris. Charissimi, si sic deus dile-
xit nos: ⁊ nos debemꝰ alterutrū di-
Ioan .1.b ligere. Deū nemo vidit vnq̄. Si di-
1.tim.6 b ligamꝰ inuicē: deꝰ in nobis manet,
⁊ charitas eiꝰ i nobis ꝑfecta est. In
hoc cognoscimꝰ qd̄ in eo manemꝰ,
⁊ ipse i nobis: quoniā de spiritu suo
dedit nobis. Et nos vidimꝰ ⁊ testi-
ficamur quoniā pater misit filiū su
um saluatorē mūdi. Quisq̄s cōfes-
sus fuerit q̄niā Iesus est filius dei:
deꝰ in eo manet, et ipse in deo. Et
nos cognouimꝰ, ⁊ credidimus cha-
ritati, quā habet deꝰ in nobis. Deꝰ
charitas est. et q̄ manet in charita-
D te: in deo manet, ⁊ deꝰ in eo. In hoc
perfecta est charitas dei nobiscū, vt
fiduciā habeamus in die iudicii: q̄a
sicut ille est, ⁊ nos sumꝰ in hoc mū-
do. Timor non est in charitate: sed
ꝑfecta charitas, foras mittit timo-
rem, quoniam timor penam habet.
qui autē timet: non est perfectus in
charitate. Nos ergo diligamꝰ deū:
quoniam deus prior dilexit nos. Si
quis dixerit, Quoniam diligo deū:
et fratrem suum oderit: mēdax est.
Qui enin nō diligit fratrem suum
quem videt, deum quem nō videt,
Ioā.13.d. quomō potest diligere? Et hoc mā-
& 15.b datum habemus a deo: vt qui dili-
Ephe.5.a git deum, diligat et fratrem suum.

CAPVT. V.

A OMnis qui credit quoniā Ie-
sus est Christus, ex deo na-
tus est. Et omnis qui diligit
eum qui genuit: diligit ⁊ eū qui na-
tus est ex eo. In hoc cognoscimus
quoniam diligimus natos dei: cum
deum diligamꝰ, ⁊ mandata eius fa-
ciamus. Hec est enim charitas dei,
vt mādata eius custodiamꝰ, ⁊ mā- Mat.11.b
data eius grauia nō sunt. Quoniā
omne quod natum est ex deo: vin-
cit mundum. et hec est victoria que
vincit mundū: fides nostra. Quis 1.co.15 g
est qui vincit mūdum, nisi qui cre- B
dit quoniam Iesus est filiꝰ dei? hic
est qui venit per aquam et sangui-
nem Iesus Christus. non in aqua
solum: sed in aqua et sanguine. Et
spiritus est qui testificatur quoniā
Christus est veritas. Quoniā tres
sunt qui testimonium dant in celo:
pater, verbum, et spiritus sanctus,
et hi tres, vnum sunt. Et tres sunt
qui testimoniū dant in terra: spiri-
tus, aqua, ⁊ sanguis. ⁊ hi tres, vnū
sunt. Si testimoniū hominum acci-
pimus: testimonium dei maius est.
quoniam hoc est testimonium dei,
quod maiꝰ est: quoniam testificatꝰ
est de filio suo. Qui credit in filium Ioan.3.d
dei: habet testimoniū dei in se. Qui
non credit filio: mēdacem facit eū:
quia nō credit in testimonium, qd̄
testificatus est deus de filio suo. Et
hoc est testimonium, Quoniam vi-
tam eternā dedit nobis deus. et hec
vita, in filio eius est. Qui habet fi- C
lium dei: habet vitam. qui non ha-
bet filium dei: vitam nō habet. Hec
scribo vobis: vt sciatis quoniā vi-
tam habetis eternam qui creditis
in nomine filii dei. Et hec est fidu-
cia quam habemus ad deum, Quia
quodcūq̄ petierimꝰ secundū volū-
tatē eius, audit nos. Et scimꝰ quia
audit nos quicquid petierimꝰ: sci-
mus qd̄ habemus petitiones quas
postulauimꝰ ab eo. Qui scit fratrē
suū peccare peccatū non ad mortē,
petat: et dabitur ei vita, peccāti nō
ad mortē. Est peccatū ad mortē: nō D
pro illo dico vt roget quis. Ōis in-
iquitas, peccatū est, ⁊ est peccatum
ad mor-

ad mortē. Scimus q̄a oīs qui natꝰ
est ex deo, non peccat: sed generatio
dei cōseruat eū, ⁊ malignꝰ nō tāgit
eum. Scimꝰ quoniā ex deo sumꝰ: et
mūdus totꝰ in maligno positꝰ est.
Et scimꝰ q̄m filiꝰ dei venit: ⁊ dedit
nobis sensum vt cognoscamꝰ verū
deum, ⁊ simus in vero filio eiꝰ. Hic
est verꝰ deꝰ: et vita eterna. Filioli,
custodite vos a simulachris. Amē.

EPISTOLA
BEATI IOANNIS. APOSTOLI SECVNDA.

A SENIOR,
electe domine
et natis eius,
quos ego dili
goi veritate,
et non ego so-
lus, sed et oēs
qui cognoue-
rūt veritatē,
propter veritatē que permanet in
vobis, et vobiscum erit in eternū:
Sit vobiscū gratia, misericordia,
pax a deo patre, et a Christo Iesu
filio patris in veritate, ⁊ charitate.
B Gauisus sum valde q̄ inueni de fi-
liis tuis ambulātes in veritate, si-
cut mandatū accepimꝰ a patre. Et
nunc rogo te dn̄a, non tanquā mā-
datū nouū scribens tibi, sed quod
habuimus ab initio: vt diligamus
alterutrum. Et hec est charitas, vt
ambulemꝰ secūdū mādata eiꝰ. Hoc
est enī mandatū, vt queadmodum
audistis ab initio, in eo ambuletis:
quoniā multi seductores exierūt in
mūdum, qui nō confitētur Iesum
C Christū venisse in carnē. Hic est se-
ductor et antichristus. Videte vos-
metipsos, ne perdatis que operati
estis: sed vt mercedē plenā accipia-
tis. Omis q̄ recedit, et nō ꝑmanet in
doctrina Christi: deum non habet.
Qui ꝑmanet in doctrina: hic, patrē
et filiū habet. Si q̄s venit ad vos,
et hāc doctrinā nō affert: nolite re-
cipere eū in domū, nec Aue ei dixe-
ritis. Qui eni dicit illi, Aue: com- D
municat operibus eius malignis.
Ecce predixi vobis: vt in die domi-
ni non cōfundamini. Plura habēs
vobis scribere: nolui per chartam
et atramētum. Spero enim me fu-
turum apud vos, ⁊ os ad os loqui:
vt gaudium vestrum plenum sit.
Salutant te filii sororis tue electe.

EPISTOLA
BEATI IOANNIS APOSTOLI. TERTIA.



SENIOR Caio A
charissimo, quem
ego diligo in veri-
tate. Charissime de
omnibus oratione
facio prospere te in
gredi et valere, si-
cut prospere agit aīa tua. Gauisus
sum valde venientibus fratribus, et
testimonium perhibētibus verita-
ti tue: sicut tu ī veritate ambulas.
Maiorē hor non habeo gratiā, q̄ B
vt audiam filios meos in veritate
ambulare. Charissime fideliṫ facis
quicquid operaris in fratres: ⁊ hoc
in peregrinos qui testimoniū reddi
derunt charitati tue in cōspectu ec-
clesie: quos, bene facies, deducens
digne deo. Pro nomine enim eius
profecti sunt, nihil accipiētes a gē-
tibus. Nos ergo debemus susci- C
pere huiusmodi: vt cooperatores
simus veritatis. Scripsissem forsi-
tan ecclesie: sed is qui amat prima-
tum gerere in eis, Diotrephes, nō
recipit nos. Propter hoc si venero,
commonebo eius opera que facit:
verbis malignis garriēs in nos. Et
quasi non ei ista sufficiāt: neq̄ ipse
suscipit fratres, et eos q̄ suscipiūt,
prohibet, et de ecclesia eiicit. Cha- D
rissime, noli imitari malū, sed quod

bonum est. Qui bene facit, ex Deo est: qui male facit, non videt deum. Demetrio testimoniũ redditur ab omnibus, et ab ipsa veritate. Sed et nos testimonium perhibemus, & nosti quoniã testimoniũ nostrum verum est. Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentum et calamum scribere tibi. Spero aũt protinus te videre: et os ad os loquemur. Pax tibi. Salutãt te amici. Saluta tu amicos nominatim.

BEATI IVDAE
APOSTOLI EPISTOLA CATHOLICA.



A IVDAS Jesu Christi seruus, frater autem Jacobi: his q̃ sunt in deo patre dilectis, & Christo Iesu cõseruatis, & vocatis, misericordia vobis, et pax, et charitas adimpleatur. Charissimi, omnem solicitudinem faciens scribẽdi vobis de cõmuni vestra salute, necesse habui scribere vobis: deprecans supercertari semel tradite

B sanctis fidei. Subintroierũt enim quidam homines (qui olim prescripti sunt i hoc iudicium) impii, dñi nostri gratiã transferentes in luxuriã, et solũ dominatorem et dñm nostrum Jesum Christũ negãtes. Cõmonere autẽ vos volo, scientes semel omnia, q̃ Jesus populum de

Nũe. 14 f terra Egypti saluans, secũdo eos qui nõ crediderũt, perdidit. Angelos vero qui non seruauerunt suũ principatũ, sed dereliquerunt suũ domicilium, in iudiciũ magni diei, vinculis eternis sub caligine reser

C uauit. Sicut Sodoma et Gomor

Ge. 19. e rha, & finitime ciuitates simili modo exfornicate, & abeũtes post carnẽ alterã, facti sunt exemplũ, ignis eterni penã sustinentes. Similiter et hi carnẽ quidẽ maculãt, dominationẽ aũt spernunt, maiestatẽ autẽ blasphemant. Cũ Michael archãgelus, cũ diabolo disputans alter- Zach. 3. e Eccl. 21 d caretur de Moysi corpore: non est ausus iudiciũ inferre blasphemie, sed dixit, Imperet tibi deus. Hi aũt D quecũq; quidem ignorãt, blasphemant. quecũq; aũt naturalit, tanq̃ muta animalia norunt, in his corrumpũtur. Ve illis, q̃ in via Cain Gen. 4 b abierunt: et errore Balaã, mercede Nũe. 22 d effusi sunt, & in cõtradictione Core Nũe. 16 a perierũt. Hi sunt i epulis suis, macule cõuiuãtes, sine timore, semetipsos pascẽtes, nubes sine aqua q̃ 2. pe. 2. d a ventis circũferunt, arbores autũnales, infructuose, bis mortue, eradicate, fluctus feri maris, despumantes suas cõfusiones, sidera errantia: quibus procella tenebrarum seruata est in eternum. Prophetauit aũt & de his septimus ab Adã, E Enoch, dicens, Ecce venit dominus in sanctis millibus suis, facere iudi- Apoc. 1 b cium contra omnes, & arguere oẽs impios de omnibus operibus impietatis eorũ quibus impie egerũt, et de omnibus duris q̃ locuti sunt cõtra eũ peccatores impii. Hi sunt murmuratores, querulosi, secũdũ desideria sua ambulãtes, et os eorũ loquitur superbiã, mirãtes personas questus causa. Vos autẽ charissimi, memores estote verborũ q̃ F predicta sunt ab apostolis domini nostri Jesu Christi, qui dicebãt vobis, Quoniã in nouissimis temporibus venient illusores, secundum 1. tim. 4 a 2. tim. 3. a 2. pet. 3 a desideria sua ambulãtes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos aũt charissimi, superedificãtes vosmetipsos sanctissime nostre fidei, in spiritu sctõ orãtes, vosmetipsos in dilectione Dei seruate,

seruate, expectātes misericordiam
domini nostri Jesu Christi in vitā
C eternā. Et hos quidē arguite iudi-
catos: illos vero saluate, de igne
rapientes. Illis aūt miseremini in
timore: odientes & eam que carna-
lis est maculatam tunicam. Ei aūt
qui potens est vos conseruare sine
peccato, & constituere ante conspe-
ctum glorie sue immaculatos in ex-
ultatione in aduētu domini nostri
Jesu Christi. soli deo saluatori no-
stro per Jesum Christum dominū
nostrū gloria & magnificentia, im-
perium, et potestas ante omnia se-
cula, et nunc, et in omnia secula se-
culorum. Amen.

APOCALYPSIS
BEATI IOANNIS APOSTOLI.

A 
POCALYpsis Iesu Christi, quā dedit illi deus, palā facere seruis suis que oportet fieri cito: & significauit, mittens p angelum suū seruo suo Joanni, q̄ te-
stimonium perhibuit verbo dei, et
testimoniū Jesu Christi, quecunq;
vidit. Beatus q̄ legit et audit ver-
ba prophetie huius: & seruat ea que
in ea scripta sunt. tēpus enī prope
B est. Joānes septem ecclesiis q̄ sunt
in Asia, gratia vobis & pax ab eo q̄
est, et qui erat, et qui venturus est,
et a septē spiritib⁹ qui in conspectu
Colo.I.c throni eius sunt, et a Jesu Christo
I.co.15.c qui est testis fidelis, primogenitus
Heb.9 d mortuorū, & princeps regum terre:
I.pet.I d qui dilexit nos & lauit nos a pecca-
I.Ioā.I d tis nostris in sanguine suo, et fecit
nos regnū et sacerdotes deo et pa-
tri suo, ipsi gloria et imperiū in se-
cula seculorum. Amen. Ecce venit Esaię.3.c
cum nubib⁹, et videbit eū oīs ocu- Mat.24.c
lus, et qui eū pupugerūt. Et plan- Iudæ.I.c
gent se super eum oēs tribus terre.
etiam, Amen. Ego sum alpha et o,
principium et finis, dicit dn̄s deus
qui est, et qui erat, et qui venturus
est omnipotens. Ego Joānes fra-
ter vester, & particeps in tribulati- C
one, et regno, et patientia in Chri-
sto Jesu, fui in insula, que appella-
tur Patmos, propter verbum dei
et testimoniū Jesu. Fui in spiritu
in dominica die: et audiui post me
vocem magnā tanq̄ tube dicentis:
Quod vides, scribe ī libro: & mitte
septem ecclesiis, que sunt in Asia,
Epheso, et Smyrne, et Pergamo,
et Thyatire, et Sardis, et Phila-
delphie, et Laodicee. Et conuersus
sum, vt viderem vocem que loque-
batur mecum. Et conuersus, vidi
septem cēdelabra aurea: et in me-
dio septem candelabrorum aureo-
rum similem filio hominis, vestitū
podere, et precinctum ad mamillas D
zona aurea. caput autē eius, et ca-
pilli erāt candidi, tanquā lana al-
ba, et tanquā nix. et oculi eius tan-
quam flāma ignis: & pedes eius si-
miles aurichalco, velut in camino
ardenti. et vox illius tanquam vox
aquarū multarū: et habebat in de-
xtera sua stellas septem. et de ore
eius gladius vtraq; parte acutus
exibat, et facies eius sicut sol lucet
in virtute sua. Et cum vidissem eū,
cecidi ad pedes eius tanq̄ mortu⁹.
Et posuit dexterā suam super me,
dicēs, Noli timere: ego sum prim⁹ Esai.41.b
et nouissimus, & viuus, et fui mor- &.44.a
tuus, & ecce sum viuens ī secula se-
culorum, et habeo claues mortis et
inferni. Scribe ergo que vidisti, et
que sunt, et que oportet fieri post
hec. Sacramentū septem stellarū,
quas vidisti ī dextera mea, et septē
candelabra aurea. septem stelle: an-
geli sunt septem ecclesiarū. et can-
delabra

delabra septem: septē ecclesie sunt.

CAPUT. II.

A E Et angelo Ephesi ecclesie scri-
be. Hec dicit qui tenet septem
stellas in dextera sua, qui am-
bulat in medio septē candelabrorū
aureorū, Scio opera tua, et laborē,
et patientiā tuā: et qz nō potes su-
stinere malos, et tentasti eos qui se
dicūt apostolos esse, et non sunt, et
inuenisti eos mēdaces: et patientiā
habes, et sustinuisti propter nomen
meū, et nō defecisti. Sed habeo ad-
uersum te pauca, qz charitatē tuā
B primā reliquisti. Memor esto itaqz
vnde excideris: et age penitētiā, et
prima opera fac. sin autem, veniam
tibi cito, et mouebo candelabrū tuū
de loco suo, nisi penitentiā egeris.
Sed hoc habes, qa odisti facta Ni-
colaitarū, que et ego odi. Qui ha-
bet aurem, audiat quid spirit⁹ di-
cat ecclesiis. Vincēti dabo edere de
ligno vite, quod est in paradiso dei
mei. Et angelo Smyrne ecclesie scri-
be, Hec dicit primus et nouissimus,
C qui fuit mortuus et viuit, Scio tri-
bulationem tuā et paupertatē tuā,
sed diues es: et blasphemaris ab
his qui se dicunt Iudeos esse, et nō
sunt, sed sūt synagoga satane. Ni-
hil horū timeas q̄ passur⁹ es. Ecce
missurus est diabol⁹ aliquos ex vo
bis in carcerē vt tētemini: et habe-
bitis tribulationē dieb⁹ decē. Esto
fidelis vsqz ad mortē: et dabo tibi
coronā vite. Qui habet aurē, audi-
at quid spirit⁹ dicat ecclesiis, Qui
vicerit, nō ledetur a morte secūda.
D Et angelo Pergami ecclesie scribe,
Hec dicit q̄ habet rompheā vtraqz
parte acutam, Scio vbi habitas,
vbi sedes est satane: et tenes nomē
meum, et non negasti fidem meam.
Et in dieb⁹ illis Antipas testis me-
us fidelis, q̄ occisus est apud vos,
vbi satanas habitat. Sed habeo
Nu.24.c aduersus te pauca: quia habes illic
tenentes doctrinā Balaam, qui do-
cebat Balac mittere scandalū corā
filiis Israel, edere et fornicari: ita
habes et tu tenētes doctrinā Nico-
laitarū. Similiter penitentiā age.
si quo minus: veniā tibi cito et pu-
gnabo cum illis in gladio oris mei.
Qui habet aurē, audiat q̄d spirit⁹ E
dicat ecclesiis, vincēti dabo māna
absconditū, et dabo illi calculū cā-
didū: et in calculo nomē nouū scri-
ptū, quod nemo scit, nisi q̄ accipit.
Et angelo Thyatire ecclesie scribe.
Hec dicit filius dei, qui habet ocu-
los tanquā flāmam ignis, et pedes
eius similes aurichalco. Noui ope-
ra tua, et fidē, et charitatē tuā, et mi-
nisteriū, et patientiā tuā, et opera
tua nouissima plura priorib⁹. Sed F
habeo aduersus te pauca: quia per-
mittis mulierē Hiezabel, que se di-
cit prophetā docere, et seducere ser-
uos meos, fornicari, et manducare
de idolothytis. Et dedi illi tempus
vt penitentiā ageret, et nō vult pe-
nitere a fornicatione sua. Ecce ego
mitto eā in lectū, et qui mecātur cū
ea: in tribulatione maxima erunt,
nisi penitentiā ab operib⁹ suis ege-
rint: et filios eius interficiā in mor-
te, et scient omnes ecclesie quia ego
sum scrutās renes et corda, et dabo
vnicuiqz vestrum secundum opera Hie.17.b
sua. Vobis autē dico et ceteris qui G
Thyatire estis, Quicūqz nō habēt
doctrinā hanc, et qui non cognoue-
rūt altitudines satane, queadmo-
dum dicūt: nō mittā super vos a-
liud pōdus. tamē id quod habetis,
tenete donec veniā. Et qui vicerit
et custodierit vsqz in finem opera
mea: dabo illi potestatē sup gētes,
et reget eas ī virga ferrea, et tanq̄ Psal.2.c
vas figuli cōfringentur, sicut et ego
accepi a patre meo: et dabo illi stel-
lam matutinam. Qui habet aurē,
audiat quid spirit⁹ dicat ecclesiis.

CAPUT. III.

E Et angelo ecclesie Sardis, scri-
be, hec dicit qui habet septem A
spiritus dei, et septem stellas,
Scio opera tua, qa nomē habes qz

viuas & mortuus es. Esto vigilãs,
et cõfirma cetera q̃ moritura erãt.
Nõ eñi inueni opera tua plena co-
rã deo meo. In mẽte ergo habe, qua
liter acceperis & audieris: et serua,
et penitẽtiã age. Si ergo nõ vigila-
Inf. 16.e ueris: veniã ad te tanq̃ fur, et nesci
1.thes.5.a es qua hora veniã ad te. Sed habes
2.Pe.3.c pauca nomina in Sardis, q̃ nõ in-
quinauerũt vestimẽta sua: & ãbula-
bũt mecũ in albis, quia digni sunt.
Qui vicerit, sic vestiet vestimentis
albis, et nõ delebo nomen ei⁹ de li-
bro vite, & cõfitebor nomen ei⁹ co-
ram patre meo, et corã angelis ei⁹.
B Qui habet aurẽ, audiat q̃d spirit⁹
dicat ecclesiis. Et angelo Philadel
phie ecclesie scribe, Hec dicit sanct⁹
et verus, qui habet clauẽ Dauid:
Esa. 22. f qui aperit et nemo claudit: claudit
Iob. 12.b et nemo aperit. Scio opera tua. Ec-
ce dedi corã te ostium apertũ quod
nemo potest claudere, quia modicã
habes virtutem, et seruasti verbũ
meum, & nõ negasti nomen meum.
Ecce dabo de synagoga satane, qui
dicũt se Iudeos esse, & non sunt, sed
mentiũtur. Ecce faciã illos vt veni-
ant, et adorẽt ãte pedes tuos: & sciẽt
quia ego dilexi te. quoniam seruas-
C ti verbũ patiẽtie mee, et ego serua-
bo te ab hora tẽtationis, q̃ vẽtura
est in orbẽ vniuersum tẽtare habi-
tãtes i terra. Ecce venio cito: tene
quod habes, vt nemo accipiat coro
nam tuã. Qui vicerit: faciã illũ co-
lumnã in templo Dei mei, et foras
non egredietur amplius, & scribam
super eum nomen dei mei, et nomẽ
ciuitatis Dei mei noue Hierusalẽ,
que descendit de celo a deo meo, et
nomẽ meũ nouũ. Qui habet aurẽ,
audiat quid spirit⁹ dicat ecclesiis.
Et angelo Laodicee ecclesie scribe,
Hec dicit, Amen testis fidelis & ve-
rus, qui est principiũ creature dei.
Scio opera tua, q̃ neq; frigid⁹ es,
neq; calid⁹. vtinã frigid⁹ esses aut
calidus. sed quia tepidus es, et nec
frigidus, nec calid⁹, incipiã te euo-
mere ex ore meo: quia dicis, Diues D
sum & locupletat⁹, et nullius egeo:
et nescis q̃a tu es miser, et misera-
bilis, et pauper, et cecus, & nudus.
Suadeo tibi emere a me aurũ igni-
tũ probatũ, vt locuples fias: & ve-
stimẽtis albis induaris, vt nõ ap-
pareat cõfusio nuditatis tue, & col
lyrio inunge oculos tuos, vt vide-
as. Ego quos amo, arguo et casti- Pro. 3. b
go. Emulare ergo & penitẽtiã age. Heb. 12. b
Ecce sto ad ostiũ & pulso. si q̃s au-
dierit vocẽ meã, et aperuerit mihi
ianuã: intrabo ad illũ, & cenabo cũ
illo, & ipse mecũ. Qui vicerit, dabo
ei sedere mecũ in throno meo: sicut
et ego vici, & cõsedi cum patre meo
in throno ei⁹. Qui habet aurẽ, au-
diat quid spiritus dicat ecclesiis.

CAPVT. IIII.

Post hec vidi; et ecce ostium A
apertum in celo, & vox prima
quam audiui tanquã tube lo-
quentis mecũ, dicẽs, Ascende huc,
et ostendam tibi que oportet fieri
cito. Post hec, statim fui i spiritu:
et ecce sedes posita erat in celo, et
supra sedẽ sedens. Et qui sedebat:
similis erat aspectui lapidis iaspi-
dis, et sardinis, & iris erat in circũ-
itu sedis, similis visioni smaragdi-
ne. Et in circũitu sedis sedilia vi- B
gintiquatuor, et supra thronos vi-
gintiquatuor seniores sedẽtes, cir-
cumamicti vestimentis albis, et in
capitibus suis corone aureę. Et de
throno procedebant fulgura, & vo-
ces, et tonitrua: et septẽ lampades
ardentes ante thronũ, que sunt se-
ptem spirit⁹ dei. Et in cõspectu se-
dis tanquam mare vitreum simile
crystallo: et in medio sedis & in cir-
cũitu sedis, quatuor animalia ple-
na oculis ante et retro. Et animal
primum, simile leoni: et secundũ a- C
nimal, simile vitulo: et tertiũ ani-
mal, habens faciẽ velut hominis: &
quartũ animal, simile aq̃le volãti.

Et qua-

Et quatuor animalia singula eorũ
habebant alas senas in circumitu:
et intus plena sunt oculis. ⁊ requiẽ
non habebant die ac nocte, dicẽtia,
Sanctus, sanctus, sanct⁹ dominus
deus omnipotens, qui erat, et qui
D est, et qui venturus est. Et cum da-
rent illa animalia gloriam ⁊ hono-
rem et benedictionem sedenti super
thronum, viuẽti in secula seculorũ,
procidebant vigintiquatuor senio-
res ante sedentem in throno, et ad-
orabant viuentem in secula seculo-
rum, ⁊ mittebãt coronas suas ante
thronum, dicentes, Dignus es do-
mine deus noster accipere gloriam
et honorem et virtutẽ: quia tu cre-
asti omnia, et propter voluntatem
tuam erant et creata sunt.

CAPVT. V.

A Et vidi in dextera sedentis su-
pra thronum, librum scriptum
intus et foris, signatum sigil-
lis septem. Et vidi angelum fortẽ,
et predicantem voce magna, Quis
est dignus aperire librum, et solue-
re signacula eius? Et nemo poterat
neq; in celo, neq; in terra, neq; sub-
tus terram aperire librum, neq; re-
spicere illũ. Et ego flebam multũ,
quoniam nemo dignus inuẽtus est
aperire librum, nec videre eum. Et
B vnus de senioribus dicit mihi, Ne
fleueris: ecce vicit leo de tribu Iu-
da, radix David, aperire librum et
soluere septem signacula eius. Et
vidi, et ecce in medio throni ⁊ qua-
tuor animalium, et in medio senio-
rum agnum stãtem tanquam occi-
sum, habentem cornua septem ⁊ o-
culos septem: qui sunt septem spi-
ritus dei, missi in omnẽ terram. Et
venit, ⁊ accepit de dextera sedentis
C in throno, librum. Et cum aperuis-
set librum, quatuor animalia et vi-
gintiquatuor seniores ceciderũt co-
ram agno, habentes singuli citha-
ras et phialas aureas plenas odo-
ramentorũ, que sunt orationes san-
ctorum, et cantabant canticum no-
uum, dicentes, Dignus es domine
accipere librum et aperire signacu-
la eius, quoniam occisus es, et re-
demisti nos deo in sanguine tuo, ex
omni tribu et lingua et populo, et
natione: ⁊ fecisti nos deo nostro re-
gnum et sacerdotes, et regnabim⁹
super terram. Et vidi, ⁊ audiui vo-
cem angelorum multoꝝ in circumi-
tu throni et animalium et seniorũ:
et erat numerus eorum millia mil- Dani.7 c D
lium, dicentiũ voce magna, Dign⁹
est agnus, qui occisus est, accipere
virtutem, et diuinitatem, ⁊ sapien-
tiam, et fortitudinem, et honorem,
et gloriam, et benedictionẽ. Et om-
nem creaturã que in celo est, et su-
per terram, et sub terra, ⁊ que sunt
in mari, et que in eo: omnes audiui
dicentes, Sedenti in throno, et a-
gno, benedictio et honor ⁊ gloria et
potestas in secula seculoꝝ. Et qua-
tuor animalia dicebant, Amen. Et
vigintiquatuor seniores ceciderunt
in facies suas: et adorauerunt vi-
uentem in secula seculorum.

CAPVT. VI.

Et vidi q̄ aperuisset agn⁹ vnũ A
de septẽ sigillis, et audiui vnũ
de quatuor animalibus, dicẽs
tanquam vocem tonitrui, Veni, et
vide. Et vidi: Et ecce equus albus,
et qui sedebat super illum habebat
arcum, et data est ei corona, et exi-
uit vincens vt vinceret. Et cum a-
peruisset sigillum secundum, audi-
ui secundum animal, dicens, Veni,
et vide. Et exiuit ali⁹ equus rufus:
et qui sedebat super illum, datum
est ei vt sumeret pacem de terra, et
vt inuicem se interficiant, et datus B
est ei gladius magn⁹. Et cum ape-
ruisset sigillum tertiũ, audiui ter-
tium animal, dicens, Veni, et vide.
Et ecce equus niger: et qui sedebat
super illum, habebat staterã in ma-
nu sua. Et audiui tanq̄ vocem in
medio quatuor animaliũ dicẽtem,

Bilibris tritici denario vno, et tres
bilibres hordei denario vno, et vi-
num et oleum ne leseris. Et cum a-
peruisset sigillum quartum, audiui
vocem quarti animalis dicentis,
C Veni, et vide. Et ecce equꝰ pallidꝰ:
et qui sedebat super eum, nomen illi
Mors, et infernus sequebatur eũ.
et data est illi potestas super qua-
tuor partes terre, interficere gla-
dio, fame, et morte, et bestiis terre.
Et cum aperuisset sigillum quintũ:
vidi subtus altare animas interfe-
ctorum propter verbum dei, et pro-
pter testimonium quod habebant,
et clamabant voce magna dicẽtes,
Usquequo domine, sanctus, et ve-
rus, non iudicas et non vindicas
sanguinem nostrum de his qui ha-
bitant in terra? Et date sunt illis
singule stole albe: et dictum est illis
vt requiescerẽt adhuc tempus mo-
dicum donec compleantur conserui
eorum, ⁊ fratres eorum qui interfi-
ciẽdi sũt sicut ⁊ illi. Et vidi, cum a-
D peruisset sigillũ sextũ: et ecce terre-
motus magnus factus est, ⁊ sol fa-
ctus est niger tanquam saccus cili-
cinꝰ: et luna tota facta est sicut san-
guis: et stelle de celo ceciderunt su-
per terram, sicut ficꝰ emittit gros-
sos suos cum a vento magno mo-
uetur. ⁊ celum recessit sicut liber in-
uolutus. ⁊ omnis mons, ⁊ insule de
locis suis mote sũt: et reges terre,
et principes, et tribuni, et diuites,
et fortes, et omnis seruus, et liber
absconderũt se in speluncis ⁊ in pe-
tris montium, et dicunt montibus
Esaie.2.d et petris, Cadite super nos, et ab-
Ose.10.b scondite nos a facie sedentis super
Luc.23.d thronum, et ab ira agni: quoniam
venit dies magnus ire ipsorum. Et
quis poterit stare?

CAPVT VII.

A POst hec vidi quatuor ange-
los stantes super quatuor an-
gulos terre, tenẽtes quatuor
ventos terre ne flarent super ter-
ram, neq; super mare, neq; in vllam
arborem. Et vidi alterum angelum
ascendentem ab ortu solis, haben-
tem signũ dei viui: et clamauit vo-
ce magna quatuor angelis, quibus
datũ est nocere terre ⁊ mari, dicẽs,
Nolite nocere terre et mari, neq;
arboribꝰ, quoadusq; signemus ser-
uos dei nostri in frontibus suis. Et
audiui numerum signatorum, cen-
tum quadragintaquatuor millia si-
gnati ex omni tribu filiorum Isra- B
el. Ex tribu Iuda, duodecim millia
signati. Ex tribu Ruben, duode-
cim millia signati. Ex tribu Gad,
duodecim millia signati. Ex tribu
Aser, duodecim millia signati. Ex
tribu Nephtalim, duodecim millia
signati. Ex tribu Manasse, duode-
cim millia signati. Ex tribu Symeo-
on, duodecim millia signati. Ex tri
bu Leui, duodecim millia signati.
Ex tribu Issachar, duodecim mil-
lia signati. Ex tribu Zabulon, duo
decim millia signati. Ex tribu Io-
seph, duodecim millia signati. Ex
tribu Beniamin, duodecim millia C
signati. Post hec vidi turbam ma-
gnam quam dinumerare nemo po-
terat, ex omnibus gentibus, et tri-
bubus, et populis, et linguis, stan-
tes ante thronum: ⁊ in conspectu a-
gni, amicti stolis albis, et palme in
manibus eorum, et clamabant vo-
ce magna, dicẽtes, Salus deo no-
stro qui sedet super thronum, et a-
gno. Et omnes angeli stabant in
circumitu throni et seniorũ, et qua-
tuor animalium: et ceciderũt in cõ-
spectu throni in facies suas, et ado-
rauerũt deũ, dicẽtes, Amen. Bene-
dictio, ⁊ charitas, ⁊ sapiẽtia, et gra-
tiarũ actio, honor et virtus, et for-
titudo deo nostro in secula seculoꝝ. D
Amen. Et respondit vnus de seni-
oribus: et dixit mihi, Hi qui amicti
sunt stolis albis, qui sunt? et vnde
venerunt? Et dixi illi, Domine mi,
tu scis. Et dixit mihi, Hi sunt qui

venerūt de tribulatione magna, et
lauerunt stolas suas, et dealbaue-
rūt eas in sanguine agni. ideo sunt
ante thronum dei, et seruiunt ei die
ac nocte in templo eius: et qui sedet
in throno, habitabit super illos. nō
Esa. 49 c esurient neq; sitient amplius, nec
cadet super illos sol, neq; vllus e-
stus: quoniam agnus qui in medio
Esa. 25. c throni est, reget illos, & deducet eos
ad vite fontes aquarum, et abster-
get deus omnem lachrymam ab o-
culis eorum.

CAPVT. VIII.

A Et cum aperuisset sigillum se-
ptimum, factum est silentium
in celo, quasi media hora. Et
vidi septem angelos stantes in cō-
spectu dei: et date sunt illis septem
tube. Et alius angelus venit, & ste-
tit ante altare, habens thuribulum
aureū: & data sunt illi incensa mul-
ta, vt daret de orationibus sancto-
rum omnium super altare aureum,
quod est ante thronum. Et ascen-
dit fumus incensorum de orationi-
bus sanctorum de manu angeli co-
ram deo. Et accepit angelus thuri-
bulum aureum, et impleuit illud de
B igne altaris, et misit in terram, et
facta sunt tonitrua et voces et ful-
gura & terremotus magnus. Et se-
ptem angeli qui habebant septem
tubas, preparauerūt se vt tuba ca-
nerēt. Et primus angelus tuba ce-
cinit, et facta est grando & ignis mi-
xta in sanguine: & missum est in ter-
ram, et tertia pars terre combusta
C est, et tertia pars arborum concre-
mata est, et omne fenum viride cō-
bustum est. Et secundus angelus
tuba cecinit, & tanquam mons ma-
gnus igne ardēs, missus est in ma-
re. et facta est tertia pars maris,
sanguis: et mortua est tertia pars
creature eorum que habebant ani-
mas in mari, & tertia pars nauium
interiit. Et tertius angelus tuba
cecinit, et cecidit de celo stella ma- D
gna ardens tanquam facula, et ce-
cidit in tertiam partem fluminum,
et in fontes aquarū: et nomen stel-
le, dicitur Absynthium. et facta est
tertia pars aquarū in absynthiū:
et multi hominum mortui sunt de
aquis, quia amare facte sunt. Et
quartus angelus tuba cecinit, et p-
cussa est tertia pars solis, et tertia
pars lune, et tertia pars stellarum,
ita vt obscuraretur tertia pars eo-
rum, & diei non luceret pars tertia,
et noctis similiter. Et vidi, et audi-
ui vocem vnius aquile volātis per
medium celi dicentis voce magna,
Ve ve ve habitantibus in terra: de
ceteris vocibus trium angelorum
qui erant tuba canituri.

CAPVT. IX.

Et quintus angelus tuba ceci- A
nit, et vidi stellam de celo ceci-
disse in terram, et data est ei
clauis putei abyssi. Et aperuit pu-
teum abyssi: et ascendit fumus pu-
tei, sicut fumus fornacis magne: et
obscurat⁹ est sol et aer de fumo pu-
tei. Et de fumo putei exierunt lo-
custe in terram: et data est illis po-
testas, sicut habēt potestatem scor-
piones terre. et preceptum est illis
ne lederent fenum terre, neq; om-
ne viride, neq; omnem arborem: ni-
si tantum homines qui non habent
signum dei in frontibus suis. et
datum est illis ne occiderēt eos: sed
vt cruciarentur mensibus quinq;.
et cruciatus eorum, vt cruciatus B
scorpii cum percutit hominem. Et
in dieb⁹ illis querēt homines mor- Esai. 2. d
tem, et non inuenient eam: et desi- Ose. 10. b
derabunt mori, et fugiet mors ab Luc. 23 d
eis. Et similitudines locustarum, Sap. 16 b
similes equis paratis in prelium: &
super capita earum tanquam coro-
ne, similes auro: et facies earum
tanquam facies hominum. et habe-
bant capillos, sicut capillos mulie-
rum: et

rum: et dentes earum, sicut dentes
leonum erant. et habebant loricas,
sicut loricas ferreas: et vox alarum
earū sicut vox curruū equorū mul-
torū currentiū in bellū. et habebāt
caudas similes scorpionum: et acu-
lei erant in caudis earum: et pote-
stas earum nocere hominibus mē-
C sibus quinq;. et habebant super se
regem angelum abyssi, cui nomen
Hebraice Abaddon, Grece autem
Apollyon: et latine habens nomen
Exterminans. Ve vnum abiit, et
ecce veniūt adhuc duo ve post hec.
Et sextus angelus tuba cecinit: et
audiui vocem vnā ex quatuor cor-
nibus altaris aurei, quod est ante
oculos dei, dicentē sexto āgelo qui
habebat tubā, Solue quatuor an-
gelos, qui alligati sunt in flumine
magno Euphrate. Et soluti sunt
quatuor angeli, qui parati erāt in
horam et diē & mensem et annū: vt
occiderent tertiam partē hominū.
Et numerus equestris exercitus,
vicies millies dena millia. Et audi-
ui numerum eorum. Et ita vidi e-
quos in visione: & qui sedebant su-
per eos, habebant loricas igneas,
et hyacinthinas & sulphureas. & ca-
pita equorum erant tanquam ca-
pita leonum: et de ore eorum proce-
D dit ignis, & fum9, et sulphur. Et ab
his tribus plagis occisa est tertia
pars hominū, de igne & de fumo et
sulphure, que procedebāt ex ore ip-
sorum. Potestas enim equorum in
ore eorū est, et in caudis eorum. nā
caude eorum, similes serpentibus,
habētes capita: & in his nocent. Et
ceteri homines qui non sunt occisi
in his plagis, neq; penitentiam e-
gerunt de operibus manuum sua-
rum, vt non adorarēt demonia et
simulachra aurea, et argentea, et
erea et lapidea, et lignea, que neq;
videre possunt, neq; audire, neq;
ambulare, et non egerunt peniten-
tiam ab homicidiis suis, neq; a ve-
neficiis suis, neq; a fornicatione
sua, neque a furtis suis.

CAPVT. X.

ET vidi alium angelum fortē A
descendentem de celo, amictū
nube, et iris in capite eius, et
facies eius erat vt sol, et pedes e-
ius tanquam columna ignis. & ha-
bebat in manu sua libellum aper-
tum: et posuit pedem suum dextrū
super mare, sinistrum autem super
terram, et clamauit voce magna,
quemadmodum cum leo rugit. Et
cum clamasset: locuta sunt septem
tonitrua voces suas. Et cum locu-
ta fuissent septem tonitrua voces B
suas, ego scripturus eram: & audi-
ui vocem de celo dicētem mihi, Si-
gna que locuta sūt septē tonitrua:
et noli ea scribere. Et angelus quē Dan.12.6
vidi stantem super mare et super
terram, leuauit manum suam ad
celum, et iurauit per viuentem in
secula seculorum, qui creauit celum
et ea que in eo sunt, et terram et ea
que in ea sunt, et mare et ea que in
eo sunt. Quia tempus nō erit am- C
plius, sed in diebus vocis septimi
angeli, cum ceperit tuba canere, cō-
summabitur mysterium dei, sicut
euāgelizauit per seruos suos pro-
phetas. Et audiui vocem de celo i-
terum loquentem mecum, et dicen-
tem, Vade, et accipe librum aper-
tum de manu angeli stantis super D
mare et super terrā. Et abii ad an- Ezec.3.a
gelum, dicens ei vt daret mihi li-
brum. Et dixit mihi, Accipe librum,
et deuora illum. et faciet amaricari
ventrem tuum, sed in ore tuo erit
dulce tāquam mel. Et accepi librū
de manu angeli, et deuoraui illum:
et erat in ore meo tanquā mel, dul-
ce. et cum deuorassem eum, amari-
catus est vēter meus, et dicit mihi,
Oportet te iterum prophetare gē-
tibus, et populis, et linguis, et re-
gibus multis.

CAPVT. XI.

A ET datus est mihi calamus si-
milis virge: & dictum est mihi,
Surge, et metire templū dei,
et altare, & adorantes in eo. atrium
autem quod est intra templū, eiice
foras, & ne metiaris illud: quoniam
datum est gentibus, & ciuitatē san-
ctam calcabunt mensibus quadra-
gintaduobus: et dabo duobus te-
stibus meis, et prophetabunt die-
bus mille ducentis sexaginta, ami-
cti saccis. Hi sunt due oliue et duo
candelabra in cōspectu domini ter-
re stantia. Et si quis voluerit eos
nocere: ignis exiet de ore eorum, et
deuorabit inimicos eorū. et si quis
voluerit eos ledere: sic oportet eum
occidi. Hi habent potestatem clau-
B dendi celum, ne pluat diebus pro-
phetie ipsorum: et potestatem ha-
bent super aquas conuertendi eas
in sanguinem, et percutere terram
omni plaga quotiescūqꝫ voluerint.
Et cum finierint testimonium su-
um: bestia que ascendit de abysso,
faciet aduersum eos bellum: & vin-
cet illos, et occidet eos. Et corpora
eorum iacebunt in plateis ciuita-
tis magne, que vocatur spirituali-
ter Sodoma, et Egyptus, vbi et
dominus eorum crucifixus est. Et
videbunt de tribubus, et populis,
et linguis, et gentibus corpora eo-
rum per tres dies et dimidium: et
corpora eorum non sinent poni in
monumentis. et inhabitantes ter-
ram, gaudebunt super illos, & iocū-
dabuntur: & munera mittent inui-
cem, quoniam hi duo prophete cru-
ciauerunt eos qui habitabāt super
C terram. Et post dies tres & dimidi-
um, spiritus vite a deo intrauit in
eos. et steterunt super pedes suos,
et timor magnus cecidit super eos
qui viderunt eos. Et audierūt vo-
cem magnam de celo, dicētem eis,
Ascendite huc. Et ascenderunt in
celum in nube: et viderunt illos in-
imici eorū. Et in illa hora fact⁹ est
terremotus magn⁹: et decima pars
ciuitatis cecidit: et occisa sunt in
terremotu nomina hominū septem
millia, et reliqui in timorem sunt
missi, et dederunt gloriam deo celi.
Ve secundum abiit: et ecce ve ter-
tium veniet cito. Et septimus an-
gelus tuba cecinit: & facte sunt vo-
ces magne in celo dicentes, Factū
est regnum huius mundi domini
nostri et Christi eius, et regnabit
in secula seculorum. Amen. Et vi- D
gintiquatuor seniores qui in con-
spectu dei sedent in sedib⁹ suis, ce-
ciderunt in facies suas, et adora-
uerunt deum, dicentes, Gratias a-
gim⁹ tibi domine de⁹ noster omni-
potens, qui es, et qui eras, et qui
venturus es: quia accepisti virtu-
tem tuam magnam, et regnasti.
Et irate sunt gētes, et aduenit ira
tua et tempus mortuorū iudicari,
et reddere mercedē seruis tuis pro-
phetis et sanctis, & timentibus no-
men tuum pusillis & magnis, & ex-
terminādi eos qui corruperūt ter-
ram. Et apertum est templum dei
in celo: & visa est arca testamenti e-
ius in tēplo eius, et facta sunt ful-
gura, et voces, et terremotus, et
grando magna.

CAPVT. XII.

ET signum magnum apparuit A
in celo: mulier amicta sole, et
luna sub pedibus eius, et in
capite eius corona stellarū duode-
cim, et in vtero habens: et clamat
parturiens, et cruciatur vt pariat.
Et visum est aliud signum in celo,
et ecce draco magnus rufus, ha-
bens capita septem, & cornua decē,
et in capitibus eius diademata se-
ptem, et cauda eius trahebat terti-
am partem stellarum celi, et misit
eas in terram, et draco stetit ante
mulierem que erat paritura: vt cū
peperisset, filium eius deuoraret.
Et

B Et peperit filium masculum, qui
recturus erat omnes gentes in vir-
ga ferrea: et raptus est filius eius
ad deum & ad thronum eius, et mu-
lier fugit in solitudinem, vbi ha-
bebat locum paratum a deo, vt ibi
pascāt eam diebus mille ducentis
sexaginta. Et factum est prelium
magnum in celo, Michael & ange-
li eius preliabantur cum dracone,
et draco pugnabat et angeli eius,
et non valuerunt, neq; locus inuē-
tus est eorum amplius in celo. et
proiectus est draco ille magnus,
serpens antiquus, qui vocatur di-
abolus et satanas, qui seducit v-
niuersum orbem: et proiectus est in
terram, & angeli eius cum illo mis-
C si sunt. Et audiui vocem magnam
in celo dicentem, Nunc facta est
salus et virtus, et regnum dei no-
stri, et potestas Christi eius: quia
proiectus est accusator fratrū no-
strorū, qui accusabat illos ante cō-
spectum dei nostri die ac nocte. Et
ipsi vicerunt eū propter sanguinē
agni, et propter verbum testimonii
sui, et non dilexerūt animas suas
vsq; ad mortē. propterea letamini
celi, et qui habitatis in eis. Ve ter-
re & mari: quia descendit diabolus
ad vos habens iram magnam, sci-
D ens q̄ modicum tempus habet. Et
postquam vidit draco q̄ proiectus
esset in terram: persecutus est mu-
lierem que peperit masculū: et da-
te sunt mulieri ale due aquile ma-
gne, vt volaret in desertum in lo-
cum suum, vbi alitur per tempus
et tempora, & dimidium temporis a
facie serpentis. Et misit serpens
ex ore suo post mulierem, aquam
tanquam flumen: vt eam faceret
trahi a flumine. Et adiuuit terra
mulierem, et aperuit terra os suū,
et absorbuit flumē quod misit dra-
co de ore suo. Et iratus est draco
in mulierem: & abiit facere prelium
cum reliquis de semine ei⁹, qui cu-
stodiunt mandata Dei, et habent
testimonium Jesu Christi. Et ste-
tit supra arenam maris.

CAPVT. XIII.

Et vidi de mari bestiā ascen-
dentem habentem, capita se- A
ptem, et cornua decem, et su-
per cornua eius decē diademata, &
super capita eius nomina blasphe-
mie. Et bestia quam vidi, similis
erat pardo, et pedes eius sicut pe-
des vrsi, et os eius sicut os leonis.
Et dedit illi draco virtutem suam,
et potestatem magnam. Et vidi
vnum de capitib⁹ suis quasi occi-
sum in mortem: et plaga mortis e-
ius curata est. Et admirata est v-
niuersa terra post bestiam. Et ad-
orauerunt draconem qui dedit po-
testatem bestie: et adorauerunt be-
stiam, dicentes, Quis similis be-
stie? et quis poterit pugnare cum
ea? Et datū est ei os loquens ma-
gna et blasphemias: et data est ei B
potestas facere mēses quadragin-
taduos. Et aperuit os suū in bla-
sphemias ad Deum blasphemare
nomen eius, & tabernaculum eius,
et eos qui in celo habitant. Et est
datum illi bellum facere cum san-
ctis, et vincere eos. Et data est illi
potestas in omnem tribum, et po-
pulum, et linguam, et gentem: et
adorauerūt eam omnes qui inha-
bitabant terram, quorum nō sunt
scripta nomina in libro vite agni,
qui occisus est ab origine mundi.
Si quis habet aurē, audiat. Qui
in captiuitatem duxerit, in capti- C
uitatem vadet: qui in gladio occi- Gen. 9.a
derit, oportet eum gladio occidi. Mat. 26 c
Hic est patientia, et fides sancto-
rum. Et vidi aliam bestiam ascen-
dentem de terra: & habebat cornua
duo, similia agni, et loquebatur si-
cut draco. Et potestatem prioris
bestie omnem faciebat in cōspectu
eius: et fecit terram et habitantes
in ea, adorare bestiam primam, cu-
ius

ius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de celo descendere in terrã in conspectu hominum. Et seduxit habitantes in terra propter signa que data sunt illi facere in conspectu bestie, dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestie, que habet plagam gladii, et vixit.
D Et datum est illi vt daret spiritũ imagini bestie, et vt loquatur imago bestie: et faciet vt quicunq; non adorauerint imaginem bestie, occidantur. Et faciet omnes pusillos, et magnos, et diuites, & pauperes, et liberos, et seruos habere characterem in dextra manu sua, aut in frontibus suis. et ne quis posset emere, aut vendere, nisi qui habeat characterem, aut nomen bestie, aut numerum nominis eius. Hic sapientia est. Qui habet intellectũ: cõputet numerum bestie. Numerus enim hominis est: et numerus eius sexcenti sexagintasex.

CAPVT. XIIII.

A Et vidi, & ecce agnus stabat supra montem Sion, et cum eo centum quadragintaquatuor millia habentes nomen eius, et nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de celo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanq̃ vocem tonitrui magni: et vocem quam audiui, sicut citharedorum citharizantium in citharis suis. Et cantabãt quasi canticum nouũ ante sedem et ante quatuor animalia, et seniores: et nemo poterat discere canticũ, nisi illa centũ quadragitaquatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sũt qui cum mulieribus nõ sunt coinquinati. virgines enim sunt. Hi sequuntur agnũ quocunq; ierit.
B Hi empti sunt ex hominibus primitie deo et agno: et in ore eorum nõ est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum Dei,

Et vidi alterum angelum volantẽ per medium celi, habentem euangelium eternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, et super omnem gentem, et tribum, et linguam, et populum, dicens magna voce, Timete dominum, et date illi honorem, quia venit hora iudicii eius: et adorate eum, qui fecit celũ et terram, mare et fontes aquarũ.
Et alius angel⁹ secutus est, dicẽs, Psalmo,
Cecidit cecidit Babylon illa ma- 145. a
gna: que a vino ire fornicationis Act. 14. c
sue potauit omnes gentes. Et ter- Esa. 21. c
tius angelus secutus est illos, di- Hie. 51. a
cens voce magna, Si quis adorauerit bestiam et imaginem eius, et acceperit characterẽ in fronte sua, aut in manu sua: et hic bibet de vino ire dei, quod mixtum est mero in calice ire ipsius, & cruciabitur igne
et sulphure in conspectu angelorũ C
sanctorum, et ante conspectũ agni. et fumus tormentorũ eorum ascẽdet in secula seculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam et imaginem eius, et si quis acceperit characterẽ nominis eius. Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata dei et fidẽ Jesu. Et audiui vocẽ de celo, dicentẽ mihi, Scribe, Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis. opera enim illorum sequuntur illos. Et vidi, & ecce nubem candidam: et super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, et in manu sua falcẽ acutam. Et alius angelus exiuit de
templo, clamãs voce magna ad se- Mat. 13. e
dentem super nubem, Mitte falcẽ
tuam et mete, quia venit hora, vt Iocl. 3. e
metatur, quoniã aruit messis terre. Et misit qui sedebat super nu-
bem, falcem suam in terram: et de- D
messuit eam. Et alius angelus exiuit de templo quod est in celo: habens

bens et ipse falcem acutam. Et a-
lius angelus exiuit de altari, q̃ ha-
bebat potestatem supra ignē: & cla-
mauit voce magna ad eum qui ha-
bebat falcem acutā, dicens, Mitte
falcem tuam acutam, et vindemia
botros vinee terre: quoniā matu-
re sunt vue eius. Et misit angelus
falcem suam acutam in terram, et
vindemiauit vineam terre, & misit
in lacum ire dei magnum: et calca-
tus est lacus extra ciuitatem, et ex-
iuit sanguis de lacu vsq; ad frenos
equorum per stadia mille sexcenta.

CAPVT. XV.

A ET vidi aliud signum in celo
magnum & mirabile: angelos
septem habētes plagas septē
nouissimas. quoniam in illis con-
summata est ira dei. Et vidi tanq̃
mare vitreū mixtū igne, et eos qui
vicerūt bestiā & imaginē eius & nu-
merū nois eius stantes super mare
vitreum, habentes citharas dei: et
B cantantes canticum Moysi serui
dei, et canticū agni, dicentes, Ma-
gna & mirabilia sunt opera tua do-
mine deus omnipotens: iuste & ve-
Hie. 10.a re sunt vie tue rex seculorū. Quis
non timebit te domine, & magnifi-
cabit nomen tuum? quia sol9 pius
C es, quoniā omnes gentes venient,
et adorabunt in cōspectu tuo, quo-
niam iudicia tua manifesta sunt.
Et post hec vidi, et ecce apertū est
templum tabernaculi testimonii in
celo: et exierunt septem angeli, ha-
bentes septem plagas, de templo:
vestiti lapide mundo et candido, &
precincti circa pectora zonis aure-
D is. Et vnū de quatuor animalib9,
dedit septem angelis septē phialas
aureas, plenas iracundie dei viuē-
tis in secula seculorum. Et imple-
tum est templum dei fumo a maie-
state dei, et de virtute eius: et ne-
mo poterat introire in templū do-
nec cōsummarentur septem plage
septem angelorum.

CAPVT. XVI.

ET audiui vocem magnam de A
templo, dicentem septem an-
gelis, Ite, et effundite septem
phialas ire dei in terram. Et abiit
primus angelus, et effudit phialā
suam in terram: et factum est vul-
nus seuum et pessimū in homines
qui habebant characterem bestie: &
in eos qui adorauerunt bestiam et
imaginē eius. Et secundus ange-
lus effudit phialam suam in mare,
et factus est sanguis tanquā mor-
tui: et omnis anima viuēs, mortua
est in mari. Et tertius effudit phia-
lam suā super flumina & super fon-
tes aquarum: & factus est sanguis.
Et audiui angelum aquarū dicen-
tem, Iustus es domine, qui es, et
qui eras sanctus, qui hoc iudicasti:
quia sanguinem sanctorum et pro-
phetarum effuderunt, et sanguinē
eis dedisti bibere. digni enim sunt.
Et audiui alterum dicentem, Etiā B
domine deus omnipotens, vera et
iusta iudicia tua. Et quartus ange
lus effudit phialam suā in solem,
& datum est illi estu affligere homi-
nes et igni: et estuauerūt homines
estu magno, & blasphemauerūt no-
men dei habentis potestatem super
has plagas, neq; egerunt peniten-
tiam, vt darēt illi gloriā. Et quin-
tus angelus effudit phialam suam
super sedem bestie: et factum est re-
gnum eius tenebrosum, et cōman-
ducauerunt linguas suas pre dolo-
re: et blasphemauerunt Deum celi
pre doloribus et vulneribus suis, &
non egerunt penitentiam ex operi-
bus suis. Et sextus angel9 effudit C
phialam suam in flumen illud ma-
gnum Euphratem: & siccauit aquā
eius, vt prepararetur via regibus
ab ortu solis. Et vidi de ore draco-
nis, et ore bestie, et de ore pseudo-
prophete exire spiritus tres immū-
dos in modum ranarum. Sunt e-
nim spiritus demoniorum facien-

tes

tes signa, ⁊ procedunt ad reges to-
tius terre congregare illos in pre-
lium ad diem magnum omnipotẽ-
Sup. 3. a. tis dei. Ecce venio sicut fur. Bea-
Mat 24 d tus qui vigilat ⁊ custodit vestimẽ-
Luc. 12. e ta sua, ne nudus ambulet, et vide-
1. cor. 5 a ant turpitudinem eius. Et cõgre-
gabit illos in locum qui vocatur
D Hebraice Armageddon. Et septi-
mus angelus effudit phialam su-
am in aerem: et exiuit vox magna
de templo a throno, dicens, Factũ
est. Et facta sunt fulgura, ⁊ voces,
et tonitrua, et terre motus factus
est magnus qualis nunquam fuit,
ex quo homines fuerunt super ter-
ram talis terremotus sic magnus.
Et facta est ciuitas magna in tres
partes: ⁊ ciuitates gentium cecide-
runt. Et Babylon magna venit in
memoriam ante deum: dare illi ca-
licem vini indignationis ire eius.
Et omnis insula fugit, et montes
non sunt inuenti. Et grando ma-
gna sicut talentum, descẽdit de ce-
lo in homines: ⁊ blasphemauerunt
deum homines propter plagã grã-
dinis: quoniam magna facta est
vehementer.

CAPVT. XVII.

A ET venit vnus de septem an-
gelis qui habebãt septẽ phia-
las, et locutus est mecum, di-
cens, Veni, et ostendam tibi dam-
nationẽ meretricis magne, que se-
det super aquas multas, cum qua
fornicati sunt reges terre, ⁊ inebri-
ati sunt qui inhabitabant terram
de vino prostitutionis eius. Et ab-
stulit me in spiritu in desertũ. Et
vidi mulierem sedentem super be-
stiam coccineam, plenam nomini-
bus blasphemie, habentem capita
septem ⁊ cornua decem. Et mulier
erat circũdata purpura et coccino,
et inaurata auro, et lapide pretio-
so, et margaritis, habens pocu-
lum aureum in manu sua, plenum
abominatione et immunditia for-
nicationis sue. Et in fronte eius B
nomen scriptum. Mysterium: Ba-
bylon magna, mater fornicationũ
et abominationum terre. Et vidi
mulierem ebriam de sanguine san-
ctorum, et de sanguine martirum
Iesu. Et miratus sum cum viderẽ
illam, admiratione magna. Et di-
xit mihi angelus, Quare miraris?
Ego dicam tibi sacramentum mu-
lieris, ⁊ bestie que portat eam, que
habet capita septem et cornua de-
cem. Bestia quam vidisti, fuit, et
non est, et ascensura est de abysso,
et in interitum ibit: et mirabuntur
inhabitantes terram (quorum non
sunt scripta nomina in libro vite a
constitutione mundi) videntes be-
stiam que erat et non est. Et hic est C
sensus, qui habet sapientiam. Se-
ptem capita: septem montes sunt,
super quos mulier sedet, et reges
septem sunt. Quinque ceciderunt,
vnus est, et alius nondum venit: ⁊
cum venerit, oportet illum breue
tempus manere. Et bestia que erat
et non est: et ipsa octaua est, et de
septem est, et in interitum vadit.
Et decem cornua que vidisti: decẽ
reges sunt, qui regnum nondũ ac-
ceperunt, sed potestatem tanquam
reges vna hora accipient post be-
stiam. Hi vnum consilium habent: D
et virtutem, et potestatem suã be-
stie tradent. Hi cum agno pugna-
bunt, et agnus vincet illos, quo-
niam dominus dominorũ est, ⁊ rex 1. tim. 6 c
regum. ⁊ qui cum illo sunt: vocati, Inf. 19. c
et electi, et fideles. Et dixit mihi,
Aque quas vidisti vbi meretrix se-
det: populi sunt, ⁊ gentes, ⁊ lingue.
Et decem cornua que vidisti in be-
stia: hi odient fornicariam, et de-
solatam facient illam et nudam, et
carnes eius manducabũt, et ipsam
igni concremabunt. Deus enim
dedit in corda eorum, vt faciant
quod placitum est illi: vt dent re-
gnum suum bestie, donec consum-
mentur

mentur verba dei. Et mulier quã
vidisti: est ciuitas magna, que ha-
bet regnum super reges terre.

CAPVT. XVIII.

A Et post hec vidi alium ange-
lum descendentem de celo, ha-
bentem potestatem magnam,
et terra illuminata est a gloria eiꝰ.
Et exclamauit in fortitudine di-
Esa.21.c. cens, Cecidit cecidit Babylon ma-
Hie.51.a gna: et facta est habitatio demoni-
orum, et custodia omnis spiritus
immundi, et custodia omnis volu-
cris immunde et odibilis. quia de
vino ire fornicationis eius bibe-
runt omnes gentes: et reges terre
cum illa fornicati sunt: et mercato-
res terre de virtute deliciarũ eius
diuites facti sunt. Et audiui aliam
B vocem de celo, dicentem, Exite de
illa populus meus: vt ne partici-
pes sitis delictorum eius, et de pla-
gis eius non accipiatis. Quoniam
peruenerũt peccata eius vsque ad
celum, et recordatus est dominus
iniquitatũ eius. Reddite illi sicut
et ipsa reddidit vobis: et duplicate
duplicia secundum opera eius. In
poculo quo miscuit vobis: miscete
illi duplum. Quantum glorifica-
uit se, ⁊ in deliciis fuit: tantum da-
te illi tormentum et luctum: quia in
Esa.47b corde suo dicit, Sedeo regina: et
vidua non sum, et luctum non vi-
C debo. Ideo in vna die venient pla-
ge eius, mors, et luctus, et fames,
et igne comburetur: quia fortis est
deus qui iudicabit illam. Et fle-
bunt, ⁊ plangent se super illam re-
ges terre, ꝙ cum illa fornicati sũt,
et in deliciis vixerunt, cũ viderint
fumum incendii eius: longe stan-
tes propter timorem tormẽtorum
eius, dicentes, Ve ve ciuitas illa
magna Babylon, ciuitas illa for-
tis: quoniam vna hora venit iudi-
cium tuum. Et negotiatores terre
flebunt, et lugebunt super illam:
quoniam merses eorũ nemo emet
amplius, merses auri et argenti et
lapidis pretiosi, et margarite, et
byssi, et purpure, et serici, et cocci, D
et omne lignum thyinum, ⁊ omnia
vasa eboris, et omnia vasa de la-
pide pretioso et eramento, et ferro,
et marmore, et cinamomum, et a-
momum, et odoramentorũ, et vn-
guenti, et thuris, et vini, et olei, et
simile, et tritici, et iumentorum, et
ouium, et equorum, et rhedarum,
et mancipiorum, et animarum ho-
minum. Et poma desiderii anime
tue discesserunt a te: et omnia pin-
guia et preclara perierunt a te, et
ampliꝰ illa iam nõ inueniẽt. Mer-
catores horum, qui diuites facti
sunt: ab ea longe stabunt, propter E
timorem tormentorum eius, flen-
tes, ac lugentes, et dicentes, Ve
ve ciuitas illa magna, que amicta
erat bysso, et purpura, et cocco, et
deaurata erat auro, ⁊ lapide preti-
oso, et margaritis: quoniam vna
hora destitute sunt tante diuitie: et
omnis gubernator, ⁊ omnes qui in
lacum nauigant, et naute, et qui
in mari operantur, longe steterũt,
et clamauerunt vidẽtes locum in-
cendii eius, dicentes, Que similis
ciuitati huic magne? Et miserunt F
puluerem super capita sua: et cla-
mauerunt flentes, et lugentes, di-
centes, Ve ve ciuitas illa magna,
in qua diuites facti sũt omnes qui
habebant naues in mari de pretiis
eius: quoniam vna hora desolata
est. Exulta super eam celum ⁊ san-
cti apostoli et prophete: quoniã iu-
dicauit deus iudicium vestrum de
illa. Et sustulit vnus angelus
fortis lapidem quasi molarem ma-
gnum, et misit in mare, dicens,
Hoc impetu mittetur Babylon ci- G
uitas illa magna: et vltra iam non
inuenietur. Et vox citharedorum
et musicorum et tibia canentium ⁊
tuba, non audietur in te amplius:

et omnis artifex omnis artis non
inuenietur in te ampli⁹, et vox mo-
le nō audietur in te amplius, et lux
lucerne non lucebit in te amplius,
et vox sponsi et sponse non audie-
tur adhuc ī te: quia mercatores tui
erant principes terre, quia in vene-
ficiis tuis errauerunt omnes gen-
tes. Et in ea sanguis prophetarū ⁊
sanctorum inuentus est: et omnium
qui interfecti sunt in terra.

CAPVT. XIX.

A Post hec audiui quasi vocem
turbarum multarum in celo
dicentium, Alleluia. Laus et
gloria, ⁊ virtus deo nostro est: quia
vera et iusta iudicia sunt eius qui
iudicauit de meretrice magna, que
corrupit terrā in prostitutione sua,
et vindicauit sanguinem seruorum
suorum de manibus eius. Et iterū
dixerūt Alleluia. Et fumus eius a-
scendit in secula seculorum. Et ce-
ciderūt seniores vigintiquatuor, ⁊
quatuor animalia, et adorauerunt
deum sedentem super thronum, di-
centes, Amen Alleluia. Et vox de
throno exiuit, dicens, Laudem di-
cite deo nostro omnes sancti eius:
et qui timetis eum pusilli ⁊ magni.
Et audiui quasi vocem turbe ma-
gne, et sicut vocem aquarum mul-
tarum, ⁊ sicut vocem tonitruorum
magnorū, dicētium, Alleluia: quo-
niam regnauit dominus deus no-
B ster omnipotens. Gaudeam⁹ et ex-
ultemus et demus gloriam ei: quia
venerunt nuptie agni, et vxor eius
preparauit se. Et datum est illi vt
cooperiat se byssino splendenti et
candido. Byssinum enim ē iustifi-
cationes sunt sanctorum. Et dixit
Mat.22.a mihi, Scribe, Beati qui ad cenam
Luc.14.d nuptiarum agni vocati sunt. Et
dicit mihi, Hec verba dei, vera
sunt. Et cecidi ante pedes eius,
vt adorarem eum. Et dicit mihi,
Vide ne feceris: conseruus tuus
sum, et fratrum tuorum habenti-
um testimonium Jesu. Deum ad-
ora. Testimonium enim Jesu, est
spiritus prophetie. Et vidi celum
apertum, et ecce equus albus, et q̄
sedebat super eum, vocabatur Fi-
delis ⁊ Verax, et cum iustitia iudi- C
cat et pugnat. Oculi autem eius
sicut flamma ignis: et in capite e-
ius diademata multa, habens no-
men scriptum, quod nemo nouit
nisi ipse. Et vestitus erat veste a-
spersa sanguine: et vocabatur no- Esa.63.a
men eius, Verbum dei. Et exerci-
tus qui sunt in celo, sequebantur
eum in equis albis, vestiti byssino
albo ⁊ mundo. Et de ore eius pro-
cedit gladius ex vtraq̄ parte acu-
tus, vt in ipso percutiat gētes. Et
ipse reget eas in virga ferrea: ⁊ ip- Psal.2.c
se calcat torcular vini furoris ire
dei omnipotentis. Et habet in ve-
stimento ⁊ in femore suo scriptum,
Rex regum et dominus dominan- Sap.17 d
tium. Et vidi vnum angelum stā- 1.tim.6 c
tem in sole, et clamauit voce ma-
gna, dicens omnibus auibus que
volabāt per medium celi, Venite, D
et congregamini ad cenā magnam
dei: vt manducetis carnes regum,
et carnes tribunorū, et carnes for-
tium, et carnes equorū, et sedenti-
tium in ipsis, ⁊ carnes omnium li-
berorum et seruorū, et pusillorū, et
magnorū. Et vidi bestiam ⁊ reges
terre, ⁊ exercitus eorum congrega-
tos ad faciendum prelium cum illo
qui sedebat in equo ⁊ cum exercitu
eius. Et apprehensa est bestia, et
cum ea pseudopropheta: qui fecit
signa coram ipso, quibus seduxit
eos qui acceperunt characterē be-
stie, et qui adorauerunt imaginem
eius. Viui missi sunt hi duo in sta-
gnū ignis ardentis sulphure: ⁊ ce-
teri occisi sunt in gladio sedentis
super equum, qui procedit de ore
ipsius, et omnes aues saturate
sunt carnibus eorum.

Caput.

CAPVT. XX.

A Et vidi angelum descendentem de celo, habentem clauem abyssi, et catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus et satanas, et ligauit eum per annos mille, et misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec cõsummentur mille anni. et post hoc oportet illum

B solui modico tempore. Et vidi sedes: et sederunt super eas, et iudicium datum est illis. et animas decollatorum propter testimoniũ Iesu, et propter verbũ dei: et q̃ non adorauerũt bestiã, neq; imaginẽ ei⁹, nec acceperũt characterẽ eius i frõtib⁹ aut in manib⁹ suis, et vixerũt et regnauerũt cũ Christo mille annis. Ceteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hec est resurrectio prima. Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima. in his secunda mors non habet potestatẽ: sed erunt sacerdotes dei et Christi: et regnabunt cum illo mille annis. Et cum consummati fuerint mille

C anni, soluetur satanas de carcere

Ezec.3.e &.39.a. suo, et exibit et seducet gentes que sunt super quatuor angulos terre, Gog et Magog, et congregabit eos in prelium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terre, & circumierunt castra sanctorum & ciuitatem dilectam. Et descendit ignis a deo de celo, et deuorauit eos: et diabol⁹ qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris, vbi et bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Et vidi thronum magnũ candidum, & sedentem super eum,

D a cuius conspectu fugit terra et celum, et locus non est inuentus eis. Et vidi mortuos magnos, et pusillos stantes in conspectu throni; et libri aperti sunt: et alius liber apertus est, qui est vite: et iudicati sunt mortui ex his que scripta erãt in libris secundum opera ipsorum. et dedit mare mortuos qui in eo erant, et mors & infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant, et iudicatum est de singulis secũdum opera ipsorũ. Et infernus et mors missi sunt in stagnum ignis. Hec est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro vite scriptus: missus est in stagnum ignis.

CAPVT. XXI.

Et vidi celum nouum, et terram nouam. Primum enim celum, et prima terra abiit, et mare iam non est. Et ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam, descendentẽ de celo, a deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem, Ecce tabernaculum dei cum hominibus: et habitabit cum eis. et ipsi populus eius erunt: et ipse Deus cum eis erit eorum deus. et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum: et mors vltra nõ erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quia prima abierũt. Et dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe, quia hec verba fidelissima sunt et vera. Et dixit mihi, Factum est. Ego sum alpha et o: initium et finis. Ego sitienti dabo de fonte aque viue gratis. Qui vicerit, possidebit hec. et ero illi deus: et ille erit mihi filius. Timidis autem et incredulis, et execratis, et homicidis, et fornicatoribus, et veneficis, et idololatris, et omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardẽti igne et sulphure, quod est mors secunda. Et venit vnus de septem angelis habentibus phialas plenas septem

A Esa.65.e &.66 g 2.pet.3.c — B Esa.25.c — Esa.43.c 2.cor.5d — C

plagis nouissimis, et locut⁹ est me-
cum, dicens, Ueni, ⁊ ostendam tibi
sponsam, vxorem agni. Et sustulit
me in spiritu in mōtem magnum,
et altum: et ostēdit mihi ciuitatem
sanctam Hierusalem, descendētem
de celo a deo, habentem claritatem
dei. et lumen eius simile lapidi pre-
tioso tāquam lapidi iaspidis, sicut
D crystallum. Et habebat murū ma-
gnum et altum, habentem portas
duodecim: et in portis, angelos duo-
decim, et nomina inscripta, q̄ sunt
nomina duodecim tribuum filiorū
Israel. Ab oriente, porte tres: et ab
aquilone, porte tres: et ab austro,
porte tres: et ab occasu, porte tres.
Et murus ciuitatis habens funda-
menta duodecim: et in ipsis duode-
cim, nomina duodecim apostolorū
agni. Et qui loquebatur mecum,
habebat mensuram arundineam
auream, vt metiretur ciuitatem et
E portas eius, et murum. Et ciuitas
in quadro posita est, et longitudo
eius tanta est quanta ⁊ latitudo: et
mensus est ciuitatem de arundine
aurea per stadia duodecim millia,
et longitudo et altitudo et latitu-
do eius equalia sunt. Et mēsus est
murum eius centum quadraginta-
quatuor cubitorum, mensura ho-
minis que est angeli. Et erat stru-
ctura muri eius ex lapide iaspide:
ipsa vero ciuitas aurum mundum,
F simile vitro mundo. Et fundamen-
ta muri ciuitatis, omni lapide pre-
tioso ornata. Fundamentum pri-
mum, iaspis: secūdum, sapphirus:
tertium, calcedonius: quartum,
smaragdus: quintum, sardonyx:
sextum, sardius: septimum, chry-
solitus: octauū, berillus: nonum,
topazius: decimum, chrysopasus:
vndecimum, hyacinthus: duodeci-
mū, amethystus. Et duodecim por-
te, duodecim margarite sunt p sin-
gulas: ⁊ singule porte, erant ex sin-
gulis margaritis: et platea ciuita-
tis aurum mundum, tanquam vi-
trum perlucidum. Et templum nō
vidi in ea. Domin⁹ enim deus om-
nipotens templū illius est et agn⁹.
Et ciuitas non eget sole neq̧ luna, Esa. 60. d
vt luceant in ea. Nam claritas dei G
illuminabit eam, ⁊ lucerna eius est
agnus. Et ambulabunt gentes in
lumine eius: et reges terre afferent
gloriam suam ⁊ honorem in illam.
Et porte eius non claudentur per
diem. nox enim nō erit illic. Et af- Esa. 60. c
ferent gloriam ⁊ honorem gentium
in illam. Non intrabit in eam ali-
quod coinquinatū, aut abomina-
tionem faciens et mendacium: nisi
qui scripti sunt in libro vite agni.

CAPVT. XXII.

ET ostendit mihi fluuium a- A
que viue, splendidum tan-
quam crystallum, proceden-
tem de sede dei et agni. In medio
platee eius, et ex vtraq̧ parte flu-
minis lignum vite, afferens fru-
ctus duodecim, per menses singu-
los reddens fructum suum, et folia
ligni ad sanitatem gentiū. Et om-
ne maledictum non erit amplius:
sed sedes dei et agni in illa erunt,
et serui eius seruient illi. Et vi-
debunt faciem eius: et nomen e-
ius in frontibus eorum. Et nox
vltra non erit: et non egebunt lu- Esa. 60. d
mine lucerne, neq̧ lumine solis,
quoniam dominus deus illumina-
bit illos, et regnabunt in secula se-
culorum. Et dixit mihi, Hec verba B
fidelissima sunt, et vera. Et domi-
nus deus spirituum prophetarum
misit angelum suum ostendere ser-
uis suis, que oportet fieri cito. Et
ecce venio velociter. Beatus qui
custodit verba prophetie libri hu-
ius. Et ego Joānes q̄ audiui et vi-
di hec. Et postq̄ audissem et vidis-
sem, cecidi vt adorarem ante pedes
angeli, qui mihi hec ostendebat: et
dixit

C dixit mihi, Vide ne feceris: conservus enim tuus sum, et fratrum tuorum prophetarum, et eorum qui seruant verba prophetie libri huius. Deum adora. Et dicit mihi, Ne signaueris verba prophetie libri huius. tempus enim prope est. Qui nocet, noceat adhuc: et qui in sordibus est, sordescat adhuc: et qui iustus est, iustificetur adhuc: et sanctus, sanctificetur adhuc. Ecce venio cito, et merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera
Esa. 41. b & 44. a. sua. Ego sum alpha et o, primus et nouissimus, principium et finis. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni: vt sit potestas eorum in ligno vite, et per portas intrent in ciuitatem. Foris canes et venefici, et impudici, et homicide, et idolis seruientes, et omnis qui amat et facit mendacium. Ego Jesus misi angelum meum, testificari vobis hec in ecclesiis. Ego D sum radix et genus Dauid, stella splendida et matutina. Et spiritus et sponsa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. Et qui sitit, Esa. 55. a veniat: et qui vult, accipiat aquam vite gratis. Contestor enim omni audienti verba prophetie libri huius, Si quis apposuerit ad hec: apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetie huius: auferet Deus partem eius de libro vite, et de ciuitate sancta, et de his que scripta sunt in libro isto. dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam venio cito. Amen. Veni domine Jesu. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

LONDINI.

EXCVDEBAT THOMAS BERTHELETVS REGIVS IMPRESSOR, ANNO. M. D. XXXV. MENSE IVL.


LVCRECIA ROMANA
THOMAS BERTHELETVS